PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXVII.

PARS PRIMA.

PROCOPIUS GAZÆUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1860

SÆCULUM VI, ANNUS 520.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ,

ΤΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ,

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΡΜΗΝΕΥΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PROCOPII GAZÆI,

CHRISTIANI RHETORIS ET HERMENEUTÆ,

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

HUC USQUE VARIORUM CURIS

JACOBI NEMPE GESNERI, JOANNIS CURTERII, FRANCISCI COMBEFISII, JOANNIS IRIARTII, J.-B. ANSSII VILLOISONIS, CARD. ANG. MAII,

NONNISI FRUSTATIM EDITA,

INGENTI LABORE NUNC IN UNUM CORPUS ADUNATA ET QUAM FIERI POTUIT DILIGENTISSIME RECENSITA ET EMENDATA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT 3 VOL. 30 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HAC TOMI LXXXVII PARTE I CONTINENTUR.

PROCOPIUS GAZÆUS.

Parisiis. — Ex Typis L. MIGNE.

NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles, tom. VIII, p. 563.)

—

Procopius Gazæus, sophista Christianus, sub Justino Thrace a. C. 520 clarus, præceptor Choricii sophistæ, qui ei etiam successit et defunctum diserta oratione laudavit (*a*), quam una cum eximiis Procopii hujus Commentariis in Octateuchum et Canticum canticorum, ex bibl. Augustanæ (*b*) codice Græco descriptis et versione ac notis a se illustratis, editurus Godfridus Olearius, theologus Lipsiensis, morte prohibitus est. Ἐξηγητικὰς illas σχολὰς in Octateuchum, Photio pridem laudatas cod. 206, habemus hactenus Latine tantum ex versione minus accurata Conradi Clauseri, qui Scholia in Genesim, Exodum et Leviticum vertit, et in quibusdam exemplaribus venit nomine Claudii Thrasybuli, cætera ex versione Hartmanni Hambergeri, Tigurini, Tiguri, 1555, fol. (*c*). Scholia in quatuor libros Regum et duos Chronicorum, quæ itidem Photio lecta sunt, interpretatus est Lud. Lavaterus (*d*), cum cujus versione Græce ea e codice suo vulgavit, castigationesque addidit Jo. Meursius Lugd. B. 1620 4 [et in Meursii Opp. tom. VIII, pag. 1 seqq.]. Ejusdem Ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ in Proverbia exstat Græce ms. in codice regis Christianissimi 2636, de quo Montfauconus in Palæographia Græca pag. 278 seq. Idemque videtur cum commentario Procopii in Proverbia, quem laudat Turrianus in Defensione epistolarum Pontificum IV, 4, 6, 17. Præclarum ejusdem Procopii Commentarium in Isaiam, Photio similiter laudatum, cum versione sua Græce vulgavit Jo. Curterius, Paris. 1580, fol. (*e*). Quos vero idem Photius, cod. 106, laudat, Procopii Λόγοι sive Orationes varii generis, et *Locorum Homericorum Me-*

(*a*) Hanc orationem Græce cum Latina Jo. Christiani Wolfii versione edidit Fabricius noster, mortuo Oleario, infra in libro v, cap. 31; vol. VIII, pag. 840 seqq. Est quoque ex illa laudatione excerptum in Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾷ, in cod. Ven. Marc. teste cel. Villoison in *Anecd. Gr.* tom. II, pag. 26 seq. — Exstat cum aliis Choricii opusc. in cod. regio Matrit. 101. *V.* Iriarte Cat. codd. Gr. p. 397. Add. infra, de Photio, vol. IX, pag. 422 seq. ed. vet. et quæ in fine hujus sect. de Procopio Gazæo notavi. — In S. Maximi opp. quædam Procopii passim citantur, in cod. Coisl. auctore Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 577-579. — De Procopio Gazæo conf. G. Cav. *Hist. litt. SS. eccles.* tom. I, p. 504; C. Oudin. *Comment. de SS. eccles.* tom. I, p. 1372; R. Ceillier *Hist. gén. des AA. E.*, tom. XVI, p. 320; Molleri *Homonymoscop.* sect. II, c. 5, § 65, p. 514 seq.; Hamberg. Z. N. tom. III, p. 327 seq. et Saxii *Onom.* II, p. 23 et 532, qui duo posteriores plures laudant. Harl.

(*b*) Laudat illum codicem Georg. Hieron. Welschius de vena Medinensi pag. 66, vocatque perantiquum atque pereleganteni, qui olim papæ Nicandri, archidiaconi, fuerit, eumque ipsum, quo usus Claudius Thrasybulus. Et Græca præclari scriptoris edi merito optat Rich. Simon, tom. IV *Bibliothecæ criticæ*, pag. 143. Fabr. Ex apographo Olearii cl. J. Christ. Gottlieb Ernesti, prof. Lipsiens., specimen dedit, cum versione Lat. notisque, ac spem fecit novæ editionis, in epistola de Procopii Gazæi commentariis Græcis in Heptateuchum (h. e. in Pentateuchum, lib. Josuæ ac Judicum), et Canticum ineditis. Lips. 1785, 4. — Editionem ejus (uti quondam ad vol. I, p. 428 vet. ed. (nostræ autem p. 690), in nota Fabr. scripserat, ex ms. cod. Vaticano promiserat Holstenius in Vita Porphyrii. Citat etiam Allatius ad Georgium Acropolitam, pag. 269, et ante hunc Is. Casaubon. ad Polybium, pag. 89. — In bibl. Vindobon. Cæsar. in cod. 175, n. 1, est Procopii Commentar. in Genesim, et in cod. 232, n. 2, Procopii Epitome eclogarum ex variorum auctorum expositionibus in Genesin. (*V.* Lambec. Comment. vol. IV, p. 404; et vol. V, pag. 149 seq.) — Romæ in bibl. Ottobon. Proc. in Genesim, bis. it. in bibl. Sfortiana. (Montfauc. *B. biblioth. mss.* I, p. 187 B, et 191 B. It. 703 E.) — Leidæ in bibl. publ. Proc. Epitome eclogarum in Genesim et alias partes V. T. (Cat. bibl. Leid. p. 336, n. 50.) — Taurini in bibl. Regia, cod. 50, Proc. Epitome eclogarum in Genesim, ibid. in cod. 282, Proc. Expositio compendiosa Cantici canticorum excerpta ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alex., Origene aliisque pluribus. (*V.* Catal. codd. Gr. Taurin. p. 155 et 382.) — In cod. Coislin. 7 in Catena in libros Regum, permulta sine auctor. nomine scholia ex Procopio desumpta esse, monet Montfauc. in *Bibl. Coisl.* pag. 45. — In Catena in libros IV Regum, Scholia ex Procopio potissimum Gazæo et Theodoreto deprompta, in cod. Vindobon. Cæsareo 5, observante Kollario ad Lambecii Comm. vol. III, pag. 37, et Kollario hæc exegesis digna omnino videtur, quæ in lucem proferatur publicam.

(*c*) Apud Maittair. A. t. III, p. 378. Proc. in Octateuch. per Andr. Gesner. Tiguri 1545, fol. Sed *V.* Hamberg. p. 328.

(*d*) Vel potius Hartm. Hambergerus, notante Hambergero in Z. N. l. c. p. 329. Harl.

(*e*) Titulus plenior est: *Procopii — variarum in Isaiam prophetam commentationum Epitome: cum præposito Eusebii Pamphili fragmento de vitis prophetarum: Joanne Curterio interprete. Additæ sunt ad Græca Isaiæ veterum septem interpretationum differentiæ, cum suis notis ab Origenis Hexaplis desumptæ. Paris. Mich. Sonnius*, 1580, *fol.* — Brevitatis studio hic codices Procopii Comment. in Isaiam et reliquos libros sacros indicabo. — In bibl. Hisp. Escorial. Proc. Epitome ex variis expositionibus in Isaiam, teste Plüer in *Itiner. per Hispan.*

taphrases oratoriæ, in varias ideas efformatæ, haud exstant (*f*), quod sciam, licet Nic. Alemannus præf. ad alterius Procopii, Cæsariensis, Anecdota, Declamationes Procopii Gazæi ineditas memorare videatur (*g*). Hunc Procopium respicit Æneas Gazæus, ejus æqualis, epistola 19, Ὁ ἐμὸς Προκόπιος. Isaacum vero Vossium, qui responso ad tertias Rich. Simonis objectiones, pag. 118, ex epistola 26 Procopii ad Hieronymum, nescio quem, in Ægypto commorantem, concludere voluit, Procopium, epistolarum scriptorem, æqualem fuisse Hieronymi Stridonensis, refellit Jo. Marcianæus tom. IV Hieronymi sui, pagina ult., et Jo. Clericus, *Bibl. selectæ* tom. XVII, pag. 143 seq. Fabr.

De Epistolis Proc. Fabric. quidem in vol. I egerat; sed ego ibi pag. 690, n. 30, initium tantum ponere, reliqua, iis quæ ipse Fabric. h. l. repetierat omissis, ad h. l. reservare, satius commodiusque esse duxi. Fabric. igitur ea quæ sequuntur, ibi scripsit : « Non solum vero orator egregius fuit Procopius; sed, teste Choricio, tanta quoque rerum divinarum scientia et sacrarum Litterarum cognitione fuit instructus, ut miraculi instar posset videri usque adeo eumdem in dicendi facultate profecisse. Nec minus probis quoque moribus exstitit, ut, solo habitu excepto, referret sacerdotem, et multos ad meliorem frugem oratione sua converteret. » De Procopii ad Hieronymum epistola *V.* Fabr. infra, lib. v, cap. 24, pag. 375 seq. vol. VIII. — 60 Epp. Procopii excusæ sunt in Collect. Epistol. Gr. Venet. apud Aldum 1499, 4, et Gr. ac Lat. in Coll. Cujac. pag. 429 seqq. — 22 Epp. recusæ sunt in Jo. Patusæ *Encyclopæd. philol.* vol. I, pag. 233 seqq. — Procopii Epistolæ sunt in codd. 1038 et 2022 bibl. publ. Paris. — In cod. Reg. Matrit. 116. (*V.* Iriart. Cat. codd. Gr. p. 466, in primis p. 469.) — In bibl. Laur. Medic. in cod. 33, n. 11, plut. 32, Epp. 112, vel potius 110, ob duplicatos numeros 64 et 65. Ergo duplo ferme plures, quam in Collectione Cujaciana, in vol. I, supra recensa, a pag. 429 ad p. 447, quarum singularum initium, et earumdem Indicem, ordine alphabetico digestum, dedit Bandin. in Cat. codd. Laur. Gr. II, pag. 185 seqq.; idem animadvertit, in Collectione Cujaciana ex illis, in codice servatis, editas tantum esse 39, sed in cod. desiderari vicissim Epp. 21 quæ in illa collectione reperiuntur. — Ibid. in cod. 12, n. 20, plut. 57, sunt Proc. Epistolæ 40, ex quibus quindecim inter editas habentur: septem vero neque in cod. superiore, neque in Collect. Cujac. occurrunt; de quibus vid. Bandin. l. c. pag. 351 seq. — In cod. Naniano 278, n. 3, Procopii Epp. 58. (*V.* Cat. codd. Nan. pag. 461.) — Inter codd. Vossianos, Epp. Procopii Gazæi et aliorum, secundum catal. codd. Angliæ II, pag. 60, n. 2222. — Quinque Epp. in cod. Escorial *V.* Plüer *Itin. per Hispan.* pag. 188. Harl.

p. 189. — Eadem in cod. 44 Monach. Bavar. elect. *V.* Catal. codd. Gr. p. 13.— Venetiis in bibl. D. Marci cod. 22 est Proc. Gazæi Epitome commentarior. in Ecclesiasten ex voce Gregorii Nysseni, Dionysii Alex., Origenis, Evagrii, Didymi, Nili, in primis Olympiodori; et in cod. 24, Proc. Commentar. in Isaiam. (Cat. codd. Gr. pag. 21 et 22.) — Paris. in bibl. publ. in cod. 153, Procopii interpretat. in Canticum canticorum et Proverbia Salomonis Epitome. — In cod. 154 Proc. Comm. in Proverbia Salom., et in cod. 172, n. 1, proc. Commentar. in Canticum canticorum, Græce, ineditus; n. 2, ejusdem Commentar. in Proverbia Salomonis ex Apollinarii, Basilii aliorumque scriptis collectus: secund. catal. codd. tom. II, p. 25 et 27. — Romæ in bibl. Ottobon. Proc. in Proverbia, bis, *V.* Montfauc. *B. biblioth. mss.* I, pag. 187 B et 188 D. — — Inter codd. Thom. Gale, n. 5896, in Cat. codd. Angliæ, etc. II, p. 186. Fragmenta veterum interpretum ex Procopio in Isaiam. Harl.

(*f*) De Proc. Metaphras. Homeric. carminum vide supra in vol. I, pag. 520, 93. — Duæ autem orat. post Fabricii ætatem detectæ et publicatæ sunt. Unam orationem, scil. *Laudationem*, antea incognitam, in Anastasium imperat., Πανηγυρικὸν εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀναστάσιον, ex cod. Veneto Marc. 428 edidit doctisque ornavit animadverss. cl. Villoison in *Anecdotis Gr.*, II, pag. 28 seqq., quo jam monente Procopius Anastasii vitam clarius illustrat, ac de eo multa tradit, quæ nusquam, neque apud antiquiores, neque ap. recentiores, Anastasii vitam prosecutos, leguntur. — Iriarte vero, in Cat. codd. Gr. Matrit. pag. 264 seq. e cod. 72 primus Græce evulgavit Proc. Gazæi *Monodiam*, scil. lamentationem *in S. Sophiam, terræ motu collapsam*. H.

(*g*) Conf. Villoison. *Anecd. Gr.* II, p. 46 seq. not., ubi docet Fabricium h. l. recte tribuisse Procopio Orationes et metaphrases; male autem retractasse sententiam in vol. IX, p. 423. Harl.

DE

PROCOPII GAZÆI

COMMENTARIIS GRÆCIS IN HEPTATEUCHUM ET CANTICUM INEDITIS

COMMENTATIO.

—

SCRIPSIT JOAN. CHRISTIANUS GOTTLIEB ERNESTI.

(*Lipsiæ, ex officina Sommeri*, 1785.)

—

Novissime cum essem in bibliotheca quam olim collegerat Jo. Godfried. Kœrnerus, theologus celeberrimus, in quo nuper jacturam Academia nostra haud exiguam fecit, ibique tum ad librorum inscriptiones notandas operam meam conferrem, forte in grande volumen incidimus, cujus inscriptio extrinsecus adjecta significabat inesse Procopii Commentarios in Heptateuchum et Canticum. At libro cupide aperto vidimus totum esse manu scriptum, ita unaquaque pagina in duas columnas divisa, ut una textum Græcum, altera versionem ejus Latinam exhiberet. Et primum quidem statim agnovimus manum Gotfridi Olearii, summi olim theologi, quæ cum mihi ex variis libellis calamo exaratis, et per necessitudinem illam, quæ Kœrnero cum gente Oleariana intercesserat, in illius scrinia translatis, cognita esset, tum recens ejus memoria animo hærebat ex vetusto Suidæ Lexicographi libro, cujus lato margine multas notas a Gottfr. Oleario ascriptas cognoveram, et eas quidem ob summam doctrinam, quam in iis exprompsit vir doctissimus, dignas, quæ futuræ Suidæ editioni inserantur. Deinde scripturæ illius in utroque genere sermonis elegantia tantopere tenuit oculos nostros, ut viri incredibilem diligentiam atque assiduitatem tanta voluminis mole non superatam vel fractam prius stupefacti admiraremur, quam libri argumentum circumspiceremus. Postea vero, cum admirationis nostræ fervorem contemplandi consuetudo paulatim temperasset, volumine accuratius excusso, cognovi ego quidem hæc tria inesse :

1. Choricii sophistæ Orationem in Procopium ita inscriptam : Χορικίου σοφιστοῦ ἐπιτάφιος ἐπὶ Προκοπίῳ σοφιστῇ Γάζης ὁ λόγος εὔχεται (Olear. in margine conjecerat ἄρχεται) μὲν εἰς ἀνάγκην τοιαύτης ἐλθὼν ὑποθέσεως τιμᾷ δὲ τὴν ὁσίαν τοῦ τεθνεῶτος ἐμοὶ παιδευτοῦ (Olear. ascripsit : supple μνήμην) ταύτην αὐτῷ κατὰ δύναμιν ἀποδιδοὺς ἀμοιβήν. Sed ejus particulam tantum descripserat Olearius, nec versionem addiderat, ut in cæteris. Integra tamen hæc oratio cum versione Jo. Christ. Wolfii legitur in J. A. Fabricii *Bibl. Gr.* lib. v, c. 31. Ibi de hac oratione Fabricius ita : *Eam descriptam e codice Holsteniano pridem miseram ad desideratissimum amicum nostrum Gotfridum Olearium, qui illam Procopii in libros sacros Commentariis præmittere destinabat. Sed quoniam acerbo viri eruditissimi obitu etiam præclari illius operis spes intercepta, vel saltim in longius dilata tempus est, rogavi J. Christian. Wolfium, ut orationem illam Latine verteret, quod etiam prompte ac feliciter est exsecutus.* Sequebantur

2. Commentarii in Pentateuchum, in librum Josuæ et Judicum, hac fere inscriptione : Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς εἰς τὴν Γένεσιν τῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίου Χριστιανοῦ σοφιστοῦ. Atque idcirco Olearius appellavit Procopii Commentarios in Heptateuchum. Nam Scholia in libros Regum et Paralipomena, quæ idem codex ille August. exhibebat, edita multo ante erant a J. Meursio Lugd. Bat. 1620. Ultima erat

3. Προκοπίου Χριστιανοῦ σοφιστοῦ εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομή, ἀπὸ φωνῆς Γρηγορίου Νύσσης, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, Ὠριγένους τε καὶ Φίλωνος τοῦ Καρπαθίου, Ἀπολλιναρίου, Εὐσεβίου Καισαρείας, καὶ ἑτέρων διαφόρων, ἤγουν Διδύμου, τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου, Θεοδωρήτου καὶ Θεοφίλου. His quoque Commentariis deerat Latina versio. Cæterum, quia omnes fere illorum interpretum explicationes mysticæ hodieque plane sunt inutiles, neque in sequentibus de his Commentariis uberius dicam, nec auctor esse possum, ut aliquando edantur.

De his libri argumentis certior factus, tum demum suspicatus sum (nam Olearius nullibi significaverat unde illa descripsisset), ex codice manuscripto illa omnia descripta et nondum forte edita esse, non memor tum nec versionis Latinæ Comment. Procopii in Octateuch. ab Andrea Clausero Tigurino an. 1555 editæ, quam ipse habebam, neque eorum quæ ex Catena Nicephori in Octat. Græca nota esse poterant. Itaque J. Alb. Fabricio (*Bibl. gr.* l. v, 4, p. 258) in consilium assumpto, cognovi accuratius, codicem Græcum Commentariorum illorum Procopii, qui in bibliotheca Augustana fuisset, a Gottfr. Oleario descriptum, spemque propositam fuisse, fore ut, quoniam illa Clauseri versio valde esset vitiosa, versione nova Latina instructum ederet. Idem mox Caveum narrantem reperi. Plura, quæ ad historiam illius in primis codicis Augustani valerent, suppeditavit etiam Nicephorus ille Theodocius, qui Σειρὰν in Octateuch. Græce edidit. Is enim certior factus de illo Procopii codice ms. in bibl. Augustana latente, ratusque fieri posse, ut ex eo non leve augmentum libro illi, quem moliretur, accederet, plane tamen ignarus illius apographi Oleariani, cum rogasset bibliothecæ illius curatores, ut sibi codicem mitterent usurpandum, non accepit eum solum, sed exinde etiam nonnulla, quæ utilia viderentur, transcripsit. Omnem igitur formam codicis et modum, quem ipse in eo tractando tenuisset, breviter ita describit :

Δερμάτινος δὲ καὶ οὗτος καλλιγράφου μὲν καὶ ὀρθογράφου χειρὸς ἔργον, ἀλλ' οὐδ' ἑαυτὴν, οὐδὲ μὴν καθ' ὃ ἔγραφε δηλωσάσης ἔτος· ἀποσπασμάτια δὲ τῶν τῆς Γραφῆς, εἴτουν τῆς Ὀκτατεύχου, τῶν Βασιλειῶν, καὶ τῶν Παραλειπομένων περιέχων, ὁ λοιπὸς ὅλος τῶν εἰς αὐτὰ ἐξηγήσεων πλήρης, ὧν ἄγαν ὀλίγαι

πάντως τοῦ Προκοπίου, — ὡς τῇ παραθέσει ἔγνωμεν, καὶ αὐτὴ ἡ τούτου ἐπιγραφὴ δηλοῖ. Et verbis nonnullis interjectis, Τούτῳ οὖν, pergit, τῷ κώδικι τὸ ἡμέτερον ἀντίγραφον παραθέντες, ὅσα τῶν ὑπομνημάτων ἐν αὐτῷ οὐ προσῆν, ἀπὸ τοῦ κώδικος ἀνελεξάμεθα, πάνυ ὀλίγα καταλείψαντες. Hæc Nicephorus. Ipse vero Procopius in principio operis, rationem instituti sui reddit hanc: Ἤδη μὲν καὶ πρότερον Θεοῦ τὸ δύνασθαι χορηγήσαντος τὰς καταβεβλημένας ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν Ὀκτάτευχον ἐξηγήσεις συνελεξάμεθα ἐξ ὑπομνημάτων καὶ διαφόρων λόγων ταύτας ἐρανισάμενοι. Ἀλλ' ἐπεὶ τὰς ῥήσεις αὐτὰς τῶν ἐκθεμένων ἐπὶ λέξεως ἐξεθέμεθα εἴτε σύμφωνοι πρὸς ἀλλήλους ἐτύγχανον εἴτε μή, καὶ πρὸς πλῆθος ἄπειρον ἡμῖν ἐντεῦθεν τὸ σύγγραμμα παρετείνετο, συνεῖδον νῦν πρὸς μέτρον συσταλὲς συνελεῖν τὴν γραφὴν, ἐπειγόμενος εἰ μέν τι σύμφωνον ἅπασιν εἴρηται, τοῦτο προσάπαξ εἰπεῖν· εἰ δὲ διάφορον, καὶ τοῦτο συντόμως ἐκθέσθαι πρὸς τὸ διὰ πάντων συγγενέσθαι σῶμα τῆς συγγραφῆς, ὡς ἑνὸς καὶ μόνου τὰς ἁπάντων ἡμῖν ἐκθεμένου φωνάς. Προσθήσομεν δέ τι καὶ ἔξωθεν εἰς τρανωτέραν ἔσθ' ὅτε παράστασιν. Quæ Olearius ita Latine vertit: *Jam antea quidem, Deo vires largiente, consignatas in Octateuchum enarrationes ex Patribus aliisque scriptoribus congessimus, ex variis Commentariis et tractatibus eas corrogantes. Sed cum ipsorum interpretum sententias, nihil etiam mutatis verbis, sive consentirent illi inter se, sive minus, proposuerimus, et exinde volumen nostrum in immensum creverit; visum fuit illud in justam molem contrahere, ita ut festinato quasi gressu semel dicantur illa, in quibus consentire illos deprehendimus; illa vero, in quibus inter se dissident, breviter exponantur, ut ex omnibus unum totius hujus operis corpus exsurgat, ita ac si unus aliquis solus omnium sententias nobis redderet. Ut autem omnia magis sint perspicua, ipsi quoque præterea quandoque aliquid addemus.* Sed ut lector de iis, quæ in his pollicitus est Procopius, deque omni methodo, qua usus fuerit in hoc opere conflando, simulque de illis, quæ præstare Nicephorus professus est, accuratius judicare, atque in primis admirari doctrinam ac diligentiam possit, quàm Gotfridus ille Olearius nova versione conficienda declaravit, primum operis locum describamus, qui capitis primi Geneseos duos versus priores explicat. Quo exposito deinde videbimus, sufficiatne in iis acquiescere, quæ exinde sæpe nominatus ille Nicephorus edidit, an vero de integro illo opere in publicam lucem protrahendo cogitare operæ pretium sit.

(*Allata deinde speciminis gratia in duos Geneseos priores versus explicatione quam suo loco infra ponemus, hæc addit Ernesti:*)

Jam hoc loco exposito, illud quidem primum omnium fatendum est, in illo opere Procopiano, ex veterum theologorum Commentariis conflato, non valde multum inesse posse ad artem interpretandi amplificandam præsidii, passim etiam reperiri, quæ non satis conveniant nostris temporibus, nobisque, doctissimorum hominum studiis meliora paulatim atque accuratiora edoctis, molestam subinde ignorantiæ suspicionem afferant. Verum, si voluerimus his rationibus ac judiciis veterum illorum usum metiri, quotusquisque eorum futurus esset, quem ferre elegantia hodierna posset? Imo vero ita non plane contemnimus hodie singulos, Origenem, Basilium, Chrysostomum, Theodoretum, cæteros, ut iis etiam pretium aliquod statuamus, eos legamus, sententiarum exempla ex iis repetamus, sæpe hos solos fontes existimemus, e quibus rerum ad doctrinam theologicam, et maxime crisin sacram pertinentium præsidia hauriamus. Cur igitur, quem usum singulis non denegamus, eum negemus concedendum esse huic operi Procopiano, quod cunctos exhibet? Laudamus studium illorum, qui Catenas Patrum, quæ vocantur, ediderunt, putamusque in iis utilissimum rerum veterum theologicarum cognoscendarum compendium esse. Neque injuria. Quidni vero, si non majorem, at parem certe utilitatem præstiturum arbitremur illud opus Procopii, qui ratione ista, quam se in exponendis veterum sententiis secutum esse dicit, profecto effecit, ut commodior etiam nobis intelligentia esset eorum quæ ab illis interpretibus ad Scripturam sacram adnotata sunt. Neque ille, id quod præcipue in hac causa considerandum videtur, sine judicio ad veterum Commentarios excerpendos accessit, sed ita eos tractavit potius, ut, si nolis in multis elegantiam, atque quamdam veluti artem agnoscere, summam certe diligentiam, et patientissimum studium non possis non admirari. Ac primum quidem illud nemo non intelliget et diligentiæ et doctrinæ esse non mediocris, quod, cum instituisset veterum sententias non quidem separatim descriptas exhibere, sed in continuæ orationis seriem cogere, quod ille igitur vastos illos veterum Commentarios ita tractavit, ut resectis contractisve iis quæ vel bis vel fusius dicta essent, breviores lectuque faciliores redderentur, atque in universum hoc egit, ut non tam verba illorum interpretum, quam sententiæ et judicia exhiberentur. Deinde non levem vel temerarium antiquorum compilatorem fuisse Procopium, partim ex iis quæ de suis addidit, partim ex cura illa perspicitur, quam in describendis locis Scripturæ sacræ collocavit. Et illa quidem quæ de suis ille adjecit, observandum est, plerumque ita esse vel brevia, vel abscondita cæterisque aliorum sententiis intertexta, ut non possint salvis reliquis excerpi, adeoque Nicephorus, quamvis nonnulla ex Procopio in Catenam suam transcripserit, minimam tantum illorum partem, quæ vere Procopii essent, excerpsisse existimari debeat. Quanquam igitur in loco illo a nobis descripto multæ sententiæ, multaque judicia, quæ solius Procopii sint, inveniuntur, tamen ea, quoniam erant variis in locis sparsa et brevia, plane intacta reliquit Nicephorus. Quod autem attinet ad loca Scripturæ S. a Procopio allata, partim his alia addidit, partim plenius ea descripsit, sæpeque etiam varias lectiones exhibuit, ut illum non in eo acquievisse, ut illa describeret, sed etiam judicium et quamdam elegantiam adhibuisse intelligatur.

Sed ne auctoritati et commendationi meæ nimium tribuere videar, rogandi mihi potius sunt doctiores harum litterarum arbitri, ut, si modo ad sententiam dicendam specimen supra positum ipsis sufficiat, judicare velint, sintne digni illi Commentarii, qui aliquando typis exscribantur, an vero satius sit abjecto edendi consilio in eo acquiescere, ut eos exstare non ignoremus. Quod si illud probabitur, dabo operam, ut, quantum fieri possit, et exspectationi et voluntati virorum doctorum satisfaciam. Sin minus: tantum tamen abest, ut operam meam me perdidisse putem, ut, valde potius læter me id præstitisse.

Scripsi Lipsiæ mense Oct. MDCCLXXXV.

—

ANG. MAI PRÆFATIO.

(*Class. Auct.* t. VI, Proleg. 5.)

In exordio operis quod a nobis hoc volumine editur, narrat Procopius duplicem a se commentarium ad Octateuchum fuisse adornatum; primum quidem amplissimum, ex antiquis Patribus aliisque scriptoribus decerptum, et catenæ, ut loquimur, ritu ordinatum: retentis ipsorum auctorum ad amussim verbis; sive opiniones inter se congruerent, sive secus. Postea tamen quia hujus generis lucubratio in immensum excrescere videbatur, consilium cepit hanc ad aptius compendium conferendi: atque ita plerumque omissis auctorum nominibus, et ore proprio loquens, rem semel dicere maluit, ubi certe auctores inter se conspirabant; ubi autem invicem dissidebant, rem nihilominus concinna brevitate edisseruit; quo videlicet opus concretius fieret, et uno veluti auctore progenitum. Major illa Procopii lucubratio in mss. bibliothecis exstare videtur (1); sed Græce lucem certe non vidit: minor autem æque inedita in duobus pontificiæ bibliothecæ codicibus mihi se obtulit, et in uno etiam bibliothecæ Albaniorum ab ejus perdocto præside observata fuerat, qui et codicis usum, ut cum Vaticanis conferrem, mihi concessit. Una tamen trium codicum origo fuit: nam et iisdem prorsus lacunis hiant, et eodem fine clauduntur; et duo saltem in minimis etiam vitiis conspirant, Vaticanus scilicet primus et Albanensis; nam Vaticanum alterum ab imperita manu confectum vix commemorem. Et illum quidem principem sæculo xv scriptum judico, Albanensem autem et alterum Vaticanum sequente sæculo; verumtamen primus Vaticanus e pervetusto aliquo exemplari exscriptus fuit, detrito jam et quandoque lacero, quod cum ipso Procopii autographo collatum fuerat, ut inscriptio insignis testatur in calce codicis Procopii nomini adjecta: Ἐξισώθη κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πρωτότυπον.

Nunc illud dubitare licet, utrum Procopius hanc quam habemus in manibus lucubrationem absolverit, an tædio aut labore victus abruperit: nam in Romanis quidem codicibus haud ultra Geneseos capitulum xviii procedit. Quare superest ut aliarum bibliothecarum præfecti codices suos inspiciant, et hanc nobis dubitationem eripiant. Interim vero Christiani rhetoris atque hermeneutæ, sextò Christi sæculo clari, cujus jam in quarto volumine plus centum epistolas divulgavi, classicum oppido, luculentum, uberrimum, et jamdiu exoptatum ad Genesim commentarium libenter admodum commoditati publicæ exhibeo: cujus quidem laudes prædicare quid interest, cum eæ legentibus cordatis pateant, ignaris autem et illepidis non suffragentur? Certe operis argumentum atque tractatio permagni interest; de mundi natura videlicet, de ortu hominis atque ejus libero arbitrio, de culpa principe, de homicidio primo, de diluvio et arca, de humani generis incremento ac diffusione. Accedunt antiquorum interpretum atque editionum lectiones variæ ex Origenis Hexaplis a Procopio olim desumptæ, quæ nunc ad eadem Hexapla (quæ pro viribus Montfauconius restituit) postliminio redibunt. Cum autem tota lucubratio ex antiquorum Patrum scriptis congesta sit, profecto habemus hermeneutices genus solidum, doctrinamque authenticam, quam ego quidem præ hodiernis multis grammaticorum argutiis et philologorum commentis sequi malim.

Longe alia ratio est commentarii imperfecti in Canticum Salomonis, quem sub ejusdem Procopii vix dubio nomine ex alio codice eruimus: is enim ob declarandam tantummodo scribentis pietatem scriptus, neque ullam historicam præ se fert eruditionem, neque ad operis superioris præstantiam prorsus assurgit.

(1) J. A. Fabricius. *Bib Gr.* ed. nov. t. VII, p. 563.

PROCOPII GAZÆI

SOPHISTÆ

IN OCTATEUCHUM

SIVE PRIORES OCTO VETERIS TESTAMENTI LIBROS ANTIQUÆ LECTIONIS

COMMENTARII

NUNC PRIMUM

EX ANTIQUISSIMO GRÆCO EOQUE MANUSCRIPTO CODICEM IN LATINUM CONVERSI

Claud. Thrasybulo interprete.

—

JACOBUS GESNERUS CHRISTIANO LECTORI.

Quanquam et nostra nobis conscientia et emissi in lucem ex officina nostra libri testimonium locupletissimum perhibeant typographicis his laboribus, nos non tam nostram quam litterariam publicam rem spectare consuevisse : ac propterea non necesse habeam cuiquam vel nostra studia probare, vel librum hunc magnis laudibus vehere : sed credam potius vino vendibili suspensa hedera opus non esse, tamen ut intelligas, studiose lector, quantæ ex hoc libro diligenter lecto utilitates percipi queant, quod solent alii facere typographi, quodque cum mihi tum Andreæ fratri facto opus esse videbatur, aliquid de Procopio atque etiam hoc ejus Commentario præfabor. Ac de ipso quidem Procopio, quoniam nec Photium patriarcham, qui cum de eo ipso tum de omni scriptorum genere duobus libris Græce scripsit, in promptu habeo : nec prædicandis tanti viri laudibus ipse sufficio, pauca possum dicere. Sed quoniam, ut Ovidii verbis utar, conveniunt fatis nomina sæpe suis : quis sibi non ausit, vel audito Procopii nomine, μεγάλην προκοπήν, hoc est ingentes progressus polliceri, si quidem hosce ejus in Mosem atque in sacram Historiam commentarios accurate perlegerit? Quis Gazam patriam audiens, quæ civitas, sive, de quo divus Hieronymus dubitavit, vetus illa fuit in quam bello contra Ægyptum suscepto a Cambyse Persarum rege opes regiæ comportatæ Persicum hoc nomen urbi indidere : sive hæc ipsa fuit quam constat etiam expugnata Judæa celebrem et fecundam Christo fuisse : non intelligat sane quam præclaram utrinque affulgere divitis thesauri spem et exspectationem? Et vitæ quod secutus est genus etiam ipsum argumento est Procopium hunc, non modo multarum et variarum rerum cognitionem, verum etiam summam in exponendo facultatem et felicitatem sibi comparare potuisse. Sophistæ enim in Græcia quondam appellabantur hi qui ludos aperiebant, in quibus sic philosophari solebant, ut sapientiæ pariter atque eloquentiæ principia docerent : quales fuerunt Isocrates, Theon, Aphtonius, Hermogenes, Libanius, Philostratus, et alii innumeri, qui sibi creditos adolescentes cum doctrina tum pietate imbuerunt. Quo profecto studio hoc consecuti sunt, ut ob præbitum suis auditoribus salubris educationis officium, omnibus hominibus in primisque principibus undequaque viris venerandi juxta ac chari forent : deinceps et sapientiæ nomine multum auctoritate valerent apud philosophos, et eloquentiæ laudem apud oratores obtinerent. Quamobrem eorum orationis genus in Oratore suo Cicero mirum in modum laudat, ac dicit esse dulce, solutum, effluens, sententiis argutum, verbis sonans, et totum epidictici generis, quod sibi videatur proprium sophistarum esse. Quæ cum ita sint, etiam hunc sophistam nostrum et rerum ad divinas res percipiendas utili cognitione præditum, et in illo, quod sacrarum Litterarum tractationi in primis est accommodatum, ἐκφράσεως sive tenuis et subtilis expositionis genere bene versatum fuisse necesse est. Tantam vero doctrinam et eloquentiam ad Christianæ philosophiæ tractationem attulisse quanti referat, quoniam Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Basilius, itemque ex Latinis Augustinus, Hieronymus, Lactantius, aliique magni in Ecclesia viri suis exemplis ipsi probant, non opus est me plura dicere. Cæterum ut leonem ex unguibus æstimes, opus ipsum inspice et considera : et intelliges factam esse tibi spem minime vanam minimeque dubiam. In quo, si quas res, quomodo, quibus verbis exponat consideres : profecto et ad publicam utilitatem, et

delectationem singulorum facta videbuntur omnia. Eas enim res affert quas non passim habeas obvias, sed quas ipse ex priscis iisque præcipuis theologis, ut Symmacho, Theodotione, Aquila, et aliis quorum non amplius exstant opera, depromptas habet. Jam si laude digni sunt, et utiles lectu libri, qui res ex iis quos alias in promptu habemus scriptoribus collectas et suo loco adductas habent: quanto majore laude digna fuerit et utilior lucubratio, in qua ceu gaza Persica thesaurus ingens priscæ lectionis et antiquitatis ostenditur? Sed et eam in exponendo rationem servat, ut citra fastidium quidquid scitu dignum est cognosci queat; quando in gravibus et magni momenti quæstionibus copiosus est, in planis et facilibus brevis, in iis quæ prius essent dicta adeo succisus, ut nihil omnino bis dixisse videatur. Quod vel ex eo ipso perspicuum est, quod in priores libros multo quam in posteriores sit longior expositio. At toto hoc libro puram et inaffectatam dicendi formam servat, eamque et sermone populari tersiorem, et sublimi gravitate multo submissiorem. Quam etiam interpres quoquo modo potuit imitatus est, nempe ut ad Græcum exemplum Latina translatio quam proxime accederet. Ex quibus omnibus multisque in eamdem sententiam aliis quæ studiose prætereo, perspici potest, nos hujus editione libri perinde publicæ atque nostræ utilitati studuisse, hæcque tua magis, o lector, quam nostra causa paucis præfari voluisse. Vale, et quos animo benigno liberalique damus, tu grata et officii bene memore mente accipe doctos et bonos Procopii Commentarios. Iterum, Vale. Datæ propere ex officina nostra.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

—

PROCOPII GAZÆI

SOPHISTÆ CHRISTIANI

COMMENTARII IN GENESIM

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (*).

A ῎Ηδη μὲν καὶ πρότερον Θεοῦ τὸ δύνασθαι χορηγήσαντος, τὰς καταβεβλημένας ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν Ὀκτάτευχον ἐξηγήσεις συνελεξάμεθα, ἐξ ὑπομνημάτων καὶ διαφόρων λόγων ταύτας ἐρανισάμενοι. Ἀλλ' ἐπεὶ τὰς ῥήσεις αὐτὰς τῶν ἐκθεμένων αὐτολεξεὶ [a], ἐξεθέμεθα, εἴτε σύμφωνοι πρὸς ἀλλήλας ἐτύγχανον, εἴτε καὶ μὴ, καὶ πρὸς πλῆθος ἄπειρον ἡμῖν ἐντεῦθεν τὸ σύγγραμμα παρετείνετο, συνεῖδον νῦν πρὸς μέτρον εὐσταλὲς συνελεῖν τὴν γραφήν. Ἐπειγόμενος εἰ μέν τι σύμφωνον ἅπασιν εἴρηται, τοῦτο προσάπαξ εἰπεῖν· εἰ δέ τι διάφορον, καὶ τοῦτο συντόμως ἐκθέσθαι πρὸς τὸ διὰ πάντων ἓν γενέσθαι σῶμα τῆς γραφῆς, ὡς ἑνὸς καὶ μόνου τὰς ἁπάντων ἡμῖν ἐκθεμένου φωνάς. Προσθήσομεν δέ τι καὶ ἔξωθεν εἰς τρανωτέραν ἔσθ' ὅτε παρά-
B

PROLOGUS.

1 Antea quidem, Deo cœptis benigne aspirante, conscripsimus Enarrationes in Octateuchum, quas ex Patribus orthodoxis, aliisque scriptoribus magna diligentia comportavimus, secuti varia monumenta et homilias piorum hominum. Cæterum cum singulorum sententias, nihil etiam mutatis verbis parum curantes, sive inter se dissentirent vel consentirent, illo in opere lectori proposuerimus, et exinde volumen nostrum in immensum creverit, operæ pretium duxi ejus voluminis magnitudinem paululum diminuere. Quod ut commodius fiat, statui illa, in quibus unanimiter conveniunt auctores, semel dicere: sicubi vero dissident, ut et ea innotescant lectori, decrevi ista explicare quam paucissimis. Cupio enim omnium

VARIÆ LECTIONES.

[a] Cod. ἐπιλέξεται.

NOTÆ.

(*) Textum Græcum ex cod. Vat. edidit Ang. Mai, *Class. Auct.* t. VI.

interpretationes in perfecti corporis consonantiam redigere, ex quo ceu fonte unico liceat nobis omnium explanationes haurire, quasi unus et solus loquatur. Verum ut omnia sint magis dilucida perspicuaque, interdum et de nostro adjiciemus aliquid. Quapropter cum tantum opus moliamur, consultum judicavi implorare auxilium divinum, et deinde rem ipsam aggredi.

A στασιν. Οὐκοῦν συνεργὸν ἡμῖν τὸν Θεὸν γενέσθαι καλέσαντες, ἐντεῦθεν ἀρξώμεθα.

Oportet eum qui operam daturus est Scripturæ sacræ, non accipere illa quæ ibi traduntur, quasi proveniant ex hominibus : altius initium sive principium spectandum reor : firmiter credat necesse est, illa sacrosancta dogmata ex ipso originem sumere Deo, et inde per homines quasi canales seu instrumentum ad nos promanare. Quemadmodum enim regius minister, sive tu eum præconem nuncupes, regis præceptum et vocem imitatur, dicens : Jussi : sententiam tuam declaravi : sic prophetæ sancti linguam quasi calamum præbent excellentissimo scribæ, quem nullus scriptor describere, nec ullus pictor delineare quit, juxta Davidis vaticinium. Et in hunc modum compellat mortale genus, scilicet : « Si acquieveritis et obedieritis, bonum terræ comedetis : et si nolueritis, ac rebelles fueritis, gladio consumemini. » Itaque Deo accepta ferenda sunt illa oracula, apud quem nullum cernere est mendacium, vel quid stultum aut frivolum. Quæcunque, observans veram pietatem, discere potueris, fac memori mente teneas. Si quis locus se offert obscurior, quam hunc ingenii tui vires assequi valeant, aut Patres tibi consulendi sunt, aut scientiarum Deus precibus fatigandus est. Is enim homines scientiam docet, et nostrum intellectum instruit, ut occultiora apprehendere queat.

Δεῖ τὸν προσιόντα τῇ θείᾳ Γραφῇ, μὴ ὡς ἀνθρώπων εἰπόντων, ἀλλ' ὡς Θεοῦ δι' αὐτῶν φθεγξαμένου τῶν εἰρημένων ἀκούειν. Ὥσπερ γὰρ ὑπηρέτης βασιλικὸς βασιλέως φωνὴν ὑποκρίνεται, ἐκέλευσα λέγων, ἐδωρησάμην, οὕτως οἱ προφῆται καθάπερ κάλαμον τὴν γλῶτταν ὀξυγράφῳ παρέχονται γραμματεῖ, κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ, καί φασι τυχόν· « Ἐὰν ἐθέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » Οὐκοῦν Θεοῦ τὰ λόγια παρ' ᾧ ψεῦδος οὐδὲν ἢ ἄλογον. Καὶ δεῖ ὅσα μὲν εὐσεβῶς δυνήσῃ νοῆσαι, B κρατεῖν· εἰ δέ τί σου παρατρέχει τὴν δύναμιν, ἢ Πατέρων μαθεῖν, ἢ τῷ Θεῷ παραπέμπειν τῶν γνώσεων, ὃς διδάσκει ἄνθρωπον γνῶσιν.

Genesis autem, quem librum explicandum sumpsimus, præclarum opus est, quod nobis contexuit Moses. Auctorem ne contempseris : maxima siquidem præditus fuit auctoritate. Hic vir, ne erres, is est qui ipsum Deum, quatenus humanus oculus, et possibile fasque est, vidit. Imo, ut testatur Scriptura, « Dominus loquebatur ad Mosem facie ad faciem, sicuti homo loquitur ad amicum suum, etc [2]. » Cum affectaret uberiorem cognitionem indipisci, et Deum quodammodo exacte et non quasi per transennam cernere, nullam passus est repulsam in petræ caverna abditus. Cæterum recte tu dixeris petræ cavernam, notitiam Dei illam, per quam ex incarnatione Christi Patris cognitionem venamur. Moses in petra consistens, conspexit ea quæ post Deum erant, id est, posteriora, ex quibus quasi per quamdam analogiam opifex eorum **2** perspicitur. Hæc enim (ut verisimile est) Moses exactius et copiosius cognovit, quam ullus mortalium. Cum itaque conaretur populum sibi commissum ad Dei cognitionem retrahere, legesque saluberrimas ad eam rem facientes exponere, duplex genus dicendi secutus est : alterum historiæ congruit, alterum vero legislationi affine est. Legislatio duo habet membra : aut enim facienda imperat, aut fugienda vetat. Sic et duas partes continet historicum dicendi genus :

Ἡ τοίνυν Γένεσις, Μωϋσέως ἐστὶ γραφὴ ἀνδρὸς ἑωρακότος Θεὸν, ὡς δυνατὸν ὑπῆρχεν ἰδεῖν, ᾧ « Στόμα πρὸς στόμα λελάληκεν ὁ Θεὸς ἐν εἴδει καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. » Πλείονα δὲ γνῶσιν ἐπισπᾶσθαι βουλόμενος, καὶ γνωστῶς ἰδεῖν τὸν Θεὸν, οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως ὑπὸ τὴν ὀπὴν τῆς πέτρας κρυβείς· ὀπὴ δὲ πέτρας ἡ διὰ τοῦ σαρκωθέντος δι' ἡμᾶς Υἱοῦ C γνῶσίς ἐστι τοῦ Πατρός· καὶ τὰ μετὰ Θεὸν εἶδεν, ἅπερ ἐστὶν ὀπίσθια, ἐξ ὧν ἀναλόγως ὁ Δημιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται, ἅπερ ὡς εἰκὸς πλέον τῶν ἄλλων κατείληφεν. Οὕτως [b] οὖν τὸν ἐμπιστευθέντα λαὸν αὐτῷ πρὸς θεογνωσίαν ἄγειν πειρώμενος, καὶ νόμους ἐκθέσθαι πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐνάγοντας, δύο μετελήλυθεν εἴδη γραφῆς, τὸ μὲν ἱστορικὸν, τὸ δὲ νομοθετικόν· τοῦ δὲ νομοθετικοῦ τὸ μὲν παραινετικὸν, τὸ δὲ ἀπαγορευτικόν· καὶ τοῦ ἱστορικοῦ τὸ μὲν περὶ κόσμου γενέσεως, τὸ δὲ γενεχλογικόν· τοῦ δὲ νομοθετικοῦ [c] τὸ μὲν περὶ τῆς κολάσεως ἀσεβῶν, τὸ δὲ περὶ τῆς τῶν δικαίων τιμῆς· τὸ δὲ ἱστορικὸν προὔταξε τοῦ νομοθετικοῦ διὰ τοιαύτην τὴν αἰτίαν, οὐ πρᾶγμα (*) ποιῶν παλαιῶν πραγμάτων ἡμῖν διηγήσασθαι τὴν ἱστορίαν κατεπαγγέλλεται. D Ἄνωθεν δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, δείκνυσι τὸν Πατέρα τοῦ κόσμου καὶ Ποιητὴν τοῦτον σὺν ἀληθείᾳ νομοθέτην ὑπάρχοντα. Ἐχρῆν γὰρ ἐγνῶσθαι πρὸ τῶν νόμων τὸν νομοθέτην. Τοιγαροῦν καὶ Ἰωάννης πρῶτον εἶπεν· « Ἐν ἀρχῇ

[1] Isa. I, 19, 20. [2] Exod. XXXIII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Catena Nicephori οὗτος. [c] C. N. γενεαλογικοῦ.

NOTÆ.

(*) Lacuna Catenæ Nicephori et editionis Gesneri ex cod. Vat. suppletur.

ἦν ὁ Λόγος, » καὶ τότε τὰς αὐτοῦ νομοθεσίας ἐξέθετο.

A altera commemoratione creationis mundi occupata est: altera vero versatur in tradendis genealogiis. Hæc docet honores, quibus homines pii a Deo immortali sunt affecti, et recenset pœnas quibus impii nebulones sunt subditi. At historicum methodum in serie contextus præposuit legislationi, et hac de causa non promittit rerum antiquarum nobis narrationem ordiri. Altius autem capit principium, scilicet quod præcessit hujus universi creationem, ostendens Deum esse mundi patrem creatoremque: et hunc ipsum declarat quam verissime esse nomothetam. Necessitas siquidem postulare videbatur ut ante legislationem notus esset legislator. Ad hunc enim modum et Joannes evangelista primo inquit: « In principio erat Sermo, » etc. Postea demum ejus leges subnectit.

Δείκνυσι δὲ Μωϋσῆς καὶ ὅτι δεῖ τὸν νόμοις χρησόμενον, σύμφωνον τὸν βίον τῇ τοῦ παντὸς ἁρμονίᾳ καὶ τῇ τάξει παρέχεσθαι, καὶ δεικνῦναι συνᾴδοντα λόγοις ἔργα, καὶ τοῖς ἔργοις τὰ ῥήματα. Τοιγαροῦν τῶν ἄλλων νομοθετῶν, τῶν μὲν εὐθὺς ὁριζόντων τὰ B πρακτέα, καὶ μὴν [d] καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέντων τοῖς παραβαίνουσι, τῶν δὲ πόλιν κτισάντων ἐν πρώτοις, εἶτα διὰ τῶν νόμων ἣν ἐνόμισαν πολιτείαν ἁρμοσάντων τῇ πόλει, ὁ [e] Μωϋσῆς τὸ μὲν πρῶτον νομίσας εἶναι τυραννικὸν καὶ μηδεμίαν ἔχον πειθὼ καὶ παραμυθίαν, τὸ δὲ ἕτερον ἐμμελὲς μὲν, οὐ μὴν διὰ πάντων κατωρθωμένον, αὐτὸς ἑκατέρων διήνεγκεν. Τῷ τε γὰρ νομοθετικῷ τὸ παραινετικὸν ἐγκατέμιξεν, προτρέπειν μᾶλλον ἢ βιάζεσθαι λόγον ποιούμενος· καὶ τὸ πόλιν χειροποίητον ἀρχὴν ποιήσασθαι τῆς συγγραφῆς κτιζομένην τῷ λόγῳ, ταπεινότερον ἢ κατὰ [E cat. Niceph. supp. τὴν ἀξίαν τῶν νόμων ὑπείληφεν· ὧν τὸ κάλλος ἀκριβεῖ τῇ θέᾳ κατὰ] τὴν διάνοιαν ἀπιδὼν, τῆς ἐπὶ γῆς ὑπεριδὼν κτίσεως, ἐπὶ τὴν μεγίστην πόλιν τὸν κόσμον ἀνέδραμεν, καὶ τὴν C αὐτῆς ὑφηγήσατο γένεσιν, ἐμφερεστάτην εἰκόνα τοὺς νόμους τῆς τοῦ κόσμου πολιτείας ἡγούμενος. Τῶν γοῦν νόμων ἡ δύναμις, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, τῇ τοῦ παντὸς ἁρμονίᾳ συνᾴδει [f]. Τοιγαροῦν εἴ τινες παντελῶς ἐξεπήδησαν τῆς ἀρετῆς, τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς ἀτιμάσαντες, ὡς οὐκ ἀνθρώπων ἐχθρούς, ἀλλ' οὖν οὔτε [οὐρανοῦ τε] καὶ κόσμου παντὸς, οὐ τὰς ἐν ἔθει τιμωρίας ὑπομεῖναί φησιν, ἀλλὰ καινὰς καὶ τὰς παρηλλαγμένας, τῶν τοῦ παντὸς δραστικωτάτων στοιχείων ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς ὕδατος καὶ πυρός.

Verum Moses sedulo id agit, quo ostendat officium esse ejus qui hisce usurus sit legibus divinis, ut se attemperet ordini et harmoniæ decoræ hujus [universi]: quemadmodum ibi nihil exorbitare et a sua harmonia deficere animadvertitur: sic vita nostra quoque consentiat, nempe ut opera nostra concinant verbis, verba consonent operibus. Reliqui legislatores continuo leges sanciunt politicam vitam præscribentes: et delinquentibus pœnas, quibus afficiantur statuunt. Alii primum urbem condunt, conditam demum exornant legibus, quas accommodant illi reipublicæ formæ, quam in ea civitate obtinere cupiunt. Moses noster primum nihil a tyrannide abhorrere existimavit. Quia nullus ibi locus vel adhortationi vel persuasioni videretur relictus. Alterum vero non per omnia aspernatus est. Quamvis commodum hoc appareat, tamen non per omnia existimavit belle geri. Diversus itaque ab utroque abit, et peculiarem quemdam modum sectatur. Nam legislationem suam ita temperavit, ut admisceret hortationem: et pro inde hortando magis et persuasione, quam vi et cogendo legislationis negotium absolvit. Auspicari legislationis opus ab urbe humanis manibus ædificata, vel sermone aut oratione ficta, admodum obscurum et abjectum judicavit, humiliusque fore censuit, quam congrueret excellentiæ legum, quas pararet ferre. Proinde harum legum pulchritudinem exacte animi oculis intuens, neglecto urbem aliquam in terra exstruere, quæ constaret arte compositis ædificiis, festinavit ad magnam urbem, nempe mundum, cujus generationem cum edocuisset, ostendit suas leges esse quasi vivum universi hujus exemplar. Legum namque harum vis, si quis eas diligentius adhibito judicio perpendat, omnino operosæ mundi machinæ consonans est. Quod quidam, relicto virtutis calle, et contempto legum munere divino, impegerunt, in vitia non solum humani generis pestes, sed cœli mundique totius hostes, apparet quod ea non tulerunt impune. Nam significat talia hominum monstra non solitis, sed novis et exquisitis exagitata esse pœnis, aqua et igne, potentissimis scilicet elementis pœnas exposcentibus, et in illorum capita redundantibus.

Τοιαύτης δὲ πόλεως τὴν κτίσιν ἡμῖν ἐνστησάμενος, τὰ μὲν σιωπῇ παραδίδωσι, περὶ δὲ τῆς τῶν ὄντων φύσεως σιωπᾶν οὐκ ἀνέχεται. Σκοπὸν γὰρ ἕνα πεποίητο τῆς πολυθέου πλάνης μετενεγκεῖν τὸν λαὸν, πρὸς ἣν Αἴγυπτον οἰκοῦντες ἐξώκειλαν, καὶ τὸν ἕνα τοῦ παντὸς ὑποθέσθαι δημιουργόν. Ὁρᾷ γὰρ ἡ Γραφὴ οὐ πρὸς ἀκριβῆ γνῶσιν μᾶλλον ἢ θεοσέβειαν [g]· ὡς καλῶς ἔχειν τὴν τοῦ Σιρὰχ παραίνεσιν,

D 3 Quapropter cum talem nostros ob oculos ponat, et adeo insignem urbem, quædam silentio transmittit: verum de entium natura, atque adeo tota rerum creatione nihil silendum credidit. Siquidem ad hunc unum collimabat scopum, ut populum ab errore colendi multos deos abstraheret, in quam insaniam in Ægypto morantes devenerant. Quare ubique unum solum mundi opificem proponit.

VARIÆ LECTIONES.

[d] C. N. μή. [e] C. N. add. μέν. [f] C. N. συνᾴδουσα. [g] Cod. θέωσε cum lacuna.

Scriptura etenim sacra non tam ad exactam cognitionem rerum, quam ad pietatem docendam respicit, etc. Laudanda est igitur haud immerito illa Sirach admonitio : « In supervacaneis operum tuorum ne sis curiosus [a]. » Plura enim intellectu hominum ostensa sunt tibi, etc. Nec illud Ecclesiastæ improbandum est : Non sis multum justus, neque sis nimium sapiens : ut quid enim in desolationem venies? Præterea ea tempestate sæculum erat rude : nulli vel Hebræi vel Græci quivissent sublimes et acutiores quæstiones seu speculationes capere, præsertim cum illa dogmata, quæ non ad bene beateque vivendum, pietatemque inducerent, eo tempore ut supervacanea et stulta rejicerent. Atenim, si quis rem penitius inspiciet, reperiet Novum Testamentum scopum exstitisse Veteris, cognoscetque Vetus esse quasi institutionem et introductionem ad Novum. Ideo Moses, ut puerorum doctor, arcana mysteria missa facit, nihilque alti vel excelsi sonat. Enumerat primum mundi creationem, deinde leges sine scripto profert, quas prisci mortales ceu vitæ certam normam sequebantur. Accepere enim has ex visionibus divinis, quæ ipsis, quatenus fieri licebat, apparuere divinitus. Deus siquidem ex Abrahami semine populum delegerat, quem a reliquorum hominum contagio segregatum voluit. Hunc multis et saluberrimis præceptis conservavit, et præ cæteris sua providentia dignum habuit. His commonstravit abunde quæ tenere decet illos qui agitantur cupidine cognoscendi dogmata quæ postmodum essent depromenda. Nam horum opera et studio oportebat divina miracula legesque etiam reliquis mortalibus communicari. Christus enim apud hos qui legi obnoxii erant, et natus et conversatus est, sicuti vaticinati sunt prophetæ sancti. Peculiarem itaque Dei sortiti sunt providentiam, ne reliquis immisti populis fœdam sentirent corruptionem, et ut suo tempore cæteris gentibus adventum salutarem Christi, præsagia et oracula, nec non quanta cura a primordio jam inde rerum humanum genus fovisset Deus, efficaciter demonstrarent. Proinde legislationem exorsus a promissionibus in Abrahamum collatis, satagit omnes instituere ad adventum Christi.

A « Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου· » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἡ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ, μὴ σοφίζου περιττὰ, μή ποτε ἐκπλαγῇς· ἀλλ' οὐδὲ δεκτικοί τινες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον θεωρημάτων λεπτοτέρων ἐτύγχανον οὔτε παρὰ τοῖς Ἑβραίοις οὔτε παρὰ τοῖς Ἕλλησιν· ἄλλως τε καὶ τὴν μὴ πρὸς εὐζωΐαν καὶ τὴν θεοσέβειαν δυναμένην γνῶσιν ἄγειν περίεργον ἐλογίζοντο καὶ λίαν ἀνόητον [g]. Εὕροι γὰρ ἄν τις σκοπὸν τὴν Νέαν τῇ Παλαιᾷ γεγονυῖαν Γραφῇ, καὶ χειραγωγίαν τινὰ παιδευτικὴν τὴν Παλαιὰν πρὸς τὴν Νέαν ὑπάρχουσαν. Ὅθεν καὶ Μωϋσῆς ὁ μέγας ὡς μειρακίων διδάσκαλος, οὐδὲν μὲν τῶν ἀποῤῥήτων φησί. Θεοῦ δὲ τὰ πρῶτα δημιουργίαν καὶ νόμους ἀγράφους ὑπέθετο τῶν πρὶν ἀνθρώπων τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτοῖς· τοὺς νόμους B τούτους γὰρ διὰ τῶν θείων ὀπτασιῶν τῶν κατὰ δύναμιν γενομένων αὐτοῖς παρειλήφεσαν. Λαὸν γάρ τινα Θεὸς ἐκ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ γονῆς ἐξελέξατο, τοῖς ἄλλοις ἄμικτον διαφόροις τηρήσας προστάγμασιν, ἐξαιρέτως τῆς αὐτοῦ προνοίας ἠξιωμένον, ἅπερ ἐχρῆν δι' αὐτῶν εἰς τὴν τῶν ἑξῆς διδασκαλίαν φυλάττεσθαι. Δι' αὐτῶν γὰρ ἔδει τὰς τοῦ Θεοῦ διαφόρους οἰκονομίας καὶ τοῖς [h] ἀνθρώποις βραβεύεσθαι. Χριστὸς γὰρ ἐκ τῶν ὑπὸ νόμον τῷ παντὶ βίῳ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνέτειλε, παρ' οἷς καὶ προφῆται τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἐκήρυττον. Ὅθεν ἰδίας ἠξιοῦντο προνοίας, ἵνα μὴ τοῖς ἄλλοις ἀναμιχθέντες διαφθορὰν ὑπομείνωσιν, ἀλλ' εἰς καιρὸν παραδῶσι τοῖς ἄλλοις τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τὰ προμηνύματα, καὶ ὅσην ἄνωθεν ὁ Θεὸς ἐπιμέλειαν τῶν ἀνθρώπων C πεποίηται, ὅπως τε διὰ τῆς νομικῆς διατάξεως ἀπὸ τῶν πρὸς Ἀβραὰμ ἐπαγγελιῶν ἀρξάμενος, εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἐπαιδαγώγησεν ἅπαντας.

Quod Vetus Testamentum paulo obscurius est, causam aliam arbitrare nullam, quam priscorum hominum obtusa pectora. Nam velo indigebant, cum non sustinerent illa propter excellentiam videre. Nonnihil enim ipsorum acies perstringebat coruscante splendore divinorum oraculorum. Verum Moses mysteriorum omnium plenam cognitionem habebat : velo non propter se, sed causa aliorum, faciem contegebat. Nec velo utebatur cum se verteret ad Deum, et cum eo coram colloqueretur. Itaque propter mysteriorum ignorantiam non erant accusandi? Audi Christum dicentem : « Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent [b]. » Prophetia quidem parum primo aspectu clara est ; ubi vero ad rem collata et eventum sortita fuerit, quem prædixit, tum demum

Τῆς δὲ κατὰ τὴν Παλαιὰν Γραφὴν ἀσαφείας αἰτία μὲν ἡ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων ἀσθένεια δεομένη πρὸς τὴν αὐτῶν ἀξίαν παραπετάσματος. Μωϋσῆς γὰρ οὐκ ἠγνόει· πρὸς αὐτοὺς γὰρ εἶχε τὸ κάλυμμα, ἀλλ' οὐ πρὸς ἑαυτὸν, οὐδὲ μεταστραφεὶς πρὸς τὸν D Κύριον. Τοιγαροῦν τῶν ἀγνοούντων οὐκ ἦν ἔγκλημα κατ' αὐτῶν. « Εἰ μὴ ἦλθον γὰρ, φησὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. Ἡ δὲ τῆς προφητείας ἀσάφεια διὰ τῆς ἐκβάσεως ἑρμηνεύεται. Δευτέρα δὲ αἰτία τὸ ἀπὸ τῆς Ἑβραίων εἰς τὴν ἄλλην [i] μεταληφθῆναι φωνὴν, τοῦ Θεοῦ τοῦτο διὰ Πτολεμαίου γενέσθαι πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας οἰκονομήσαντος, ὅτε κοινῇ πᾶσιν ἤμελλεν ἐγνῶσθαι τοῖς ἔθνεσιν. Ὅτι δὲ κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν ὁ μέγας Μωϋσῆς καὶ τὰ λίαν ἀρχαῖα καὶ τὰ μετὰ τὸ πλεῖστον ἐγίνωσκεν, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Θεοῦ γὰρ ἐπι-

[a] Eccli. III, 24. [b] Joan. XV, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[g] C. N. ἀνόνητον. [h] C. N. ad. ἄλλοις. [i] C. N. Ἑλλάδα.

πνοίᾳ τὸ λανθάνον, εἴτε παρὸν, εἴτε φθάσαν, εἴτε μέλλον, ἐγνώρισεν. A

perfecte inclarescit. Possum et alteram obscuritatis referre causam, atque hæc inde proficiscitur, quod Vetus Testamentum in linguam Græcam versum est industrią et studio Ptolomæi ante Christi incarnationem. Siquidem omnia sacrosanctæ fidei dogmata et ethnicis aperienda erant, quo expeditius ad veram fidem advolarent. Verum quin Moses instructus fuerit cognitione antiquitatum, et quæ futura erant longe ante animo perspexerit et cognoverit, non credo quemquam ire inficias. Ex divina etenim inspiratione adeptus est notitiam præteritorum, præsentium et futurorum.

Ἐπειδὴ δὲ κόσμου γένεσις ἡμῖν τὸ προκείμενον, ἰστέον ὅτι τῶν Ἑλλήνων παῖδες συναΐδιον τῷ Θεῷ τὴν κτίσιν εἶναί φασιν· ὕλην γάρ τινα τῷ Θεῷ συναΐδιον ὑποτίθενται. Μὴ δυνηθέντες γοῦν εὑρεῖν, πῶς ἐκ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντος ὄν τι γενήσεται, μετρεῖσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν ταῖς οἰκείαις ὑπολαμβάνοντες ἐννοίαις, ἀΐδιον ὕλην ἡμῖν ἀνεπλάσαντο· καὶ τὸν Θεὸν ἀεὶ δημιουργὸν εἶναι λέγοντες, ἀεί φασι τὰ δημιουργήματα· καίτοι εἴπερ ἀΐδιος ἡ ὕλη, καὶ B ἄτρεπτος· εἰ γὰρ τραπήσεται, κατὰ τὸ ἀΐδιον μόνην δέξεται τὴν τροπὴν, οὐκ ἀΐδιος γινομένη, ὅπερ ἀδύνατον. Ἄποιος γὰρ οὖσα, καὶ ἄποσος, καὶ ἀνείδεος, κατ' οὐδὲν τούτων τὴν τροπὴν ἐπιδέξεται· ἔσται δὲ καὶ ἴση Θεῷ. Ἀΐδιον γὰρ ἀϊδίου τίνι διοίσειε; καὶ πῶς ἔσται τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ γινόμενον; εὐτύχημα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ τὴν ὕλην εὑρεθῆναι· ἢ γὰρ ἂν οὐκ ἐγεγόνει δημιουργὸς, ἀπορῶν ὅ τι ποιήσειε, καὶ μὴ δυνάμενος ἐκ μὴ ὄντων ὑποστῆναι τὰ ὄντα. Πῶς δὲ ξένη οὖσα Θεοῦ καὶ μὴ παρ' αὐτοῦ γενομένη, τῶν εἰδῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ γέγονε δεκτική; Ποία γὰρ οἰκειότης, ἢ τίς ἡ πρὸς τὰ εἴδη συγγένεια, τῶν μὲν ἐκ Θεοῦ, τῆς δὲ (μή;) Πῶς δὲ τὰ εἴδη ἐκ μὴ ὄντων ποιῶν, ἃ δὴ καὶ κρείττονα, τὴν ὕλην οὖσαν χείρω, C ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο; Ἀλλὰ τί τὰ εἴδη φημί; τὰς νοερὰς γὰρ οὐσίας καὶ παντελῶς ἀσωμάτους καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν πῶς ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγε; Τούτων γὰρ ἐκ τῶν σωμάτων ἀφῃρημένων, οὐδέν ἐστι τὸ λειπόμενον. Καίτοι τὸν ὄγκον τοῖς εἴδεσιν ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἴσμεν ἀεὶ χορηγούμενον, ἐν οἷς τὴν ὕλην συμβαίνει συννοεῖσθαι τοῖς εἴδεσι.

Cum autem præsentis disputationis status sit generatio mundi, sciendum est Græcorum pueros in hac versari opinione, ut opinentur mundum Deo esse coæternum. Nam materiam quamdam Opifici immortali quam ei coæternam asserunt, subjiccre non dubitant. Cum nullis rationibus concludere possent, ex nihilo aliquid fieri, divinam virtutem et potentiam nostris rationibus metientes, æternam illam finxere materiam. Inquiunt quoque, et in hunc modum argumentantur: Si Deus semper (ut non negamus) fuit opifex, etiam ejus opera semper fuisse colligitur. Præterea: Si materia est æterna, nullam quoque recipiet mutationem. Si enim mutationi obnoxia erit, secundum æternitatem solam mutationem experietur. Et sic eo deveniret, ut amitteret æternitatem, quod secundum prædicta est impossibile. Nam cum qualitate, quantitate et forma vel specie careat, non potest fieri ut, secundum enumerata mutationi subjaceat. Erit itaque (ut statuunt Græci ex commemoratis) materia æqualis Deo, eique coæva. Qua siquidem differentia secerneṭur æternum ab æterno? Pulchra profecto hæc argumentatio. Nam si ea vera est, nullam liceret ponere 4 differentiam inter causam efficientem, quæ est Deus, et effectum quem Deus ut causa efficiens producit. Iidem Græci non erubescunt dicere: Meliori fortunæ sive eventui esse ascribendum, quod Deus materiam invenerit: quam nisi repe; risset, opificis nomen nunquam adeptus esset, semper dubitans quid faciat, et non valens ex his quæ non sunt, entia constituere. Verum impiæ huic assertioni sic occurro: Qua ratione materia, quam vos a Deo alienam, nec ab ipso excitatam autumatis, specierum sive idearum, quæ ex ipso procedunt, particeps vel susceptibilis fieri potuit? Quæ enim affinitas, quæve cognatio speciebus quæ ex Deo prodeunt, cum materia intervenire potuisset? Quomodo Deus, cum creat species et formas, quæ quidem ipsa materia sunt præstantiores, materiam, quæ formis vilior et deterior est, parare non quivisset? Sed quid specierum seu formarum commemorationi immoror, cum liquido constet Deum immortalem substantias, quæ solo intellectu percipiuntur planissimeque incorporeas, nec non animam nostram ex nihilo creasse? Quas substantias si corporibus subtraxeris, quod relinquitur, nihil est. Et sane vel cæco apparet, magnitudinem formis ex materia subjecta accrescere: unde discere est nos materiam simul cum forma conjunctam semper cogitatione attingere.

Πῶς δὲ καὶ ὁ κόσμος τῷ Θεῷ συναΐδιος; ἔσται γὰρ D ἀνάγκῃ φύσεως, οὐ βουλήσει, τὸ εἶναι λαχών. Ποίαν δὲ χάριν ὁμολογήσει Θεῷ τὰ τούτου δημιουργήματα, παρὰ μὴ βουλομένου γενόμενα δι' ἀνάγκην τῆς φύσεως; Εἴπερ ἐπειδήπερ ἐστὶ δημιουργὸς, πάντως ὑπῆρχε τὸ δημιούργημα, μὴ δυναμένου τοῦ Θεοῦ τὰς ποιητικὰς ἐπέχειν ὁρμάς. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ποιῶν ἐπαύσατο, καὶ μὴ καθεκάστην κόσμους δημιουργεῖ; Πῶς δὲ οὐκ ἔσται συμπληρωτικὰ τὰ ποιήματα τῆς θείας οὐσίας, εἴ γε τούτων οὐκ ὄντων, οὐκ ἔσται φύσει δημιουργός; Πῶς δὲ οὐ τοῦ Δη-

Cæterum quibus argumentis confirmabitur mundi cum Deo coæternitas? Nam si mundus Deo est coævus, sequetur non voluntate Creatoris, sed necessitate mundum esse constructum. Quam igitur gratiam Domino persolvent creaturæ, si præter voluntatem Creatoris, eoque invito in entium numerum relatæ sunt? Sed multo absurdius est quod proponunt: Si fuit opifex, necessarium consequium est ut faciat et opus, cum nullo modo potuisset inhibere creandi impetum vel ardorem. Quod si verum est, quare

a creando quievit, et non subinde mundos statuit? Præterea hinc consequetur creaturas esse supplementa divinæ substantiæ: siquidem his non exsistentibus, nec naturalis erit opifex. Ad hæc quid prohibebit cogitationem extendere eo usque, ut pronuntiemus materiam, ex qua mundus compactus est Deo coæternus, præcessisse et antiquiorem esse Opifice? Proh absurditatem! Insuper cum manifestissime pateat simplicia vetustiora esse compositis, concludetur ex modo commemoratis ratiociniis, Deum simplicissimam illam substantiam, ejusdem (ut ita dicam) ætatis cum mundo, qui partibus constat et compositus cernitur, exsistere: idque mente posse percipi, cum Deum compositis coæternum pronuntiare non erubescant. Quomodo mundi species commensurabiles fuere materiæ? Aut enim, aiunt, ex prospero fortunæ successu invenit Conditor materiam tantam, quanta sufficeret ad constructionem amplissimi hujus operis: et in hac, ut infirma, conclusa et terminata est Opificis virtus seu potentia. Verum hoc ab æternis est alienissimum, neque de ipsis prædicandum. Aut (sic pergunt ratiocinando) materiam reperit majorem, quam ut suæ potentiæ responderet, et sic Dei potentiam obruit et vicit materiæ multitudo, si multitudinem dicere decet de materia quæ adulterina ratiocinatione (ut perhibent philosophi) capitur. Necessitate itaque subactus partem ejus materiæ in opificium eduxit, quatenus sufficientem condendi habuit potentiam. Alteram partem omisit potentiæ inopia seu defectu. Vel nactus est materiam Opifex, at minorem quam suæ potentiæ congrueret. Proinde invitus repressit quod de sua potentia supererat, nullam cum videret materiam adjectam amplius, in qua creationis reliquæ negotium conficeret. Præclara profecto argumentatio. Si parti suæ potentiæ frenos injicere potuit Conditor, non quivisset totam suam reprimere potentiam: et sic aperto exemplo ostendere mundum neutiquam sibi coæternum?

A μιουργοῦ πρεσβυτέραν ἀνάγκη τὴν ὕλην νοεῖν, ἐπίνοιαν προταττομένην τοῦ κόσμου ἐξ ἧς ὁ κόσμος ἐγένετο τῷ Θεῷ συναΐδιος; Πῶς δὲ εἰ τὰ ἁπλᾶ τῶν συνθέτων πρεσβύτερα, ἅμα δὲ Θεὸς, ἅμα κόσμος σύνθετος ὤν, οὐ καὶ τοῦ Θεοῦ ταῦτα πάντως ἐπινοίᾳ πρεσβύτερα τοῦ τοῖς συνθέτοις συναϊδίου τυγχάνοντος; Πῶς δὲ τοῦ κόσμου τὰ εἴδη συνεμετρήθη τῇ ὕλῃ; ἢ γὰρ κατὰ τύχην τοσαύτην εὗρε Θεὸς ὕλην ὅσην ἠδύνατο κοσμοποιεῖν, καὶ συνεπερατοῦτο ταύτῃ τοῦ δημιουργοῦντος ἡ δύναμις, ὅπερ ἀϊδίων ἀλλότριον· ἢ πλείονα ταύτην τῆς ἰδίας εὗρε δυνάμεως, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν τῆς ὕλης τὸ πλῆθος νενίκηκεν, εἴ γε πλῆθος προσῆκεν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς νόθῳ ληπτῆς λογισμῷ, καθά φασιν οἱ σοφοί. Καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης τὸ μὲν ἐδημιούργησεν αὐτῆς ὁ Θεὸς
B πρὸς τὴν δύναμιν εἶχεν ἀρκέσασαν. Τὸ δὲ ἀφῆκεν ἀδημιούργητον ἀπορίᾳ δυνάμεως. Ἢ ταύτην εὑρὼν ἐλάττω, τὸ πλεονάζον τῆς ἑαυτοῦ 1 δυνάμεως ἄκων ἐπέσχε, πρὸς τὴν λοιπὴν δημιουργίαν μηδὲν εὑρὼν ὑποκείμενον. Εἰ δὲ μέρος ἐπέσχε τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ πᾶν ἐπέχειν ἠδύνατο καὶ μὴ συναΐδιον ὑποστῆσαι τὸν κόσμον.

C Sed hanc de mundo orationem repetamus: Aut enim Deus invenit materiam, cum creationis negotium capesseret, mundanæ magnitudini parem aut imparem. Si erat impar, aut major vel minor deprehendebatur. Si minorem mundi ædificio eam materiam dixeris, unde reliqua, quæ pertinebant ad mundi perfectionem, suam essentiam hausere? Si majorem, ergo quod restabat, mansit informis et indigesta moles, alterum quasi exspectans opificem. Si vero obtulit se materia mundi opificio commensurabilis, certe fors vel fortuna quædam antecessit
5 Deum et materiam præparavit Conditori ad futurum mundum, et Conditoris potentiæ attemperavit. Quid igitur obstabit, quominus materia sit finita, cum eam mundo (secundum opinionem Græcorum) commensurabilem factam animadvertamus?
D Verum si esset æterna et incorporea, planissime respiceret prædictam affectionem, scilicet, ut fine aliquo limitaretur. At mihi explanari cupio quomodo conditus sit mundus, si eamdem cum Deo possidet æternitatem? Mihi ita videtur, et hæc sententia animo surgit meo: Quod absque tempore est vel tempore caret, neque conditur neque

Τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ἐπὶ τοῦ κόσμου πάλιν σκοπήσωμεν· ἢ γὰρ σύμμετρον εὗρε τὴν ὕλην τῷ τοῦ κόσμου μεγέθει, ὅτε τοῦτον κατασκευάζειν ἠβούλετο, ἢ πλείω τῆς χρείας, ἢ πάλιν ἐλάττονα· καὶ εἰ μὲν ἐλάττω, πόθεν λοιπὸν ἐγένετο; Εἰ δὲ πλείω, ἔμεινε τὸ πλεονάσαν ἀκόσμητον ὥσπερ ἕτερον ἀναμένον δημιουργόν. Εἰ δὲ σύμμετρον, τύχησις πρὸ Θεοῦ τὸ μέτρον αὐτῷ καὶ πρὸς χρείαν τοῦ κόσμου καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν παρεσκεύασε δύναμιν. Πῶς δὲ οὐ πέρας ἐδέξατο συμμετρηθεῖσα τῷ κόσμῳ; ὅπερ αὐτῆς ἀλλότριον, εἴπερ ἐστὶν ἀΐδιος καὶ ἀσώματος· Πῶς δὲ γέγονεν ὁ κόσμος εἴπερ ἐστὶ συναΐδιος; Τὸ γὰρ ἄχρονον ἄκτιστον, τὸ δὲ ἄκτιστον ἄναρχον· Θεὸς δὲ μόνος τὸ ἄναρχον, καθ' ὅ τι δ' ἂν λάβῃς σημαινόμενον τὴν ἀρχὴν, εἴτε κατ' αἰτίαν, εἴτε κατὰ χρόνον· ἃ δὴ μόνῳ τῷ ἀϊδίῳ συμβέβηκεν. Πῶς δὲ οὐ πατὴρ μᾶλλον, ἢ τοῦ κόσμου δημιουργὸς ὁ Θεός; γεννῶν αὐτὸν ὡς ἥλιος τὴν αὐγὴν, ἀλλ' οὐχ ὡς πόλιν οἰκιστὴς ἐργαζόμενος. Εἰ γὰρ καὶ τῷ Θεῷ δυνατὸν ἀεὶ ποιεῖν, ἀλλ' οὐχ ἠδύνατό τι γεννητὸν ἀεὶ εἶναι καὶ συμπαρεκτείνεσθαι τῇ τοῦ ποιοῦντος ἀϊδιότητι. Ἄλλως τε καὶ ὁ εἰπὼν, δημιουργὸν, οὐχ ἅμα συνεισάξει δημιουργίαν. Οὐ

VARIÆ LECTIONES.

1 Cod. ὑπὸ τήν.

γὰρ τῷ οἰκοδόμῳ συνυπάρχει τὸ οἰκοδόμημα, οὐδὲ τῷ ναυπηγῷ τὸ σκάφος. Ἡ μὲν γὰρ δημιουργία ἐν τῷ δημιουργῷ· τὸ δὲ δημιούργημα μετὰ τὸν δημιουργόν. Εἰ ἅμα κόσμος καὶ οὐδὲν καινὸν, ἅμα τῷ κόσμῳ κακία· εἰ δὲ τοῦτο, ἅμα Θεῷ ἡ κακία· καὶ ἡ ἄναρχος αὕτη παντελῶς, ἢ ἐξ αὐτοῦ. Ἄμφω δὲ ἄτοπα. Εἰ ἅμα Θεὸς ἅμα κόσμος, ἅμα Θεὸς καὶ δαίμονες πονηροί. Καὶ εἰ μὲν οὐσιώδης αὐτῶν ἡ κακία, πόθεν; οὐ γὰρ ἀρχαία. Εἰ δὲ ἐπίκτητος, δεῖ προϋπάρχειν τῆς κακίας τοὺς ἐκείνης μετέχοντας· καίτοι ἅμα κόσμος ἅμα κακία προείρητο κατ' αὐτούς. Εἰ ἅμα Θεὸς ἅμα κόσμος, ἅμα ἁπλᾶ ἅμα σύνθετα· καὶ πῶς ἐξ ἐκείνων ταῦτα, ἅμα τὰ δυνάμει ἅμα τὰ ἐνεργείᾳ, ἅμα ἀτελῆ ἅμα τέλεια τὰ ἐξ ἀτελῶν πεφυκότα τελειοῦσθαι; οἷον ἄνδρες ἐκ παίδων, καρποὶ ἀπὸ σπερμάτων, αὐξήσεις ἀπὸ B μειώσεων· ἅμα ἥλιος ὁ τελειῶν τὰ ἐκ γῆς, ὥς φασιν, ἅμα πάντα τὰ κατὰ μέρος γεννώμενα κατὰ διαδοχὴν, ἵνα μηδὲν ἔχῃ Θεὸς δυνάμει· λόγους μὲν αὐτῶν ἔχων, οὐχ ἅμα δὲ δημιουργῶν τὰ καθ' ἕκαστον· ἔσται δὲ καὶ ἅμα Θεὸς ἅμα κρίσις, εἴ γε κρίσεως τὸ δεσμεῖσθαι τοῖς σώμασι· καὶ ἔσται πρὸ τοῦ κόσμου ἡ κρίσις. Εἰ ἅμα Θεὸς ἅμα κόσμος, οὐδὲν καινὸν ἐν τῷ κόσμῳ, τῆς εἱμαρμένης καθ' ἑαυτὴν προνοίᾳ συμπεπλεγμένης, καὶ τῶν ἀποκαταστάσεων ἀεὶ γινομένων, καὶ μηδὲν εἰκὸς [k] ἐκπεριόδων ἀπαραλλάκτως καὶ γέγονε καὶ γενήσεται· τοῦτον νεώτερον εἶναί φασιν, εἰ ἅμα Θεὸς, ἅμα τὰ πάντα ὁμοῦ.

A conditum est. Et quod non conditum est, nullum licet assignare principium. Sed Deus solus principio caret, utcunque significationem principii capias, sive ut causam, sive ut tempus, quæ soli æterno accidunt. Atenim Deus commodius diceretur pater, quam opifex mundi, cum hunc generaverit non secus ac sol splendorem, nec ut architectus solet constituere urbem. Licet Deo possibile sit semper creare, attamen impossibile est creaturam aliquam esse, quæ pro æternitate cum Deo contendat, et semper exstiterit. Præterea si quispiam dixerit: Opificem, non simul cum opifice et opus in conspectum producit. Haud enim simul cum architecto et domus, cum fabricatore navium et navis consistit. Sed ars operandi in artifice vel opifice sita est. Si simul Deus et mundus, nihil novi deprompsero si sic inferam: Peccatum simul cum mundo est. Quod si hoc veritati non repugnat, certe occurret hoc consequium: Ergo peccatum simul cum Deo est, vel Deo coæternum est. Peccatum itaque carebit principio, et ex Deo erit. Utrumque vero absurdissimum apparet. Præterea sic licebit argumentari: Si Deus simul cum mundo vel mundo coævus est, Deus et dæmones mali erunt coævi. Et si dæmonum malorum malitia non privatio, sed quædam substantia censetur, dic mihi quæ sit malitiæ vel peccati eorum origo? Non enim (ut multum quæritando torquearis), prisca vel antiqua est ejus rei origo. Sin vero aliunde peccatum seu malitiam contraxere dæmones mali, necesse est fuerint sive antecesserint aliqui ejusdem peccati vel malitiæ participes. Verum supra dictum est a Græcis mundum et malitiam coæterna vel simul aut una fuisse. Si simul Deus et mundus, simul simplicia et composita erunt. Verum qua ratione ex simplicibus composita conflabuntur? Secundum hanc rationem nihil obstaculo erit, quin simul futura sint ea quæ potentia et quæ effectu censentur: simul erunt perfecta et imperfecta, quæ ex perfectis solent fieri, ut viri qui ex pueris, ut fructus qui ex seminibus, ut incrementa quæ ex diminutionibus promoveri consueverunt: simul erunt sol ad maturitatem (ut aiunt Græci) perducens omnia quæ e terra proveniunt, et ea quæ maturitatem recipiunt, dum nullum his perfectionis conceditur tempus: simul erunt omnia quæ particulatim generantur, et quæ successione quadam essentiam sortiuntur. Nihil igitur Deo relinqui fatebimur, si sic fit, præter nudam potentiam: habebit quidem in se omnium istorum definitiones et rationes, non tamen simul singula creandi facultate pollebit.

Οὐκοῦν εἰκότως ὁ Μωϋσῆς τοὺς ἐκείνων (a) ὕθλους C καὶ τὰς ἀσεβεῖς καὶ θεομάχους ἐννοίας καταλιπὼν, « Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἀλλὰ γὰρ ἔτι, πρίν τι κατὰ μέρος εἰπεῖν, τοσοῦτον ἐπισημήνασθαι χρὴ, ὡς οὐ πάσης δημιουργίας μνήμην ὁ συγγραφεὺς ἡμῖν ἐποιήσατο, οὔτε γὰρ ἀγγέλους, οὔτε νοερὰς δυνάμεις ὠνόμασεν. Οἱ μέν φασι τῷ πρεσβυτέρας ἐκτίσθαι τοῦδε τοῦ κόσμου, οἱ δὲ τῷ συνεκτίσθαι τῷ κόσμῳ πᾶν νοητόν τε καὶ αἰσθητόν. Ἅμα γὰρ τῷ τοὺς ἀγγέλους οὐρανῷ περιέχοντι, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ περιεχομένους συνεισῆχθαί φασιν. Ὥσπερ γὰρ οὐχ ὀνομάσας, ἀέρα καὶ πῦρ τοῖς ἄκροις τὰ μέσα [k']

Merito igitur Moses nugis eorum impiis et Deo adversantibus cogitationibus sepositis, « In principio, inquit, Deus fecit cœlum et terram. » Verum priusquam aliquid specialius dicamus, indicare oportet quod non omnium opificiorum auctor mentionem fecerit. Neque enim angelorum, neque intellectualium virtutum meminit, idque ex quorumdam sententia, eo quod ante mundum conditæ illæ fuerint, ex aliorum vero, quod una cum mundo omnia sensibilia et intelligibilia creata sint. Dicunt enim una cum cœlo angelos complexo, hos etiam cœlo comprehensos productos fuisse. Quemadmodum enim nec aerem ignemve

VARIÆ LECTIONES.

[k] Cod. μηδικός. [k'] C. N. τὰ ἴσως μεταξύ.

NOTÆ.

(a) *Ἐκείνων*. Intelligit τοὺς τῶν Ἑλλήνων παῖδας, quos vocat, quorum sententiam de creatione Deo coæterna, in antecedentibus impugnaverat.

nominans media extremis complexus est, ita etiam A angelorum prætermissa mentione, sub eo, quod continet eos, intelligi illos voluit. Quæ vero hujus rei causa fuit? Si enim ex creaturarum pulchritudine Creator cognoscitur, angeli vero illis quæ oculis patent creaturis præstantiores sunt, 6 annon eorum potius creationem repræsentare fas erat? An forte eorum, quod conditi non sint, mentionem prætermisit? Apage. Sic enim increata etiam essent elementa, quæ silentio obvolvuntur. Cum Judæis itaque potius balbutire voluit, ea dicens quæ ferre illi tum poterant. Tradidit enim illis, sicut is qui pueros instituit, prima elementa tantum, certus eos, ubi ista didicerint, alios nacturos esse magistros, qui perfectiora illos edoceant. Sensibilibus namque rebus graduum in- B star usi, ut de sublimioribus etiam aliquid percipere possent, idonei erant evasuri. Unde David, quasi sibi magistro ab alio magistro traditus esset populus, « Laudate, inquit, Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis; laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes, Virtutes ejus: quoniam ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [5]. » Sic et magnus ille Paulus ait: « Quoniam in ipso condita sunt universa, visibilia et invisibilia [6]. » Quod enim ad Jobum dicitur: « Quando facta sunt sidera, laudaverunt me voce magna omnes angeli mei [7], » non manifeste evincit, ante cœlos eos et terram conditos esse. Tertia enim die facta sunt sidera. Hisce a nobis necessitate exigente præmissis, accedendum est ad specialiorem interpretationem, Deo vires nobis largiente.

συνείληφεν, οὕτως οὐκ ὀνομάσας ἀγγέλους συννοεῖσθαι παρέσχε τῷ περιέχοντι. Τί δὴ τούτου γέγονεν αἴτιον; Εἰ γὰρ ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων ὁ Δημιουργὸς θεωρεῖται, κρείττους δὲ τῶν ὁρωμένων κτισμάτων οἱ ἄγγελοι, πῶς οὐ τὴν τούτων μᾶλλον ἐχρῆν παραστῆσαι δημιουργίαν; Ἆρ᾽ οὖν ὡς ἀγενήτων τὴν μνήμην παρέδραμεν; Ἄπαγε, ἔσται γὰρ οὕτως ἀγένητα καὶ τὰ ἐσιγημένα στοιχεῖα. Ἀλλὰ γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις (b) συνεψελλίζετο, ἐκεῖνα λέγων ὧν τέως ἀκούειν ἠδύναντο. Καθάπερ γὰρ παίδων διδάσκαλος τὰ πρῶτα τούτοις στοιχεῖα παρέδωκεν, εἰδὼς ὡς ταῦτα μαθόντας ἕτεροι διδάσκαλοι διαδέξονται παραδιδόντες τὰ τελειότερα. Ἤμελλον γὰρ τοῖς αἰσθητοῖς ὥσπερ ὑποβάθρᾳ χρησάμενοι, δύνασθαί τι καὶ περὶ τῶν ὑψηλοτέρων ἀκούειν. Ὅθεν Δαβὶδ ὡς ἄν τις διδάσκαλος παρὰ διδασκάλου λαβὼν τὸν λαὸν, « Αἰνεῖτε, φησὶ, τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε (c) αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις, αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ Δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ἔτι δὲ καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησιν· « Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα. » Τὸ γὰρ εἰρημένον τῷ Ἰὼβ, « Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με μεγάλῃ φωνῇ πάντες ἄγγελοί μου, » οὐ παρίστησι (d) σαφῶς πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς γεγονέναι. Τὰ γὰρ ἄστρα κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν ἐγένετο. Τούτων ἡμῖν ἀναγκαίως προλελεγμένων, χωρητέον ἐπὶ τὴν κατὰ μέρος ἐξήγησιν, Θεοῦ τὸ δύνασθαι πρυτανεύοντος.

CAPUT PRIMUM.

C

VERS. 1. *In principio Deus fecit cœlum et terram.* Principium vel tempus vocat; abhinc enim rerum conditarum tempus cœpit et primam originem habuit; tale est illud: « Principium viæ bonæ est facere justa [8]; » a justis enim operibus ad vitam beatam tendimus. Si enim a posterioribus temporibus regrediaris, hoc tempus terminum invenies a quo principium cepit (Moses). Vel indicat Deum creare incipientem illa primum fecisse, quemadmodum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἢ ἀρχὴν (e) λέγει χρόνον· ἐκ τούτου γὰρ ἤρξατο τῶν γεγονότων ὁ χρόνος καὶ τὴν πρώτην ἔλαβε ποίησιν, οἷόν ἐστι καὶ τό· « Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς ποιεῖν δίκαια· » ἀπὸ δικαίων γὰρ πράξεων ἐπὶ τὸν μακάριον βίον κινούμεθα. Κἂν γὰρ ἀναποδίσῃς ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα χρόνων, τοῦτον πέρας εὑρήσεις ἐξ οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. Ἢ ὅτι ἀρξάμενος ὁ Θεὸς δημιουργεῖν ταῦτα πρῶτα πεποίηκεν, ὥσπερ ὁ

[5] Psal. CXLVIII, 1, 2, 5. [6] Coloss. I, 16. [7] Job. XXXVIII, 7. [8] Prov. XVI, 5.

(b) *Τοῖς Ἰουδαίοις.* Hoc argumentum habet Chrysostomus, et Severianus ad h. l., sed longe aliter expressum. Ita Theodoretus sub initium quæst. 1 in Genesim.

(c) *Αἰνεῖτε.* Hunc locum Psalmi CXLVIII, 2, 5, etiam Theodoretus affert.

(d) *Οὐ παρίστησι.* Hoc est argumentum Theodoreti quæst. 4 sine dubio contra Severum, qui ex loco illo Jobi XXXVIII, 7, probare volebat angelos ante cœlum creatos esse. Vide Caten. Niceph. sed pro τρίτην ἡμέραν sine dubio corrigendum τετάρτην, quod et Theodoretus habet, et est consentaneum. Ergo miror, id non animadversum ab Oleario, qui *tertia die* vertit. Cæterum locum Jobi Procopius ita attulit, uti hodie eum legimus in ed. Rom. Sed Theodoretus l. c. et Severus ita: Ὅτε ἐποίουν ἄστρα, ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου.

(e) *Ἢ ἀρχήν.* In declarandis variis vocabuli D ἀρχῆς significationibus videtur Procopius Acacii Cæsar. Commentarium ante oculos habuisse. Nam hic ex omnibus aliis interpretibus plurima habet, quæ explanationi Procopianæ similia sunt. Sed ita tamen sententias expressit Procopius, ut non tam aliunde petita, quam proprio ipsius studio excogitata esse videantur. Illud saltem intelligitur, eum sedulo abscondere voluisse vestigia, unde appareret se compilavisse. Ergo modo verba sua interserit, ut illa quæ infra sequuntur: Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν τὸ *ἐποίησε* σημαίνει καὶ τὸ *ἔκτισεν*, καὶ τὸ *ἀνέδειξεν*, ὅπερ ἔοικε μᾶλλον δηλοῦν ἡ Γραφὴ ὡς ἐξ οὐκ ὄντων ἀνέδειξε, quæ nusquam alibi reperire potui; modo aliorum ipsa verba ponit, ut illa: Θαυμαστὸν δὲ, πῶς πρῶτον ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὴν γῆν, πρῶτον τὸν ὄροφον, εἶτα τὸ ἔδαφος, etc., quæ sunt Chrysostomi ad h. l.

οἰκοδομεῖν ἀρχόμενος πρῶτον ποιεῖ τὸ θεμέλιον. Ἢ ἀρχὴν τοῦ κόσμου φησὶ τὴν τοῦ Ποιήσαντος τέχνην· ἀρχὴ γὰρ τεχνικῶν ἔργων ἡ τέχνη, ὡς ἡ σοφία τοῦ Βεσελεὴλ τοῦ περὶ τὴν σκηνὴν κόσμου. Ἢ *Ἐν ἀρχῇ* φησι τὸ πρὸς τέλος ἀγαθὸν γεγονέναι σημαίνων· εἴγε παιδευτήριόν ἐστι ψυχῶν, ὡς ἐλεημοσύνης ἀρχὴν τοῦ Θεοῦ λέγομεν τὴν ἀποδοχὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα. Ἴσως δὲ ἀρχὴν τὸ ἄχρονον καὶ τὸ ἀκαριαῖον ἐκάλεσε τῆς δημιουργίας. Ὡς γὰρ ἀρχὴ ὁδοῦ οὐχ ὁδὸς, ἀμερὴς γὰρ ἡ ἀρχή· οὐδὲ τοῦ χρόνου ἡ ἀρχὴ χρόνος. Εἰ γὰρ χρόνος εἰς τὰ τοῦ χρόνου διαιρεθήσεται μέρη, καὶ ἕξει πάλιν ἀρχὴν, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον· ἀρχὴν δὲ ἀρχῆς προσεπινοεῖν ἄγαν ἀλόγιστον. Δηλοῖ οὖν ὡς ἅμα δὲ Θεὸς ἠβουλήθη καὶ γέγονε τὰ γενόμενα. Σημαίνει δέ ποτε τὸ τῆς *ἀρχῆς* ὄνομα τὴν βασιλείαν, ἵνα ᾖ καὶ ἐνταῦθα ὅτι βασιλεὺς ὢν καὶ ἐξουσιαστὴς πεποίηκε τόδε τὸ πᾶν οὐκ ἀλλαχόθεν τὴν ὕλην λαβὼν ἀλλ', ἅμα τοῖς εἴδεσι καὶ τὴν ὑποκειμένην ὕλην εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν. Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ ἡ *ἀρχὴ κεφαλὴν* σημαίνει καὶ δύναται οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πρῶτα ὄντα τῶν ὁρωμένων δημιουργήματα κεφαλὴν καλεῖν, ὥσπερ κεφαλὴ σώματος οὐ τῇ θέσει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ τῇ ζωῇ ἡγεμονικώτερα. Τῆς μὲν οὖν κτίσεως ὁ Μωϋσῆς λέγει τὰ πρῶτα γεγονότα, τὸν δὲ ποιήσαντα πρὸ πάντων ἠβουλήθη νοεῖσθαι τῶν γεγονότων, οὐ μετρικῷ τινι διαστήματι προϋπάρχοντα. Οὐ δυνατὸν γὰρ ἀϊδίῳ μετρηθῆναι τὴν ὕπαρξιν. Ἐδιδάχθη δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀΐδιον, ἐν Χωρὴβ εἰπόντος αὐτῷ· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, » μεθ' ὃ τὴν παροῦσαν γραφὴν παρεστήσατο. Μὴ μαθὼν γὰρ τὸν Θεὸν, πῶς ἂν ἔφη τοῦ παντὸς δημιουργόν; ἢ πῶς τοὺς ἀγνοοῦντας ἐδίδασκεν ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεός; Νῦν δὲ ὡς εἰδόσι, φησὶν, ὡς ὁ Θεὸς ὃν ἔγνωτε δι' ἐμοῦ ὡς ἀΐδιός ἐστιν, ὡς *ὢν*, ὡς μόνος, οὗτος δόξαν (f) αὐτῷ τὸν οὐρανὸν ἐποίησε καὶ τὴν γῆν. Καὶ τὸν χρόνον δὲ ἡμῖν μετὰ πάσης ἀριθμεῖ τῆς ἀκριβείας, ὡς ἂν γνοίημεν τοῦ τε Θεοῦ τὸ ἀπεριόριστον, καὶ τῆς κτίσεως τὸ περιωρισμένον, τὸν χρόνον ἔχοντες, ἀφ' οὗ τοῦ εἶναι εἴληφε τὴν ἀρχήν. Ὅθεν, *ἐποίησε*, φησὶν, καὶ οὐκ, *ἦν*, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου φησὶν ὁ Ἰωάννης. Ἀϊδίοις μὲν γὰρ ἁρμόττει τὸ *ἦν*, κτίσματι δὲ τὸ *ἐγένετο*. Ὅθεν περὶ τοῦ Βαπτιστοῦ προϊὼν φησίν· « Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος ὑπὸ Θεοῦ· » Εἰ δὲ προϊὼν φησιν ὁ Μωϋσῆς· « Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, » θαυμαστὸν οὐδέν· ἦν γὰρ γενομένη· μετὰ γὰρ τὸ, *ἐποίησε*, φησὶ τὸ, *ἦν ἀόρατος*. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν τὸ *ἐποίησε* σημαίνει καὶ τὸ *ἔκτισεν* καὶ τὸ *ἀνέδειξεν*, ὅπερ ἔοικε μᾶλλον δηλοῦν ἡ Γραφὴ, ὡς ἐξ οὐκ ὄντων ἀνέδειξε. Τὸ γὰρ *ἐποίησεν* ἐπειδὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἔκ τινος γιγνομένων, οἷον ὅτι ἐκ σιδήρου δρέπανον ἤ τι τοιοῦτον ὁ τεχνίτης ἐποίησε, δέδωκέ τισι λαβὴν τοῦ λέγειν, ὡς Μωϋσῆς ἐξ Αἰγυπτίων μαθὼν ἐξ ὕλης προϋποκειμένης γεγονέναι τὸ πᾶν, εἰκότως εἶπεν *ἐποίησεν*· ὧν ἀγνοοῦντες τὴν συκοφαντίαν οἱ ἑρμη-

qui domum exstruere incipit, primo loco ponit fundamentum. Vel principium mundi dicit Creatoris artem; operum enim arte factorum principium ars est, quemadmodum sapientia Baseleelis ornatus tabernaculi. Vel etiam dicit *In principio*, ut ad bonum finem facta innuat; siquidem animarum schola hic aperitur, quemadmodum misericordiæ Dei principium dicimus adoptionem nostram, et quæ inde pendet beatitudinem. Sed fortassis etiam principium dixit, ut momentaneam in instanti factam creationem ostenderet. Quemadmodum enim viæ principium non ipsa via, partes enim principium non habet; sic neque temporis 7 initium tempus est. Si enim tempus in temporis partes rursus dividetur, principium iterum habebit, et ita in infinitum progressus fiet: principii vero principium mente etiam concipere, valde a ratione est alienum. Significat igitur eodem quo Deus voluit momento factas esse res conditas. Significat vero etiam quandoque vox ἀρχὴ imperium, ita ut hoc quoque isto in loco innuatur, tanquam regem et principem universum hoc condidisse Deum, non aliunde accepta materia, sed simul cum formis substratam etiam materiam producentem. In Hebraica vero lingua *principium* etiam *caput* denotat, potestque (Moses) cœlum et terram, quæ primum inter visibiles creaturas locum tenent, caput appellare, quod caput non positu solum, sed vita et sensu etiam principalis corporis pars sit. Ea itaque, quæ in creatione primo loco facta sunt Moses indicat; Creatorem autem omnibus creaturis antiquiorem existimari voluit, non mediocri intervallo eas antevertentem. Æternæ enim rei exsistentiam metiri nemo potest. Dei vero æternitatem in Choreb edoctus est, ubi ei aiebat: « Ego sum qui sum [9], » post quod demum tempus præsens opus consignavit. Nisi enim Deum cognovisset, quomodo universi opificem eum dicere potuisset? aut quomodo ignorantes docuisset, Deum illa fecisse? Jam vero illis, tanquam Deum cognoscentibus ait: quod Deus ille, quem ipso edocente cognoverint ut æternum, ut illum qui est, ut solum, quod ille ipse Deus in gloriam suam cœlum condiderit et terram. Tempus vero etiam accuratissime designat, ut scilicet tum Dei cognoscamus infinitatem, tum finitam creaturarum naturam, tempus tenentes a quo exsistendi ceperunt initium. Hinc *fecit*, inquit, non, *erat*, quod quidem de *Deo Verbo* Joannes usurpavit. Rebus scilicet æternis verbum ἦν h. e. *erat*, creatis vero ἐγένετο competit, indeque in sequentibus de Baptista ait: Ἐγένετο (h. e. *erat*) « homo missus a Deo [10]. » Neutiquam vero mirandum est, quod pergens dicit Moses: « Terra autem erat invisibilis, » jam enim constabat esse factam, siquidem post *creavit* subjungat, *erat invisibilis*. Hebraica vero vox

[9] Exod. III, 14. [10] Joan. I, 6.

(f) *Δόξαν αὐτῷ*. Si lectio hæc sana est, falso vertit Olearius *in gloriam suam*. Imo absolute posita vox δόξαν notat: *quia ei videbatur, libere*.

verbo *fecit* respondens, tam *facere*, quam *in conspectum producere* notat, postremum autem potissimum significare Scriptura videtur, quasi scilicet ex non exsistentibus in conspectum produxerit. Verbum enim *fecit*, cum de illis etiam usurpetur, quæ ex aliqua fiunt materia, v. gr. cum artificem ex ferro falcem vel aliquod simile facere dicimus, ansam id quibusdam dedit, ut statuerent Mosen verbum *fecit* merito adhibuisse, quod ex præexsistente materia omnia facta esse ab Ægyptiis accepisset: quorum cavillationem non prævidentes interpretes verbo *fecit* usi fuerunt. **8** Vertendum itaque erat · *In conspectum produxit*, quod Mosen dixisse verosimile est, ut illis obsisteret qui materiam (præexsistentem) inducere volunt. Etenim quasi nihil plane præexsistere nosset, cœlum et terram atque abyssum primum omnium facta pro materia accipiens, quomodo ex illis concinnatus mundus fuerit, exposuit. Ideoque prima dies multum differt a reliquis eam insecutis; in illa enim quæ facta sunt ex non exsistentibus fecit Deus, in reliquis vero nihil ex non exsistentibus, sed ex iis quæ prima die produxerat, condidit. Mirum autem, quod cœlum primo, postea vero terram condiderit, fastigium primo, postque illud demum pavimentum. Sed nihil hic est absurdi; non enim naturæ necessitati est obnoxius, nec ordini ab arte præscripto serviliter est astrictus. Hoc autem tam magnum cœlum, tam vastum et splendidum, tam præclare instructum, et tanto temporis spatio durans facili adeo negotio condidit Deus, ac si ludibundus aliquis gurgustiolum quoddam exstrueret. Et hoc ipsum Isaias indicat dicens: « Qui statuit quasi cameram cœlum, et extendit illud quasi tabernaculum super terram [11]. » Ex hoc autem dicto nonnulli, imo plerique, hemisphærium esse cœlum probarunt, aliis sphæricum illud esse supponentibus. Sed de figura ejus et stabilitate Apostolus ait: « Et tabernaculi veri quod fixit Dominus et non homo [12]. » Ubi igitur sunt dicentes circumvolvi cœlum, et sphæricam ejus esse figuram ostendentes? utrumque enim istorum in allegatis verbis

A νεύσαντες, *ἐποίησεν*, εἶπαν. Δέον εἰπεῖν τὸ *ἀνέδειξεν*· ὅπερ εἰκὸς εἰπεῖν Μωϋσέα πρὸς τοὺς τὴν ὕλην εἰσάγοντας ἀνθιστάμενον· ὡς γὰρ μή. . . . . . προϋπάρχειν εἰδὼς ἀντὶ ὕλης οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ τὴν ἄβυσσον προγεγονότα λαβὼν, τὴν ἐξ αὐτῶν εἰσηγήσατο διακόσμησιν. Τοιγαροῦν ἡ πρώτη ἡμέρα πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτήν· ἐν ταύτῃ μὲν γὰρ τὰ γενόμενα ἐκ μὴ ὄντων ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν, ἀλλ' ἐξ ὧν κατὰ τὴν πρώτην εἰργάσατο. Θαυμαστὸν δὲ πῶς πρῶτον ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὴν γῆν, πρῶτον τὸν ὄροφον, εἶτα τὸ ἔδαφος. Ἀλλ' οὐ παράδοξον· οὐ γὰρ ἀνάγκῃ φύσεως ὑπόκειται, οὐδὲ ἀκολουθίᾳ τέχνης δουλεύει. Τὸν δὲ τοσοῦτον οὐρανὸν τὸν μέγαν τε καὶ φαιδρὸν καὶ διαρκῆ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἑστηκότα χρόνον B ὁ Θεὸς ὡσανεὶ παίζων τις καλύβην ποιήσειεν, οὕτω μετ' εὐκολίας ἐποίησε. Καὶ τοῦτο ἐμφαίνων Ἡσαΐας (*g*) ἔλεγεν· « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἐκ τούτου δὲ τοῦ ῥητοῦ τινες, μᾶλλον δὲ οἱ πλείους ἡμισφαίριον εἶναι τὸν οὐρανὸν ἀπεφήναντο, ἄλλων αὐτὸν σφαῖραν ὑποθεμένων. Περὶ δὲ τοῦ σχήματος αὐτοῦ καὶ τῆς στάσεώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Καὶ σκηνῆς (*h*) τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος. » Ποῦ τοίνυν οἱ λέγοντες δονεῖσθαι τὸν οὐρανὸν, καὶ σφαιροειδῆ τοῦτον ἀποφαινόμενοι; τούτων γὰρ ἑκάτερον ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀνῄρηται. Ὅτι δὲ ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος οἱ προφῆται σημαίνουσι, λεγούσης τῆς Γραφῆς· « Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, » ἀλλ' οὐχ, *ἀνῆλθε*. » Καὶ πάλιν· C « Ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, » οὐχ, *ἡ ἄνοδος*. Ἡ σφαῖρα δὲ *ἄκρον* οὐκ ἔχει. Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ φησιν (*i*)· « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἐκλεκτούς μου ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρου αὐτοῦ. » Καὶ Μωϋσῆς δέ φησιν· « Ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ Ἡσαΐας· « Κύριος Σαβαὼθ ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ ἔρχεσθαι ἐκ γῆς πόῤῥω ἀπ' ἄκρου θεμελίου οὐρανοῦ. » Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἔμψυχος, κἂν ἡ Γραφὴ πρωσοποποιεῖ (*j*) τὸν ἅπαντα κόσμον ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι τὸν λόγον ἐμφατικώτερον, ποταμοὺς

[11] Isa. XL, 22. [12] Hebr. VIII, 2.

(*g*) *Ἡσαΐας* Cap. XL, 22, ubi vero in edit. nostris ita legitur: Ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν.

(*h*) *Καὶ τῆς σκηνῆς*. Hunc locum ex Hebr. VIII, 2, nullus veterum interpretum adduxit. Cæterum, quæ ad h. l. Procopius de sphæra disputat satis absurda, sumpta sunt ex Acacio et Severo ad vers. 5. Vide Niceph. Caten. Octat. p. 20, 22.

(*i*) *Ὁ Σωτὴρ φησιν*. Matth. XXIV, 31. Hunc locum integrum solus Procopius attulit; Acacius et Severus verba modo ultima. Sed videtur Procopius istum locum memoriter ascripsisse, partim quod verba priora ὅταν — δόξῃ αὐτοῦ non ibi, sed potius cap. XXV, 31, leguntur, partim quod cætera aliter in editionibus nostris exhibentur. Quod scripsit ἐκλεκτούς μου, scribendi vitio simillimum est, pro αὐτοῦ.

(*j*) *Προσωποποιεῖ*. Hic locus de prosopopœia bene descriptus, videri potest a Procopio additus D esse, quoniam nullus interpretum ad h. l. ejus mentionem fecit. Quamvis rationem prosopopœiæ judicandæ mutuasse videtur a Theodoreto, qui variis in locis similiter modo de ea judicat, sed et eadem fere habet. Vide Theod. ad Isaiæ XXV, 19. Et ad cap. L, 20, ait: Προσωποποιΐᾳ πάλιν ὁ προφητικὸς κέχρηται λόγος, εἰς πλείονα σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Deinde ad Thren. II, 18, etc. Πάλιν δὲ προσωποποιΐᾳ κεχρημένος ὁ προφήτης, τοῖς περιβόλοις καὶ τῇ πόλει παρακελεύεται, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν δακρύειν, διὰ τὰς παντοδαπὰς συμφοράς. Λέγει δὲ καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν. Denique ad illum locum Pauli Rom. VIII, 22, quem et ipse Procopius attulit, Theodoretus hæc disputat: Ταῦτα δὲ ἔφη, οὐ λογικὴν εἶναι λέγων τὴν ὁρωμένην κτίσιν, ἀλλὰ προσωποποιΐᾳ χρησάμενος. Τοῦτο γὰρ καὶ τῶν προφητῶν ἴδιον. Καὶ ὁ μὲν ὀλολύζειν λέγει τὰς πίτυς, ὁ δέ γε ἀγαλλιᾶσθαι τὰ ξύλα, καὶ τὰ ὄρη σκιρτᾷν, καὶ τοὺς ποταμοὺς κροτεῖν.

χερσὶ κροτοῦντας εἰσάγουσα, καὶ βουνοὺς ἀλλομένους, A καὶ ὄρη σκιρτῶντα, πρὸς τὸ μαθεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἀναισθήτων, ὡς εἰπεῖν, καθικνουμένην. Κἀπὶ τῶν δὲ λυπηρῶν πολλάκις τοῦτο ποιεῖ, ἄμπελον θρηνοῦσαν εἰσάγουσα, καὶ οἶνον καὶ ὄρη καὶ τὰ φατνώματα ὀλολύξαντα τοῦ ναοῦ δι' ὑπερβολὴν τῶν κακῶν. Ὅθεν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος *τὴν κτίσιν* φησὶ *στενάζειν καὶ ὠδίνειν*, ἵνα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐνδείξηται τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν κατεχόντων κακῶν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀΐδιος ὁ οὐρανός· τὸ γὰρ ἀΐδιον, ἀσώματόν τε καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀπερίγραφον.

destruitur. Quod vero principium habeat et finem, prophetæ significant, dicente Scriptura: « Sol egressus est super terram, » non autem, *ascendit*. Et iterum: « A summo cœlo egressio ejus [12], » non vero, *ascensio*. Sphæra autem *summum* non habet. Quin et Salvator inquit: « Quando veniet Filius hominis in gloria sua, mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos meos a summis cœlorum usque ad terminos eorum [13]. » Moses etiam dicit: « Ab ea die qua creavit Deus hominem super terram usque ad summitatem cœli [14]. » Et Isaias: « Dominus Sabaoth mandavit genti bellicosæ, ut veniat de terra longinqua a summo fundamento cœli [15]. » At certe nec animatum est, quamvis Scriptura sacra universum mundum per prosopopœiam repræsentet, ut scilicet major orationi inde accedat vis, fluvios manibus plaudentes inducens, et colles saltantes, montesque exsultantes, ut inde bonorum intelligamus exsuperantiam, quæ sensu quoque destituta quasi afficiat. In tristibus quoque rebus haud raro hoc facit Scriptura, vitem sistens lacrymas fundentem, et vinum montesque et laquearia templi ejulantia, propter malorum magnitudinem. Quapropter et divinus Apostolus *ingemiscere et parturire* dicit *creaturam* [16], ut futurorum bonorum ostenderet excellentiam, et desiderium liberationis a malis undequaque circumstantibus. At nec æternum est cœlum, id enim quod æternum est, corporis expers et figuræ est, simplex præterea, et circumscribi non potest.

Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. B Ἀόρατόν φησιν (*k*), οὐχ ὡς μὴ πεφυκυῖαν ὁρᾶσθαι, ἀλλ' ὡς ὁρατὴν μὲν φύσει, κρυπτομένην δὲ τοῖς ὕδασιν. Ἦν γοῦν ἀόρατος, τοῦτ' ἔστιν ἀκόσμητος καὶ οὔπω θέας ἀξία. Ὁ γὰρ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ *ἀόρατος* εἶπε *κενή*, τοῦτ' ἔστι κόσμου παντὸς ἐστερημένη, ὅσος ἐν φυτοῖς ὁρᾶται καὶ ποταμοῖς καὶ πηγαῖς. Τοιγαροῦν φησιν ἡ Γραφὴ περί τινος εὐπρεποῦς καὶ ἀνδρείου· « Οὐχ οὗτος, φησίν, ἐπάταξε τὸν ἄνδρα τὸν Αἰγύπτιον ἄνδρα ὁρατόν; » τουτέστι θαυμαστὸν καὶ ἄξιον θέας· ἄλλως γὰρ πάντες ἐσμὲν ὁρατοί, ἵνα ᾖ [τὸ] αὐτὸ τὸ *ἀόρατος* τῷ *ἀκατασκεύαστος*. Οὐδὲ γὰρ ὕλην τινά φησιν ἐστερημένην εἰδῶν, καὶ τῆς ἐκ τούτων κατασκευῆς· ἢ γὰρ ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν εἶπεν ἀκατασκεύαστον, εἴπερ ἐξ ὕλης πάντα πεποίηκε, καὶ οὐδ' ἂν εἶπε τὸν μὲν οὐρανόν, τὴν δὲ γῆν. C Πλὴν εἰ μὴ λέγοιεν ὡς ὕλας δύο πεποίηκεν. Οὐκοῦν δεῖ καὶ τὸν οὐρανὸν εἰδοποιηθῆναι ὥσπερ τὴν γῆν. Ὁ δὲ θεομάχος Μάνης τὸ *ἦν* φησι δηλοῦν τὸ τῆς ὕλης ἀγένητον. Καίτοι πρόκειται τοῦ *ἦν* τὸ *ἐποίησεν*· ἄλλως τε οὐδὲ τὸ *ἦν* ἀεὶ δηλοῖ τὸ ἀΐδιον, ὡς τό· « Ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. » Ἴσως δὲ καὶ (*l*) ἀόρατόν φησιν, ἐπεὶ οὔπω ἦν ταύτης θεατὴς ἄνθρωπος, εἰ δὲ καὶ ἦν, οὔπω τὸ φῶς ἐγεγένητο. Ὅτι δὲ τὸ *ἀκατασκεύαστον* τὸ *ἀκόσμητον* δηλοῖ, δῆλον ἐξ ὧν ἑτέρωθί φησι· « Ποιῶν βέλτιον κατεσκεύασά σε ὡς πηλὸν κεραμέως. » Ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς πηλὸν ἀδιακόσμητον εἰς ὅ τι βούλεται μεταρυθμίζει σκεῦος, οὕτω κἀγώ σε πηλὸν ἐκ γῆς λαβών, ἐπὶ τὸ βέλτιον

VERS. 2. *Terra autem erat invisibilis et incomposita*. Invisibilem dicit non quod apta nata haud fuerit ut videretur, sed quod aquis obtecta fuerit, natura sua visibilis. Invisibilis itaque erat, h. e. inculta adeoque conspectu indigna. Aquila enim pro *invisibilis* vertit *inanis*, h. e. omni cultu qui in plantis fluviisque et montibus perspicitur, destituta. Hinc etiam Scriptura de viro quodam eximio atque forti ait: « Nonne hic percussit virum Ægyptium virum spectabilem [17]? » Hoc est, 9 admirandum atque conspicuum; alio enim sensu omnes spectabiles sumus, ut adeo idem sit *invisibilis* ac *incomposita*. Neque enim de materia aliqua loquitur formis, et quidem ex illis etiam cultu destituta; sane enim cœlum etiam incompositum dixisset, si quidem ex materia omnia fecit, neque certe hoc, cœlum, illam vero, terram vocasset. Nisi forte dixerint duas materias Deum fecisse. Et cœlum igitur formis indui oportebat quemadmodum terram. Impius vero ille Manes verbum *erat* significare ait materiæ æternitatem. Verum ante verbum *erat* ponitur *fecit*, nec alias semper verbum *erat* æternitatem notat, v. g. in istis: « Et erat homo ille nobilis inter eos qui a solis ortu. » Forte autem etiam invisibilem dicit, quod homo ejus spectator nondum exsisteret, et licet fuisset, lux tamen condita nondum erat. Quod vero *incompositum* idem sit quod *ornatu carens*, ex illis quæ alibi dicit, apparet: « Faciens melius composui te sicut lutum

[12] Psal. XVIII, 7. [13] Matth. XXIV, 30, 31. [14] Deut. IV, 32. [15] Isa. XIII, 4, 5. [16] Rom. VIII, 22. [17] Exod. II, 14.

(*k*) Ἀόρατόν φησιν. Hæc et quæ sequuntur, immutata sunt ex interpretatione Severi. Vide Cat. Niceph. p. 12, ut exinde intelligit possit, quomodo Procopius illos veteres excerpere, atque in usum suum convertere solitus fuerit. Quod vero dicit Aquilam pro ἀόρατος vertisse κενή, in eo differt a Severo, qui Aquilæ versionem hanc ponit: κένωμα καὶ οὐδέν.

(*l*) Ἴσως δὲ καί. Hæc sententia fuit Acacii. Vide Caten. Niceph. p. 11

figulus [18]. » Quemadmodum enim figulus lutum forma destitutum, in quodcunque placuerit vas transformat, sic ego etiam te lutum e terra accipiens, ut melius quiddam evaderes, in aliam formam te verti, ita ut nemo mortalium dicere possit, qualis et ex quali natus fueris. Quare autem cœlum quidem perfectum repræsentavit, terram vero per partes a Deo fabricatam ostendit? Ut in re præstantiore potentiam ejus percipiens certus reddaris hanc pariter ac istud eum perfectum statim sistere potuisse. Tui autem tuæque salutis causa *incomposita* facta terra fuit: communis enim mensa et patria, imo nutrix et mater, communis etiam omnium civitas est atque sepulcrum. Ne itaque, quam usus ejus tibi sit necessarius considerans, divinis honoribus eam prosequaris, informem illam et fœdam tibi ob oculos ponit. Hac enim ratione, ejus videntes utilitatem, eum qui produxit et exornavit illam, solum admiramur.

A μετασκευάσαι, ὡς ἀνθρώποις ἀδύνατον λέγειν οἷος ἐξ οἵου γεγένησαι. Τίνος δὲ ἕνεκα (m) τὸν μὲν οὐρανὸν ἀπαρτισθέντα παρήγαγε, τὴν δὲ γῆν κατὰ μικρὸν αὐτὸν τεχνιτεύειν φησὶν ἡ Γραφή; Ἵνα ἐν τῷ κρείττονι στοιχείῳ μαθὼν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, πληροφορηθῇς ὅτι καὶ ταύτην ἠδύνατο καθάπερ ἐκεῖνον ἀπηρτισμένην παραγαγεῖν. Διὰ σὲ δὲ καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν σὴν *ἀκατάσκευος* γέγονε· κοινὴ γὰρ τράπεζα (n) καὶ Πατρὶς καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ ἁπάντων ἐστὶ καὶ πόλις καὶ τάφος κοινός. Ἵνα οὖν μὴ (o) τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον θαυμάζων θεοποιήσῃς αὐτήν, δείκνυσί σοι ταύτην ἀδιατύπωτόν τε καὶ ἀκαλλῆ. Καὶ γὰρ οὕτω τὴν ἀσθένειαν ὁρῶντες τὸν καὶ παραγαγόντα καὶ κοσμήσαντα ταύτην θαυμάζομεν.

Et tenebræ erant super faciem abyssi, etc. Plurimum delirant, qui mali seu peccati naturam ex his verbis ingenitam asserere conantur, quasi Moses voluerit peccatum esse æternum, quod ejus generationem nullibi commonstrarit, præterea verbo substantivo *erat*, usus sit in præsentis loci commemoratione. Verum quod ad hoc verbum attinet, satis prolixe supra tractavimus. Nolo hic esse eamdem ob rem verbosior. At (ut illis respondeamus) rem quæ non subsistit, nec in entium numero ponitur, quomodo potuit dicere Scriptura? Tenebras enim quid aliud existimaveris, quam privationem lucis, quæ nondum opera Dei progressa erat. Tum enim corporum natura splendorem ex sese non habens omnino absque lumine vel claritate erat. Proinde aer et aqua, elementa caligine erant oppressa. Præterea quomodo possibile est, ut natura contraria sit Deo? Si enim contraria est Numini, aut quoad potentiam, æqualis, aut deterior, aut potentior erit Deo. Si potentia naturæ respondet potentiæ divinæ, quis contrarietatis pugnam discernet? nec alterum quidquam efficere valebit, cum alterum subinde impedimento sit futurum. Si deterior vel infirmior creditur, qua ratione non poterit a Deo inhiberi, ne quid suorum operum faciat? Sin firmior et potentior est, quare non prohibuit, ne Deus omnia pro sua voluntate et jure ageret? Nec enim dicere licet, quod vicissitudo quædam nunc imperandi, nunc imperium recipiendi inter Deum et naturam consistat. Nam sic elucesceret, eum interdum potentem, interdum vero impotentem esse. Utrumque enim ab æterno alienissimum est. Aut quomodo inter se convenient, cum sint contraria? Erit igitur aliquid, quod utrumque disterminet vel sejungat. Id vero, aut æquale, aut deterius, aut fir-

B *Καὶ σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου.* Μακρὰ ληροῦσιν οἱ τοῦ κακοῦ φύσιν ἀγένητον ἐκ τούτων εἰσάγοντες, διά τε τοῦ *ἦν* καὶ τοῦ μὴ γένεσιν σκότους εἰπεῖν τὴν Γραφήν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ *ἦν*, εἴρηται τὰ προσήκοντα. Γένεσιν δὲ πράγματος ἀνυποστάτου πῶς εἶχεν εἰπεῖν ἡ Γραφή; Στέρησις γάρ ἐστι τοῦ φωτός, οὗ μήπω γενομένου, τῶν σωμάτων ἡ φύσις τὸ αὐγὲς οἴκοθεν οὐκ ἔχουσα, πάντως ἀφώτιστος ἦν· ὅθεν καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ ἦν σκοτεινόν. Καὶ πῶς γὰρ δυνατὸν φύσιν ἐναντίαν εἶναι Θεῷ; ἢ γὰρ ἴση τὴν δύναμιν, ἢ χείρων, ἢ κρείττων· ἀλλ' εἰ μὲν ἴση, ἀδιάκριτος ἡ μάχη, καὶ οὐδὲν δράσει θάτερον ἐμποδὼν ἔχον τὸ ἕτερον· εἰ δὲ χείρων, πῶς οὐ κεκώλυκεν; οὐ γὰρ ἔστι λέγειν ὡς ἀνὰ μέρος κρατεῖ καὶ κρατεῖται. Τοῦτο γὰρ δείκνυσι, ποτὲ μὲν ἀσθενεῖν, ποτὲ δὲ C ῥώννυσθαι τούτων ἑκάτερον· ὅπερ ἀϊδίων ἀλλότριον. Πῶς δὲ ἀλλήλαις σύνεισιν ἐναντίαι τυγχάνουσαι; ἢ ἔστι τι τὸ διορίζον; καὶ πότερον ἴσον, ἢ χεῖρον, ἢ κρεῖττον; ταῦτα γὰρ τοῖς πρόσθεν συμβήσεται. Ἢ πῶς συνῆλθεν ἀλλήλοις τὰ τούτων δημιουργήματα; τὰ γὰρ ἐξ ἐναντίων καὶ πολεμίων, ἐναντία τε καὶ πολέμια. Συνυπάρξαι δὲ ἐναντία, λίαν ἀδύνατον. Πῶς δὲ πείσεται παρὰ τῶν ἀλλήλων ἀεί; διὰ ταῦτα γὰρ ἀπαθῆ τε καὶ ἄτρεπτα. Πῶς δὲ ἐναντία οὐχ ὑπὸ ἓν γένος, ὅπερ κρεῖττόν ἐστι τῶν εἰδῶν, καὶ κατὰ τὸ γένος πάντως καθέστηκε συγγενές; οὐκ ἄρα παντελῶς ἐναντία· πῶς δὲ ἐναντία, μὴ ποιότητες; οὐσίαι γὰρ οὐδὲν ἐναντίον. Πολλὰ λέγειν εἶχον εἰ τοῦτο ἦν τὸ προκείμενον.

[18] Isa. XXIX, 19.

(m) *Τίνος δὲ ἕνεκα.* Hæc est quæstio Chrysostomi ad h. l., quam vero, quoad verba, immutavit Procopius. Ille enim sic quærebat: Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τὸν μὲν οὐρανὸν φαιδρὸν καὶ ἀπηρτισμένον παρήγαγε, τὴν δὲ γῆν ἀμόρφωτον ἔδειξεν;

(n) *Τράπεζα.* Ita Procopius mutavit illa Chrysostomi: Ἐξ αὐτῆς (γῆς) τρεφόμεθα, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν δι' αὐτῆς ἀπολαύομεν.

(o) *Ἵνα οὖν μή.* Hæc et quæ sequuntur Chrysostomus ita expressit: Ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτὴν τιμήσῃ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δείκνυσί σοι αὐτὴν πρότερον ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον· ἵνα μὴ τῇ φύσει τῆς γῆς τὰς ἐξ αὐτῆς εὐεργεσίας λογίσῃ, ἀλλὰ τῷ ταύτην ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι.

mius erit. Eadem itaque, quæ modo ex ista argumentatione sequentur. Quomodo autem inter se coibunt et concordia coalescent eorum opera? Quæ enim ex contrariis et hostilibus conflantur, perpetuo naturali inter se discordia dissidebunt. Verum, ut simul subsistant et permaneant, **10** perquam impossibile est. Qui igitur alterum patiens, alterum agens, et vicissim esse poterit? Propter hæc siquidem nec passionem nec mutationem suscipiunt. Ad hæc cum sint contraria, sub idem genus reducentur, quod utroque, utpote speciebus, erit potentius. Nam omne in genere consistit sibi cognato. Non igitur per omnia sunt contraria. Verum qua ratione erunt contraria, cum non referantur ad prædicamentum qualitatis? Substantiæ enim nihil contrarium est. Multa adducere potuissem, si ea de re dicere nunc instituissem.

Αἰτία δὲ τοῦ ἀοράτου τῆς γῆς, τὸ ἐπικεῖσθαι τὴν A ἄβυσσον· ἄβυσσος δὲ πλῆθος ὑδάτων, δυσέφικτον ἔχον τὸ πέρας ἐπὶ τὰ κάτω. Διὰ τὸ πλεῖστον οὖν βάθος καὶ τὸ μήπω γεγονέναι τὸ φῶς, ἀόρατος ὑπῆρχεν ἡ γῆ. Οὐκ ἄρα θαυμαστὸν εἰ πρὸ, τὸ *φῶς*, *σκότος*· οὐδὲ γὰρ ὑπόστασιν κέκτηται, δυνάμει δὲ φωτιστόν ἐστι φωτὸς παρουσίας δεόμενον. Ἀὴρ γάρ ἐστι δεκτικὸς τοῦ φωτός· οὐ καθὸ ἀὴρ σκότος ὑπάρχων, ἐπισυμβαῖνον δὲ τοῦτο λαχών. Δυνάμει τι ὄν, τοῦ κατ' ἐνέργειαν ἀρχὴ καὶ φίλον ἐστὶ καὶ συγγενὲς δι' αὐτοῦ τελειούμενον. Τὸ δὲ λέγειν κατὰ τὴν ἀντίφραξιν νοητοῦ φωτὸς γεγονέναι τὸ σκοτὸς, εἰ λόγον εὐπαράδεκτον ἔχει σκοπήσωμεν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, τῶν σωμάτων νοητὸν φῶς ἀντιφράξαι δυνήσεται; Θεὸς γὰρ τοῦτο καὶ ἡ ἐκεῖθεν τοῖς νοητοῖς χορηγουμένη ζωή τε καὶ ἔλλαμψις. Ἐτόλμησαν δέ τινες εἰ- B πεῖν ὅτι σκότος ὁ διάβολός ἐστιν, ἄβυσσος οἱ δαίμονες· ὅτε δὲ εἶπεν ὁ Θεὸς, « Γενηθήτω φῶς, » γέγονεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐκ αἰσχύνονται τοῦ Υἱοῦ πρεσβύτερον τὸν διάβολον λέγοντες, καὶ τὸν οὐρανόν τε καὶ τὴν γῆν, δι' οὗ καὶ ταῦτα ἐγένετο. Πλὴν ὅτι γεγονὼς ἀγαθὸς ὁ διάβολος ἐξ ἑαυτοῦ προῆλθεν διάβολος. « Τῆς δὲ ἀβύσσου, » εἰπὼν, συμπεριεχομένης τοῖς γενομένοις ἐμνήσθη, ὡς δηλοῖ τὸ ἄρθρον τὸ τῆς· ὥσπερ καὶ τὸ, « Ἐπάνω τοῦ ὕδατος· » διὰ γὰρ τῆς τῶν περιεχόντων δημιουργίας συνεδηλώθη καὶ τὰ περιεχόμενα.

Cæterum terram fuisse inconspicuam, causa est abyssi inundatio, quæ illam obtexit. Abyssus aquarum redundantia est, cujus finem, si profunditatem inquiras, attingere nequis. Quapropter cum tanta esset aquarum profunditas, nec etiam lux foret creata, accidit ut terra non potuerit videri. Ne igitur mireris, si tenebræ præcesserunt lucem. Nam tenebræ per se non subsistunt, at aptæ sunt illuminari, lucisque præsentia egent. Aer etenim susceptibilis est lucis, non exsistens quatenus aer est caligo: hanc vero accidentariam est adeptus. At quod potentia est, ejus quod energia est principium perhibetur, eique amicum et cognatum judicatur, ut per quod invenerit perfectionem. Quod autem dicitur tenebras natas esse ex obstructione invisibilis vel intellectualis lucis, videamus num congruam vel probabilem rationem habeat. Nam, quæso, mihi narrato, quodnam corpus intellectuale lucem suo oppositu obscurare potest? Deus etenim est lux illa invisibilis: vita et illuminatio ex hoc fonte spiritualibus hauritur. Quidam ausi sunt dicere diabolum fuisse illas tenebras: et abyssum malos dæmones esse statuere; præterea cum Deus dixerit: «Fiat lux:» prodiisse vel natum esse Filium Dei. Mirum profecto est, quod non pudet eos diabolum, cœlum terramque, quæ omnia creata sunt, Filio Dei antiquiora astruere. Sua quidem creatione bonus erat diabolus: quod autem nunc calumniator et malus est, id ex sese habet. « Super abyssum » inquit, quod undique continebatur ab his quæ condita erant, sicuti monet articulus τῆς, id est hanc, sicuti et in hoc loco: « Supra hanc aquam. » Nam continens accipitur pro contento, quod Scripturæ sacræ admodum familiare est.

Καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. C Οἱ μέν φασι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅθεν προσκεῖσθαι καὶ τὸ « Θεοῦ, » ὅπερ ἐπὶ μόνου τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεσθαι. Τοιοῦτόν τι γὰρ ὑποσημαίνειν τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν τὸ οἱονεὶ θάλπειν ὄρνιθος δίκην καὶ κινεῖν πρὸς ζωογονίαν τὸ ὕδωρ· ὡς ἂν δειχθῇ τῶν στοιχείων ἡ φύσις μηδὲν οἴκοθεν ἔχουσα πρὸς τὸ ἀμέμπτως τὰς ἰδίας ἐνεργείας ἀποτελεῖν οἷον ζωογονεῖν ἢ θάλπειν· ὅπερ οὐκ ἔσχεν ἡ τῶν Ἑλλήνων διὰ μιᾶς τῆς λέξεως παραστῆσαι φωνὴ, εἶπε τὸ, *ἐπεφέρετο*, ῥῆμα θείου Πνεύματος ἄγαν ἀλλότριον· εἰ μή τις ὡς τὸ, *Κατέβη* ὁ Θεὸς καὶ *ἀνέβη* καὶ *περιεπάτει*, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τοῦτο νοήσειεν. Οἱ δὲ, τοῦτο μὲν ἀπεδοκίμασαν· μὴ γὰρ δεῖν τῇ κτίσει συναριθμεῖσθαι τὸ ἄκτιστον· Πνεῦμα δὲ Θεοῦ τὸν ἀέρα σημαίνειν ὑπέλαβον. Καὶ διὰ τί, *Θεοῦ*; τί γὰρ τῶν λοιπῶν οὐ Θεοῦ; Ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων λεπτότερον, καὶ ἀσωμάτων ἐγγὺς, ἔτι D δὲ καὶ κινητικώτερον, πνεῦμα διὰ τοῦτο προσαγορεύεται, ὃ καὶ τὴν θείαν οὐσίαν ὀνομάζειν οἶδεν ἡ θεία

Et spiritus Dei movebat se super faciem aquarum. Quidam volunt hic intelligendum esse Spiritum sanctum, quod colligunt inde, quia dicitur: « Spiritus Dei, » quod de solo Spiritu sancto dicitur. Nam Hebraica vox significat, quasi Spiritus incubet, foveat, instar avis, aquam, eamque ad generationem animalium moveat. Qua re docemur elementa nullam vim tenere, ut possint absque reprehensione per se suas operationes absolvere, scilicet animalia procreare, aut incubare: verum hæc fieri omnia virtute divina. Cæterum nulla vox Græca potuit sua significatione ista perfecte exprimere, quapropter ait: *Ferebatur;* quod quidem alienum est a Spiritu sancto, nisi forte quis, quemadmodum illa: Deus *ascendit*, *descendit* et *ambulabat*, etiam hanc dicendi formam intelligat. Sed quidam hunc sensum exsibilarunt. Haud enim decere existimantes, ut creaturæ ingenitum connumeretur, proinde voluerunt « Spiritum Dei » hoc

loco significare aerem vel ventum. At quare, inquit : *spiritus Dei?* quasi vero cætera omnia non Deo attribuantur. Cæterum aer vel ventus Deo magis quam reliqua congruit, siquidem reliquis subtilibus et substantiis incorporeis est propinquius istud elementum. Propterea isthoc nomine vocant, quo sacra Scriptura divinam naturam appellare consuevit. Sed ne plus quam decet aeri tribuamus, eumque quid increatum credamus, merito subjunxit Moses, *Dei*, quo auctore, sicut et alia, suam essentiam nactus est. Quod vero non abhorreat a consuetudine Scripturæ aerem vocitare *spiritum* cum additione dictionis, *Dei*, audiatur David de aere et aliis quæ in hoc elemento produci assolent, disserens : « Ipse dat nivem sicut lanam, et pruinam velut favillam spargit [19] : projicit velut fragmenta glaciem suam [20], » etc. Et iterum : « Facit flare ventum suum, et fluent aquæ [21]. » Non igitur ex his nunc apparet, spiritum aliquando dici in Scriptura aerem, aliquando vero ventum, qui est opus Dei, et secundum hujus voluntatem movetur, et talia, qualia Moses recenset, efficit? Visum est quibusdam spiritum Dei hoc loco nuncupari operationem et efficaciam Dei, quæ fovet et gubernat aquarum naturam. Quidam perhibent **II** statim a jactis mundi fundamentis gratiam sacri baptismi denuntiari. Hinc fit, ut nostri mundatio vel purificatio potius aqua, quam alio quovis perficiatur elemento. Principium siquidem (ut inquiunt) mundi est aqua : et principium Evangelii, Jordanis. Sunt qui intelligunt sub dictione, *spiritus*, sanctas potentias et virtutes, quemadmodum sub voce, *abyssus*, capi voluere contrarias, quibus præest caligo, nempe diabolus.

Γραφή· ὡς οὖν μὴ ἄλλο τι παρὰ τὴν κτίσιν αὐτὸν διὰ ταῦτα νομίσωμεν εἶναι, προστέθεικε τὸ, *Θεοῦ*· ἐξ οὗπερ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐγένετο. Ὅτι δὲ σύνηθες τῇ Γραφῇ καλούσῃ *πνεῦμα* τὸν ἀέρα προστιθέναι τὴν *Θεοῦ* φωνὴν, ἐδίδαξε καὶ Δαβὶδ περὶ τοῦ *ἀέρος* λέγων καὶ τῶν ἐν *αὐτῷ* κατὰ ἀλλοίωσιν ὄρῳ θείῳ φιλούντων συμβαίνειν· « Τοῦ διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος, βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς· » καὶ πάλιν, « Πνεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ῥυήσεται τὰ ὕδατα. » Οὐκοῦν τὸ πνεῦμα ἐν τοῖς τοιούτοις ποτὲ μὲν τὸν *ἀέρα*, ποτὲ δὲ σημαίνει τὸν ἄνεμον, ἔργον ὄντα τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τὴν γνώμην αὐτοῦ κινούμενόν τε καὶ τοιαῦτα δρᾷν εἰωθότα. Ἔδοξε δέ τισι, καὶ Θεοῦ πνεῦμα τὴν ἐνέργειαν εἰπεῖν, θάλπουσάν τε καὶ διοικοῦσαν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν· τινὲς δέ φασι καὶ αἰνίττεσθαι εὐθὺς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τὴν χάριν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Διὸ καὶ τὸ καθάρσιον ἡμῶν ἐν ὕδατι μᾶλλον ἢ ἑτέρῳ στοιχείῳ. Ἀρχὴ γὰρ λέγουσι τοῦ κόσμου τὸ ὕδωρ· καὶ ἀρχὴ τῶν Εὐαγγελίων ὁ Ἰορδάνης. Τινὲς δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα νοήσαντες ἐνταῦθα λέγεσθαι, ἁγίας δυνάμεις τὰ ὕδατα παρεδέξαντο, ὥσπερ καὶ τὴν ἄβυσσον πονηρὰς δυνάμεις ἐφ' ὧν τὸ σκότος ἦν ὁ διάβολος.

VERS. 3. *Dixitque Deus : Fiat lux, et facta est lux.* Non est ut credamus, Dei vocem intercedentibus vocalibus organis evenisse. * Divinæ voluntatis hic invenitur effectus. Præterea effectui divinæ voluntatis imputandum quidquid, qui docentur, discere possunt. Huc accommodentur et ea quæ quis pro ingenii sui viriculis, clarius et lucidius accipere valet, secundum efficaciam divinam. Ex his itaque liquet, Dei dialectorum quasdam altiores, quasdam medias, quasdam vero exsistere inferiores. Deo neutiquam voce opus est : sufficit ei sua voluntas. Nam, ut attestatur David, « quæcunque voluit, fecit [22]. » Ad hunc itaque modum semper capiendæ sunt in Scriptura sacra istæ formæ dicendi : *Locutus est Dominus*, *Dixit Dominus*, etc. Sic procul dubio et dæmones. Prima Dei vox omnia replevit luce, cujus hæc fuit natura, ut sua virtute celerius omni cogitatione penetrarit et permeaverit omnia, in primis tamen tenuiora et pellucidiora, siculi aeris natura. Principium simul et finis uno lucis impetu sunt illuminata, unoque momento ab initio ad finem usque lux excurrit. Cum autem crearet cœlum et terram, nullam emisit vocem. Nondum enim formati erant, qui divina voce et instrui et doceri debebant. At post cœli et terræ creationem condidit angelos : quos cum vellet docere, se et ipsorum esse crea-

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Θεοῦ φωνὴν μὴ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων γενομένην νοήσωμεν. Θεοῦ τοίνυν νοητέον φωνὴν τὴν ἐν τῷ θελήματι ῥοπὴν, καὶ τὸ τοῖς διδασκομένοις κατὰ θείαν ἐνέργειαν ἐντυπούμενον, καὶ τὴν ἐκ τοῦ θείου θελήματος διάδοσιν εἰς τὸ δυνάμενον ταύτης αἰσθάνεσθαι, ἀναλόγως τῆς ἑκάστου καταστάσεως τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένης τρανότερόν τε καὶ ἀμυδρότερον, ὡς εἶναι Θεοῦ διαλέκτους ὑψηλοτέρας καὶ μέσας καὶ τελευταίας· Θεὸς γὰρ οὐ δεῖται φωνῆς, ἀρκούσης αὐτῷ τῆς βουλήσεως· κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Δαβὶδ, « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε. » Καὶ οὕτω νοητέον ἀεὶ τὸ, *Εἶπεν*, καὶ, *Ἐλάλησε Κύριος*. Οὕτω τάχα καὶ δαίμονες· πρώτη δὲ Θεοῦ φωνὴ φωτὸς τὰ πάντα πεπλήρωκε· καὶ τοιαύτην τοῦ φωτὸς τὴν φύσιν ὑπέστησεν ὡς παντὸς νοήματος ὀξύτερον διὰ πάντων χωρεῖν καὶ διέρχεσθαι, καὶ μάλιστα τῶν λεπτοτέρων τε καὶ διαφανῶν, ὁποία τοῦ *ἀέρος* ἡ φύσις, ἀρχὴν ὁμοῦ καὶ πέρας ὑπὸ μίαν φωτιζομένου ῥοπήν. Ποιήσας δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐδεμίαν ἀφῆκε φωνήν· οὐδὲ γὰρ ἦσαν οἱ διὰ ταύτης ὀφείλοντες ἐκπαιδεύεσθαι. Μετὰ τοῦ οὐρανοῦ δὲ καὶ τῆς γῆς, καὶ τοὺς ἀγγέλους παραγαγὼν, εἶτα παιδεῦσαι τούτους βουλόμενος, ὡς καὶ αὐτῶν ἐστι δημιουργὸς, μή ποτε αὐτομάτως ὑφεστάναι νομίσωσι, τὴν μετὰ ταῦτα πᾶσαν κτίσιν φωνῇ ποιῶν ἐπιδείκνυται· τῶν παραχθέντων τὴν διακόσμησιν ἐν ὄψεσιν ἐκείνων

[19] Psal. CXLVII, 16, 17. [20] ibid. 18. [21] ibid. [22] Psal. CXIII, 3.

ποιούμενος, ὥστε ὁρῶντας τῶν μετὰ ταῦτα γιγνομένων τὴν παραγωγὴν, σαφῶς μαθεῖν, ὡς ὁ τούτων ποιητὴς καὶ αὐτῶν ἐστι δημιουργὸς, βουληθεὶς μόνον καὶ παραγαγὼν, ὡς ἐνταῦθα τῇ φωνῇ τὸ ἔργον παρηκολούθησεν. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς δεδήλωκε πρὸς τὸν μακάριον λέγων Ἰώβ· « Ὅτε ἐποίουν ἄστρα ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου. » Εὔδηλον γὰρ ὡς ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄστρων, ἐπὶ τῶν πάντων ἐπλήρουν τῶν γεγονότων, ἐκπληττόμενοι μὲν τὰ γινόμενα, θαυμάζοντες δὲ ὡς ἅμα τῇ φωνῇ παρῄεσαν οὐσίαι μὴ πρότερον οὖσαι. Τινὲς δὲ τὸ, *εἶπε*, πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον φασὶ, καθ' οὓς ἄπορον, πῶς εἰ καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ πάντα γέγονε δι' αὐτοῦ, μὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν κεῖται τὸ, *εἶπε*. Πλὴν οὐδὲν κωλύει πρότερον μὲν σιωπῇ δι' Υἱοῦ ταῦτα πεποιηκέναι, νῦν δὲ πρὸς τὴν διδασκαλίαν τῶν ἀκουόντων τὴν φωνὴν γεγονέναι. Οὐ γὰρ ὡς ἀγνοοῦντι ὁ Πατὴρ διαλέγεται· εἰ καὶ τὰ μάλιστά τινες ἐκεῖνα μὲν τὸν Πατέρα πεποιηκέναι φασὶ, ταῦτα δὲ τὸν Υἱὸν ὡς ἐκείνων ὑποδεέστερα, μανίας φθεγγόμενοι ῥήματα.

A torem, ne fortuito se substitisse crederent, omnem sequentem creationem interventu vocis peregit in illorum conspectu. Quare autem hoc? Ut conspicientes eorum quæ successere formationem, manifesto cognoscerent Deum etiam ipsorum creationis esse auctorem, et quod ab ipso sint in essentiam producti, interveniente sola ejus voluntate, in quem morem et cætera suam creationem invenere. Id ita se habere, diserte Deus ipse ostendit in his Verbis, quibus alloquitur Jobum : « Cum congratularentur pariter stellæ matutinæ [23]. » [Per stellas Græca translatio, quam sequitur Procopius, intelligit angelos, quam vocem Græca versio continet.] Satis enim cuivis clarum arbitror, angelos, quæ fecerint in creatione astrorum, ea-
B dem exsecutos esse in reliquorum creatione. Admiratione enim quadam insolita capiebantur cernentes, sola voce intercedente, adeo mirabiles et decoras substantias prodire, quæ tamen prius non exstiterant. Quidam verbum, *dixit*, ad Filium vel Sermonem dirigunt; * at secundum hos dubium exoritur, qua ratione acciderit, cum omnia per Sermonem facta sint, in commemoratione creationis cœli et terræ non addita sit dictio, *dixit*. Verum hæc dubitatio tenues evanescit facile in auras. Nihil enim obstat, quin cœlum et terra tacite per Sermonem sint effecta ; nunc autem, ut audientes erudiantur, insonuisse vocem. Nec enim ceu ignoranti loquitur Pater. Quidam tribuunt cœli et terræ creationem Patri : reliquorum, ut quæ viliora et exiliora sint, formationem assignant Filio, impia sonantes verba.

Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν. Τὸ, *καλὸν*, ἐπὶ τῆς κτίσεως οὐχ αἰσθητῇ θέᾳ ληπτέον· Θεὸς γὰρ οὐχ οὕτως ὁρᾷ, γνώσει δὲ οἰκείᾳ καθ' ἣν ἕκαστον ἑώρα, οὐ πρὸς θέαν πάντως καλὸν, πρὸς δὲ τὴν χρείαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ λοιπὰ συμφωνίαν ἀνάλογον, δι' ἣν καὶ Ἀκύλας τὸ *σὺν* φιλεῖ προστιθέναι· τοιγαροῦν ἐφ' ἑκάστου λέγων ὅτι καλὸν, ὅτι πάντα συνεπληρώθη, « Καὶ εἶδε, φησὶν, ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. » Ὥσπερ γὰρ λίθοι καλῶς λαξευθέντες καὶ ἀνὰ μέρος κείμενοι, καὶ ἀνδριάντος μέρη, λέγοιντο μὲν καὶ καθ' ἑαυτὰ καλὰ, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν, ἀλλ' οὖν τῷ τεχνικῶς θεωροῦντι. Καὶ χάλικες γὰρ, εἰ καὶ μὴ καθ' ἑαυτοὺς καλοὶ, ἀλλ' οὖν μετὰ τοῦ παντὸς, συναρμοσθέντες δὲ πρὸς κάλλος οἰκοδομήματος καὶ τοῦ ἑνὸς ἀνδριάντος μείζω τὸν ἔπαινον δέχονται, οὕτω καὶ τὰ μέρη τῆς κτίσεως. Τὴν ἀκριβῆ δὲ χρείαν καὶ τὴν πρὸς τὰ λοιπὰ τούτων ἀναλογίαν, αἰσθήσει καταλαμβάνειν ἀδύνατον οὐδὲν ὡς τῷ τυχόντι. Τοιγαροῦν ἑτερόδοξοι πόῤῥω τῆς τοιαύτης ὄντες νοήσεως, προσκόπτουσι τῇ τῶν θηρίων ὠμότητι καὶ τῷ τῶν ἑρπετῶν ἰῷ, καὶ τῷ ἐμφαινομένῳ ἀχρήστῳ τῆς τινων ὑποστάσεως, καί φασιν ἢ μὴ Θεὸν εἶναι τὸν ταῦτα ποιήσαντα, ἢ μὴ ἀγαθὸν Θεόν. Ὅτι δὲ τὸ *ἰδεῖν* ἐπὶ τῆς νοήσεως εἴρηται, δῆλον ἐξ ὧν ἐν Ἐξόδῳ φησίν· « Ἑώρα ὁ λαὸς τὴν φωνὴν τοῦ Κυρίου· » καίτοι οὐδὲ ἡ αἰσθητὴ φωνὴ ὁρατή. Πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ φῶς ὃ Θεὸς ἐπαινεῖ, καὶ τὸ πᾶν διεκόσμησε; Καὶ ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς τὸ νοητὸν ἐνεικονίζεται φῶς ἀναλόγως ἔχειν ἐκεῖνος σημαίνει ἐν νοητοῖς. Σημειωτέον δὲ ὅτι σὺν τῇ τοῦ Θεοῦ φωνῇ καὶ ὁ τῶν γιγνομένων συνεισέδραμεν ἔπαινος. Ὥσπερ

VERS. 4. *Et vidit Deus lucem quod esset bona.* [Septuaginta interpretes loco dictionis *bona*, collocant dictionem, *pulchra*, quam interpretatur Procopius.] Quod inquit : pulchra, etc., non acci-
C piendum est pulchram apparuisse sensibili visu. Absit. Haud enim humano more Deus cernit, sed pro videndo utitur sua cognitione, qua novit omnia non visu solum pulchra, sed complecti quoque insignem utilitatem, et inter se debita et legitima proportione convenire : quapropter Aquila in sua translatione adjecit verbo *vidit*, præpositionem, σὺν, quæ in compositione, *cum*, significat, ac si diceret : Contuitus est, conspexit, etc. Quod singulis suis operibus Opifex subjunxit, quod sint pulchra, ideo factum est, quia omnia erant exacte consummata, et ad unguem elimata, quibus nihil deesse animadvertere potuisses. Propterea
12 non abs re inquit : « Et vidit omnia, quæ fecit, quod essent supra modum pulchra. » Lapides in-
D geniose cæsi et expoliti, etiamsi non conjungantur ut inde statua fiat, verum sparsim et sejuncti jaceant ceu partes ex quibus statua conficienda et connectenda sit : attamen pulchri videntur, si non cuivis idiotæ, at ei qui eos ex ratione artis considerat et intuetur. Si his compares lapides ignarios, etsi per se minime pulchritudinem teneant, tamen ratione universi nequaquam sua pulchritudine destituuntur. Nam si eos coaptaveris ad pulchritudinem alicujus ædificii, licet sint despecti, attamen si totum ædificium respicias, superant longe unam statuam, utcunque sit decorata. Sic

[23] Job xxxviii, 7.

existimandum censeo de partibus totius universi, ex quibus si quæ per se videntur deformes, collatæ ad rationem universi, pulcherrimæ deprehendentur. Cæterum exactam utilitatem singularum et mutuam inter sese convenientiam, cohærentiam et commissuram sensui humano percipere impossibile est : imo nec vulgaris et cujusvis hominis intellectus illa indagare potest. Qui diversam retinent opinionem, profecto nihil differunt ab immanissimis

A γὰρ παιδεύων τὰς νοερὰς δυνάμεις ἐφθέγξατο, οὕτω πάλιν αὐταῖς δεῖξαι βουλόμενος ὡς οὐκ ἄλλος μὲν ὁ ποιῶν, ἄλλος δὲ ὁ κρίνων ἀλλ' ἑνὸς Θεοῦ τούτων ἑκάτερον, τῇ ποιήσει συνῆψε τὴν κρίσιν καὶ τὴν περὶ τῶν γεγονότων δοκιμασίαν· ὁμοῦ καὶ προανα-[σ]τέλλων τὴν τῶν ψέγειν τολμώντων τὴν αἰσθητὴν δημιουργίαν δαιμόνων ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἄθεον αἵρεσιν, οἳ καὶ κακὴν ἀρχὴν ἀναπλάσαντες ἀντεγείρουσι τῷ Θεῷ.

belluis, et malefici generis reptilibus. Nam sanam reliquorum sententiam dilacerare, et veneno exstinguere nituntur. Inquiunt enim, aut Deum, qui isthæc fecerit esse malum, aut non fecisse. Hanc impiam opinionem accipiunt, dum considerant feritatem belluarum, et serpentium maleficia per se, nec conferunt ad rationem hujus totius opificii. Quod autem verbum, *vidit*, porrigendum sit ad intellectivam virtutem, fide dignus testis est Moses, qui ait in Exodo : « Videbat populus vocem Dei. » At vox non visibilis, sed audibilis est. Sed quis reprehendat lucem, cum a Deo ipso laudibus vehatur ? Imo quis eam vituperare audebit, cum cernat ab ea hoc universum esse exornatum et illustratum ? Præterea, quod magis ad ejus excellentiam facit, repræsentat nobis sub quasi viva imagine lucem æternam, quæ intellectu solo arripitur. Cæterum notandum est, cum voce divina simul convenisse et creationem rerum laudemque. Ut enim instrueret spirituales creaturas, perhibetur esse locutus : sic, ut declararet se et opificem et judicem esse sui operis, nec alium, utrumque Deo ascripsit Moses, creationique junxit et judicium, ejusque approbationem. Hoc facto occurrit illis hæreticis, qui nituntur astruere illud sensibile opificium a dæmonibus esse conditum. Et sane eorum confidentem audaciam contundit, et in arctum cogit *.

Et distinxit Deus inter lucem et inter tenebras. Nequaquam enim inter se commiscentur, siquidem alterum habitus, porro alterum privatio est, quæ quidem neutiquam coire possunt altero incolumi exsistente.

B *Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους.* Ἄμικτα γὰρ ἀλλήλοις εἴ γε τὸ μὲν ἕξις, τὸ δὲ καθέστηκε στέρησις· ἅπερ ἀλλήλοις ἀσύμβατα, τοῦ ἑτέρου ἀνυποστάτου τυγχάνοντος.

VERS. 5. *Et vocavit Deus lucem, diem : et tenebras vocavit noctem.* Nunc vero alia diei ratio est. Nam post creatum solem, dies est a solis splendore illuminatus aer in hemisphærio nostro supra terram. Nox est umbra terræ, quæ contingit, ubi occiderit sol. Tunc autem, scilicet in rerum primordio, non secundum cursum solis noscebatur dies, verum primogenia et undique circumfusa lux, juxta modum a Deo definitum contracta, diem præstabat, cui deinde succedebat nox. *Diem*, inquit, vocavit. Ἡμέρα Græca dictio ponitur, quæ quamdam mansuetudinem importat. Quidquid enim festum et hilare est, id Græce ἥμερον, id est, placidum et mansuetum appellare solent. Quapropter etiam humanitatem vel mansuetudinem nominamus ἡμερότητα. Præterea alia mansuefacta nuncupamus ἥμερα, id est, cicura et pacata. Nox dicitur Græcis νύξ, quasi νύττει, id est, stimulet hominem fere dormientem, subinde inculcans : Disce, homo, te esse mortalem, et somno servire ; et quid majora tuis viribus et moliris et cogitas ? Nam νύξ est κατανυγή, id est, stimulatio vel admonitio. Hinc motus David, ait : « Loquimini in corde vestro, et in cubiculo vestro, et stimulemini » vel « pungamini [24]. » Verum Hebræus habet, *tacete*. Quemadmodum rex aliquis, qui in urbe aliqua quid fieri præcepit, ubi factum est, id laude insigni efferre consuevit, postea id ad usum, quem animo 13 destinavit, accommodat : simili ratione præcepit Deus, ut oriretur lux, exortam collaudavit, postea eam disposuit ad eum modum, quo

Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Νῦν μὲν μετὰ τὴν ἡλίου γένεσιν, ἡμέρα ἐστὶν ὁ ὑπὸ ἡλίου πεφωτισμένος ἀὴρ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ λάμποντος, καὶ νὺξ σκίασμα τῆς γῆς ἀποκρυπτομένου ἡλίου γιγνόμενον. Τότε δὲ οὐ κατὰ τὴν κίνησιν ἡλιακὴν, ἀλλ' ἀναχεομένου κατὰ τὸ ὁρισθὲν μέτρον παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἡμέρα ἐγένετο καὶ νὺξ ἀντεπῄει. *Ἡμέραν* δὲ, φασὶν, ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ πᾶν τὸ φαιδρὸν καὶ ἱλαρὸν *ἥμερον* λέγεται· διὸ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν *ἡμερότητα* καλοῦμεν· C καὶ τὰ χειροήθη θηρία *ἥμερα*. *Νὺξ* δὲ καλεῖται, ἐπειδὴ νύττει τὸν ἄνθρωπον καὶ καθεύδοντα, μονονουχὶ λέγουσα· Μάθε, ἄνθρωπε, ὡς θνητὸς εἶ καὶ ὕπνῳ δουλεύεις· καί τι φαντάζῃ τὰ ὑπὲρ σέ; ἡ γὰρ νὺξ *κατανυγή* ἐστιν. Ὅθεν καὶ ὁ Δαβὶδ, « Ἃ λέγετε, φησὶν, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. » Ὡς δὲ βασιλεὺς ἐν τῇ πόλει προστάξειέ τι γενέσθαι, εἶτα καλῶς γεγονὸς ἐπαινέσειε, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν προσήκουσαν κατατάξειε χρείαν· οὕτως ὁ Θεὸς εἶπε γενέσθαι φῶς, ἐπῄνεσε γεγονὸς, ὥρισεν ὡς ἤμελλεν ἐπιτήδειον φανεῖσθαι τῷ κόσμῳ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « διεχώρισεν ἀνὰ μέσον. » Οὐκ ἠβουλήθη γὰρ παντελῶς μὴ εἶναι τὸ σκότος· ἐπιτηδεία γὰρ ἡ νὺξ ἀνθρώποις καὶ ζώοις· D τοῖς μὲν, ἀναπαυομένοις· τοῖς δὲ, νεμομένοις· « Ἐν αὐτῇ γὰρ ἐξελεύσεται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. »

[24] Psal. IV, 5.

existimabat mundo usui futuram. Et hoc colligitur ex verbo, « distinxit » vel « divisit ». Voluit etenim et tenebras esse mutua successione seu vicissitudine. Nam nox hominibus et reliquis animantibus utilis est. Illis suavem quietem præbet : his ad pascua eundi copiam facit, ut canit regius Psaltes : « Ponis tenebras et fit nox, et in ea proserpunt omnes bestiæ silvæ [25]. »

Καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. Ὁ χωρισμὸς ὃν ὁ A Θεὸς διεχώρισεν μεταξὺ τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ σκότους, τοὺς κοινοὺς ἀμφοτέρων ἀπεγέννησεν ὅρους· πέρας γὰρ ἡμέρας μὲν ἡ ἑσπέρα, νυκτὸς δὲ τὸ πρωΐ· καὶ ἀνάπαλιν, ἀρχὴ μὲν ἑσπέρα νυκτὸς, τὸ πρωῒ δὲ ἡμέρας. Ἀεὶ γὰρ τὰ πέρατα καὶ τὰ τέλη καὶ αἱ ἀρχαὶ συνεπινοοῦνται τοῖς πράγμασιν. Ὅθεν οὐκ εἶπεν, Ἐποίησε τὴν ἑσπέραν καὶ τὸ πρωῒ, ἀλλ' ὅτι *Γέγονε*, συνυποστάντα τῷ χωρισμῷ τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ σκότους.

Et fuit vespera, fuitque mane dies unus. Distinctio, qua Deus secrevit lucem et tenebras, communes utrisque dedit et præstituit terminos. Finis enim diei, ut apparet, est vespera : noctis vero, mane. Et vicissim seu ordine converso, initium quidem noctis vespera est, et mane initium diei. Semper etenim principia, fines extremitatesque concipiuntur simul cum rebus animo. Quapropter non dixit : Fecit, sed : « Factum est, » etc., quasi una post distinctionem lucis et tenebrarum substiterint.

Πλείστη δὲ ζήτησις περὶ τοῦ, τίνος ἡγήσατο. Καὶ αὐτῶν γὰρ τῶν οὐσίαν καὶ φύσιν εἰρηκότων εἶναι τοῦ σκότους, οἱ μὲν τὴν ἡμέραν, οἱ δὲ τὴν νύκτα προέταξαν· κοινῶς μὲν οὖν ἅπαντες οἱ τὴν ἡμέραν προτάξαντες, φασὶν ὡς τὰ πρεσβεῖα παρασχὼν τῇ B ἡμέρᾳ, πρῶτον εἶπε ταύτης τὸ πέρας ὡς αὐτῆς ἡγησαμένης καὶ παρελθούσης, καὶ οὕτω τῆς νυκτὸς ἀρχὴν λαβούσης ἐκείνης τὸ πέρας. Προλαβούσης γὰρ τῆς ἡμέρας, ἡ νὺξ εἰς ἄνεσιν τῆς ἡμερινῆς ἡμῖν ἐργασίας ἐπιγίνεται. Ἡ δὲ πρὸ τοῦ φωτὸς ἐν τῷ κόσμῳ κατάστασις, οὐχὶ νὺξ, ἀλλὰ σκότος ἐτύγχανε. Νὺξ δὲ τὸ πρὸς τὴν ἡμέραν ἀντιδιασταλὲν ἑτέρως παρὰ τὸ σκότος κληθέν· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν συμπληρωθὲν ἡμερονύκτιον, οὐκ ἐκάλεσεν ἡμέραν καὶ νύκτα, ἀλλ' ἡμέραν, ἀπὸ τοῦ κρείττονος. Καὶ δι' ὅλης τῆς Γραφῆς οὕτως εὑρήσεις, τῶν νυκτῶν ταῖς ἡμέραις συννοουμένων· ὅ τε γὰρ Ψαλμῳδὸς, « Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς ἡμῶν, » φησί· καὶ Ἰακὼβ, « Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς μου μικραὶ καὶ πονηραί· » καὶ πάλιν· « Πάσας C τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· » πρόδηλον δὲ ὅτι τὸ διάστημα καὶ τὸν τοσόνδε καιρὸν ἡμέραν καὶ νύκτα καλεῖ, οὐ τὴν ἀμφοῖν ὕπαρξιν· ἡ μὲν γὰρ φῶς λέγεται καὶ σκότος, τὸ δὲ ἡμέρα καὶ νύξ. Διχῶς γὰρ ἡμέρα νοεῖται, κατά τε τὸ χρονικὸν διάστημα, καὶ κατὰ τὸν φωτισμὸν τοῦ περὶ ἡμᾶς ἀέρος. Καὶ, « Τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, » τὸ ποσὸν τῆς ἡμέρας δηλοῦται, οὐχ ἡ φαιδρὰ ἢ ζοφερὰ ἡμέρα. Ἐὰν λέγῃς, Ζοφώδης ἡ σήμερον ἡμέρα, οὐ τὸ ποσὸν αὐτῆς ἐρεῖς, ἀλλὰ τὸ ποιόν. Αἱ τοίνυν πρὸ ἡλίου καὶ τῶν φωστήρων ἡμέραι, τὸ ποσὸν διάστημα τοῦ χρόνου σημαίνουσιν. Οὐδὲ γὰρ ποιητικὸς ὁ ἥλιος τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ σημαντικὸς, ὡς καὶ τὰ μηχανικῶς κατασκευαζόμενα. Οὐκ ἄτοπον οὖν δηλοῦσθαι διάστημα τοσόνδε προϋφεστάναι τῶν D φωστήρων ὃ προϋπῆρχεν, εἰ καὶ ἥλιος αὐτὸ ἐξεμέτρησε. Σημαντικὸν τοῦ τῆς ἡμέρας διαστήματος καὶ τὸ, « Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, » ἀλλ' οὐ, Φωτὶ φῶς, εἰρημένον· ἓν γὰρ τὸ φῶς καὶ ἓν τῶν νυκτῶν τὸ σκότος· ἀλλὰ τὰ διάφορα τούτων δηλοῖ διαστήματα· ἀλλαττόμεναι γὰρ καὶ διαδεχόμεναι ἀλλήλας, κηρύττουσι τὸν Δημιουργόν· κἂν ἀλλήλων δὲ ἀνὰ μέρος πλέον ἔχωσιν ἡμέρα καὶ νὺξ πρὸς τὰς

Plurima disputatio est, utrum præcesserit. Nam quidam ex illo grege, qui substantiam et quamdam naturam concedunt tenebris, nec ipsi inter se satis concordes, quidam noctem, quidam diem in rerum ordine præponunt. Sed qui argumentantur, diem, ut vulgo creditur, seniorem esse nocte, sic procedunt : Deus ipse primatum donavit diei. Nam primo posuit finem diei, nempe vesperam, quasi dies antecesserit noctem, et ubi desiverit in vesperam, tum demum ex ejus fine prognatam esse noctem. Nox enim, ut quies diurni operis, nobis affertur ex præcedente die. Cæterum vultus vel forma, quæ ante lucis exordium mundo erat, non dicitur proprie nox, sed potius caligo seu tenebræ. Verum nox suum nomen, quod tenet, sortita est, quod distinctionem faciat inter diem seque : nec appellanda est vel caligo vel tenebræ. Sed dienoctium, ut ita dicam, quod ex utrisque constituitur, id est, utrumque tam diei quam noctis spatium, nemo diem et noctem appellabit, sed contentus erit id spatium dixisse diem, nominatione petita a potentiore et principaliore. Nam Psaltes inquit : « Dies vitæ nostræ [26], » etc. Et Jacob patriarcha ait : « Dies vitæ meæ pauci et laboriosi [27], » etc. Et iterum : « Omnes dies vitæ meæ. » At constare arbitror, Deum nuncupare duo illa intervalla, alterum diem, alterum noctem : nec nomina confundere utriusque. Cum enim alterum sit lux, alterum caligo, merito, lux diei, caligo noctis nomine gaudet. Verum enimvero bifariam dies intelligitur respectu temporalis intervalli et illuminati, qui undique nos circumfluit, aeris. Quod Scriptura annotat : « Die tertio nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ [28], » etc., significatur nobis diei quantitas, nec ibi somnianda est diei qualitas, scilicet nubilane an serena fuerit dies. Si dixeris : Dies hodie est nubibus obscurata, non ejus quantitatem sonas, verum qualitatem commemoras. Igitur dies qui antevenere solis et stellarum generationem, temporis quantitatem notant. Nec enim sol diem parit, sed indicat, non secus ac ea quæ instrumen-

[25] Psal. CIII, 20. [26] Psal. LXXXIX, 10. [27] Gen. XLVII, 19. [28] Joan. II, 1.

torum quorumdam adminiculo fieri solent. Non itaque absurdum erit proponere, tantum interstitium anteivisse luminaria, quantum fuisset, si sol id esset suo cursu emensus. Etiam hoc Scripturæ testimonium significat diei spatium : « Dies diei instillat sermonem [29]. » Non inquit : Lux instillat luci. Divisa enim sunt lux et noctium caligo : et diversa inducunt intervalla et spatia. Nam dum mutantur, et mutua vicissitudine se invicem suscipiunt, deprædicant et annuntiant supremum Creatorem. Quamvis, si solis accessum et abscessum mente volvas, dies noxque interdum inæquales sint, seque invicem excedant, attamen utriusque concursus unus vocatur dies, terminaturque spatio viginti quatuor horarum, quas nunquam transgreditur.

A τροπὰς τῶν διαστημάτων ἑκατέρας ἀλλαττομένης· ἀλλ' ἀμφοῖν ἡ σύνοδος ἡμέρα μία καλουμένη ταυτὸ διόλου φυλάττει διάστημα, συμπληρουμένων ὡρῶν δ' καὶ κ'.

Videtur autem illis qui priore, quam noctem, diem loco ponunt, adversari tempus festorum, et in primis triduale tempus Salvatoris nostri sepulturæ et resurrectionis. Nam lex semper et ubique præponit noctes diebus, ut videre est in festo Azymorum. Sed ipsa recitabimus Scripturæ verba. « In primo mense, quartadecima die illius mensis ad vesperam, comedetis **14** azyma usque ad vicesimum primum diem illius mensis ad vesperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris [30]. » Nam, ut liquet, initium azymorum designat 14 diem, quem a vespera auspicatur : at finem azymorum facit diem 21, quem similiter in vesperam excurrere vult, ut intercedat nox, quæ deinde diem festum inducat. Haud dissimilis ratio est jejuniorum. At si rem recta reputabimus via, sciendum est legislatorem illis verbis explanare, quomodo omnia, cum prius essent confusa, suum ornatum ex pulcherrimo illo creationis processu acceperint, videlicet ipso die ex obscuris illucescente tenebris. Sed perfectior futurus est ornatus, cujus ille præcursor est, qui per innovationem rerum omnium continget. Etenim lex, quæ prius facta sint, ut evenerint, in memoriam revocat, et quæ futura sint decenter adumbrat. Sic et Sabbatum symbolum est, requievisse ab opificio mundi Deum : et una repræsentat sabbatismum, qui relinquitur populo Dei ad imitationem divinæ requiei. Sic Scenopegia monumentum est vitæ Judæorum, quam in deserto in tabernaculis egere : simul denotat tabernacula sancta, in quibus moraturi sunt sancti. Pari modo, cum ab noctibus initium sumunt celebritates, innuitur quasi longa præcedente nocte demum prodierit dies splendore coruscans. Tacite vero significat diem, quæ in fine splendebit, veram esse et perfectam, ad quam si hæc dies, qua fruimur, conferatur, mera sentietur nox et caligo. « Nox » igitur (ut hoc symbolum interpretatur Paulus) « progressa est, dies autem appropinquat [31]. » Et, ut typum evidentius e tenebris evolvat, subjungit : « Abjiciamus igitur opera tenebrarum, et induamur arma lucis. » Ecce quomodo lex ex nocte in diem nos proferat, ut celebremus dies festos Domino. Pari ratione numerus trium dierum et noctium passionis Domini et resurrectionis ineundus et supputandus est. Is dies, quo passus est Salvator noster, addatur

Ἀντίκειται δὲ τοῖς πρώτην λέγουσι τὴν ἡμέραν τῶν ἑορτῶν ὁ καιρὸς, καὶ μάλιστα τὸ τῆς τριημέρου τοῦ Σωτῆρος ταφῆς τε καὶ τῆς ἀναστάσεως. Αἵ τε γὰρ νομοθεσίαι πανταχοῦ προτιθέασι τὰς νύκτας τῶν ἡμερῶν· οἷον περὶ τῶν ἀζύμων ἐναρχόμενοι, « Τῇ
B δι' [ita cod.] τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἀφ' ἑσπέρας ἔδεσθε ἄζυμα ἕως αχ' τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἕως ἑσπέρας, ἑπτὰ ἡμέρας ζύμη οὐχ εὑρεθήσεται ἐν ταῖς οἰκίαις ὑμῶν. » Τὴν γὰρ ιδ' ἀφ' ἑσπέρας ἀρχὴν τῶν ἀζύμων, ὁρίζει τῇ γε μιᾷ καὶ εἰκάδι· καὶ περιγράφει πρὸ τῆς ἑσπέρας τὴν ἑορτὴν, διὰ τὸ τὴν νύκτα προεισαγαγεῖν ἡγουμένην αὐτῆς. Οὕτω καὶ ὁ περὶ τῆς νηστείας ἔχει νόμος. Μή ποτε οὖν τὴν ἐξ ἀκοσμίας εἰς εὐκοσμίαν πρόοδον ὁ νομοθέτης αἰνίττεται, ἣ γέγονέ τε ἤδη κατὰ τὴν ἐκ σκότους φανεῖσαν ἡμέραν, καὶ τελέως ἔσται κατὰ τὴν μέλλουσαν ἀνακαίνωσιν; Καὶ γάρ ἐστιν ἡ νομοθεσία τῶν τε προτέρων ὑπόμνημα, καὶ τῶν μελλόντων σκιά. Ὥσπερ τὸ Σάββατον τῆς τε ἤδη τοῦ Θεοῦ καταπαύσεως ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ τοῦ ἀπολειπομένου σαββατισμοῦ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ κατὰ
C τὴν μίμησιν τῆς τοῦ Θεοῦ καταπαύσεως. Καὶ ἡ Σκηνοπηγία μνημόσυνον μὲν τῶν ἐπὶ τῆς ἐρήμου σκηνῶν τοῦ Ἰσραὴλ, δεῖγμα δὲ τῶν αἰωνίων σκηνῶν ἐν αἷς σκηνοῦσιν οἱ ἅγιοι. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ἐκ νυκτῶν ἄρχεσθαι τὰς ἑορτὰς, ὑπομιμνήσκει μὲν τὴν ἐκ μακρᾶς τῆς οἱονεὶ νυκτὸς προκοσμίου φανεῖσαν ἡμέραν, προφητεύει δὲ τὴν ἐν τέλει λάμψουσαν ἡμέραν ἀληθινὴν, πρὸς ἣν καὶ νῦν ἡ ἡμέρα νύξ ἐστιν· « Ἡ νὺξ γοῦν προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε, » ὁ Ἀπόστολός φησιν ἑρμηνεύων τὸ τοῦ νόμου σύμβολον. Προστίθησι γάρ· « Ἀφελώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, ἐνδυσώμεθα δὲ τὰ ἔργα τοῦ φωτὸς, » ὅπερ ὁ νόμος ὑποφαίνει προάγων ἐκ νυκτὸς εἰς ἡμέραν τοὺς ἑορτάζοντας τῷ Θεῷ. Οὕτω καὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου τὰς τρεῖς ἀριθμοῦμεν ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας,
D προσλογιζόμενοι μὲν τῇ τῆς Παρασκευῆς νυκτὶ καθηγησαμένῃ τὴν ἡμέραν ἐσχηκυῖαν τὸ πάθος, συναριθμοῦντες δὲ τῇ τρίτῃ νυκτὶ, καθ' ἣν ἡ ἀνάστασις, τὴν ἑπομένην αὐτῇ Κυριακὴν ἡμέραν, διὰ τὸ προκοπτόντων ἐκ σκότους εἰς φῶς τῶν πραγμάτων προκαταριθμεῖσθαι δεῖν τὸ νυκτερινὸν σκότος, τὸ δὲ τῆς ἡμέρας ἐφέπεσθαι φῶς. Ἐπὶ δὲ τῆς κτίσεως πρέπει τὸν Θεὸν τῶν ἐν οὐσίᾳ φαιδροτέρων κατάρχεσθαι, ἀλλ' οὐ τῶν σκοτίων καὶ ἀφεγγῶν, καὶ οἷς τὸ εἶναι οὐκ ἔστιν οὐσιωδῶς, οὐδὲ δημιουργία τούτων κατείλεκται.

[29] Psal. XVIII, 3. [30] Exod. XII, 18, 19. [31] Rom. XIII, 12.

præcedenti Parasceves nocti. Sequens dies Dominicus connumeretur nocti tertiæ, in qua resurrexit. Nam dum res ex tenebris eruuntur, et in lucem protrahuntur, nocturnæ tenebræ prius annumerandæ sunt, ut commodius inde diei splendor subsequatur. Cæterum decet divinam majestatem in creatione mundi initium capere ab his quæ splendorem fundunt, et quorum substantia est: nec exordiri ab his quæ non sunt, quibusque lux denegata est. Horum etiam creatio non traditur.

A Καὶ πῶς δεῖ περὶ τούτων ζητεῖν εἰ πρῶτα γεγένηται; Ἐν γὰρ τῷ φῶς μὴ παρεῖναι, λέγεται σκότος καὶ νύξ. Οὕτω γὰρ τὸ μέλαν καὶ τὸ ἀφώτιστον τοῦ διαφανοῦς ἀέρος ὠνόμασται. Ἃ τοῖς γεγονόσιν ἐπηκολούθηκεν, ὡς ἡ σκιὰ τῷ σώματι, λεγομένη μὲν, ἀνύπαρκτος δὲ καθάπερ ἐκεῖνα τυγχάνουσα. Εἰ δέ ποτε καὶ λέγειν τὸ γεγονέναι, ἄλλως τὸ γενέσθαι αὐτῶν ἐκδέχεσθαι χρὴ, ὡς ἐν τῷ ψαλμῷ· « Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· » καὶ οὐκ εἶπεν ὑπὸ τίνος ἐγένετο· οὐδὲ τὸ *ἔθου* διήρθρωσε ποταπὸν τυγχάνει. Οὐδὲ εἶπεν, Ἐποίησας σκότος, οὐδὲ, Γενηθήτω σκότος καὶ ἐγένετο σκότος, ὡς ἐπὶ τῶν δημιουργημάτων, ἀλλὰ μὲν τὸ, « Φῶς, εἶπε, γενηθήτω. » Τὸ δὲ σκότος ἐπηκολούθησεν ἐκ τοῦ σκιάσματος τῆς γῆς· καὶ τὸ μὲν ἡμέραν, τὸ δὲ νύκτα ἐκάλεσε τοῦ φωτὸς ἐν στερήσει γιγνόμενον. Καὶ ὥσπερ λέγομεν ὁρᾷν αὐτὸ, μὴ B ὁρῶντες ἀληθῶς, ἐμποδιζόμενοι δὲ ὁρᾷν ὑπ' αὐτοῦ· οὕτω καὶ τὸ καλεῖσθαι αὐτὸ φήσομεν οὐκ ἐν τῷ εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ παρακολουθεῖν ἑτέρῳ ὄντι. Τὸ γὰρ σκότος γενόμενον καὶ γενητόν πώς ἐστι καὶ ἀγένητον. Ἀγένητον μὲν οὐχ ὡς οὐ γενόμενον, ἀλλ' ὡς τὸ γένεσιν ἐν ὑπάρξει μὴ λαβόν· γενητὸν δὲ διὰ τὸ τοῖς γινομένοις ἐπακολουθεῖν δίκην σκιᾶς, ὥσπερ τὰ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων σωμάτων γιγνόμενα· ὧν τὸ γίνεσθαι μὲν ἡ αἴσθησις συνομολογεῖ. Οὐσίαις δὲ αὐτῶν διὰ τὸ μηδὲ εἶναι οὐκ ἐπιβάλλομεν· οὐδὲ γὰρ καθ' ἑαυτὰς αἱ σκιαὶ, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου μέσου σώματος τὴν εἰκασίαν ποιοῦσι. Οὐδὲ γὰρ ὁ ἀὴρ τὸ σκότος, εἰ καὶ μέλας ὥσπερ οὕτως τῇ φύσει· διαφανὴς γὰρ ὢν ἀλλοτρίῳ χρώματι τῷ τοῦ φωτὸς ὁρᾶται· οὗ μὴ παρόν- C τος, τὸ ἀφώτιστον τοῦ ἀέρος καὶ οἱονεὶ μέλαν ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, σκότος καλεῖται, μὴ ὂν οὐσία. Εἰ καί φησιν Ἡσαΐας· « Ἐγὼ ὁ Θεὸς κατασκευάσας φῶς καὶ ποιήσας σκότος· » ἐπιφέρει γάρ· « Ὁ ποιήσας εἰρήνην καὶ κτίζων τὰ κακὰ, » ἅπερ ὁμοίως ἀνούσια. Οὐ πρωτουργὸν οὖν τὸ σκότος, ἀλλ' ἀνυπάρκτως γινόμενον κατὰ τὴν πρὸς τὸ φῶς παρακολούθησιν. Οὐ πρώτη τοίνυν ἡ νύξ· εἰ καὶ ἐν ἑορταῖς ὁ Μωϋσῆς προδιαναπαύει, ἐκ προλαβούσης νυκτὸς εἰς τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ Σαββάτου οἱονεὶ προεόρτιον ἑορτὴν διδούς· ἐκ φυσικῆς ἐκεχειρίας τῆς ἐν νυκτὶ τὴν ἐκ λόγου διανάπαυσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ προστακτικῶς παρέχων. Εἰκότως οὖν οὔ φησι· « Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, » νὺξ μία, ἀλλ' « ἡμέρα μία. » Ἡμέρα μὲν γὰρ ἐγένετο, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς πορείας D τοῦ φωτὸς ἠριθμεῖτο τὰ διαστήματα πρωΐας καὶ ἑσπέρας· νὺξ δὲ οὐκ ἐγένετο, ἐπεὶ μὴ οὐσία τοῦ σκότους, ταύτης ἦν ποιητική. Εἰ δέ φησιν ὁ Μωϋσῆς, « Ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία, » ὡς ἐκ τούτου νύκτα πρῶτον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας γενέσθαι, νομίζεσθαι· ἀλλ' οὖν οὐ τῇ τάξει τῶν ὀνομά-

Sed qua via eorum creatio investiganda erit? Nam tum demum caligo et nox intelligitur, cum submota fuerit vel abfuerit lux. Sic enim vocatur nigredo et ea pars aeris quæ luce caret. Nam hæc duo comitata sunt res creatas, non secus ac corpus comitatur umbra, quæ quidem per se non exsistit, sicuti nec prædicta. Sicubi autem facta esse leguntur, alio pacto eorum generationem nos interpretari oportet, sicuti et hoc loco: « Ponis tenebras et fit nox. » Hoc loco non commemorat a quo facta sit. Nec verbum, *ponis*, expresse insinuat unde sit. Nec dixit: Fecisti tenebras. Nec locutus est, ut in aliis evenisse constat: « Fiant tenebræ. » Verum, quod ad lucis creationem attinet, disertis verbis dixit: « Fiat lux. » Verum tenebræ insecutæ sunt ex umbra terræ. Alterum quidem nomen meruit diei, alterum noctis, ut quæ enata esset ex privatione lucis. Quemadmodum inquimus, nos videre tenebras cum eas non vere cernamus, sed magis visus noster ab his impediatur et occæcetur: sic affirmabimus tenebras quidem nactas esse nomen non ex sui substantia, sed quod consequantur et comitentur semper alterum quiddam. Apparet itaque tenebras quodammodo et genitas et non genitas animadverti. Non genitas quidem, non quasi per se sint ingenitæ intelligendum est, sed quod in sui generatione substantiam nullam acquisiverint. Genitas vero cape, quod instar umbræ semper conjunctæ sint corporibus. Quemadmodum umbram, cujus nostrum corpus origo est, nihil esse vel sensus confitetur, sic et ibi usu venire avet. Nullam substantiam umbræ addimus. Nam neutiquam **15** inter entia collocantur, verum quamdam imaginationem et conjecturam, quasi sint per se, præbent dum ab alio corpore intermedio progrediuntur. Nec tu aerem dixeris caliginem, licet, sicuti hæc, niger sit. Nam cum pellucidus sit, alieno lucis colore accedente conspicitur: qua luce remota, obscuritas aeris per se quasi atri manentis caligo vocatur, licet non possit referri ad prædicamentum substantiæ. Quamvis Isaias inquit: « Ego Dominus, et non est amplius; formans lucem et creans tenebras [32], » non tamen affirmat substantiis connumerandam esse caliginem sive tenebras. Mox enim subtexit: « Faciens pacem et creans malum; ego facio omnia ista [33]. » Testatur se creare malum, quamvis ne hoc quidem inter substantias collocetur. Ne igitur quis sibi persuadeat caliginem factam esse priorem, cum nequaquam subsistat: sed credat tum demum exortam cum

[32] Isa. XLV, 7. [33] ibid.

cœpit lucem subsequi. Nec colligi potest noctem A esse priorem d e, ex testimonio Mosis, quod semper præmittere soleat festis noctem, et ab ea exordiri Sabbatum. Nam alium finem respexit Moses, scilicet ut magis se præparent homines ad audiendam legem, propterea magna auctoritate ad vesperam præcedentem indicit Sabbatum. Quapropter ut omnia sint magis luculenta, ait: « Fuit vespera fuitque mane dies unus. » Non inquit: Nox una, sed: « Dies unus. » Nam dies constitit cum numerarentur interstitia matutini et vespertini temporis ad lucis curriculum. Verum nox non creata vel facta est. Nam cum nulla sit substantia tenebrarum, nequivere noctem procreare. Quidam, ut demonstrent noctem priorem conditam esse die, sequuntur hoc eloquium Mosis: « Fuit vespera fuitque B mane dies unus: » nam vesperam juxta seriem narrationis positam esse primo loco, et ex ea deinde noctem provenisse. Cæterum nos nequaquam animum ad verborum seriem appellere, sed virtuti rerum applicare oportet. Nam vespera orientis totiusque diei terminus vel finis est. Hinc sequitur diem priorem esse nocte. Quæ ratio permittit, ut sit vespera, nisi præcedat tempus matutinum? Erit sane in hunc modum resurrectio Salvatoris tridualis, si, ut perhibet Marcus [34-35], tertia hora crucifixus est. A sexta hora tenebræ exortæ sunt super universam terram permanentes usque ad horam nonam. Constituatur itaque, exempli gratia, unus dies per hæc intervalla ad nonam usque horam. Incipiatur deinde dies alter a nona hora sequentis noctis intempestæ. Tertius computetur a Sabbato adjecta Sabbatorum vespera, quæ lucescit in diem Dominicum. Hæc de triduo resurrectionis, etc. Verum si nox antecessit diem, ut quidam opinantur, quomodo Moses ait: « Fuit vespera fuitque mane dies unus? » Animus sic consistere nequit, sed inquirere conabitur, an vespera prævenerit diem; aut, an tum demum emerserit, cum cessaverit dies. In istis verbis: « Fuit vespera fuitque mane dies unus, » etc., intelligitur, aut prioris diei matutinum tempus, aut secundi diei jam incipientis. Si prioris diei respicis matutinum tempus, si ei conjungas insequentes dies, invenies hominem die quinto esse conditum: et reperies Deum quievisse die sexto.

των ἀκολουθεῖν ἀναγκαῖον. Ἡ γὰρ ἑσπέρα τῆς ἕω καὶ τῆς ὅλης ἡμέρας πέρας ἐστὶν, ὡς πάντως ἕπεσθαι τῇ ἡμέρᾳ τὴν νύκτα. Πῶς γὰρ δυνατὸν ἑσπέραν γενέσθαι μὴ προλαβούσης πρωΐας; Εἴη δ' ἂν καὶ τριήμερος ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις, εἰ κατὰ Μάρκον περὶ τρίτην ὥραν ἐσταύρωται, ἀπὸ δὲ ἕκτης σκότος ἐγένετο ἕως ἐνάτης ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. Πληρούσθω γὰρ ὡς ἐν τύπῳ μία ἡμέρα διὰ τούτων μέχρι τῆς ἐνάτης ὥρας· ἀρχέσθω δὲ ἡ δευτέρα ἀπὸ τῆς ἐνάτης ἐπακολουθούσης ἤδη τῆς πλατείας νυκτός· ἡ δὲ τρίτη λογιζέσθω ἀπὸ τοῦ Σαββάτου, συναπτομένης τῆς ὀψέως Σαββάτων τῆς ἐπιφωσκούσης εἰς τὴν Κυριακήν. Εἰ δὲ πρώτη ἡ νὺξ, « Ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, » ἡ διάνοια ζητεῖν ὑποβάλλει πότερον πρὸ τοῦ γενέσθαι ἡμέραν ἑσπέρα γέγονεν, ἢ ληγούσης τῆς ἡμέρας; Καὶ ἐν τῷ, « Ἐγένετο δὲ πρωῒ, ἡμέρα μία, » τῆς πρώτης ἡμέρας ἐστὶ τὸ πρωῒ ἢ τῆς ἀρχομένης δευτέρας; Εἰ γὰρ τῆς πρώτης, συναπτομένων αὐτῇ τῶν ἑξῆς γενομένων, εὑρεθήσεται ὁ ἄνθρωπος τῇ πέμπτῃ γενόμενος ἡμέρᾳ· εὑρεθήσεται δὲ καὶ ὁ Θεὸς τῇ ἕκτῃ καταπαύσας ἡμέρᾳ.

Verum hoc tum erit, cum latius fortassis accipiemus dictionem *mane*, ita ut ad diem pertinere dicamus, quod simili ratione et de nocte intelligi poterit. Quapropter Joannes evangelista, cum dixisset, *mane*, ut omnia essent clariora, addidit: « Cum adhuc essent tenebræ. » Marcus, cum posuisset: *Summo diluculo*, admovit et sequentia: « Exorto sole. » Cæterum, ut apparet, uterque ex circumstantiis rem consideravit et scripsit. Si autem quis accipiat diluculum seu mane confinium diei noctisque individuum, ut ipsum mane nihil ab utroque tempore prorsus mutuetur, quomodo dices: Mane, vel diei vel noctis vel utrarumque partem? Sed hæc res luculentior erit, si exemplum dederimus. Linea quædam indivisibilis finiat tam noctem quam diem. Si rem penitius introspi- D cere voluerimus, linea, quæ alterius fuerit principium, alterius finis esse patebit. Hinc et Moses, temporum extremitates ponens, media voluit per eas significare; nec ejus animus fuit, in extremitatibus utriusque partem commonstrare. Exacta illa dierum enumeratione nos docet, mundum non esse æternum, sed a Deo conditum. Deus opifex non tem-

Τοῦτο μὲν οὖν ἀληθὲς εἰ πλατικῶς λαμβάνοιμεν τὸ *πρωῒ* παρά τ' ἐν αὐτῷ τῆς ἡμέρας δεχόμενοι· ὅπερ κἀπὶ τῆς νυκτὸς ὁμοίως ἐξέσται νοεῖν. Ὅθεν ὁ μὲν Ἰωάννης εἰπὼν τὸ, *πρωῒ*, προσέθηκε « σκοτίας ἔτι οὔσης· » ὁ δὲ Μάρκος, *πρωῒ*, καὶ, « ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, » ἑκάτερος ἐκ τῶν παρακειμένων τὴν προσηγορίαν ποιούμενος. Εἰ δὲ μεθόριον ἀμερὲς νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐκδέχοιντο τὸ πρωῒ, μηδὲν τῶν παρακειμένων ἐξ ἑκατέρου λαμβάνον καιροῦ, πῶς τῆς ἡμέρας μόνης ἢ τῆς νυκτὸς ἢ καὶ ἀμφοτέρων γενήσεται μέρος; Οἱονεὶ γὰρ γραμμή τίς ἐστιν ἀμερὴς περατοῦσα τούτων ἑκάτερον, μᾶλλον δὲ κατὰ ταυτὸν, τῆς μὲν ἀρχὴ, τῆς δὲ πέρας τυγχάνουσα. Τοιγαροῦν ὁ Μωϋσῆς τὰ τῶν καιρῶν ἄκρα λαβὼν, τὰ μέσα διὰ τούτων ἐδήλωσεν, οὐκ ἂν ἐν ἄκροις θατέρου μέρος εἰπών· ἀριθμεῖ δὲ τὰς ἡμέρας τοῦ κόσμου, τὸ γενητὸν ἀκριβῶς παραστῆσαι βουλόμενος. Χρόνου γὰρ οὐ δεῖται δημιουργῶν ὁ Θεός. Οὐ μὴν ἄτακτα τὰ γεγονότα ποιεῖ, ἀριθμὸς δὲ τὴν τάξιν ἐργάζεται. Ὅθεν οὐκ εἶπε, πρώτη, ἀλλὰ *μία*. Ἐν γὰρ τοῖς ἅμα τυγχάνουσιν οὐκ ἔστι πρῶτον καὶ δεύτερον· ἀλλ' ἐπείπερ ἡ διήγησις τὴν τάξιν ἔχει, διὰ τοῦτο μετὰ τὴν *μίαν* καὶ *δευτέραν* λέγεται καὶ μέ-

[34-35] Marc. xv, 25.

χρι τῶν ἕξ, ἕνεκα τάξεως. Εἰ δὲ τοῦτο, πάντως καὶ A πρώτην προεπινοουμένην ἔχουσιν, ἣν μίαν ἐκάλεσεν, τό τε τῆς δημιουργίας δηλοῦσαν ἀθρόον· καὶ ὅτι τὰς ἡμέρας οὐκ οὔσας ἔταξεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐστὶ δημιουργὸς, πρώτην ποιήσας μίαν ἡμέραν· ἥτις, μήπω τῶν ἄλλων οὐσῶν, οὐκ εἰκότως ἐλέγετο πρώτη. Αἱ δὲ λοιπαὶ προστεθεῖσαι τὴν τάξιν, ἔσχον προσηγορίαν καθ' ἣν μετὰ τὴν μίαν ἐγένοντο κατὰ λόγον τῆς ἐξ αὐτῆς ἀποστάσεως.

pore opus habet. Nec tamen confuse, sed debito 16 ordine opera sua perficit. At in primis numerus ordinem præstat. Quapropter inquit : *dies unus*, et non, primus. Nam in uno non datur statuere vel primum vel secundum. Cæterum cum narratio non sine ordine feratur, post dictionem, *unus*, dicitur, *secundus*, et ita usque ad sextum diem, sed respectu ordinis. Cum dicatur : « Unus dies, » nec primus, etc., significatur una creationis opus esse peractum. Deinde demonstratur dierum, quia ante non fuere, creationem Deo esse accepto ferendam. Nam et hos creavit, primo faciens diem unum, qui haud immerito, cum cæteri nondum forent, non primus, sed unus dictus est. At cæteri, qui consequebantur, dies tenuerunt eam appellationem, quam post primum collocati ex suis intervallis adepti sunt.

Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ μίαν τοῦ μηνὸς ἡ B Γραφὴ τὴν πρώτην καλεῖ, καὶ μίαν Σαββάτων. Ἄλλως τε παράτασιν ἡμέραν μίαν ἐκάλεσεν, ἀλλ' οὐ πρώτην. Ἡ μὲν γὰρ δευτέρα καὶ τρίτη τὸν ἀριθμὸν ἐναλλάττει. Τὸ δὲ φῶς μένον τὸ αὐτὸ κληθὲν ἡμέρα, μίαν ἀφ' ἧς ἤρξατο ἕως ἔτι καὶ ἔτι καλεῖσθαι ποιεῖ. Ἡ αὐτὴ γὰρ ἐν πάσαις ἡμέραις φωτὸς ἐνέργεια· διὸ αἱ πᾶσαι, μία. Μετὰ γοῦν τὸ καταπαῦσαι τῇ ἑβδόμῃ τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἐπιφέρεται· « Αὕτη ἡ βίβλος οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἰδοὺ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἑβδόμην, μίαν ταύτην ἐκάλεσε· μή ποτε καὶ περὶ τῆς μιᾶς ταύτης ἐν τοῖς Ψαλμοῖς ἐῤῥέθη, « Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησε ὁ Κύριος; » ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου τὴν προσηγορίαν ἤμελλε δέχεσθαι Κυριακὴ καλουμένη· ὡς οὖν ἀφορισθεῖσα μόνῳ Κυρίῳ, μία καλεῖται. C Φέρει γὰρ καὶ τῆς διακόπου μονάδος εἰκόνα πρὸς τιμὴν τοῦ γενομένου φωτός· φῶς γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ πρῶτον γενόμενον φῶς, καὶ πρῶτον ἐν γενητοῖς καλὸν, πρὸς μονάδος οὐσίαν ὑπόστασιν λαβεῖν ὁ Δημιουργὸς δικαιώσας, ἡμέραν τοῦτο μίαν ἐκάλεσεν. Ταύτην δὲ καὶ ἡμέραν ὀγδόην ἐκάλεσεν ὁ ψαλμὸς τὴν μέλλουσαν δηλοῦσαν κατάστασιν, διὰ τὸ ἔξω κεῖσθαι τοῦ ἑβδοματικοῦ τούτου χρόνου, οὖσα μία διὰ μιᾶς εἰκότως ἐνεικονίζεται· « Ἡμέρα γὰρ, φησὶ, Κυρίου μεγάλη καὶ ἐπιφανής· » καὶ πάλιν, « Ὑμῖν ἐπιζητεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς, » δῆλον ὅτι τοῖς ἀναξίοις. Ἀνέσπερον γὰρ καὶ ἀτελεύτητον τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἶδεν ὁ Λόγος· D διόπερ, ὡς εἴρηται, καὶ ὀγδόην καλεῖ αὐτὴν, ἄλλην οὖσαν παρόντα τοῦτον αἰῶνα· εἷς δὲ καὶ ὁ πᾶς αἰὼν διὰ ταύτης δηλούμενος. Τὸ δὲ λέγειν τὴν Γραφὴν, « Αἰῶνας αἰώνων, » διαφόρους καταστάσεις δηλοῖ. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

Simili ratione unam mensis, et unam Sabbatorum Scriptura nominat primam. Cæterum jam tum quoque lucis substantiam nuncupavit diem unam, nec tamen primam. Nam secunda et tertia numeri mutationem inferunt. Lux permanens, quæ diei nomen sortita est, præstat ut etiamnum dicatur una. Eadem etenim adhuc omnibus diebus inest lucis vis, quæ a rerum primordio exstitit. Quapropter omnes una censentur dies. Nam Deus septimo die cum quievisset, continuo infertur : « Istæ sunt generationes cœlorum et terræ, cum crearentur, in die, cum faceret Dominus Deus terram et cœlos [36]. » Ecce post diem septimum unum illum vocitavit. Forsitan de uno illo die et in Psalmis habetur : « Hic est dies, quem fecit Dominus : exsultabimus et lætabimur in eo [37]. » Non abs re inquit : « Quem fecit Dominus. » Siquidem ab ipso Domino cognomen desumpturus erat, ut diceretur dies Dominicus, tanquam soli Domino consecratus et dedicatus sit ille unus dies. Adumbratur etiam hic indivisibilis unitatis similitudo et imago quædam, ut magis honoretur lux creata. Nam cum Deus revera sit lux, et lux primo sit facta, et primo quoque apparuerit pulchra, respexit divinus Opifex mundi ad unitatis essentiam, cum appellaret primum diem, diem unum. Eumdem diem Psalmus appellat octavum, ut qui significet æternæ vitæ, quæ post hunc mundum ventura est, formam. Eam vero ideo repræsentat, quia octonarius extra septenarium situs est, eumque excedit uno. Proinde haud immerito novam rerum omnium constitutionem successuram huic sæculo per unum, quasi sub imagine nostro intellectui ingerit. Sic vero habet Scriptura : « Dies enim Domini magnus et illustris. » Et iterum : « Væ desiderantibus diem Domini ; ad quid enim iste nobis, cum dies Domini caligo sit et non lux [38]. » Sed nimirum impiis horridus caligine imminebit. Hunc diem Scriptura agnoscit absque vespera et fine carentem. Quapropter octonario numero determinatur, ut qui longe alius sit, quam præsens hoc sæculum. Nec non unum portendit, si Scripturæ credimus, universum sæculum. Nam quod Scriptura sæpe ait : « Sæcula sæculorum, » etc., diversas et varias constitutiones rerum denotat. Et hæc quidem de his.

Οἱ δὲ πρώτην εἶναι τὴν νύκτα βουλόμενοι, ἀντὶ τοῦ σκότους τὴν ἑσπέραν εἰρῆσθαί φασιν, ἀντὶ δὲ τοῦ φωτὸς τὸ πρωΐ. Ἐπειδὴ καὶ ἑσπέραν καλοῦμεν τῆς νυκτὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ πρωῒ τοὐναντίον. Ὡς εἰπὼν,

Qui hanc sententiam tenent, ut sibi persuadeant noctem antevertisse diem, tenebrarum loco vesperam positam ariolantur, et loco lucis mane scriptum comminiscuntur. Vesperam enim vocamus

[36] Gen. II, 2. [37] Psal. CXVII, 24. [38] Amos. V, 18.

noctis principium: et mane sive diluculum matutinum nominamus diei initium. Sic igitur interpretantur verba Mosis, illa verba æquipollere his: in principio factas esse tenebras, et ex his demum exsiluisse lucem. Nam tenebras noctis sustinuisse vicem: et deinde lucem, quæ diei perfecerit tempus, induxisse. Et propterea Mosem dixisse: « Fuitque vespera fuitque mane, » etc., volentem dicere tempus, quo fuerint tenebræ, anteivisse quasi quædam nox a vespera initium petens. Ubi autem lux exorta est, dies quædam apparuit, quasi ex matutino tempore sive mane prorepens. Recte vero nomen a prædominante tractum imposuit, et diem unum vocavit. Nam lux eum cursum absolvebat, quem nunc sol peragit. Et ut nostræ sententiæ, aiunt, robur accederet, et quasi confirmaretur, primo meminit Moses tenebrarum, et postea demum invaluisse lucem determinat. Nam non negamus, inquiunt, imo confitemur lucem potentiorem esse tenebris: verum in Mosaicæ narrationis contextu videmus priore loco tenebras esse locatas, sicuti **17** creationis ordo postulabat. Præterea Scriptura sacra diem a vespera post solis demum occasum exorditur, nec a matutino tempore, quo sol exoritur, diem auspicatur. Id merito quidem. Nam primo condita est caligo, quæ noctis vicem præstabat: et tum demum successit dies, qui deinde quoque ad occasum festinavit. Adducunt et Apostolum testem, qui ait: « Noctem et diem in profundo egi [39]? » At hic locus illorum opinionem nequaquam confirmare potest. Nam Paulus commemorat temporis modum, quo naufragium passus est, quasi navis dirupta sit vi undarum intendentibus se noctis tenebris; deinde in ea perseveraverit, quæ in profundo hærebat, totum diem. Proferunt et festorum tempora, ut vel inde suæ opinioni aliquam fidem concilient. Sed nec sic eorum opinio vires acquirit, ut supra dedimus. Et ut omnem moveant lapidem, neque quidquam intentatum relinquant, tempus resurrectionis depromunt. Nam cum in una eademque die, verum noctu, resurrexerit, allusum esse ad primam rerum creationem, ubi ex tenebris scilicet coruscaverit lux, non secus ut processit Christus ex sepulcro in ipsis tenebris resurgens noctis et rerum omnium reparationem et restaurationem inducens. Igitur, quasi omnes in tenebris versentur, noctu resurgere voluit. Resurrectionem vero suam exorta luce evidenter ob oculos posuit.

A φασὶν, ὅτι κατ' ἀρχὰς ἐγένετο σκότος, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ φῶς, ὡς ἐντεῦθεν τὸ μὲν σκότος φανῆναι νυκτός τινος τάξιν ἐπεσχηκὸς, τὸ δὲ φῶς ἡμέρας τινὸς πληρῶσαν καιρὸν, ἐπήγαγε τὸ, « Ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ· » οἱονεὶ δηλῶν ὡς ἐγένετο μὲν ὁ τοῦ σκότους καιρὸς ὥσπερ τις νὺξ ἀφ' ἑσπέρας ἄρχεσθαι εἰωθυῖα. Μετὰ τὸ γενέσθαι φῶς, ἡμέρα τις ὤφθη γενομένη ἐκ πρωΐας ἄρχεσθαι πεφυκυῖα. Εἰκότως οὖν μίαν ἡμέραν ἐκάλεσε συναμφότερον ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπικρατοῦντος· τὸν γὰρ αὐτὸν δρόμον ἀπετέλει τὸ φῶς ὅνπερ ἥλιος νῦν. Πρῶτον οὖν, φασὶν, εἶπε τὸ σκότος, εἶτα τὴν τοῦ φωτὸς ἐπικράτειαν. Εἰ γὰρ καὶ κρεῖττον τὸ φῶς, ἀλλ' οὖν οὐ προτέτακται· ἐφύλαξε δὲ αὐτοῖς τῆς δημιουργίας τὴν τάξιν· λογίζεται γὰρ ἡ Γραφὴ τὴν ἡμέραν ἀφ' ἑσπέρας ἀρχομένης
Vers. 20. *Et dixit Deus: Reptificent aquæ reptile animæ viventis: et avem quæ volitet super terram in facie firmamenti cæli.* Terra cœlumque mirifico ornatu exculta erant: requirebatur ut etiam aer aquaque exornarentur, sicuti ex præsentibus discitur. Nunc demum animal sensitivum in mundum progreditur. Plantæ quoque vivere dicuntur, quod habeant animam vegetativam et augmentativam, et quod sui simile procreare noverunt Cæterum nullus his inest sensus. *Reptilia* inquit: nam omne natabile quodammodo repit per aquam corporis quodam tractu. Sunt in aquis quædam animalia pedes habentia, et propterea partim in aquis partim in terra degunt, ut phocæ, pectines, crocodili, equi fluviatiles, ranæ et cancri. Verum in his excellit natatio. Cætera animalia, quæ prorsus destituuntur pulmone, per quem aer hauritur **31** prorsus in aquis vitam agunt. Habent vero branchias, quibus excipiunt et emittunt aquam, sicuti nos aerem. Quapropter ubi primum extracta fuerint ex aquis, intercidunt. Aves quoque ex aquis procedunt. Nam pleræque aves aut plurimum aut omnino in aquis vitam transigunt. Imo et cæteræ aves, quæ in sublimi volant per aera, ex aquis originem sumunt, propter quamdam elementorum cognationem. Aer enim in humorem resolvitur, et in nubes concretus tandem

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ γένος· καὶ πετεινὰ πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος. Κεκόσμηται γῆ ἀέρος καὶ ὕδατος λῆξιν, ὅπερ διὰ τῶν παρόντων σημαίνεται. Νῦν δὲ πρῶτον ἔμψυχον αἰσθήσεως μετέχον ζῶον δημιουργεῖται· ζῆν μὲν γὰρ λέγεται καὶ τὰ φυτὰ διὰ τὸ μετέχειν θρεπτικῆς καὶ τοῦ ὁμοίου γεννητικῆς δυνάμεως, ἀλλ' οὐ δήπου μετέχειν αἰσθήσεως. *Ἑρπετὰ* δέ φησιν, ἐπειδὴ πᾶν τὸ νηκτικὸν ἕρπει δι' ὕδατος, ἐπισυρόμενον τούτου τῷ σώματι· ἔτι μὲν γάρ τινα ὑπόποδα καὶ διὰ τοῦτο ἀμφίβια οἷον φῶκαι, κτένες, κροκόδειλοι, ἵπποι ποτάμιοι, βάτραχοι, καρκῖνοι· ἀλλ' οὖν προηγούμενον, καὶ πλέον ἔχει τὸ νηκτικόν. Τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἔχουσι πνεύμονα δι' οὗ σπάσονται τὸν ἀέρα, ἡ πᾶσα ζωὴ κατὰ τοῦ ὕδατος πέφυκε· βράγχια γὰρ ἔχουσι, δι' ὧν τὸ ὕδωρ δέχονταί τε καὶ παραπέμπουσι, καθάπερ ἡμεῖς τὸν ἀέρα. Τοιγαροῦν καὶ χωρι ...ἔντα τοῦ ὕδατος διαφθείρεται. Καὶ τὰ πετεινὰ δὲ ἐκ τῶν ὑδάτων προέρχεται· ἐπεὶ καὶ τούτων πολλὰ μὲν τοῖς ὕδασιν ἢ τὴν πλείστην ἢ τὴν πᾶσαν ἔχει διαγωγήν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ, ἅτε δι' ἀέρος τὴν πορείαν ἐν μετεώρῳ ποιούμενα, ἐξ ὑδάτων προέρχεται διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν στοιχείων συγγένειαν. Ἐξυγραίνεταί τε γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ πρὸς νέφη πυκνούμενος εἰς ὕδωρ μεθίσταται· καὶ τὸ ὕδωρ ἐξατμισθὲν ἀέρα ποιεῖ. Ἄλλως τε καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἰδίωμα· ὡς γὰρ οἱ ἰχθύες τὸ ὕδωρ τέμνουσι τῇ κι-

νήσει τῶν πτερυγίων εἰς τὸ πρόσω χωροῦντες, τῇ δὲ τοῦ οὐραίου μεταβολῇ τὰς διαφόρους ὁρμὰς οἰακίζοντες· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πτηνῶν ἔστιν ἰδεῖν διανηχομένων τὸν ἀέρα τοῖς πτεροῖς. Πλὴν οὐδὲν τῶν πτηνῶν, διὰ τὸ πᾶσι τὴν δίαιταν ὑπάρχειν ἐκ γῆς.

A transit in aquam. Præterea aqua per sui evaporationem in aera vertitur. Alioqui etiam quædam inter ista duo elementa affinitas est. Quemadmodum pisces aquam intersecant pinnarum motu in anteriorem partem progredientes, et varie suos impetus caudarum sulcatione gubernant: sic et in volatilibus videre est transnatantibus aera pennis. Cæterum nullam dabis volucrem, cui pedes desint, quia omnes alimenta ex terra indipiscuntur.

« Τὰ πετεινὰ δὲ, ἔφη, ἐπὶ τῆς γῆς πετόμενα. » Ἐν γῇ γὰρ ἔχει τὴν δίαιταν· ἐξ αὐτῆς δὲ ἀνιόντα καὶ εἰς αὐτὴν καθιπτάμενα. Ἢ γοῦν ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα καὶ πρὸς τροφὴν ἡμῖν δεδομένα χαμαιπετῆ ἐστι, τῶν ἄλλων ὑψιπετῶν ὄντων, ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος καὶ ἀναγκαιοτέρου τὸ, « ἐπὶ τῆς γῆς, » εἴρηται· τὸ δὲ, « κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, » διὰ τὴν ἐν ἀέρι πτῆσιν, ὃς οὐρανὸς ὀνομάζεται διὰ τὸ ὁρᾶσθαι. Ἀμέλει καὶ νέφη οὐρανὸς λέγεται παρὰ τῇ Γραφῇ, καὶ τὸν ὑετὸν οὐρανόθεν ἔρχεσθαι. Στερεώματι δέ φησι διὰ τὸ πυκνότερόν πως εἶναι συγκρίσει τοῦ αἰθερίου σώματος, καὶ μᾶλλον πεπιλημένον ταῖς κάτωθεν ἀναφοραῖς τὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα. « Κατὰ γένος » δὲ ἐπ' ἀμφότερον τὸ, κατ' εἶδος σημαίνει· οἷον ἐν τοῖς ἐνύδροις τὰ μὲν ὀστρακόδερμα, τὰ δὲ μαλακόστρακα, ὡς κάραβοι καὶ καρκῖνοι· τὰ δὲ μαλάκια, ὧν ἡ σὰρξ ἁπαλὴ, οἷον σηπίαι καὶ πολύποδες· τὰ δὲ σελάχια, ὡς οἱ κυνίσκοι καὶ πάντα τὰ γαλεώδη· ἃ δὴ καὶ ζωοτοκεῖ τῶν ἄλλων ᾠοτοκούντων. Ἔστι δὲ καὶ τὰ κητώδη καὶ τῶν λεπτῶν ἰχθύων ἄπειρα γένη· ὁμοίως καὶ τῶν πετεινῶν. Ἔοικε δὲ τῶν ἐνύδρων ἑρπετὰ μὲν κεκληκέναι τὰ σώματα, ψυχὰς δὲ ζώσας τὰς ψυχὰς λέγειν· κἂν γὰρ ἄλογος ᾖ, ζωτικὴν δύναμιν τῷ σώματι παρέχει. Ταύτας δὲ οὐκ ἐκ τῶν ὑδάτων καθὰ τὰ σώματα πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἰδίῳ θελήματι τὴν ψύχωσιν καὶ τὴν κίνησιν ἐνεποίησεν· οὐ προϋποστάντων τῶν σωμάτων καὶ οὕτω ψυχουμένων. Ἑκάστου δὲ γένους τὰς ἀπαρχὰς ὥσπερ τινὰ τῆς φύσεως σπέρματα προβληθῆναι κελεύει· τὸ δὲ πλῆθος αὐτῶν ἐν τῇ μετὰ ταῦτα διαδοχῇ ταμιεύεται ὅταν αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι δέῃ. Καὶ εἰκὸς ἀπὸ παντὸς ζώων γένους δύο γεγονέναι, καθάπερ τὸν ἄνθρωπον. Οὕτως δὲ συζυγίαι μόναι ἦσαν ὅτε καὶ συνήγαγεν αὐτὰ ἐνώπιον Ἀδὰμ, ἵνα ὀνόματα ἐπιθῇ τούτοις ὧν ἤμελλε δεσπόζειν. Ἔστι δὲ τεκμήρασθαι καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, ὅτι δύο εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσφέρεται κατὰ τὸ τῆς κοσμοποιίας παράδειγμα. Εἰ δὲ πλείονα εἰσήχθη τὰ καθαρὰ, αἴτιον τὸ βούλεσθαι τὸν Νῶε θῦσαι μετὰ τὴν σωτηρίαν Θεῷ, καὶ τὸ βούλεσθαι τὸν Θεὸν τὰ χρησιμώτερα τοῖς ἀνθρώποις πλείονα διασώζεσθαι.

Inquit quoque: « Volatilia super terra volantia. » Nam in terra habent victum, ex qua evolant, et iterum in hanc devolant. Præterea pleræque aves nobis in cibum datæ, humi plerumque volitant, reliquæ sublimes abeunt. Quod additur: « Super terra, » etc. quia plerumque ibi morantur, et necessario quietem agitaturæ in terram B delabuntur. Quod dicitur: « In firmamento cœli, » etc., adjectum est propter volatum, quem in aere peragunt. Nam etiam aer in Scriptura cœlum nominatur. Id est οὐρανὸς, διὰ τὸ ὁρᾶσθαι, quod conspiciatur. Adhæc sæpius legimus in Scriptura sacra: « Nubes cœli. » Præterea videmus et pluviam cœlitus deferri. Firmamentum ait, quod quodammodo densius sit si comparetur cum æthere; insuper quod aer nobis impendens maxime repletus sit nubibus et vaporibus, qui in altum pergunt. Quod dicit: « Secundum genus, » etc., de utrisque capiendum est, ac si locutus esset, Secundum speciem. Quemadmodum in aquatilibus C quædam molli, quædam dura integuntur testa, ut carabi et cancri, quædam feruntur mollia, ut quibus simplex et tenera caro est, siculi sepiæ et polypo: quædam perhibentur cartilaginata, ut cynisci et omnia mustellina, quæ sane pariunt vivos fetus, cum cætera ova ponant. Sunt præterea cetorum et pisciculorum genera quædam infinita. Eadem dissimilitudo eædemque differentiæ reperiuntur et inter volatilia. Quod attinet ad aquatilia sive ad pisces, mihi videtur ipsorum corpora dicta esse reptilia; cæterum eorum vitam, dici animas. Quamvis horum anima rationis sit expers, attamen vitalem spiritum et virtutem ipsorum corporibus largitur. Verum Deus non creavit ex aquis, ut eorum corpora, sic et animas: sed pro- D pria quadam voluntate motus, animam et motum hisce indidit, cum prius non essent, et in hunc modum illorum corpora animavit. Primo autem omnium generum et specierum quasdam primitias ceu semina spargit: quæ multiplicari et augeri oportet quadam prolis multijugæ successione. Verisimile est initio bina in omni animantium genere, quemadmodum et cum homine accidit, esse condita. Erant itaque solummodo paria seu conjunctiones quænam singulorum animalium cum adducerentur ad Adamum, ut ipsis nomina daret, quibus foret imperaturus. Id quoque conjicere licet ex diluvio, quando bina et bina in arcam compellebantur ad exemplum creationis mundi. Quod vero plura animalia munda in arcam inducta sunt, quam immunda, ideo factum est, ut Noe, ubi præsenti periculo ereptus fuerit, et salutem consecutus, haberet victimas, quas immolaret Domino. Præterea Deus malebat, ut plura animalia quæ prodessent homini conservarentur.

Ὅτι δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόσταξις ταῦτα δημιουργεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐνόντα τοῖς ὕδασιν ἐξιέναι προστάττεται, ὡς καὶ τὸ, « Βλαστησάτω ἡ γῆ· » οὐ γὰρ ἐναπέκειτο πρό-

Cæterum manifestum reor jussum et imperium divinum ista omnia condidisse, nec jussa esse prodire, quasi jam antea in aquis exstiterint Quem-

admodum præcepit ut terra vernaret herbis, floribus arboribusque quæ prius non erant terræ insitæ, et præceptum secutus est effectus, similiter et hic evenit. Nequaquam enim subjunxit : Et eduxerunt aquæ, etc. Quid igitur? « Fecit Deus cetos magnos et omnem animam animalium reptilium. » Dum itaque meminit cetorum, qui excellunt magnitudine, satis evidens est etiam minores pisces ab ipso creatos solo jussu. At hi ceti ob corporis vastam molem **32** montibus conferuntur : interdum insularum speciem intuentibus offerunt ubi in summam enatarunt aquam. Qui fit, quod non circa littora versantur, sed magis Atlanticum elegere, in quo morantur, mare? Quædam animalia a Deo formata sunt, ut inserviant homini : quædam ut nos inducant in speculationem et contemplationem miraculosæ mundi creationis ; quædam ut nos timore percellant quodam, ne metu omni vacui negligentia obtorpeamus : quædam ut cedant in alimenta homini post casum. Verum illa animalia nequaquam ut homines, spirituali beantur benedictione : sed illorum benedictio pertinet ad sobolem procreandam, quæ fit generis successione. Hoc quidem, etsi non diserte profatus est de plantis, attamen id volens significare postea intulit : « Et vidit Deus quod esset bonum. » Si bonum erat, utique et permanere id voluit. Nimirum tacite hic innuitur quanta sit præstantia animalium, si conferantur cum plantis et arboribus. Nam propter animalia plantæ creatæ sunt. Quibus benedictione oblectatis et donatis, certe et illuc benedictionem transivisse credendum est, siquidem plantæ, ut juvent animalia, a Deo conditæ sunt. Cæterum plantæ et semina opera agricolarum secundum insitam a Deo vim, incrementum et maturitatem sumunt. At animalia crescunt et augentur peculiari quadam cupidine coeundi et sobolis gignendæ. Quapropter dicitur : « Benedixit eis Deus. Quibus verbis edocemur, quod non ex sese habeant illum sui simile procreandi ardorem, unde generis fit et successio et incrementum.

A τερον τα φυτὰ, ἐν τῇ ἀνταποδόσει δεδήλωκεν. Ου γὰρ εἶπε, Καὶ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα, ἀλλὰ, « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα καὶ πᾶσαν ψυχὴν τῶν ζώων ἑρπετῶν, » τοῦ τῶν κητῶν γένους μνησθεὶς κατ' ἐξαίρετον διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος, ὅτι ὁμοίως τοῖς μικροτάτοις καὶ ταῦτα πεποίηκεν ὁ Θεὸς ψιλῷ τῷ προστάγματι, ἃ μεγέθει σώματος, καὶ ὄρεσιν ἀπεικάζεται, καὶ νήσων πολλάκις φαντασίαν ποιεῖ, ἐπειδ' ἂν πρὸς ἄκραν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήξηται. Τοιγαροῦν οὐ περὶ ἀκτὰς διατρίβει, τὸ δὲ Ἀτλαντικὸν καλούμενον πέλαγος ἐνοικεῖ· τὰ μὲν γὰρ τῶν ζώων εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπων παρήχθη, τὰ δὲ εἰς θεωρίαν τοῦ περὶ τὴν κτίσιν θαύματος· ἄλλα πρὸς φόβον παιδαγωγοῦντα τῶν ἀνθρώπων τὸ ῥᾴθυμον, ἄλλα πρὸς τροφὴν τὴν μετὰ B τὴν παράβασιν. Εὐλογοῦνται δὲ οὐ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους πνευματικῶς, κατὰ ψιλὴν δὲ γένους διαδοχὴν, ὅπερ εἰ καὶ μὴ εἶδεν ἄντικρυς ἐπὶ τῶν φυτῶν, ἀλλ' οὖν ὑπεδήλωσεν εἰπὼν, « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν· » εἰ γὰρ καλὸν, καὶ διαμένειν ἠβούλετο. Ἴσως δὲ δηλοῖ τῶν ζώων πρὸς τὰ φυτὰ τὴν προτίμησιν· ταῦτα γὰρ ἐκείνων ἕνεκα γέγονεν· ὧν εὐλογουμένων ἡ εὐλογία καὶ μέχρι τούτων διέρχεται, ἃ διὰ τὴν τῶν ζώων χρείαν ὑπέστη. Ἄλλως τε τὰ μὲν φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα, τῇ τῶν γεωργούντων συνεργίᾳ κατὰ τὴν ἀποκειμένην αὐτοῖς δύναμιν ἐκ Θεοῦ τὴν ἐπίδοσιν λαμβάνει, τὰ δὲ ζῶα ἐκ τῆς ἰδίας πρὸς τὴν μῖξιν ὁρμῆς. « Ὅθεν τὸ, « Εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεός· » δείκνυ γὰρ ὡς οὐχ ἑαυτοῖς ὁρμὴν ταύτην παρέσχετο ἀφ' ἧς ἡ τοῦ γένους ἐπίδοσις.

Pulchre præterea refertur : « Augescite et multiplicamini. » Nam ex ipso seminis jactu sumunt incrementum, inde ad perfectionem datur progressus, deinceps ad sui simile gignendum properant. Significat itaque augmentum incrementum illud, quo magnitudo accipitur. Multiplicatio denotat ex coitu, ex commistione in multitudinem dilatationem et successionem. Sed quomodo ratione carentibus imperavit? Satis planum existimo, naturalem modum et ardorem, qui inest cunctis animalibus ad generis propagationem, Dei esse quoddam præceptum et quamdam legem. Sic (ut docet Jonas [81]) Deus imperavit ceto et vermiculo matutino. Nam Dei jussus seu imperium credendum est, quidquid ipso volente et providente fieri cognoscimus. Sed qua ratione benedictio jussum seu imperium Dei commode sequitur? Si quid conferunt ad multiplicationem sui generis animalia ex Dei imperio et jussu id augescit et multiplicatur, licet nos existimemus omnem operationem esse animalis. Quod ait : « Implete aquas in ma-

C Καλῶς δὲ καὶ, « Αὐξάνεσθε· » ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς τοῦ σπέρματος καταβολῆς ἐπιδιδόντα πρὸς αὔξησιν, εἰς τελειότητα παραγίνεται, καὶ τότε πρὸς γέννησιν ἑτέρου χωρεῖ· σημαίνει τοίνυν ἡ μὲν αὔξησις, τὴν εἰς μέγεθος ἐπίδοσιν, τὸ δὲ, « Πληθύνεσθε, » τὴν ἐκ τῆς μίξεως εἰς πλῆθος διαδοχήν. Πῶς δὲ ἀλόγοις προσέταξεν ὁ Θεός; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ φυσικὸν κίνημα τὸ ἐνυπάρχον τοῖς ζώοις πρὸς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, ὥσπερ ἐντολή τίς ἐστι τοῦ Θεοῦ· οὕτως ἐν Ἰωνᾷ τῷ κήτει προσέταξεν ὁ Θεὸς, καὶ σκώληκι ἑωθινῷ· πρόσταξις γὰρ αὐτοῦ λέγεται τὸ κατὰ βούλησίν τε καὶ πρόνοιαν τοιῶσδε γινόμενον. Πῶς δὲ πρόσταξις ἐπ' εὐλογίας ἀκόλουθος; Ὅτι καὶ ἐνεργεῖ τι τὰ ζῶα πρὸς τὸ πληθύνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργοῦντος αὐξάνει καὶ πληθύνει τὸ ἔργον, οἱονεὶ τοῦ ζώου τὴν D πρόσταξιν ἐνεργοῦντος. Τὸ δὲ, « Πλήσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις, » ὡς ἐπ' ἀνθρώπων τὸ, « Πληρώσατε τὴν γῆν, » εἴρηται, ἵνα ἐπὶ μὲν τῶν ἐνύδρων πᾶς τόπος ἔχῃ τὰ ἐννηχόμενα· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶσα ἡ οἰκεῖσθαι δυναμένη γῆ τὸν πληροῦντα αὐτὴν ἄνθρωπον ἔχῃ· οὐδὲν παραβλαπτομένου τοῦ λόγου διὰ

[81] Jonæ II, 1.

A τε τὴν διακεκαυμένην καὶ τὴν κατεψυγμένην, οὖσαν ἀοίκητον· ὡς γὰρ εἰ κἀκείνων οἰκουμένων ἠβούλετό τις ἐγκαλεῖν τὸ εἶναι διάστημα ἐρημιῶν καὶ ὀρῶν οὐκ οἰκουμένων, οὐδὲ γεωργουμένων, ἠλίθιος ἂν ἦν, οὕτως εἰ ἐπιλαμβανόμενός τις τοῦ *Πληρώσατε*, λέγοι μὴ ἠληθεῦσθαι τὴν πρόσταξιν διὰ τὰ ἀοίκητα.

ri, » etc., ne mireris. Siquidem similiter de hominibus quoque dictum est: « Implete terram [82]. » Sed quare? ut nullus locus aquæ destituatur animalibus, quæ ibi natent: et quoad hominem, ut omnis habitabilis regio homines habeat, a quibus incolatur. Verum nihil detrimenti capit Dei oratio, quod terra alicubi nimio æstu aduritur, et alibi propter nimium frigus squalet, ut neutrobi commode liceat habitare homini. Si quis velit vitio vertere terræ, quod propter quosdam montes et solitudines sit inhabitabilis, quia non coluntur et frequentantur a mortalibus, certe plurimo indigebit elleboro. Haud dissimili ratione si quis dicat falsum esse quod dixerit: *Implete*, etc., stultus censebitur, quia multa aquarum loca animalibus vacent.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ τὸ γένος τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ θηρία κατὰ τὸ γένος· καὶ ἐγένετο οὕτως. Ἔδει τὴν γῆν μετὰ τὰ φυτὰ καὶ ζώοις κοσμηθῆναι καθάπερ ἡ θάλασσα· B ἀλλ' ἐκεῖ μέν φησιν « ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, » ὧδε δὲ « ψυχὴν ζῶσαν, » οὐ τὴν ἐναποκειμένην πάλιν τῇ γῇ· μὴ τοσοῦτον Μανιχαῖοι μαινέσθωσαν ὥσπερ ἐπὶ γῆς βλαστούσης τῶν ὑδάτων ἐκφερόντων ἐλέγετο· οὐχ ὅπερ οὖν ἔχει κτᾶται, τοῦ Θεοῦ δωρουμένου τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν. Εἰ δὲ ψυχὴν ἣν εἶχεν ἐξέβαλεν, ἐρήμην ἑαυτὴν κατέλιπε τῆς ψυχῆς, καὶ πῶς αὐτὴν ἔμψυχον ὑποτίθενται; Τὰ μὲν οὖν νηκτὰ ἐν τῇ παχύτητι τοῦ ὕδατος διαιτώμενα, ἀτελεστέραν πως ἔχει ζωήν· μνήμης τε γὰρ φαντασίας καὶ συνήθους ἐπιγνώσεως πέφυκεν ἔρημα· ἀμβλείας δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐκτήσατο, ὡς τὴν σαρκικὴν ζωὴν καθηγεῖσθαι μᾶλλον τῶν ψυχικῶν κινημάτων· ὅθεν εἰκότως « ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν » περὶ αὐτῶν φησιν· ἐπὶ δὲ τῶν χερσαίων, « ψυχὴν ζῶσαν· » C αἰσθήσεις τε γὰρ ὀξείας καὶ μνήμας παρελθόντων ἔχει τούτων τὰ πλεῖστα. Δείκνυσιν οὖν τὰ μὲν ἔνυδρα σώματα ἐψυχωμένα, ἐπὶ δὲ τῶν χερσαίων ψυχὴν οἰκονομοῦσαν σώματα, ὡς πλείονος ζωτικῆς μετεχόντων δυνάμεως· εἰ γὰρ καὶ ἄλογα, ἀλλ' οὖν φωνῇ φυσικῇ καὶ χαρὰν καὶ λύπην ἐμφαίνει· καὶ τοῦ συνήθους ἐπίγνωσίν τε καὶ χωρισμὸν, καὶ τροφῆς ἔνδειαν, καὶ πόθους, καὶ πλεῖστα τοιαῦτα· τοιγαροῦν « Ἔγνω, φησὶ, βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· » οὐ μόνον δὲ φάτνην, ἀλλὰ καὶ συνήθη φωνὴν καὶ ὁδὸν ἣν ἐβάδισεν, ὡς ὁδηγεῖν πρὸς ταύτην τὸν ἐποχούμενον.

VERS. 24. *Et dixit Deus: Producat terra animam viventem secundum speciem suam, jumentum, reptile et bestiam terræ secundum speciem suam. Et factum est ita.* Necessitas postulare videbatur, ut terra, ubi exculta fuisset arboribus et plantis, etiam animalibus ditaretur sicuti et mare. Cæterum, quod ad mare spectat, dixit, « reptilia animarum viventium; » hic vero inquit, « animam viventem, » nec tamen ibi repositam, ut furori Manichæorum fores præcludantur. Quemadmodum potenter jussit terram germinare, et aquas reptilia proferre, et continuo effectus visus est: sic et hoc loco. Non igitur terra, quod possidet, deprompsit, sed quod non habebat acquisivit, Deo donante potentiæ efficaciam. Si animam, quam habuit, ut illi clamitant, ejecit, profecto seipsam anima spoliavit. Quare igitur non pudet illos proponere terram esse animatam? Natantia animalia, quæ volutantur in aquarum densitate, quodammodo reliquis imperfectiora dignoscuntur. Privata enim sunt **33** memoria, imaginatione et consueta notitia. Præterea major est sensuum hebetudo, et ubique corpus superat animæ motus. Quare non immerito de ipsis memoratur, « reptilia animarum viventium, » etc. Verum de terrestribus, ut excellentia cernatur, inquit, « animam viventem. » Nam sensibus plurimum et memoria valent, ubi primum nata fuerint. Docet itaque pisces quidem esse animatos: at terrestria animalia indicat habere animas a quibus ordinate regantur, eademque significat amplius quidpiam, quam vegetativam tenere animam. Licet sint bruta, attamen norunt voce naturali gaudium et tristitiam testari: et intelligunt si a se invicem segregentur, norunt cibi defectum, norunt et desiderium et alia plurima. Isaias inquit: « Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe dominorum suorum [83]. » Non solum præsepe, sed et consuetam vocem agnoscit, viamque qua ivit, ut possit per hanc ducere eum, qui illo vehitur.

D Ἐξάγει δὲ ψυχὴν ἡ γῆ, ἵνα μάθῃς διαφορὰς ψυχῆς κτήνους καὶ ψυχῆς ἀνθρώπου· γεώδης γὰρ ἡ τῶν ἀλόγων καὶ εἰς γῆν διαλύεται· φησὶ γὰρ, ὡς « Παντὸς ζώου ἡ ψυχὴ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐστιν· » αἷμα δὲ εἰς σάρκα πήγνυται· ἡ δὲ φθαρεῖσα, εἰς γῆν ἀναλύεται· συνεσπαρμέναι γάρ εἰσι τοῖς σώμασιν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ, ὅθεν καὶ συμφθείρονται· γῆ ἄρα τῶν κτηνῶν ἡ ψυχή· κἂν παῖδες ὑθλῶσιν Ἑλλήνων μετεμψυχώσεις ἡμῖν φανταζόμενοι· τούτοις δὲ παρεοίκασι καὶ οἱ τὰς θείας Γραφὰς σεμνοποιεῖν νομίσαντες ἐν τῷ διακένους ἀλληγορίας

Depromit autem terra animam, ut scias quæ sit differentia inter animam hominis et jumenti. Anima brutorum terrena est, et in terram resolvitur. Nam ait: « Omnis animantis anima sanguis ejus est [84]. » Verum sanguis in carnem concrescit et condensatur. Anima ubi fuerit corrupta, in terram convertitur. Animæ enim brutorum undique illorum corporibus sunt implicitæ et consertæ: quapropter una cum corporibus intereunt. Manifestum itaque est, jumentorum animas nihil nisi

[82] Gen. IX, 7. [83] Isa. I, 3. [84] Levit. XVII, 11.

terram esse, licet Græcorum filii nescio quas nobis stultas palingenesias confingant. His haud dissimiles sunt, qui putant se nescio quam venerationem tribuere Scripturæ sacræ, dum vanas allegorias fingunt, quibus suas cogitationes, non Scripturam sacram confirment et roborent. Nemo incuset Deum, quod venenata et lethifera animalia creavit. Nostram enim incredulitatem nonnihil juvant. Si omnis spes tua et fiducia in solo Deo tibi sita est, « Super aspidem et basiliscum incedes : et calcabis leonem et draconem [35], » quemadmodum magnus Paulus, qui nihil mali accepit ex maleficæ viperæ morsu [36]. Si incredulus fueris, non bestiam time, metue tuam incredulitatem, propter quam obnoxius es omni perditioni. Si quis attentius rimetur quanta utilitas insit brutis animalibus, inveniet hujus mansuetudinem et clementiam nostram reprimere feritatem, furorem : alterius curam et sedulitatem nostram excitare negligentiam. Quædam animalia temperantiam colunt, quædam parentibus honorem deferre sciunt. Et ut breviter, quid sentiam, explanem, semper a vilioribus is qui ad imaginem Dei formatus est, docetur, et ad diligentiam incitatur. Postquam dixit «reptilia, bestias et jumenta, etc., » ad totam hanc orationis seriem addidit : « et reptilia terræ, » quo nomine omnia vocat, quæ super terram vivunt, et nequeunt in altum evolare, sicuti solent aves. Et ait : « Vidit Deus quod essent pulchra. » Hoc loco usus est numero plurali, ut singulari, cum loqueretur de luminaribus. Recte singularem numerum accommodavit sermoni de luminaribus. Nam etsi astra et luminaria plurima sint, attamen eadem omnium cum lux tum utilitas est, scilicet ut lucem præbeant mundo instituta. In aquatilibus vero et terrestribus animalibus in unoquoque genere plurimæ insunt differentiæ, et contemplationem habent haud vulgarem.

A ἡμῖν ἀναπλάττεσθαι, τὰς ἰδίας ἐννοίας, ἀλλ' οὐ τὴν θείαν κυροῦντες Γραφήν. Ἐγκαλείτω δὲ μηδεὶς τῷ Θεῷ, τὰ ἰοβόλα ζῶα προφέρων καὶ φθαρτικά, τὴν ἀπιστίαν ἡμῶν σωφρονίζοντα· εἰ γὰρ πέποιθας ἐπὶ Κύριον, « Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα· » οἷος ὁ μέγας Παῦλος, μηδὲν ἐκ τῆς δακούσης αὐτὸν ἐχίδνης παθών· ἀπιστῶν δὲ μὴ τὸ θηρίον φοβοῦ, τὴν δὲ σὴν ἀπιστίαν δι' ἣν εὐάλωτος πάσῃ τυγχάνεις φθορᾷ. Τῆς δὲ τῶν ζώων ὑπάρξεως τὸ χρήσιμον ἐρευνώμενος, εὕροι τις ἂν τοῦ μὲν τὸ ἥμερον συντελοῦν τοῖς ἀνθρώποις, ἐντρέπον τὸν θυμώδη καὶ ἄγριον· τοῦ δὲ τὸ ἐπιμελὲς καὶ φροντιστικὸν, διεγεῖρον τὸν ἀμελῆ· καὶ τὰ μὲν εἰς σωφροσύνην, τὰ δὲ συντελοῦντα πρὸς γονέων τιμήν· καὶ ὅλως ἐκ τοῦ ἐλάττονος τὸν κατ' εἰκόνα γε- B νόμενον ἐν οἷς ἀμελεῖ διορθούμενον. Μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν « ἑρπετὰ καὶ θηρία καὶ κτήνη, » πρὸς τὸ καθόλου τὸν λόγον ἀνήγαγεν εἰπὼν, « καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς· » οὕτω πάντα καλέσας τὰ ἐπὶ τῆς γῆς διαιτώμενα, καὶ μὴ μετεωροποιεῖν κατὰ τὴν τῶν πετεινῶν φύσιν δυνάμενα· φησὶ δέ· « Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλά, » ἀλλ' οὐ καλὸν ἑνικῶς ὡς ἐπὶ τῶν φωστήρων· ὅτι εἰ καὶ πολλοὶ φωστῆρες, ἀλλ' ἑνὸς φωτὸς καὶ τῆς αὐτῆς ἅπαντες χρείας· φωτίζειν γὰρ ἐτάχθησαν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐνύδρων τε καὶ πετεινῶν καὶ χερσαίων, ἐν ἑκάστῳ γένει πολλὰ τὰ διάφορα καὶ ποικίλην ἔχει τὴν θεωρίαν.

Vers. 26. *Dixitque Deus : Faciemus hominem in imagine nostra secundum similitudinem nostram.* Etsi, quæ antehac dicta sunt, cum ait : « Dixit Deus, etc., » non ad Filium prolata esse intelligamus, sed magis Deum semetipsum esse allocutum, sicuti Judæi autumant, persuasi illo Scripturæ eloquio : « Ipse dixit, ipse et fecit, » etc., tamen nunc ut præsens monet locus, alia erit ratio. Quis, cedo, artifex secum sic loquitur : *Faciemus*, etc., nullum collaboratorem sortitus? Verum hic locus : « Faciemus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, » etc., adversariorum ora penitus obstruit. Prius tamen quam singulatim tractemus hominis creationem, operæ pretium duxi, crimina, quæ Creatori objectantur hac in re, diluere semper intra ecclesiasticorum dogmatum limites consistens. At sic objiciunt impii hæretici : Si Deus præcognovit Adamum et Cainum necnon alios malitia depravatum iri, quare ipse qui summum bonum est, eos creavit? Certe videtur in votis habuisse, ut **34** essent quos præcipitaret in tartarum ibidem perpetuis flammis excarnificandos. Illis sic respondemus : Id, quod est, eo, quod non est, excellentius et potius est. Illud enim habitus, alterum privatio dicitur. Privationes, quæ plerum-

C *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Εἰ καὶ τὰ πρὸ τούτων ῥητά, ἐν οἷς φησιν, « Εἶπεν ὁ Θεὸς, » μὴ πρὸς τὸν Υἱὸν εἰρῆσθαι νοήσωμεν, ἀλλ' αὐτοῦ πρὸς ἑαυτὸν διαλεγομένου Θεοῦ, καθὰ καὶ Ἰουδαῖοί φασι, λέγοντες, ὡς « Αὐτὸς εἶπεν, αὐτὸς καὶ ἐποίησε, » καίτοι τίς τεχνίτης ἑαυτῷ λέγει, *Ποιήσωμεν*, συνεργὸν οὐδένα λαχών; ἀλλ' οὖν τὸ παρὸν πᾶν ἀποφράττει, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Πρὶν τὰ κατὰ μέρος εἰπεῖν περὶ τῆς ἀνθρώπου ποιήσεως, ἀναγκαῖον πρῶτον διαλῦσαι τὰ τῶν τῷ Δημιουργῷ μεμφομένων ἐγκλήματα, μηδὲν τῶν ἐκκλησιαστικῶν παρεξιόντας δογμάτων· φασὶ γάρ· Προειδὼς ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Κάϊν καὶ τοὺς μέλλοντας γενέσθαι κακοὺς, τί τούτους ἐδη- D μιούργησεν ἀγαθὸς ὤν; ὥσπερ ἐπιθυμῶν ἔχειν οὓς δὴ παραπέμψει γεέννῃ τε καὶ πυρί· πρὸς ὃ ῥητέον, ὡς τὸ εἶναι τοῦ μὴ εἶναι κρεῖττον· τὸ μὲν γὰρ ἕξις, τὸ δὲ στέρησις· ἀναιρετικαὶ δὲ τῶν ἕξεων αἱ στερήσεις ἀγαθῶν οὐσῶν, οὖσαι κακαί· οὐκοῦν ἀγαθώτερον τὸ ποιεῖν τὸ ὂν τοῦ μὴ ποιεῖν· ὡς γὰρ τάξις ἀταξίας κρεῖττον, καὶ ὄψις τυφλώσεως, καὶ ἀρετὴ κακίας, οὕτω τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος.

[35] Psal. xc, 13. [36] Act. xxviii, 3 seqq.

que malæ sunt, perimunt habitus qui boni sunt. Non igitur satius et melius est ut Deus entia faciat, quam ut non faciat? Ut ordo confusione, visus cæcitate, virtus vitiis potior est : pari ratione ens non ente præstantius est.

A Παρήγαγεν οὖν τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ὡς ἀγαθὸς τὰ ὄντα ἐκ μὴ ὄντων δημιουργῶν· πᾶν δὲ ἐκ μὴ ὄντος τοῦ ἀεὶ ὄντος, καὶ ποίημα τοῦ ποιήσαντος ἐν ἅπασιν ἔλαττον· ἢ οὐκ ἂν εἴη διαφορά. Εἰ δὲ Θεὸς ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος καὶ φύσει ὢν ἀγαθὸς, τὸ γενητὸν ἀνάγκη κατ' αὐτὸ τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἶναι, καὶ τὸ δεῖν ἐλαττοῦσθαι τοῦ ποιητοῦ, τρεπτὸν εἶναι· καὶ φύσει μὲν μὴ ἔχειν ἐν τῇ γνώμῃ τὸ ἀγαθὸν, κατὰ δὲ μέθεξιν τὴν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως· μέσος γὰρ ἕστηκε παρ' ἑαυτὸν, ἔνθα βούλοιτο κλῖναι δυνάμενος· τὸ γὰρ θεῖον φύσει ὂν ἀγαθὸν, οὐ κατὰ μέθεξιν ἔχει τοῦτο λαβόν· μεθεκτὸν δὲ κατὰ τὴν ἀγαθότητα πᾶσα λογικὴ καθέστηκε φύσις· ἐν δὲ τῇ μεθέξει τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἐπίτασίς τε καὶ ἄνεσις, φυλακή τε τοῦ κτηθέντος, καὶ ῥᾳθυμούντων ἀποβολή. Εἰ B τοίνυν οὐκ ἔδει γενέσθαι κακοὺς, οὐδὲ τοὺς ἀγαθοὺς, οὐδὲ χωλὸν εἶναι, τὸ ἐφ' ἡμῖν, περικοπείσης τῆς θατέρου δυνάμεως· οὐσιῶδες γὰρ ἀγαθὸν μόνον τὸ θεῖον· ὃ καὶ μόνον ἀΐδιον· εἰ δὲ ἀκίνητον ἐκεῖνο, τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐχρῆν γενέσθαι κινούμενον· ἵνα καὶ τὸ μὲν μετέχῃ, τὸ δὲ μετέχηται· καὶ μετέχῃ, θέλον τοῦ μεθεκτοῦ τὸ μετέχον· ὅπου δὲ θέλησις μετοχῆς, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ὡς εἴρηται· οὐκοῦν καὶ μὴ θέλησις· εἰ δὲ ἀναίρεσις ἦν τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπῆς, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐγίνετο· ῥοπὴ γὰρ κλίσις ἀπό τινός ἐστι· οὐκοῦν ἀπὸ μὴ τοιοῦδε εἰς τοιόνδε· εἰ δὲ τὸ τοιόνδε ἀγαθὸν, ἔδει εἶναι καὶ τὸ ἐξ οὗ μεθίσταται, ἤγουν ὅπερ ἀφῆκεν, ἐξὸν εἰς αὐτὸ μεταστῆναι μὴ μεταστάν.

Procreavit itaque Deus hominem, ipse bonus per se exsistens, et entia ex non entibus, imo ex nihilo fabricans. Omne quod ex nihilo suam essentiam accepit, eo quod semper est, similiter et opus ipso effectore deterius et vilius censetur. Alioqui nullam inter ista posses ponere differentiam vel excellentiam. Si Deus nulli mutationi et alterationi subjacet et per se bonus exsistit, necessario sequitur, ut id, quod ex nihilo ab ipso creatur, minus et deterius sit Opifice. Proinde obnoxium est mutationi, nec ex sese ipsum bonum possidet, sed participatione quadam ex proposito et voluntate animi. Nam homo ita est institutus, ut quasi medius consistat inter utrumque tam vitium quam virtutem; in quamcunque partem cupit, potest se inclinare. Verum ipse Deus hac prærogativa lætatur, ut per se bonus exsistat, nec bonitatem aliunde per quamdam participationem acquisivit. Cæterum quoad nos, in participando majus et minus deprehenditur : similiter intensio et remissio, custodia diligens acquisiti boni, et abjectio negligens. Si itaque non oportebat a Deo formari malos, certe nec boni ab ipso simili ratione creandi fuissent. Nec decebat nos esse claudos alterius parte abscissa. Ipsum Numen substantialiter et per se bonum est solum et æternum. Si autem hoc bonum erat immobile, certe nostrum moveri oportebat, ut nos participaremus illud aliquo modo bonum; ipsum vero participaretur, modo istam participationem affectemus. Ubi voluntas cernitur participationis, ibi majus et minus, ut supra dedimus, animadvertitur. Si voluntas adesse cognoscitur, etiam nolle præsto esse quis diffitebitur? Si momentum, quod ad deterius propendet, perimitur, quis dubitat, quin idem casus accidat ei momento quod ad melius vergit? Momentum enim, ut vocem hanc intelligas, est alicujus in aliud inclinatio. Igitur inclinatio fit ex eo, quod non tale est in id quod tale est. Si autem hoc tale in quod inclinatio fit bonum fuerit, certe id bonum sit oportet ex quo in melius inclinationem facit; aut id bonum fuerit, quod inclinationem impulit, et in id debebat converti, licet non factum sit.

C Εἰ δὲ ἔδει τὸν παραγόμενον τὴν μὲν, τοῦ δύνασθαι κακὸν εἶναι, δυνάμιν ἔχειν, αἱρεῖσθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲ οὕτως ὁ Θεὸς κατά σε διαφεύγῃ τὸ ἔγκλημα, τὴν δύναμιν παρασχών· εἰ γὰρ καὶ γέγονεν ἀγαθὸς, παρ' ἑαυτὸν γέγονε· δύναμιν γὰρ μόνην παρέσχεν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ οὖν καὶ πρὸς τὸ κακόν· οὐκοῦν εἰ καὶ κακὸς γέγονε, παρ' ἑαυτὸν, οὐ παρὰ τὸν Θεὸν τὸν ἐπ' ἀγαθῷ δεδωκότα τὴν δύναμιν. Ποία δὲ καὶ κρίσις ἀγαθοῦ τοῖς μετέχουσι, μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου, μηδὲ τοῦ αἱρετοῦ καὶ φευκτοῦ δοκιμαζομένων παρ' ἄλληλα, ὡς ἂν τὸ μὲν ἕλοι τις, τὸ δὲ παραπέμψαιτο; Ἐχρῆν οὖν ἐν ἡμῖν τούτων ὑπάρχειν ἑκάτερον, εἰ καὶ προτιμᾶται παρὰ τοῖς ῥᾳθυμοῦσι τὸ ἕτερον· ἔπειτα τί πρότερον; δημιουργία, ἢ γοῦν περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας κρίσις; D δῆλον ὅτι δημιουργία· εἰ δὲ πρὶν ποιῆσαι, φιλοκρινεῖ τοὺς μέλλοντας ὁ Θεὸς, τοὺς μὲν παράγων ὡς ἀγαθοὺς ἐσομένους, τοὺς δὲ κωλύων, αὐτόθεν κρίνει· τοῖς μὲν γέρας τὸ εἶναι διδοὺς, τοῖς δὲ τὸ μὴ γενέσθαι τιμώμενος· καὶ ἑαυτὸν ἐλέγχων, εἰ τοιαύτην

Verum (si te audiam) si oportebat adesse facultatem homini creato, si vellet, ut malitiæ vel peccato se devoveret, similiter ut posset, modo adforet voluntas, eligere bonum, non carebit et hac in parte Deus crimine, quod eam potentiam homini donaverit. Si enim bonus evasit, propria virtute et potentia id assecutus est. Nam solam potentiam, qua ad bonum afficeret, ei Deus obtulit. Eadem ratio vincit si malum respicias. Nam si ad malum se contulit et peccato se implicuit, profecto propriis viribus eo gressus tetendit, nec est ut Deum, ceu ejus rei caput, culpet, qui tribuerat ei potentiam, cui obediens, bonum amplecti potuisset. Verum quod judicium quisve sensus boni erit hominibus, absente ejus contrario, quod malum appellamus? Quæ erit electio boni, quæ fuga mali, si non ista duo inter se conferantur, ut illud eligatur, alterum declinetur? Oportebat itaque nos instructos esse utraque facultate, quamvis ea potentia, quæ malum suadet, apud socordes et negli-

gentes pluris fiat. Sane interrogo : utrum est natura prius, creatio vel de virtutibus et vitiis judicium? Si respondendum est, profecto creatio prævertit judicium. Si itaque priusquam creare pergat, secernit creandos, hos quidem producens ut bonos futuros, alios ut malos, certe præmittit judicium, quibusdam ceu munus largiens, ut sint boni, alios vero honorans, ne in vitium incidant. Qua re videtur seipsum coarguere Deus, quod format animalia rationalia habentia hanc potentiam, sub qua recognoscit quosdam homines ejus fore participes, quosdam secus. Ne igitur cum tu malitia abripiaris, licet hanc domi tuæ et intra temetipsum foveas, velis ob id et Deum esse malum. Ipse, ut didicimus, per se bonus est; nec prohibet, ut quis per se sit bonus, nec commissum peccatum punit continuo, sed omnia exacto judicio suo, antequam creationem aggrediatur, prævenit, ne rerum ordo convertatur. **35** Et quod maximum est, eos qui ex malis ad virtutem sunt abituri, neutiquam vult perdere, et una cum radice exstirpare : sed eos a malo arcet primo, et una cum malis punit, quamvis non possit eos culpare, quod non boni futuri sint. Cæterum nec bonos debebat condere quod interdum, imo fere semper ex bonis mali nascantur. Haud enim invenire datur longam generis successionem, quæ non malos quoque protulerit, et ob id culpabilis facta sit. Itaque dum quasi in jus vocas Deum, et de ejus operibus judicare præsumis, creationis quoque opera sacrilego ore temerasti.

δύναμιν ἔχοντα, παράγει τὰ λογικὰ, ἐφ' ᾗ προμεταγινώσκων τοὺς ἑτέρους τῶν μεθεξόντων αὐτῆς οὐκ ἐποίησεν. Οὐκοῦν ἵνα σὺ μὴ γένῃ κακὸς, καίτοι παρὰ σαυτοῦ τὴν κακίαν κτησάμενος, τὸν Θεὸν ἀξιοῖς γενέσθαι κακόν· ἀγαθὸν ὑπάρχον τὸ εἶναι, κατ' αὐτὸ τὸ εἶναί φημι, μὴ παρέχοντα, καὶ μὴ γενομένην τὴν κακίαν κολάζοντα, καὶ κρίνοντα πρὶν δημιουργεῖν, καὶ τὴν τάξιν συγχέοντα, κατὰ τῶν ἀνυποστάτων καὶ μήπω γενομένων ἐπάγοντα τὴν κατάγνωσιν· καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκ τῶν κακῶν μέλλοντας ἀγαθοὺς γεννᾶσθαι προαναιροῦντα συναναιροῦντά τε στηρίζῃ, μᾶλλον δὲ προκωλύοντα καὶ κολάζοντα τοῖς κακοῖς ὁμοίως, καὶ μὴ ἔχοντα αὐτοῖς ἐγκαλεῖν ὅτι οὐ γενήσονται ἀγαθοί. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀγαθοὺς ὀφείλει προηγουμένως παραγαγεῖν, διὰ τὸ ἐκ τούτων ἔσθ' ὅτε γεννᾶσθαι κακοὺς, μᾶλλον δὲ πάντως· οὐ γάρ ἐστι διαδοχὴν μακροτέραν εὑρεῖν διὰ πάντων ἐφεξῆς γεννωμένων ἀνέγκλητον· ὥστε διὰ τὴν σὴν κρίσιν δικάζοντος τοῦ Θεοῦ, τὰ τῆς δημιουργίας σεσύληται.

Quod propriis viribus malo te conjunxeris satis conprobat is, qui ex te et post te natus est bonus. Quod propriis viribus te virtuti et ipsi bono sociaveris, satis luculenter confirmat malus, qui ex te et post te genitus est. Uterque etenim ex contrariis profectus initiis per se habuit vel bonum vel malum, diversa secutus : nec id ei accidit ex necessitate nativitatis : verum evenit ut simus interdum boni, interdum vero mali. Non igitur ob alterutrum nos esse decebat? Si vis ut ad finem oculos vertat Deus, injustus agnosceris. Nam cum inter se distent et contraria sint principium et finis, per alterum prohibebit alterum, nempe bonum, et id propter malum. Sicut malum perimet in fine, ita bonum in principio : et necessario circa finem erit occupatus relicto principio, etsi non similis consequatur eventus. Utrumque enim similiter et habitus et energia est. Quomodo secundum tuam opinionem, Deus erit justus, cum vocavit Judam propter principium vocationis honore eum afficiens : et Paulum in fine propter finem? Ipsum bonum est bonum, etsi finis fuerit dissimilis. Similiter malum est malum, etsi fines non congruant. Quidam sectantur vitam mistam, quæ constat vitiis et virtutibus. Oportebat igitur virtutes seu bona tolli, propter vitia et mala?

Ὅτι δὲ διὰ σαυτὸν ὑπάρχεις κακὸς, ἐδήλωσεν ὁ ἐκ σοῦ καὶ μετὰ σὲ γενόμενος ἀγαθός· καὶ ὅτι διὰ σαυτὸν γέγονας ἀγαθὸς, ἐδήλωσεν ὁ κακὸς γενόμενος ἐκ σοῦ μετὰ σέ· ἑκάτερος γὰρ ἐξ ἐναντίων ὁρμώμενος, παρ' ἑαυτὸν ἔσχε τὰ ἐναντία, μὴ παρακολουθήσας ἀνάγκῃ γενόμενος· ἄλλον ἔδει διὰ τόδε γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι διὰ θάτερον· εἰ δὲ πρὸς τὸ τέλος ἀξιοῖς ὁρᾷν τὸν Θεὸν, ἄδικος· ἐναντίων ὄντων τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, διὰ θάτερον κωλύων τὸ ἕτερον, ὅ ἐστι τὸ ἀγαθὸν διὰ τὸ κακόν· ἔσται γὰρ ἀναιρῶν ὡς τὸ κακὸν ἐν τέλει, οὕτω τὸ ἀγαθὸν ἐν ἀρχῇ· καὶ ἀποκληρωτικῶς δὲ τὸ πέρας πολυπραγμονήσει καταλιπὼν τὴν ἀρχὴν, κἂν μὴ πρὸς ὅμοιον τέλος ἐκβαίνῃ· ὁμοίως γὰρ αὐτῶν ἑκάτερον ἐνέργειά τε καὶ ἕξις· τοιγαροῦν ὡς δίκαιος ὁ Θεὸς καὶ τὸν Ἰούδαν κέκληκε, διὰ τὴν ἀρχὴν τιμήσας τῇ κλήσει· καὶ τὸν Παῦλον διὰ τὸ τέλος· οὐδὲν γὰρ ἧττον τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν, κἂν ᾖ τὸ τέλος ἀνόμοιον· καὶ τὸ κακὸν κακὸν, κἂν μὴ τέλος ὅμοιον ἐπισύρηται· τινὲς δὲ καὶ μικτὸν ἔχουσι βίον ἐξ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἀναιρεῖσθαι διὰ τὰ κακὰ τἀγαθά.

Si autem illa fuerint æquis portionibus distributa, qui ea habent, nec boni nec mali dicuntur, sed in medio inter utrumque tam vitium quam virtutem consistunt. Et hos, si tua opinio vincat, e medio sublatos velles cum cupias solos bonos in mundo esse. Et sane eos magis non esse conveniebat propter mala, quam esse propter bona. Quid, obsecro, sentis de simplicioribus quibus malum non imputatur, etsi solum fuerit vel abun-

Εἰ δὲ καὶ ἴσῳ μέτρῳ τύχοι ταῦτα πρὸς ἄλληλα διαιρούμενα, οἱ ταῦτα ἔχοντες οὔτ' ἀγαθοὶ κρίνοιντο ἂν εἰκότως οὔτε κακοί· τούτων ἐκείνοις ἀντιλογιζομένων καὶ μέσην ποιούντων τὴν τοιάνδε κατάστασιν· καὶ τούτους οὖν ἐχρῆν μὴ γενέσθαι κατὰ λόγον τὸν σὸν μόνους ἀξιοῦντος γενέσθαι τοὺς ἀγαθούς· καίτοι μᾶλλον ἔδει μὴ εἶναι διὰ τὰ κακὰ, ἤπερ εἶναι διὰ τὰ ἀγαθά. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῶν ἁπλουστέρων οἷς μὴ λογίζεται τὸ κακὸν, κἂν ᾖ

τυχὸν μόνον, κἂν πλεονάζῃ; ἀλλ' οὐδὲ τὸ κακὸν ἁπλῶς κακὸν εἰς ὄργανον τῇ Προνοίᾳ γινόμενον, γυμναζομένων τῶν ἀγαθῶν ἐν αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ γιγνομένων ὅπερ εἰσίν· εἰ γὰρ ἀγαθοὶ τούτου χάριν, ὅτι πρὸς τῶν κακῶν οὐκ ἐνέδωκαν γυμναζόμενοι, ἀνῃρημένου τοῦ γυμνασίου καὶ τἀγαθὸν συνανῄρηται· ὡς τῶν ἐχιδνῶν ἀναιρουμένων καὶ τὸ ἐκ τούτων βοήθημα· οὐ γὰρ δὴ τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἀξιῶν εἶναι κακούς, δαίμονας ἀξιώσεις εἶναι πρὸς γυμνασίαν· εἰ γὰρ ἐχρῆν τὸν Θεὸν τὸ ἔλαττον κακὸν ἐπ' ἀνθρώπων κωλῦσαι, πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τῶν δαιμόνων τὸ μεῖζον· οὐκ ἄρα ἔσται τὸ γυμνάζον τὸ ἀγαθόν· οὐκ οὖν εἶναι ἀγαθὸν κωλυθήσεται· ἔδει δὲ καὶ διαφορὰν εἶναι γυμνασίων πρὸς τὰς διαφόρους τῶν γυμναζομένων ἕξεις· καὶ τὴν μᾶλλον καὶ ἧττον ἐξ ἀνθρώπων, τὴν δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐκ δαιμόνων· καὶ ἡ κακία δὲ, διὰ τοῦτο κακία, ἐπειδὴ μᾶλλον ἢ ἧττον ἐπεμβαίνει τοῖς ἀγαθοῖς· ὥστε ἔνθα γυμναζόμενον ἀγαθὸν, ἐκεῖ καὶ κακόν· καὶ ἔνθα κακὸν ἐπιτεινόμενον καὶ ἀνιέμενον, πάντως καὶ ἀγαθόν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

daverit? Verum nec ipsum simpliciter malum dixero malum, cum sit quasi instrumentum Providentiæ divinæ quo exercentur et probantur boni, ut per ipsum fiant quod sunt. Si enim ob id boni dicimur et perhibemur, quod malis exercitati et afflicti iis non cesserimus turpiter, certe exercitio vel illa palæstra destructo destruetur et ipsum bonum: non secus ac viperis sublatis, etiam e medio tollitur remedium, quod ex ipsis Deus largitus est mortalibus. Non enim fortassis dum vis homines malos non esse, desideras dæmones esse, ut sic probentur et examinentur. Si conveniebat ut Deus minus malum in hominibus coerceret et cohiberet, multo magis maximum in dæmonibus inhibendum erat. Sic non erit quod exerceat et probet bonum: imo esse bonum prohibebitur. Cæterum diversa oportebat esse exercitia propter diversos se exercitantium habitus. Exercitium quoad homines et quoad dæmones magis et minus recipiat, addecet. Verum malitia propterea malitia judicatur quia secundum magis vel minus bonos vel ipsa bona aggreditur. Igitur bonum, quod hic exercetur, illic (nimirum penes angelos) malum est, et malum ibi ad summum intensum, illic prorsus bonum est. Sed ad propositum revertamur.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν °. . . . . . .
. . . τομάτων τῶν ἀρνουμένων τῆς θείας οὐσίας τὰς ὑποστάσεις· οὐ γάρ, Γενηθήτω, φησὶν, ἄνθρωπος· ἀλλά· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. » Ἀλλὰ γὰρ ἀγγέλοις λέγει, φασίν· εἶτα κοινωνοὺς ἀγγέλους τῆς δημιουργίας παρείληφε; καὶ γένος κτιστὸν ἀκτίστῳ Θεῷ συγκτίζει τὸν ἄνθρωπον, καὶ δοῦλος δοῦλον ἐργάζεται; πῶς δὲ καὶ « κατ' εἰκόνα ἡμετέραν » φησίν; οὐ γὰρ μία Θεοῦ καὶ ἀγγέλων εἰκὼν, τῆς δὲ ἁγίας Τριάδος εἰκὼν μία, θεοπρεπῶς νοουμένη ἐν ἰδιώματι τῆς Θεότητος· « Ἐγὼ γάρ, φησὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· » οὐκοῦν Υἱῷ φησι· « Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· » καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· « Δι' οὗ ἐστερεώθησαν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, » καὶ ᾧ τὴν οἰκουμένην πεπληρωκέναι φησίν· ἐπιφέρει δέ· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, » οὐκ, Ἐποίησαν, διὰ μὲν τοῦ πρώτου τὸν Ἰουδαϊσμὸν συστέλλων, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου τὸν Ἑλληνισμόν· καὶ πάλιν φησίν· « Ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησε, » τοῦ συνεργοῦ παρεισάγων τὸ πρόσωπον· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν εἰκόνι ἑαυτοῦ· εἰ δὲ μία εἰκὼν τῆς Θεότητος, πῶς φασί τινες ἀνόμοιον τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; προσώπων μὲν γὰρ πλῆθος δηλοῖ, μίαν δὲ πανταχοῦ τὴν εἰκόνα· ὁ δὲ λόγος, βουλευτηρίου σχῆμα μεμίμηται, τὴν εἰς τὸν γεγενημένον ἐμφαίνων τιμήν· οὐ γὰρ βουλῆς δεῖται ὁ Θεὸς, εἰ καὶ οὕτω λέγεται δι' ἡμᾶς· πρὸς τοῦτο γὰρ καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον Ἠσαΐας φησὶ τὸν Υἱὸν, ἐξουσιαστήν τε καὶ Θεὸν ἰσχυρόν· ὅθεν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κτισμάτων ἄνευ βουλῆς ἡ πρόσταξις ἔργον ἦν παραγόμενον, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, δι' ὃν

Dixitque Deus: Faciemus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, etc. Dura ora, quæ audent negare divinæ essentiæ personas. Non enim inquit: Fiat homo, sed: « Faciemus hominem. » Sed sunt qui angelis eum loqui contendunt. Si angelos ut socios creationis ascivit Deus, certe genus creatum cum Deo increato vel æterno condidit hominem, servusque finxit servum. Præterea quomodo potest vestra opinio stabiliri, cum continuo inferat: « Ad imaginem nostram? » At non una imago est Dei et angelorum. Sanctæ vero Trinitatis una est imago, divinitus considerata et perpensa in unitate vel proprietate Divinitatis. Nam inquit: « Ego et Pater unum sumus[87], » et: « Qui me vidit, vidit et Patrem[88]. » Itaque Filio dicit: « Per quem et sæcula condidit[89]. » Spiritui sancto dicit: « Per quem firmatæ sunt virtutes cœlorum, » et quem **36** orbem terrarum implevisse testatur. Subjicit: « Et fecit Deus hominem. » Per primum Judaismum retundit, per alterum Græcorum opinionem refellit. Iterum ait: « In imagine Dei fecit, » quibus verbis cooperarium sive collaborantem significavit, ejus personam in medium ferendo. Non enim dixit, in imagine sua. Si una imago est Deitatis, quomodo quidam audent dissimilem esse Filium aut Spiritum sanctum asserere? Multitudinem quidem personarum Scriptura significat, verum ubique unam imaginem Trinitatis commemorat. Quod Deus loquitur, imitatur deliberantis morem seu habitum, quo significatur dignitas et excellentia creati hominis. Haud tamen Deus indiget con-

[87] Joan. x, 30. [88] Joan. xiv, 9. [89] Hebr. I, 2.

VARIÆ LECTIONES.

° Lacuna paginæ ferme dimidiæ in tribus, quos vidi, codicibus.

silio, licet ea sic tradantur propter nostri intellectus exiguitatem. Huc alludit Isaias nominans Filium, admirabilem, consiliarium, Deum fortem [90]. Cæteræ creaturæ absque præmeditatione et consilio, nudo Dei jussu et imperio substiterunt. At dum deliberans et consultans inducitur Deus in creatione hominis, ostenditur ejus dignitas et præstantia. Siquidem propter hunc mundus universus conditus est. Nam primo quasi ob oculos ponitur et describitur ab Opifice id, quod futurum est, decenti oratione: addit quale esse conveniat, ad quod exemplar debeat referre similitudinem, cui rei destinetur, quid operari debeat, ubi fuerit formatum, quibus quoque sit imperaturum. Sed quomodo homo, cujus creatio in ultimum locum conjecta est, dignitate singulari excellat? Oportebat, non secus ac si rex aliquis magnificus induceretur, omnia esse præparata et magnifice instructa. Quapropter ut homo magnifice exciperetur, præcessit cœlum, prævenit sol, prius ingressa est lux, imo apparatus omnis prævertit convivas, qui illi lauto epulo admovendi erant. Homo accessit quorumdam spectator et quorumdam dominus futurus. Nam decebat, ut contemplaretur exacte hoc mirabile hujus universi opificium, et deinde raperetur in admirationem Opificis.

A ὁ κόσμος ὑφίστατο, δηλοῦται σχήματι τῆς βουλῆς ἡ τιμή· προτυποῦται γὰρ παρὰ τοῦ τεχνιτεύοντος διὰ τῆς σοῦ λόγου γραφῆς τὸ ἐσόμενον, καὶ οἷον εἶναι προσήκει, καὶ πρὸς ποῖον ἀρχέτυπον ἀναφέρειν τὴν ὁμοιότητα, καὶ ἐπὶ τίνι γενήσεται, καὶ τίνι ἐνεργήσει γενόμενον, καὶ τίνων ἡγεμονεύσει· ἀλλὰ πῶς τελευταῖος ὁ τιμιώτερος; ἐπειδὴ καθάπερ βασιλέως εἰσάγεσθαι μέλλοντος, ἔδει τὴν πᾶσαν προειλῆφθαι παρασκευήν· καὶ διὰ τοῦτο προέδραμεν οὐρανὸς, ἔφθασεν ἥλιος, προεισῆλθε τὸ φῶς, προὔλαβε τοὺς δαιτυμόνας τῆς ἑστιάσεως ἡ παρασκευὴ, καὶ παρελήλυθεν ἄνθρωπος, τῶν μὲν θεατὴς ἐσόμενος, τῶν δὲ κύριος, ὡς ἂν θαυμάζῃ διὰ τῶν δρωμένων τὸν Ποιητήν.

Cæterum hominem nuncupat imaginem divinæ dominationis; quod ut evidentius indicaret, suggerit: « Et dominentur piscibus maris. » Sed quomodo una ratio foret imperii Dei et angelorum, etsi concessissemus Deum ad angelos direxisse hunc sermonem: « Faciemus hominem secundum imaginem nostram? » Non autem abs re vir imago dicitur Dei, nec mulier, quia verba facit non de forma, sed de imagine sermocinatur, quæ in imperatoria dignitate visitur, quam vir solus tenet, utpote sub cujus imperio etiam mulier acquiescat. Inquit enim: « Ad virum tuum erit desiderium tuum, et ipse dominabitur tibi [91]. » At vir nulli eorum, quæ in terra sunt, subditus et subjectus fertur. Ut Deus suo imperio moderatur omnia: sic omnia, quæ terra habet, gubernat vir. Nemo enim hoc in terris, si imperii dignitatem intuearis, superior est. Quod ait, « secundum similitudinem, » sic intellige: Ut simus, quantum in nobis est, mites, et quatenus nobis possibile est Deo assimilemur, sicuti Scriptura testatur: « Estote misericordes, quemadmodum et Pater vester misericors est [92]. » Sic et Paulus eos, qui de hac similitudine exciderant, iterum se parturire inquit [93], donec Christus in ipsis formetur. Exactam quoque religionis doctrinam illa verba annuntiant. Nam ipse Christus carnem induens voluit hominem lapsum, quem creaverat, in integrum restituere et salvare. Quapropter cum Deus in reliquis creationis operibus silentium teneret, hic ait: *Faciemus*, etc., ut ubi cognoris te ab ipso esse conditum, discas te ab ipso quoque et restaurari et conservari. Inquit numero plurali: *Faciemus*, etc., sic de uno homine sua præcognitione fretus, dicit in numero plurali: *Dominentur*.

B Ἀρχῆς δὲ εἰκόνα φησὶ τῆς θείας τὸν ἄνθρωπον· καὶ τοῦτο δηλῶν, ἐπιφέρει· « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης· » ἀρχὴ δὲ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων πῶς ἂν γένοιτο μία, ὡς ἂν φῶμεν πρὸς τοὺς ἀγγέλους εἰρῆσθαι· « Ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν; » Εἰκότως δὲ ὁ ἀνὴρ εἰκὼν λέγεται Θεοῦ, ἡ γυνὴ δὲ οὐκέτι, ὅτι οὐ κατὰ τὴν μορφὴν, κατὰ δὲ τὴν ἐν ἀρχῇ νῦν εἰκόνα φησὶν, ἣν ἀνὴρ ἔχει μόνος ὑφ' ὃν ἐστι καὶ ἡ γυνή· « Πρὸς τὸν ἄνδρα γάρ σου, φησὶν, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει· » αὐτὸς δὲ οὐδ' ἑνὶ τῶν ἐπὶ γῆς ὑποτέτακται· ἀλλ' ὡς ἄρχει Θεὸς τῶν ὅλων, οὕτως ἀνὴρ ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς· οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ κατὰ ταύτην ἀνώτερος. Τὸ δὲ « καθ' ὁμοίωσιν, » τὸ ἥμερον εἶναι καὶ πρᾶον καὶ εἰς δύναμιν ἐξομοιοῦσθαι Θεῷ κατ' ἀρετῆς λόγον· C « Γίνεθε γὰρ, φησὶν, οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν [p]· » τῆς γοῦν εἰκόνος ταύτης τοὺς ἐκπεσόντας ὠδίνει Παῦλος, μέχρι μορφωθῇ Χριστὸς ἐν αὐτοῖς· ἀκρίβειαν δὲ δογμάτων καὶ ἄλλως κηρύττει τὰ ῥήματα· ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἤμελλεν ἐνανθρωπήσας τὸν ἐκπεσόντα σώζειν ἄνθρωπον ὃν ἔκτισε, διὰ τοῦτο σιωπήσας ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐνταῦθα λέγει, *Ποιήσωμεν*· ἵνα γνῷς ὅτι δι' οὗ γέγονας, δι' αὐτοῦ καὶ σώζῃ· ὡς περὶ ἑνὸς δὲ εἰπὼν τοῦ ἀνθρώπου, πληθυντικῶς τὸ *Ἀρχέτωσαν* ἐπήγαγε τῇ προγνώσει.

Hominem autem inducens in hunc mundum, ut terrestribus et cœlestibus frueretur, occasiones duplicis apparatus ei ministrat, terrestribus cœlestia admiscens, ut utrisque subnixus fa-

D Τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐν ἀπολαύσει τῶν ἄνω καὶ κάτω παραγαγὼν, διπλᾶς αὐτῷ τῆς κατασκευῆς τὰς ἀφορμὰς καταβάλλεται, τῷ γηΐνῳ τὸ θεῖον ἐγκαταμίξας, ἵνα δι' ἀμφοτέρων συγγενῶς τε καὶ οἰκείως πρὸς

[90] Isa. IX, 6. [91] Gen. III, 16. [92] Luc. VI, 36. [93] Galat IV, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[p] Cod. ἡμῶν.

τὴν ἑκατέραν ἀπόλαυσιν ἔχῃ· Θεοῦ μὲν, διὰ τῆς θειοτέρας φύσεως· τῶν δὲ κατὰ γῆν ἀγαθῶν, διὰ τῆς ὁμογενοῦς αἰσθήσεως ἀπολαύων· καὶ προῆλθε τῇ τε ψυχῇ βασιλικὸς, αὐτοκρατὴς ὢν τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως, καὶ ὥσπερ ἀδέσποτος, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων δεξάμενος τὴν ἀρχήν· ὡς εἰκόνα φέρῃ ἐν τούτῳ Θεοῦ· καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν οἷς νοῦς καὶ λόγος ἡ θειότης ἐστίν· «Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ Λόγος·» καὶ, «Νοῦν ἔχομεν Χριστοῦ,» Παῦλός φησι· καὶ ἐν ἀνθρώπῳ δὲ τούτων ἑκάτερον, «ἀγάπη Θεὸς,» ἀλλὰ καὶ πρὸς ταύτην καλούμεθα· «Ἐσόμεθα γὰρ, φησὶν, αὐτοῦ μαθηταὶ, ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.» Πάντα ἐπιβλέπει τὸ Θεῖον, καὶ πάντα διερευνᾶται· ἡμῖν τε αἰσθήσεις καὶ ζητητικὴν παρέσχεν διάνοιαν· καὶ εἷς ὁ νοῦς ἡμῖν ὁ διὰ τῶν αἰσθητηρίων διεξιὼν καὶ τῶν ὄντων ἐπιδρασσόμενος κατὰ τὴν ἀνόμοιον ὁμοιότητα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸ ἓν καὶ ἁπλότης ἀληθινή· καὶ σώματι δὲ τὸ τοῦ σχήματος ἀπείληφεν ὄρθιον, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνεται· ἀρχικὸν καὶ τοῦτο λαχὼν, τῶν ἄλλων νευόντων εἰς γῆν καὶ τὴν πρὸς τοῦτον δηλούντων ὑποταγήν· ἔχει δὲ καὶ χεῖρας πρὸς τὴν τοῦ λόγου συνεργοὺς ὑπουργίαν.

A miliariter et amice afficiatur ad utriusque fruitionem; Deo frueretur propter diviniorem, qua præditus est, naturam: bonis, quæ terra profundit, magna voluptate uteretur per cognatum sensum, quo terrestria percipit. Et quidem homo in hunc mundum progressus est, **37** quasi rex quispiam libero arbitrio donatus, planeque liber, nulliusque juri subjectus. Accepto in reliqua omnia imperio, pulchre ea re Dei imaginem repræsentat. Magis tamen imaginem Dei præ se fert mente et ratione. «In principio enim erat Sermo.» Et Paulus inquit: «Nos autem mentem tenemus Christi [94].» Verum in homine utrumque hoc conspicitur. «Deus est charitas [95];» ad hanc subinde nos hortatur Scriptura sacra: «Erimus, inquit, ejus discipuli, B si mutuam tenuerimus charitatem [96].» Omnia intuetur Numen, omniaque sedula indagine perscrutatur. Nobis quoque sensus et mentem indagatricem assignavit. Una nobis est mens, quæ per sensuum organa egressa entia apprehendit per dissimilem similitudinem: in cœlo enim est ipsum unum et vera corporum simplicitas.

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

(OVID. *Metamorph.* I.)

Hunc quidem corporis habitum, ceu dominationis insigne, nactus est, cæteris animalibus in terram inclinatis, quo gestu docent se humano imperio esse obnoxia. Sunt et manus ita ordinatæ ut suo ministerio sermonem adjuvare queant.

Ἔστι δὲ τῶν ἐκ τῆς φύσεως ἀμυντηρίων καὶ τῶν σκεπασμάτων γυμνὸς, καίπερ ἔχων τὴν κατὰ τῶν ἄλλων ἀρχὴν, πρῶτον μὲν ἵνα μὴ γένηται πρὸς τὴν ἀρχὴν τῶν ἄλλων ἀργότερος, μηδὲν ἐκείνων δεόμενος, ἅπερ γέγονε δι' αὐτὸν, ὅθεν καὶ τῇ γενέσει προείληφεν· ὥσπερ οὖν προὔλαβε ταῦτα τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἡ βλάστησις, ὧν ὑπῆρχεν ἐπιδεῆ μετὰ ταῦτα ζῶα γενόμενα· ἴσως δέ τι καὶ δόγμα διὰ τούτου μηνύεται, ὡς ἐν τρισὶ διαφοραῖς ἡ ζωτική τε καὶ ψυχικὴ δύναμις ἐξετάζεται· ἡ μὲν γάρ ἐστι φυτικὴ, ἧς τὰ μετέχοντα τροφὴν ἔχει καὶ αὔξησιν καὶ τοῦ ὁμοίου τὴν γέννησιν· ταύτης δὲ μόνης μετείληχε τὰ φυτά· ἡ δὲ αἰσθητικὴ τοῖς εἰρημένοις προσλαβοῦσα τὴν αἴσθησιν· ὅπερ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀλόγων ἐστίν· ἡ δὲ λογικὴ τελεία τις οὖσα καὶ ἄφθαρτος ἣν ἄνθρωπος ἔσχηκε. Καὶ τελευταῖος εἰκότως γέγονεν ὁδῷ τινι πρὸς τὸ τέλειον προϊούσης ἀκολούθως τῆς φύσεως· ὡς ἐν τρισὶ τούτοις τὸν ἄνθρωπον ἔχειν τὴν σύστασιν· καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος ἐπευχόμενος Ἐφεσίοις τὴν ὁλοτελῆ χάριν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ πνεύματος, ἀντὶ τῆς φυτικῆς *τὸ σῶμα* λαβὼν, τὸ δὲ αἰσθητικὸν *τῇ ψυχῇ* διασημαίνων, τὸ νοερὸν δὲ *τῷ πνεύματι*· ὅπερ ἔχων ἄρχει πρὸς τοῖς φαινομένοις ζώοις καὶ τῶν νοητῶν θηρίων, περὶ ὧν ὁ ἅγιος εὔχεται, «Μὴ παραδῷς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι·» καὶ ἰχθύας δὲ καὶ πετεινὰ τροπικῶς εὑρίσκεις ὧν ὀφείλεις ἄρχειν.

sit. Spiraculum si audis, communiter memineris creaturam esse accipiendam. Siquidem Scriptura assolet illud spiraculum appellitare creaturam. Verum creatura plurimum differt, imo longe aliud est a Creatore. Spiraculum itaque sub tempus cadit; spiritus vero æternus perhibetur. Spiraculum **51** exiguo viget tempore, et deinde abit adimens omnem spirandi et respirandi vim ceu potentiam corpori, in quo prius hærebat. Spiritus vero, qui intra extraque hominem complectitur, stabilis manet, nec unquam hominem deseret. Dei operationem indicat, cum dicit, *finxit* et *inspiravit*, ubi sane proprie locutus est diversæ naturæ diversa vocabula applicans. Nam quod fingitur, externum hominem concernit: at spiraculum ab interioribus emittitur. Siquidem si nostram creationem et nostri corporis constitutionem æstimare velis, reperis corpus extra esse et apparere nostro visui: animam vero ad interiora concessisse, et magis affinem Deo quam corpus. Nam anima cognoscit Deum, et ab ipso docetur et instituitur. Corpus vero suam resurrectionem nanciscitur beneficio animæ. Itaque apparet majorem cognationem quamdam esse animæ cum Deo quam corporis, ut quæ ab interioribus pergat, et condita sit, ubi primum Deus eam homini aspiravit. Eleganter itaque, ut supra monuimus, inquit, « spiraculum vitæ, » et non, » spiritum vitæ. »

A μείνασα μετὰ τοῦτο πορεύεται, ἄπνουν ἐγκαταλιποῦσα ἐκεῖνο περὶ ὃ ἦν τὸ πρότερον. Τὸ δὲ περιλαβὸν ἔνδον καὶ ἔξωθεν τὸν ἄνθρωπον, ἅτε ἀεὶ παραμόνιμον, οὐδέ ποτε ἐκλείψει αὐτόν. Θεοῦ δὲ ἐνέργειαν δηλοῖ καὶ τὸ *ἔπλασε* καὶ τὸ *ἐνεφύσησεν*, οἰκείως ἑκατέρῳ πρὸς τὴν διάφορον φύσιν χρησαμένου τοῦ λόγου· τὸ μὲν γὰρ διαπλαττόμενον, ἔξωθεν γίνεται, τὸ δὲ ἐμφύσημα ἔνδοθεν ἐκπέμπεται, ἐπεὶ καὶ ἐν ἡμῖν ἔξωθεν μὲν τὸ σῶμα, ἔνδον δὲ ἡ ψυχὴ, πλεῖστον οὖσα τῷ Θεῷ οἰκειοτέρα τοῦ σώματος. Γινώσκει τε γὰρ αὐτὸν καὶ παιδεύεται παρ' αὐτοῦ· κἀκεῖνο διὰ ταύτην ἀπολαύει τῆς ἀναστάσεως· τοιγαροῦν καὶ οἰκείωσις περὶ ταύτην μείζων ἐμφαίνεται ἔνδοθεν ἐκπεμπομένῳ κτιζομένην τῷ ἐμφυσήματι. Καλῶς δὲ, καθάπερ εἴρηται πρότερον, οὐ πνεῦμα ζωῆς, ἀλλὰ B πνοὴν ζωῆς εἶπε.

Nam de futura nostra conditione, secundum quam immortales et nulli mutationi obnoxii vivemus, quod accidet in universali resurrectione, quando spiritualis gratia utrumque continebit, docet Paulus, dicens: « Nam lex spiritus vitæ per Christum Jesum liberum me reddidit a jure peccati et mortis [60]. » Hoc loco « spiritum vitæ » vocavit gratiam et beneficium Spiritus. Et iterum idem Paulus in hunc modum scribit: « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale [61]. » Illud quidem animale corpus prædicat, quod movetur animæ præsentia. Hoc vero spirituale corpus confirmat, quod gratia Spiritus sancti continetur. Ut enim Deum misericordiæ nominat, quod misereri soleat et possit: sic spiritum vitæ nuncupat, quod eum, quibus velit, muneris loco donet, quasi anima destituta sit spiritus dignitate; verum a Deo acceperit spiraculum, ut corpus ab eo et spiratione recreetur et moveatur, et conservetur in vita, quæ inde proficiscitur.

Περὶ μὲν γὰρ τῆς μελλούσης καταστάσεως, καθ' ἣν ἀθάνατοί τε καὶ ἄτρεπτοι γινόμεθα διὰ τῆς ἀναστάσεως, τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος ἐν ἀμφοτέροις κρατούσης ἡμᾶς, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος· « Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· »—« Πνεῦμα ζωῆς, » τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν εἰπών. Καὶ πάλιν· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν· » τοῦτο μὲν εἰπὼν ψυχικὸν, ὡς τῇ τῆς ψυχῆς κινούμενον παρουσίᾳ· C πνευματικὸν δὲ ἐκεῖνο ὡς τῇ τοῦ Πνεύματος περικρατούμενον χάριτι. Ὡς γὰρ Θεὸν ἐλέους καλεῖ τὸν ἐλεεῖν εἰωθότα τε καὶ δυνάμενον, οὕτω καὶ τὸ « Πνεῦμα ζωῆς » τὸ ταύτην οἷς ἂν ἐθέλῃ δωρούμενον· ἐνταῦθα δὲ « πνοὴν εἶπε ζωῆς, » ἅτε μὴ τῆς ψυχῆς ἐχούσης τοῦ πνεύματος τὸ ἀξίωμα, ἐκ δὲ Θεοῦ λαβούσης τὸ διὰ τῆς οἰκείας παρουσίας πρὸς ἀναπνοήν τε κινεῖν τὸ σῶμα καὶ τὴν ἐντεῦθεν ζωήν.

Factusque est homo in animam viventem. Ubi primum anima occupavit corpus, vita insecuta est. Quapropter testatur Paulus, dicens: « Factus est primus Adam in animam viventem, extremus Adam in spiritum vivificantem [62]. » Spiritus enim, interveniente resurrectione, in eam dignitatem et conditionem nos adducet. Spiritus siquidem in societatem creationis venit cum corpus et cum anima crearentur. Nam una operatio est sanctæ Trinitatis. Nisi a Trinitate essemus conditi, quomodo a Trinitate regeneraremur baptizati? Imo corpus Christi sacrosanctum et adorandum opus est Spiritus sancti. Quidam sic interpretantur sequentem locum: « Spiritus sanctus superveniet in te [63], » id est, ipse Spiritus, « et virtus Altissimi obumbra-

Καὶ ἐγένετο, φησὶν, *ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν*· τουτέστι, Τῆς ψυχῆς ἐγγεγονυίας τῷ σώματι, τὸ σύμπαν εἰς τὸ ζῆν κατέστη· ὅθεν ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωο- D ποιοῦν· » ὃ καὶ διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς ἐκείνην φέρων ἡμᾶς τὴν κατάστασιν· κοινωνεῖ γὰρ τὸ Πνεῦμα τῇ δημιουργίᾳ τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· μία γὰρ ἐνέργεια τῆς ἁγίας Τριάδος. Εἰ μὴ γὰρ ὑπὸ τῆς Τριάδος ἐκτίσθημεν, πῶς ἐκ τῆς Τριάδος ἀναγεννώμεθα βαπτιζόμενοι; καὶ τὸ σῶμα δὲ τοῦ Χριστοῦ τὸ πανάγιον καὶ προσκυνητὸν ἔργον ἐστὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τινὲς δέ φασι τὸ, « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, » αὐτὸ τὸ Πνεῦμα· « Δύναμις δὲ Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, »

[60] Rom. viii, 2 [61] I Cor. xv, 44. [62] ibid. 45. [63] Luc. i, 35.

τὸν Υἱὸν λέγειν· καίτοι ὥσπερ ὁ Χριστὸς δύναμις Ὑψίστου καλεῖται (Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις), οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Λέγει γοῦν τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος· « Μείνατε εἰς Ἱεροσόλυμα ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Ἀθάνατον δὲ, φασὶ, τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ποιῆσαι βουλόμενος, αὐτὸς αὐτὸν αὐτουργεῖ· ἠπίστατο γὰρ ὅτι πάντως ὅπερ ἂν τῇ ἑαυτοῦ τεχνάσηται χειρὶ, ἐξ ἀνάγκης ἔσται ἀθάνατον, ἅτε δὴ ἀθανασίας ἔργον· ἀθανασίᾳ γὰρ ἀθάνατα γίνεται· καθάπερ καὶ τὰ κακὰ κακίᾳ κακά. Ἄνθρωπος δὲ κυρίως τὸ συναμφότερον· ἀλλ' οὐδέτερον κατ' αὐτὸ τῶν συντιθέντων τὸν ἄνθρωπον.

A bit tibi, id est, Filius. Quemadmodum enim Christus virtus Altissimi appellatur (Christus namque est Dei virtus [44]), sic et Spiritus sanctus. Dicit itaque Dominus : « Manete Hierosolymis donec induamini virtute ex alto [45]. » Cum Deus, ut quidam perhibent, hominem immortalem condere vellet, ipse eum per se format, et huic operi quasi suas admovet manus. Noverat etenim omnino necessarium esse, ut quidquid sua operaretur manus, id perpetuam possideret immortalitatem, utpote immortalitatis opus. Si quæ siquidem immortalia sunt, accedente immortalitate, immortalitatem accipiunt : sicuti et malitia adeunte mali evadimus. Homo itaque utroque immortalis, neutrum tamen per se hominem constituit et perfecte absolvit.

Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν. Ὅτι, φασὶν, ὁ παράδεισος ἐν τῇ γῇ ἐστι καὶ πεφύτευται, ἐδήλωσεν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Καὶ ἐξανέτειλεν ἔτι ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς· » τὸ γὰρ « ἔτι » καὶ τὸ « ἐκ τῆς γῆς » καὶ τὸ « κατὰ ἀνατολὰς » εἰποῦσα, σαφῶς διδάσκει τὸν παράδεισον ὑπὸ τοῦτον τὸν οὐρανὸν ὑφ' ὃν ἀνατολαί τε καὶ γῆ. Ἐὰν δὲ τὸν παράδεισον μὴ τοῦ κόσμου μέρος εἶναι λέγοις, μηδ' ἐν αὐτῷ γεγονέναι, μηδὲ σὺν τοῖς ἄλλοις, καὶ περὶ αὐτοῦ « κατέπαυσε, » γεγράφθαι, ἀλλ' ὑπερκόσμιον εἶναι χωρίον, πῶς τὸν γήϊνον ἐκεῖ καὶ πλαστὸν ἄνθρωπον εἰσήγαγε; Πῶς δὲ ἐκεῖ ἔπλασεν ἔτι ἐκ τῆς γῆς ὁ Θεὸς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅπου τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν γυναῖκα, ὅπου ξύλον θανατηφόρον, καὶ ἀπατεὼν ὄφις ἐκεῖ; Πῶς δὲ πάντων ἐν ὀφθαλμοῖς οἱ ἐκεῖθεν ἐκπορευόμενοι ποταμοί; Οὐκοῦν ἐπὶ γῆς ὁ παράδεισος, Θεοῦ τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἐνδεικνυμένου σπουδὴν, καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὁμοίως αὐτὸν συγχωρήσαντος νέμεσθαι, ἔκκριτον δὲ χωρίον πρὸς κατοίκησιν ἀπονείμαντος, ὅπερ πρότερον ἀνίσχων ὁ ἥλιος καταλάμπει, ὃς ἡδὺ ποιεῖ τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἐπὶ γῆς οἰκητήριον ταῖς ἀκτῖσι φαιδρύνων τὴν γῆν. *Ἐφύτευσε* δὲ, φησὶ, τὸ ἐξαίρετον τῆς περὶ τὸν τόπον ἐπιμελείας δεικνὺς τοῦ Θεοῦ, ἣ πρὸς τὴν ἀνθρώπου συνετέλει τιμήν· ὥσπερ καὶ τὸ *ἔπλασεν* εἶπε, δηλούμενος ὅτι πεποίηκεν αὐτὸν ὁ Θεός· τῷ δὲ τῆς φωνῆς ἰδιώματι τὸ ἔκκριτον ἐπιδεικνὺς τῆς ποιήσεως· ἐπεὶ πρόδηλον ὡς βουλῇ καὶ προστάγματι τοῖς φυτοῖς ἐκεχόσμητο.

B VERS. 8, 9. *Plantavit insuper Dominus Deus hortum in Eden ab oriente, et posuit illuc hominem quem finxerat.* Quidam aiunt : Quod paradisus in terra sit, ibique ille hortus excultus, satis manifestat Scriptura, dicens : « Germinare fecit Dominus Deus de humo sive terra. » Nam dum inquit, « ex terra, » et, « in oriente, » satis declarat paradisum esse situm sub hoc cœlo, sub quo est oriens et terra. Si dixeris paradisum nullam esse mundi partem, neque agnoscis eum cum cæteris creaturis esse constructum, de quibus simul cum hoc dictum est : « Quievit Deus, » etc., profecto male mihi videris sentire. Si posueris, paradisum esse quemdam locum supramundanum, cedo **52** quo pacto formatum terrenum hominem eo induxerit? Quo-C modo illic Deus formavit ex terra omnes bestias agri, volucres cœli, virum et mulierem? quomodo ibi fuit lignum exitiale, et fraudulentus serpens? Quæ ratio prohibet, quominus paradisus in hoc sit orbe, cum in nostro sint conspectu flumina, quæ inde evolvuntur? Deus singularem quemdam amorem testatus est erga hominem, quod non passus est eum, more cæterorum animalium, hinc inde oberrare et vagari alimentaque quæritare : sed ei locum assignavit, in quo moretur, et electum et ab reliquis sequestratum, quem solis exortus primum suo splendore illuminat; sol, inquam, qui mortalibus gratam et jucundam facit habitationem in hoc mundo, suisque radiis terram exhilarat et oblectat. D Quod ait, *plantavit*, insignem quamdam curam commonstrat, quo Deus locum illum accuret, ut ostendat in quem dignitatis gradum hominem collocaverit. Nec minorem emphasim hoc verbum *plantavit*, hic habet, quam supra verbum *finxit*. Suffecisset indicasse hominem a Deo esse formatum, sed peculiari verbo id significare voluit, ut designaret creationis excellentiam. Sic et hoc loco, quamvis manifestum fuerit paradisum fuisse exornatum arboribus et plantis consilio et jussu Dei : attamen ut doceret, quanta cura foveat hominem, addidit *plantavit* verbum.

Ἐδὲμ δὲ ὁ τόπος ἐν ᾧπερ ἦν ὁ παράδεισος, ὅπερ ἐστὶ *τρυφὴ* καθ' Ἑλλήνων φωνὴν, τουτέστι ἐν τρυφερῷ καὶ καλῷ τόπῳ τοῦτον ἐφύτευσεν. Οὐ μικρὸν δέ τι τοῦτο μέρος τῆς γῆς, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὡς τὸν ἐν αὐτῷ κείμενον παράδεισον, καὶ οἷον μέρος αὐτοῦ, τοῦτον εἶναι· ὡς τὸν ἄρδοντα ποταμὸν αὐτὸν, μετὰ τὴν ἐκείνου χρείαν ἔξω φερόμενον, τέσσαρας μεγί-

Eden locus erat, ubi fuit excultus paradisus, quæ vox Græcis significat *delicias*. Proinde is hortus paratus fuit in loco amœnissimo et omnibus voluptatis illecebris vernante. Nec hortus ille modica orbis particula est, sed tanta pars censetur paradisus in orbe situs, ut fluvius ille amplissimus, qui hortum irrigat, tandem elapsus paradiso, quatuor

[44] I Cor. I, 24. [45] Luc. XXIV, 49.

maxima generet flumina. Quidam tradunt Euphratis et Tigridis fontes esse in montibus Armeniæ, quod sane miror, cum pateat istic non frequentari paradisum. Nec etiam fontes reliquorum fluminum duorum habent paradisum adjunctum. Forte itaque paradisus quam longissimo intervallo a nostro orbe erit remotus. Fluvium autem habet sub terra manantem, plurimas et ubertim fluentes venas continentem, quæ quidem affluentes redundant, et in alios derivantur meatus. Reliquæ scaturigines turbine intestinæ violentiæ exagitatæ, eruperunt nunc in Armeniæ montibus, nunc alibi. Hinc exoriuntur fontes fluviorum, de quibus modo sermo erat. Sed satius esset non fontes, sed flumina dicere, quia nullibi Scriptura sacra mentitur : quæ commemorat quatuor fluminum origines, nec inquit *fons*, sed *fluvius*. Quatuor itaque flumina per alterum medium ex paradiso progrediuntur. Cæterum paradisi situs in orientali plaga est, ut aiunt, Deo ipso quoddam mysterium prædicente. Quemadmodum stellæ exorientes in occidentem pergunt, sic oportebat hominem in paradisum translatum currere ad mortem : et deinde ex resurrectione mortuorum quasi ad alterum venire exortum. Christus enim adveniens, eum, qui occiderat, iterum exoriri fecit. Quapropter scriptum est : « Oriens nomen ejus, et sub ipso exoritur [66] ; » id est, ex sepulcris. Quemadmodum augusta illa sidera alibi formata in cœlum posita sunt ; sic homo extra paradisum compositus et formatus, in paradisum illatus est. Non enim ab re dicitur : « Et ejecit eum Dominus Deus de horto Eden ad colendum terram de qua sumptus fuerat [67]. » Paradisum quidam putant tertio demum die effloruisse, quando et terræ imperatum est, ut germinaret. Sunt, qui putant : ἔτι, id est, *adhuc* [pro quo Munsterus *insuper* vertit, secutus Hebraicam veritatem] abundare in præsenti loco, quia omnia, quæ Deus creaverat, jam absoluta et perfecta erant. Itaque per prædicta quasi repetit omnia, quæ prius condiderat Deus. Quidam animum intendentes dictioni *adhuc*, nunc demum aiunt floribus et plantarum virore depictum fuisse paradisum.

Homo in paradisum deductus est. Sed quid operis ibi facturus, cum paradisus omnibus afflueret bonis? Opus nimirum erat, quo se exerceret : lex Dei et fides in Creatorem. Hæc enim si sollicite custodiret, operabatur. Ipse etenim Salvator præceptum opus appellat, dicens : « Opus Dei est, ut credatis in **53** eum, quem ille misit [68]. » Huc facit testimonium Pauli : « Opus meum vos estis in Domino [69]. » Certe hominem cavere a quodam sibi oportebat, cum nondum foret latro insidians. Si præceptum observaret, conservaret sibi et paradisum : ne transgressus præceptum sibi accerseret exitium. Igitur opus vel hominis labor erat, ut sedulo operam daret ne delinqueret in latam legem, et sibi noxiam contraheret. Aut fortassis monet ut

A στους ἀποτελεῖν ποταμούς. Λέγονται δὲ, φασὶ, τοῦ Τίγριος αἱ πηγαὶ καὶ του Εὐφράτου ῥεῖν ἀπὸ τῶν κατ' Ἀρμενίαν ὀρῶν· κἀκεῖ παράδεισος οὐκ ἔστιν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν δυεῖν ἑτέρων αἱ πηγαὶ ποταμῶν παράδεισον ἔχουσι παρακείμενον. Μή ποτε οὖν ὁ μὲν παράδεισος πορρωτάτω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐστίν; ποταμὸν δὲ ἔχει ῥέοντα ὑπὸ γῆς, ὃς πολλὰς καὶ μεγάλας ἄρδει φλέβας; ἀλλ' αἱ μὲν πλημμύρουσαι στέγουσι, καὶ ὥσπερ εἰς ἄλλας ἀποχετεύονται φλέβας· αἱ δὲ τῷ κύματι θλιβόμεναι τῆς ἐντὸς βίας ἀνεστομώθησαν, τῇ μὲν ἐν τοῖς Ἀρμενιακοῖς ὄρεσι, τῇ δὲ ἑτέρωθι; καὶ αὗταί εἰσιν αἱ νομιζόμεναι πηγαὶ τῶν ποταμῶν; ἀπόῤῥοιαι μᾶλλον ἢ πηγαὶ προσηκόντως ἂν ὑποληφθεῖσαι διὰ τὸ ἐν ἅπασιν ἀψευδὲς τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, ἐν οἷς μηνύεται τῶν τε τεσ- B σάρων ποταμῶν ἀρχὴ *ποταμὸς*, ἀλλ' οὐ *πηγή*. Οἱ ποταμοὶ τοίνυν οἱ τέσσαρες, ἐκ τοῦ παραδείσου δι' ἑτέρου μέσου προέρχονται ποταμοῦ· ὁ δὲ παράδεισός ἐστι κατὰ ἀνατολὰς, ὡς φασί τινες, Θεοῦ τὸ μέλλον μηνύοντος· ὡς γὰρ οἱ φωστῆρες ἀνατέλλοντες τρέχουσιν εἰς δύσιν, οὕτως ἔδει καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐν τούτῳ τεθέντα, δραμεῖν εἰς θάνατον ἐκ ζωῆς, καὶ λαβεῖν ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ἑτέραν ἀνατολήν. Χριστὸς γὰρ ἐλθὼν ἐποίησεν ἀνατεῖλαι τὸν δύναντα· ὅθεν εἴρηται· « Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατέλλει· » τουτέστιν ἐκ τάφων. Ὥσπερ δὲ οἱ φωστῆρες ἀλλαχοῦ γεγονότες ἐτέθησαν ἐν οὐρανῷ, οὕτως Ἀδὰμ πλασθεὶς ἔξω, εἰς τὸν παράδεισον εἰσενήνεκται. Φησὶ γάρ· « Καὶ ἐξέβαλεν ὁ Θεὸς τὸν C Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. » Τὸν δὲ παράδεισον οἱ μὲν ἀπὸ τῆς τρίτης ἡμέρας ἐξηνθηκέναι φασὶν, ὅτεπερ ἡ γῆ βλαστῆσαι προστέτακται· οἱ δὲ καὶ τὸ, *ἔτι*, προσκείμενον ἐν τῷ παρόντι ῥητῷ, παρέλκειν φασὶ, διὰ τὸ πέρας εἰληφέναι πάντα ὅσα πεποίηκεν ὁ Θεός· τοιγαροῦν καὶ περὶ θηρίων ἐπιφέρει ποιήσεως καὶ πετεινῶν, περὶ τῶν ἤδη γεγονότων τὸν λόγον ποιούμενος, ἐπαναλαβὼν αὐτὰ διὰ τὸ προκείμενον· οἱ δὲ τῷ, *ἔτι*, προσέχοντες, νῦν τοῦτον βεβλαστηκέναι φασίν.

Ἐτέθη δ' οὖν ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ. Τί δὲ καὶ ἔμελλεν ἐργάζεσθαι, πᾶσι τοῦ παραδείσου βρύοντος ἀγα- D θοῖς, ἢ δῆλον ὡς τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς τὸν δημιουργήσαντα πίστιν; Ταῦτα γὰρ φυλάττων εἰργάζετο· τὴν γὰρ ἐντολὴν καὶ ὁ Σωτὴρ ἔργον φησὶ, λέγων· « Τουτέστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. » Καὶ ὁ Παῦλος· « Τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ. » Φυλάττειν γὰρ ἀπό τινος ἤμελλεν ἑτέρου, μὴ ὄντος λῃστοῦ ἐπιβουλεύοντος· ἀλλὰ τὴν ἐντολὴν φυλάττων, ἐφύλαττεν ἑαυτῷ τὸν παράδεισον, ἵνα μὴ παραβὰς ἀπολέσῃ αὐτόν· ἤγουν φυλάττων ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς παραβάσεως. Ἴσως δὲ φυλάττεσθαί φησι τοῦ διαβόλου, ὃς εἰσελθὼν λάθρα τὴν ἀπάτην εἰργάσατο· εἰ δὲ τὴν ἐντολὴν ἐτήρησεν, οὐκ ἂν ἠνέσχετο παραβάσεως ἐξ

[66] Zachar. VI, 12. [67] Gen. III, 23. [68] Joan. VI, 29. [69] I Cor. IX, 1.

οἵου δὴ τρόπου γινομένης αὐτῷ. Ὅτι δὲ τὸ *ἐφύτευσε* τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπιμελείας ἐμφατικὸν, δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον· «Ἐξανέτειλεν ἔτι·» δηλοῖ γὰρ ὡς μόνῳ προστάγματι τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀνάδοσιν ἐποιήσατο.

A sibi caveat ab ingressu diaboli : qui ingressus in hortum clanculum, dolo malo hominem circumvenit. Verum si præceptum diligenter custodivisset, nunquam transgressione se polluisset, utcunque technas fraudulentas et exitiosas intendisset diabolus. Quod ait, *plantavit*, iterum significat quanto amore complectatur hominem, quantaque cura ipsum foveat; sicuti et hoc loco : « Et germinare fecit Dominus Deus, » etc. Hisce verbis nos erudit, nudo præcepto seu jussu Dei, virorem, et quid non? emicuisse ex terra.

Καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου· καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ τε καὶ πονηροῦ. Διὰ τί μὴ ἐν ἐσχάτῳ, φασίν; ἵνα μὴ συνεχῶς ὁρῶντες ἐρεθισθέντες ἁμάρτωσιν. Ἐπειδὴ περὶ ταῦτα στρέφεσθαι ἡ περὶ τὸν Ἀδὰμ ἤμελλεν ἐντολὴ, ἀναγκαίως ἐν τῷ μέσῳ τοῦ παραδείσου καθειστήκει, ὡς καὶ τοῦ τὴν ἐντολὴν δεχομένου, μέλλοντος, ὡς εἰκὸς, κατὰ τὸ μεσαίτατον εἶναι καὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀπόλαυσιν ἕξοντος.

Et arbor vitæ erat in medio horti, atque arbor scientiæ boni et mali. Quare, quidam interrogant, non in extremo? Scilicet ne, dum frequenter eam arborem in conspectu cernerent, quasi quibusdam irritamentis et illecebris illecti, in datam legem committerent. Præterea quia præceptum jubebat, ut illa arbore abstineret Adam, necessario in medio paradisi constiterat : seu ille, qui legem erat B acceptarus, in medio paradisi erat commoraturus, ut credi par est, et sic potiturus fructibus hujus universi.

Ζητοῦμεν δὲ πότερον τῇ φύσει τῶν δένδρων ἔκειτο τοῦ μὲν ζωοποιεῖν, τοῦ δὲ τὴν γνῶσιν ἐντιθέναι καλοῦ τε καὶ πονηροῦ, ἢ ἑτέρως θεωρητέον. Ὅτι μὲν οὖν τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς ἐνέκειτο ἀθανατίζειν φυσικῶς τὸν ἐσθίοντα, δηλοῖ τὸ ἐκβληθῆναι τὸν Ἀδὰμ παραβάντα τὴν ἐντολὴν, ἵνα μὴ τούτου φαγὼν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ζῆν ἁπλῶς λέγει (ἔζων γὰρ καὶ μὴ φαγόντες), ἀλλὰ περὶ ἀθανασίας. Τὸ δὲ ἕτερον ξύλον οὐκ εἶχεν ἐν τῇ φύσει τῶν ἀντικειμένων τὴν γνῶσιν. Ὅτε γὰρ προσετάχθησαν μὴ φαγεῖν ἢ ἀποθανεῖσθαι, ᾔδεσαν κακὸν τὸ φαγεῖν καὶ ὡς ἀντὶ τιμωρίας ὁ θάνατος παραβαίνουσιν· ἢ οὔ; Ἀγνοοῦσι μὲν οὖν ἡ ἐντολὴ περιττὴ, καὶ ἄτοπος τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ παραβᾶσιν ὁ θάνατος· ἐπισταμένοις δὲ, περιττὸν τὸ ξύλον τοῖς ἔχουσι τὴν γνῶσιν πρὶν ἅψωνται· περιττὴ δὲ καὶ ἡ παραγγελία τοῦ μὴ γνῶναι ἅπερ ἠπίσταντο. Εἰ δὲ τὸ ξύλον εἶχε τὴν γνῶσιν, φθονερὸς μὲν ὁ κωλύων, περιττὴ δὲ ἡ κώλυσις· ἔδει γὰρ πρότερον διὰ τῆς βρώσεως τὴν γνῶσιν λαβεῖν ἢ τῷ αὐτεξουσίῳ δίδωσι χώραν, καὶ τότε λοιπὸν εἰδόσιν νομοθετεῖσθαι τὴν τῶν κακῶν ἀπαγόρευσιν.

Verum quæstione dignum arbitramur, an illæ arbores suapte natura sic fuerint affectæ, ut altera vivificaret, altera boni et mali scientiam apportaret : aut an alia sit harum consideratio, quam verba insinuent. Quod naturaliter insitum fuerit arbori vitæ, immortalitate donare eum, qui illius fructus esitaverit, satis evidens exemplum est Adam : qui, ubi vetitum fructum in ventrem dimisit, continuo peccavit, et deturbatus est possessione paradisi, ne vesceretur fructu arboris vitæ, et sic in æternum viveret. Nec simpliciter de vita verba facit. Nam et hi, qui vitabant eam arborem, æthe- C rea vescebantur aura. Immortalitatis hic mentio fit. Cæterum altera arbor non tenuit suapte natura contrariorum scientiam seu notitiam. Cum enim ipsis imperatum erat sub pœna mortis, ne de illa arbore ederent, aut morituros, noverant sane illum esum esse malum, et quasi pœnam positam esse mortem transgressoribus : hoc, inquam, noverant, aut non noverant. Si non noverant, certe præceptum erat supervacaneum, præterea mors admodum indecenter illis, qui ignoranter prævaricabantur, inflicta est. Si noverant, profecto superflua fuit et arbor, cum utriusque notitiam possiderent, antequam prohibitam contingerent arborem ; ex abundante erat et præceptum, ne scilicet sciant quæ sciebant. Si arbori innata fuit boni et mali notitia, invidus erat, qui proponebat interdictum, et supervacaneum quoque erat interdictum. Prius enim addecebat, ut per cibum venaretur eam notitiam, quæ libero arbitrio locum dat : tum demum æquum fuisset legibus coerceri hominem a malo vel peccato.

Πῶς οὖν αὐτὸ νοητέον; Εἶχον μὲν λογισμὸν δεκτικὸν καλοῦ τε καὶ κακοῦ, τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ εἶχον. Ὁ δὲ Θεὸς χώραν δοῦναι τῷ αὐτεξουσίῳ βουλόμενος, καὶ τῶν ἐναντίων τὴν γνῶσιν, δένδρον ὑποδείξας ἀπαγορεύει τὴν βρῶσιν, ἀπειλήσας τὸν θάνατον παραβαίνουσιν, ὡς ἂν εἰδεῖεν τὸ παρακοῦσαι κακὸν καὶ τὸ πειθαρχεῖν ἀγαθόν. Τὸν οὖν δένδρον δι' οὗ τούτων ἑκάτερον ἐγινώσκετο, ἐκ τούτων εἰκότως ἐκάλεσε, τουτέστιν ὑπακοῆς τε καὶ παρακοῆς. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, καλόν τε καὶ πονηρόν· ὡς ἂν εἰ καὶ τόπος ἀπὸ συμβεβηκότος κληθείη, οἷον *Βουνὸς μάρτυς*, σημεῖον τῶν συνθηκῶν ἃς πρὸς Λάβαν Ἰακὼβ ἐποιήσατο· καὶ *Φρέαρ ὅρκου* οὐ τοῦτον τὸν ὅρκον

D Cum hujuscemodi dubitationes in hoc loco exoriantur, quomodo erit agendum, ut genuinum et verum apprehendamus sensum? Sic respondemus : Habuerunt quidem protoplasti rationem, qua freti honestum et turpe distinguere quibant. Verum plenissima cognitio penitus deerat. Deus autem volens ad liberum arbitrium aperire homini fenestram, et simul contrariorum notitiam invehere, arborem ostendit cujus esu interdicit adjecta mortis comminatione, ut disceret obedientiam esse bonum, inobedientiam esse malum. Arbor itaque, per quam utrumque hoc cognoscitur, ab utrisque merito denominata est, nempe ab obedientia et

inobedientia. Hæc enim malum, illa bonum denotat. Hæc denominatio ab accidente petita est, ut et in sequentibus. *Collis testis* dicitur [70], scilicet ut sit signum fœderis, quod Jacob et Laban inierunt. *Puteus juramenti* vocatur [71], non quod juramentum ex sese genuerit, sed quod jusjurandum ad eum contigerit. Fœderis itaque inter Labanum et **54** Jacobum icti, inimicitiæ, jusjurandi ad fontem dati acceptique causa fuit injustitia. Hæc enim circa puteos acciderunt. Insuper ministri Joabi et Abneri sibi mutuo occurrentes circa fontem, sibi invicem insidiati sunt [72]. Hinc locus ille nomen sortitus est, ut dicatur : *puteus insidiarum*. Quemadmodum lex Judæis posita, mortis nomen interdum habet, non suopte ingenio mortem complectens, sed quod eam transgressoribus importet : sic nec lignum mortem continuit in sese, nec Deus ipse mortem creavit. Deus enim hominem condidit, ut esset immortalis, et ad suæ æternitatis imaginem. « Deus mortem non creavit, nec oblectatur viventium interitu. Sed invidia diaboli mors in mundum introivit, » sicuti Salomonis docet sapientia [73]. Imo Deus hortatur hominem ante prævaricationem, ut manducaret de ligno vitæ. Nam etiam arborem vitæ complexus est sub dictione, *omni*, cum diceret : « De omni ligno quod est in paradiso comedendo comedes. » Præsertim cum illa arbor ei, utpote in medio paradisi conversanti, cæteris proximior foret.

γεννήσαντος, ἐκ δὲ τοῦ περὶ αὐτὸν γεγονότος ὅρκου, καὶ ἄλλο ἔχθρας, καὶ ἀδικίας· ἑκάτερον γὰρ τούτων τὴν ὕλην ἔσχε περὶ τὰ φρέατα. Πάλιν οἱ ὑπηρέται τοῦ Ἰωάβ καὶ τοῦ Ἀβεννὴρ περὶ τὴν κρήνην ἀλλήλους συναντήσαντες ἐπεβούλευσαν, καὶ ὁ τόπος *Ἐπιβουλῶν*. Καὶ ὥσπερ ὁ νόμος ὁ δοθεὶς Ἰουδαίοις θάνατος κέκληται, οὐκ ἐν τῇ φύσει τὸν θάνατον ἔχων, ἀλλὰ δι' ὧν παρεβαίνετο· τὸ ἄρα ξύλον οὐκ εἶχε τὸν θάνατον, οὔτε Θεὸς τοῦτον εἰργάσατο. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν· καὶ « ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, » ὡς ἡ σοφία Σολομῶντος δηλοῖ. Τοιγαροῦν πρὸ τῆς παραβάσεως προτρέπεται αὐτὸν τοῦ ξύλου μεταλαβεῖν τῆς ζωῆς· ἓν γὰρ ἦν τῶν πάντων περὶ ὧν φησιν, « Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ, » καὶ μέσον ὂν πλέον τῶν ἄλλων τῶν αὐτῷ προκειμένων.

Sunt qui notitiam boni et mali posuere in fructu illius arboris, et aiunt : Ea arbor erat bona ei, qui illa bene et opportune uteretur. Cæterum Adam temporis ratione tum nihil differebat ab infante. Est enim solidus cibus modo natis inconveniens. Similiter et virgo, quæ ante legitimam matrimonii copulam corrumpitur, idem patitur quod et nupta. Sed huic id accidit præter nuptias et tempus, quod patri placebat. Virgo, cui fucus factus est, punitur ratione legis, non propter rei naturam, sed propter convenientis et constituti modi transgressionem. Sic et Adamus meretur supplicium, non quasi aliquid vetiti contigerit, sed quod sibi vindicaverit id, quod lege erat interdictum. Ad hæc per obedientiam eum Deus probare volebat. Quapropter transgredienti, ut converteretur, mors inventa est. Nam ubi primum in legem deliquit, et vetito fructui manum adhibuit, labem sibi impressit peccati, quod hujus inventor diabolus pepererat concipiens (secundum Scripturæ oracula) dolorem. Quapropter non ei conceditur, ut ligni vitæ fiat particeps. Pelliceis vestiuntur tunicis, quibus mors determinatur. Verum ne quis existimet pelles pro corporibus, ut quidam tradiderunt inepte, esse intelligendas. Nam si hoc verum esset, jam ante prævaricationem his fuissent amicti. Adam enim inquit : « Hoc nunc est os ex ossibus meis, et caro ex carne mea [74]. » Verum hæc duo corporis rationem constituunt. Si præterea corpora pœnæ nomine his sunt ceu vestimenta donata, nequaquam corporum erit resurrectio. Imaginantur illi scioli nescio quam carnem spiritualem, quæ intellectu percipiatur. Sed eorum opinionem funditus subvertit Christus, dicens in Evangelio : « Ab initio masculum et femellam fecit eos [75]. » Verum hoc proprie de corporibus intelligitur.

Τινὲς δὲ ἐν τῷ καρπῷ τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ὑπέθεντο· καὶ ἦν, φασὶ, καλὴ τῷ χρωμένῳ κατὰ τὸν καιρόν. Ὁ δὲ Ἀδὰμ νήπιος ἦν· στερεὰ γὰρ τροφὴ τοῖς νεωστὶ τεχθεῖσιν ἀνάρμοστος. Ἐπεὶ καὶ παρθένος φθαρεῖσα πρὸ γάμου, αὐτὸν μὲν πάσχει ταῖς γαμουμέναις, ἀλλὰ παρὰ τὸν γάμον καὶ τὸν καιρὸν τὸν ἀρέσκοντα τῷ πατρί· καὶ τιμωρεῖται, οὐ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ διὰ τὸν τρόπον τῆς παραβάσεως· οὕτω καὶ Ἀδὰμ ὑπεύθυνος γίνεται τιμωρίᾳ, οὐχ ὡς ἀπηγορευμένου τινὸς ἀψάμενος, ἀλλ' ὡς τὸ ἐντολῇ ἀπηγορευμένον σφετερισάμενος. Ἅμα δὲ καὶ δι' ὑπακοῆς αὐτὸν ὁ Θεὸς δοκιμάζειν ἠβούλετο· ὅθεν παραβάντι πρὸς ἐπιστροφὴν ὁ θάνατος εὕρηται. Παραβὰς γὰρ ἐναπεμάξατο τὴν κακίαν ἣν ὁ ταύτης εὑρετὴς διάβολος ἀπεκύησε, πόνον, κατὰ τὴν Γραφὴν, συλλαβών· ὅθεν οὐ συγχωρεῖται τοῦ τῆς ἀθανασίας ξύλου μεταλαβεῖν. Τοὺς δερματίνους δὲ χιτῶνας ἐνέδυσε, νέκρωσιν ὁρίσας αὐτοῖς· τούτους γὰρ οὐ τὰ σώματα νοητέον· καὶ πρὶν γὰρ τούτους ἐνδύσασθαι, φησὶν ὁ Ἀδάμ· « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. » Εἰ δὲ πρὸς τιμωρίαν, ὥς φασιν, ἐνεδοῦντο τὰ σώματα, οὐκ ἔσται τούτων ἀνάστασις. Καὶ λοιπὸν ἐντεῦθεν νοητὰς ὑποτίθενται σάρκας, καίτοι φησὶν ὁ Σωτὴρ, « Ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, » ὅπερ σωμάτων ἴδιον.

Quo pacto congruet animabus : « Crescite et multiplicamini [76] ? » Quomodo etiam accepit pulve-

Πῶς δὲ ἐπὶ ψυχῶν ἁρμόσει τὸ « Αὐξάνεσθε » καὶ τὸ « Πληθύνεσθε ; » Πῶς δὲ ἔλαβεν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς

[70] Gen. xxxi, 47. [71] Gen. xxi, 32. [72] II Reg. ii, 26, 27. [73] Sap. i, 13; ii, 24. [74] Gen. ii, 23. [75] Matth. xix, 4. [76] Gen. i, 28.

καὶ ἔπλασεν ἄνθρωπον, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος; τίς A δὲ καὶ ἡ γύμνωσις ἡ τοῦ σώματος; τί δὲ τὰ δὲ φύλλα τῆς συκῆς περιέσκεπεν; Οὐκοῦν πρόδηλον ὡς δὴ σεσωματοποίηται πρὸ τῶν δερματίνων χιτώνων ὁ ἄνθρωπος. Ἀναπλασθεὶς οὖν κακίας, ἔξω γέγονε τοῦ παραδείσου, ὅπως μὴ τοῦ ξύλου μεταλαβὼν τῆς ζωῆς, ἔχῃ ταύτην ἀθάνατον ἐν ἀθανάτῳ σώματι, ἅπαξ ἐν αὐτῷ διὰ τῆς παραβάσεως ἐμφωλεύσασαν. Οὐ γὰρ ὡς φθονήσας αὐτῷ τῆς ζωῆς ὁ Θεός· ἢ διὰ τί Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν ἀπεστέλλετο, εἰ τὸν ἄνθρωπον ἤθελε διὰ παντὸς ἀπεστερῆσθαι ζωῆς; Ἔδει τοίνυν νεκρωθῆναι θανάτῳ τὴν ἁμαρτίαν, ἵν' ἐκτακείσης ὁ ἄνθρωπος φάγῃ λοιπὸν τῆς ζωῆς. Ὁ δὲ τὴν σάρκα τῆς ἀθανασίας ἀνεπίδεκτον ὁριζόμενος, ὑπὸ τοῦ ῥητοῦ διελέγχεται, λέγοντος καὶ μετὰ τὴν τῶν δερ- B ματίνων χιτώνων κατασκευὴν ἐκβεβλῆσθαι τὸν Ἀδὰμ, ἵνα μὴ φαγὼν αἰωνίου μεταλάβῃ ζωῆς, ὡς δυνάμενος δηλαδὴ μὴ ἀποθανεῖν, εἰ μεταλάβοι τῆς βρώσεως. Οὐκοῦν ἠκολούθει διὰ τοῦ θανάτου τὴν ῥίζαν τῆς ἁμαρτίας ἐξαφανισθῆναι τοῦ σώματος, ἵνα μηδὲ βραχύτατον αὐτῆς ἀπομένον, νέους ἁμαρτημάτων ἀναδιδοίη βλαστούς. Τοῦτο πολλάκις καὶ ἐν ναῶν οἰκοδομήμασι γίνεται· συκῆς γὰρ τυχὸν ἐν αὐτοῖς γεννηθείσης, καὶ ταῖς τῶν λίθων ἁρμονίαις ῥίζας παραπεμψάσης ἀφανεῖς τε καὶ φανεράς, λύσις τούτων ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ· οὐ γὰρ παύεται τῆς ἐκφύσεως, μὴ πάσης ῥίζης ἀνῃρημένης· οὗ δὴ γεγονότος οἱ λίθοι λοιπὸν ἀβλαβῆ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἁρμονίαν ἐκτήσαντο· οὕτως οὖν ἡ σὰρξ ἀνίσταται τελέως ἐκ βάθρων ἀνῃρημένης τῆς ἁμαρτίας· νῦν γὰρ διὰ C ταύτην καὶ νουθεσίας ὑπερορᾷ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα πλημμελεῖ, καὶ μόνης τῆς ἐκ θανάτου δέδεκται διορθώσεως, ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ Θεοῦ δίκην κεραμέως αὐτὴν ἀναπλάττοντος, συντριβεῖσαν διὰ τῆς πτώσεως. Νῦν δὲ τίς οὕτω καθαρὸς ὡς μηδὲ ῥυπαρὸν ἀναδέχεσθαι λογισμὸν, εἰ καὶ τούτους ἐκκόπτειν σπουδάζομεν, ἵνα μή τις ῥίζα πικρίας ἀναφύουσα ἐνοχλήσῃ;

rem de terra, et hominem inde formavit, quod proprie ad corpus refertur? Quare memoratur corporis nuditas? Quare perhibentur consuisse folia ficulnea? Et hæc omnia, antequam potirentur pelliceis tunicis? Impletus malitia et peccato quasi mancipatus, paradiso expulsus est, ne scilicet particeps foret vitæ, hancque mori nesciam gestaret in corpore mortali, sicuti ante casum eam circumferebat in corpore immortali. Nec enim quasi vitam homini Deus invideret, homo relegatus est. Absit. Quare enim postea Christum e cœlis misisset, ut amissam nobis redderet vitam, si perpetuo mortem volebat dominari humano generi? Oportebat peccatum prius morte perimi, ut eo per mortem quasi eliquato, homo deinceps degustaret vitam veram. Quod autem carnem ostendat neutiquam immortalitatis susceptibilem, satis ex ipso convincitur textu. Dicit enim eos ejectos esse demum, ubi illæ tunicæ fuerant paratæ, ne scilicet degustans arborem, vitæ æternitatem sortiatur, quasi plane immortalis fuisset futurus, si eum cibum cepisset. Placuit igitur prius radicem **55** peccati penitus e corpore erui, ne dum vel minima ejus reliqua foret particula, novos peccatorum promitteret surculos. Hoc sæpius in templis usu venire animadvertimus, ubi (exempli gratia) si ficus inter lapidum commissuras enascatur, et non penitus una cum radice evellatur, sequitur interdum muri dissolutio et ruina. Verum si radicitus evulsa fuerit arbor, permanent lapidum commissuræ incolumes. Non enim cessat repullulare, quantisper vel obscuræ relictæ fuerint radiculæ. Totam sublatam e medio oportet, si nolis pati damnum aliquod insigne. Si radices penitus excisæ fuerint, durabit illæsa et inviolata lapidum conjunctio seu commissura. Haud dissimili ratione et caro resurgit, non exacte et funditus evulso peccato. Nunc enim propter peccatum caro correctionem aversatur et contemnit, et etiam post baptismum peccato se profanat. Indiget itaque maxime ea correctione, quam mors importat, quando Deus quasi contritam et confractam ceu figulus in resurrectione refinget et reformabit. Nunc vero quis adeo a peccati labe purus est, ut non impura cogitatione inquinetur? quamvis spurcas cogitationes magno studio eradicare teneamur, ne radix aliqua amarulentiæ repullulans, nobis negotia facessat.

Δέδωκε δὲ, φασί τινες, νόμον οὔτε βαρὺν, καὶ τῷ D καιρῷ κατάλληλον· ἀποχὴ γὰρ ἑνὸς ὑπῆρχε φυτοῦ, τοσούτων ὄντων ἑτέρων ἐκπρεπῶν ὄψει καὶ βρώσει. Μηδενὸς γὰρ πλὴν Ἀδὰμ τότε τυγχάνοντος, ποίαν εἶχε χώραν τὸ, « Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν; » ποίαν δὲ τὸ, « Οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις; » ἢ τὸ περὶ ἀθανασίας μελλούσης ἢ ἀτρεπτότητος, νηπίου τούτου τυγχάνοντος; Οὐκ εἶχεν οὖν παραβὰς ἐξ ἀμελείας, αἰτιᾶσθαι τὴν τοῦ προστεταγμένου βαρύτητα, λαβὼν τὴν ἐντολὴν, ὡς ἂν ἔχοι ἐν ἑαυτῷ τὸ λογικὸν ἐνεργὸν, οὗ καὶ τὴν δύναμιν ἤμελλεν ἀγνοεῖν, καλοῦ καὶ πονηροῦ γνῶσιν ἐμποιοῦσαν αὐτῷ, μὴ τῆς ἐντολῆς δεδομένης. Ὥσπερ δέ φασι, τὸ δένδρον τοῦ εἰδέναι καλὸν καὶ πονηρὸν οὐκ [ἐκ] τῆς φύσεως, ἐκ δὲ συμβεβη-

Dedit, ut quidam sentiunt, legem nec difficilem, nec tempori parum congruam. Abstinendum enim fuit una arbore sola, cum essent aliæ innumeræ tum amœnitate tum jucunditate relucentes. Cum eo tempore nemo foret, præter Adamum, quem habuissent locum hæ leges: Diliges proximum sicuti teipsum: non occides: non adulterium committes: non furaberis [77]? etc. Aut quid attinebat ei dicere de immortalitate et æternitate, cum adhuc ratione temporis Adam censeretur infans? Non potuit igitur socors transgressor culpam transferre in difficultatem imperantis, cum accepisset præceptum, ut qui haberet in sese rationem coadjutricem, cujus vires non poterat cognoscere, quod

[77] Exod. xx, 12-16; Levit. xix, 18; Matth. xxii, 37.

scientiam boni et mali ingeneraret, ni accessisset præceptum. Quemadmodum autem, dicunt, arbor cognitionis boni et mali non sic ex sua natura, sed ab accidente nomen traxerat, sic et arbor vitæ. Stultum enim est ligno corruptili et intereuntem producenti fructum tantas attribuere vires. Omnis enim arbor magis suos fructus continet, et inde nomen adipiscitur. Ut autem statuit et determinavit Adamo transgressori pœnam, quo eum cautiorem redderet et magis ab transgressione deterreret : sic omisit adhortans ad præcepti observationem, mentionem facere regni cœlorum. Major enim et sublimior erat sermo de regno cœlorum, quam ut is eum capere potuisset. Siquidem ne Judæis quidem post tot temporis curricula regnum cœlorum pollicetur, verum promittit, ut infantibus et pueris, B terram lacte et melle fluentem. Aliam vero arborem magnitudine et amœnitate insignem in proximo commonstravit Adamo, cujus fructus si esitaret, fore ut nunquam sentiret mortem, sed in perpetuum viveret. Hanc nuncupavit arborem vitæ, nimirum quod æternæ vitæ fruitionem et quasi alimenta homini suppeditaret. Quod autem altera arbor fuerit ficus, ab aliis dictum est, idemque Scriptura docet.

A κότος οὕτως ἐλέγετο, οὕτω καὶ τὸ τῆς ζωῆς· ἀνόητον γὰρ ξύλῳ τοιαύτην περιθεῖναι δύναμιν, φθαρτῷ δηλονότι τυγχάνοντι καὶ τοιοῦτον ἔχοντι τὸν καρπόν· μᾶλλον δὲ μειζόνως· πᾶν γὰρ δένδρον τῶν ἰδίων καρπῶν μᾶλλόν ἐστι παραμόνιμον· ὥσπερ δὲ ὥρισε παραβαίνοντι τιμωρίαν Ἀδὰμ, ἐπιμελέστερον αὐτὸν ἐργαζόμενος πρὸς ἀποτροπὴν τῆς παραβάσεως, οὕτω πρὸς τὴν ταύτης φυλακὴν προτρεπόμενος, βασιλείαν μὲν οὐρανῶν παρῆκεν εἰπεῖν, μεῖζον ὂν ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἀκούοντος δύναμιν· ὅπου γε οὐδὲ Ἰουδαίοις μετὰ τοσοῦτον χρόνον ταύτην ὑπέσχετο, ἀλλ' ὡς ἔτι νηπιάζουσι γῆν μέλι καὶ γάλα ῥέουσαν ἐπαγγέλλεται. Ἕτερον δὲ ξύλον πλησίον ὑπέδειξεν, ἐκπρεπὲς μεγέθει καὶ ὄψει, τὸν τούτου καρπὸν, εἰ φυλάττοι τὴν ἐντολὴν, ὑποσχόμενος· οὗ δὴ κερδάνας τὸν θάνατον καὶ ἐν ζῶσιν ἐξεταζόμενος, μεθέξει διὰ παντὸς, ὅπερ καὶ ζωῆς ἐκάλεσε ξύλον· ὡς ἂν ἐπὶ ζωῆς ἀπολαύσει διηνεκοῦς τὴν βρῶσιν αὐτῷ ὑποσχόμενος. Συκῆ δὲ, φασὶ, τῶν δένδρων τὸ ἕτερον ἄλλοις τε εἴρηται, καὶ παρίστησιν ἡ Γραφή.

VERS. 11, 12. *Nomen unius Phison; ipse est qui circuit*, etc. Scriptura sacra non ornatus gratia, ut solent profanarum historiarum scriptores, hæc invexit. Sed cum paradisi pulchritudinem depinxisset, necessario per ista verba ejus amplitudinem delineat. Quid sibi vult, quod ait : « Ubi est aurum optimum, et carbunculus lapisque prasinus ? » Nam necessitas requirebat, si volebat geographi fungi officio, ut etiam aliorum, quæ in ea C regione erant memoratu digna, mentionem faceret. Ipse vero commemorat solummodo duos lapides primitias sacerdotii, et aurum. Sacerdos etenim gerebat mitram auream, et duos lapides supra pectore. Præterea prasinus peculiariter dedicatus est sacerdotali tribui, quæ cœlestium cognitionem rimatur. Cæterum carbunculus consecratus est regiæ **56** potestati. Ut enim ignis est, ut urat et lucem præbeat : sic regis est, ut benefaciat et puniat. Quapropter in hoc Judam exposuit, ex quo Christus. Idcirco Isaias introducit Deum dicentem ad Jerusalem : « In manibus meis descripsi muros tuos; ecce paro carbunculum lapidem tutum[78], » id est, Salvatorem. Et iterum : « Ecce pono lapidem in Sion, » etc.

Ὄνομα τῷ ἑνὶ Φισῶν, οὗτος ὁ κυκλῶν. Οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα, καθάπερ οἱ ἔξω γράφοντες τὰς ἱστορίας, ἡ Γραφὴ ταῦτα παρήγαγε· τὸ δὲ κάλλος εἰποῦσα τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ μέγεθος διὰ τούτων παρίστησι. Τί οὖν βούλεται τὸ, « Ἐκεῖ γίνεται τὸ χρυσίον τὸ καλὸν καὶ ὁ ἄνθραξ καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος ; » Ἔδει γὰρ, εἰ γεωγραφεῖν ἤθελε, τῶν ἄλλων κατὰ χώραν μεμνῆσθαι καλῶν· ἀλλ' ἐπιλέγεται χρυσίον καὶ δύο λίθους, τὰς ἀπαρχὰς τῆς ἱερωσύνης. Ὁ γὰρ ἱερεὺς ἐφόρει πέταλον χρυσοῦν καὶ δύο λίθους ἐπὶ τοῦ στήθους. Τούτων ὁ πράσινος ἀφώρισται τῇ ἱερατικῇ φυλῇ θεωρίαν ἐχούσῃ τὴν ἐπουράνιον· ὁ δὲ ἄνθραξ τῇ βασιλικῇ, ἐπειδὴ πυρός τε ἴδιον τὸ καίειν καὶ φωτίζειν, καὶ βασιλέως εὐεργετεῖν καὶ κολάζειν. Ὅθεν ἐν τούτῳ τὸν Ἰούδαν ἐξέθετο, ἐξ οὗ ὁ Χριστός. Ὅθεν Ἠσαΐας ποιεῖ πρὸς Ἱερουσαλὴμ λέγοντα τὸν Θεόν· « Ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφησά σου τείχη· ἰδοὺ ἑτοιμάζω ἄνθρακα τὸν λίθον σου, » τὸν Σωτῆρα λέγων· καὶ πάλιν, « Ἰδοὺ τίθημι λίθον ἐν Σιὼν, » καὶ τὰ ἑξῆς.

VERS. 17. *Quacunque die comederis ex ea, moriendo morieris.* Homo mortuus erat, præcepto scilicet subjectus, licet vivere videretur : non secus ac Paulus, qui mortuos sub spe resurrectionis dormientes appellat, somnum, haud mortem talem obitum existimans. Deus post prævaricationem in 930 annos Adamo vitam prorogavit, volens genus mortalium constabilire et congregare. Nec comminationis pœnas ad mortem extendit, sed sic explevit suas minas, ut esset homo mortalis et caducæ conditionis. Qua re pœnam effecit atrociorem, quam si eam e vestigio irrogasset. Cæte-

D *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Νεκρὸς γὰρ ἦν ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν κείμενος, κἂν εἰ ζῆν ἔτι δοκοίη· ὥσπερ ὁ Παῦλος τοὺς ἀποθανόντας ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως, κοιμωμένους ὠνόμασεν, ὕπνον λοιπὸν, οὐ θάνατον ἐκεῖνον ἡγούμενος. Ἀλλ ὁ μὲν Θεὸς μετὰ τὴν παράβασιν εἰς ἐνναχόσια τριάκοντα ἔτη τὸ ζῆν ἐξέτεινε τοῦ Ἀδὰμ, συστῆναι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων βουλόμενος· τὴν δὲ τῆς ἀπειλῆς τιμωρίαν οὐκ εἰς τὸ ἀποθανεῖν, ἀλλ' εἰς τὸ γενέσθαι θνητὸν ἐξεπλήρωσε, βαρυτέραν τῆς τιμωρίας, ἥπερ ἤμελλεν αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἔργων ποιεῖν, ἐνδειξάμενος· ὅπερ ἔθος αὐτῷ πρὸς σωφρονισμὸν

[77] Isa. XLIX, 16. [78] Isa. XXIX, 16.

τῶν παιδευομένων ποιεῖν· ἀπειλῶν γὰρ μείζονα, ἀγαθότητι περικόπτει τὴν τῆς τιμωρίας βαρύτητα· ἐπεὶ καὶ τὸν θάνατον αὐτὸν, σωφρονίζων Ἀδάμ τε καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπους, ἠπείλησεν. Ἦν γὰρ, φασὶν, οὐ κατὰ τὸ ἀληθὲς τιμωρία, πρᾶγμα δὲ ἄνωθεν αὐτῷ δεδογμένον, εἰς ὄφελος οἰκονομηθὲν τῆς κτίσεως· οὐ γὰρ ἀθανάτους ποιήσας ἐσχάτην γνώμην ὀργῇ τῆς ἁμαρτίας μετέβαλεν· ἀπαθές τε γὰρ τὸ Θεῖον, κἂν θυμοῦσθαι πρὸς ὠφέλειαν ἡμετέραν δοκῇ. Καὶ οὐκ ἂν ὠργίσθη τοσοῦτον ὡς διὰ τὴν βρῶσιν μίαν αὐτὸν ἡμαρτηκότα μόνον καὶ πάντας δὲ τοὺς μήπω γεγονότας κατέκρινεν, ὅς γε καὶ τοσούτων παρανομιῶν καὶ πάσης ἀσεβείας καταδραμόντων τοῦ γένους ἡμῶν μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ἁπάντων ἄφεσιν ἐποιήσατο. Πῶς δ᾽ ἂν καὶ ὀργίζοιτο ὁ πρὶν γενέσθαι πάντα σαφῶς ἐπιστάμενος οὐχ ἧττον ἢ μετὰ τὸ γενέσθαι; Ἀθανάτους δὲ γενέσθαι βουλόμενος οὐκ ἂν παρέσχε τὴν ἐντολὴν ἀφ᾽ ἧς ἁμαρτάνειν ἠμέλλομεν, καὶ παρὰ τὴν αὐτοῦ κρίσιν τοιαύτῃ τιμωρίᾳ περιπεσεῖν. Ἀλλὰ φιλάνθρωπος ὢν, καὶ βουλόμενος ἄτρεπτα πάντα ποιῆσαι τὰ λογικὰ, ἵνα μὴ τῇ ἑαυτῶν ἐπιγράφωσι φύσει τὴν τοιαύτην κατάστασιν, εἰδεῖεν δὲ χάριν τῷ μετὰ τοῦ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι δωρησαμένῳ, ὥσπερ γυμνάσιον καὶ διδασκαλίαν τοῦ μέλλοντος τὸν παρόντα βίον κατεσκευάσατο ἐπιῤῥίψας δῆθεν τῇ ἁμαρτίᾳ τὸν θάνατον, ἵνα τὴν ἡμετέραν ἐγνωκότες ἀσθένειαν ἡμεῖς τε αὐτὸ καὶ δι᾽ ἡμῶν αἱ νοεραὶ δυνάμεις τοῦ Θεοῦ τὴν μέλλουσαν δωρεὰν ἔτι μειζόνως ποθήσωμεν, Πνεύματος ἁγίου δυνάμει, ψυχῇ τε καὶ σώματι τὴν ἀτρεψίαν δεχόμενοι.

rum hoc ideo facit, ut posteros ad modestiam adducat, et a peccatis deterreat. Licet gravissima esset comminatus, bonitate sua et clementia pœnæ gravitatem temperavit et præcidit. Nam mortem minatus est, ut Adamum ejusque posteros ad modestiam et virtutem pertraheret. Erat enim, aiunt quidam, mors non revera peccati pœna et quasi supplicium: sed res jamdudum apud ipsum decreta et ordinata tanquam vergeret in usum et commodum universæ creationis. Nam haud, cum eos immortales condidisset, extremam sententiam ob hominis peccatum ira commotus mutavisset. Nec ira afficitur vel aliis passionibus inflammatur Numen, licet hujuscemodi propter nos interdum de Deo prædicentur. Nec tanta fuit ira Dei, ut ob unius esum, et ob unius noxam, omnes qui nundum erant nati, condemnatione prosterneret: qui cum tot impietatis et injustitiæ opera sint designata a mortalium genere usque ad adventum Christi, tamen omnium plenariam remissionem dedit. Quo pacto ira accenderetur Deus, cum omnia, antequam fiant, ei comperta et explorata sint, non minus quam illa quæ jam facta sunt? Si (objiciunt nimirum aliqui) immortalitate nos amicire voluit, quid opus erat præcepto, propter quod peccaturi eramus, et deinde judicii ejus sensuri severos aculeos? Cum sit, respondeo, benignus et mansuetus, et vellet in incorruptibilem et immortalem conditionem asserere humanum genus, ne suæ vel propriæ virtuti id beneficium accepto ferrent, in hunc modum egit. Voluit ut gratias haberent ei, a quo non solum quod sint, sed quod bene sint, acceperint. His etiam destinavit præsentem vitam, ut palæstram, et quasi doctrinam futuræ vitæ. Deinde inferens mortem ob peccatum, voluit, ut agnosceremus nostram infirmitatem, et deinde nos ipsi, et propter nos spirituales potentiæ et virtutes, magis appeteremus futurum donum, Spiritus sancti virtute corpori et animo immortalitatem nacturi.

Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ᾽ αὐτόν. Πάλιν ἐπανάληψις, οὐκ ἐπ᾽ ἀναιρέσει τῶν πρόσθεν, ἀλλὰ ἐπ᾽ ἀναπληρώσει τοῦ λείποντος τρόπου τῆς γυναικείας κατασκευῆς, τῶν περὶ τοῦ παραδείσου μέσων ἐμβεβλημένων· ἁρμόσει γὰρ τὰ περὶ τῆς γυναικὸς ἐφεξῆς ἀποδίδοσθαι τῷ, « Καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· » ἐξήρτησε δὲ ἐπίτηδες τοῦ ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα, τὸ κρεῖττον ἀποδεικνὺς τῆς τοῦ ἄῤῥενος φύσεως· γυνὴ γὰρ ἐκτίσθη διὰ τὸν ἄνδρα· καθὰ καὶ Παύλῳ δοκεῖ· αἰτιατοῦ γὰρ κρεῖττον τὸ αἴτιον, ὡς καὶ τοῦ Σαββάτου ὁ ἄνθρωπος, φησὶν ὁ Σωτήρ. Αἴτιον δὲ οὐ ποιητικὸν ὡς Θεὸς ὁ ἀνὴρ, ἀλλ᾽ ὡς τελικὸν ὧνπερ καὶ γέγονεν· ἅμα δὲ καὶ τὸν Ἀδὰμ πεῖσαι τῇ πείρᾳ βουλόμενος δι᾽ ὁμοίου παραδείγματος ὡς καὶ αὐτοῦ δημιουργός ἐστι καὶ ποιητής· ὅτι δὲ ἐπανάληψις τὸ παρὸν, δῆλον· κοινῶς γὰρ ἀμφότεροι τὴν περὶ τοῦ μὴ φαγεῖν ἔλαβον ἐντολὴν, καὶ ὡς παραβάντες ἐτιμωρήθησαν. Τινὲς δὲ τὰ πρῶτα κατὰ προαναφώνησιν λέγοντες, φασὶ τιμωρηθῆναι καὶ τὴν γυναῖκα ὡς μαθοῦσαν τὴν ἐντολὴν ἐξ Ἀδάμ· ὡς καὶ οἱ ὕστερον Ἰουδαῖοι τῶν πατέρων

VERS. 18. *Non est bonum ut sit Adam solus: faciamus illi adjutorium, quod sit coram eo.* Iterum vide repetitionem, quæ tamen præcedentia non infirmat, sed supplet modum, secundum quem mulier constructa est, quem supra neglexerat tradere. Eum igitur modum femineæ creationis nunc admiscet sermoni qui habetur de paradiso. Convenisset enim, et congruum magis fuisset, ut modus femineæ creationis subjunctus fuisset hisce verbis: « Et factus est homo in animam viventem. » Cæterum sejungit mulieris a viro mentionem, ejusque creationem postremo loco exsequitur, ut appareat naturam viri excellere mulierem. Mulier siquidem (vel Paulo teste [80]) condita est propter virum. At causa semper potior est eo, cujus causa est, quemadmodum et Sabbati homo, ut docet Salvator in Evangelio [81]. Nec tamen mulieris causa efficiens est agnoscendus vir, sicuti Deus. Verum vir finalis causa, ob quam mulier formata sit, credendus est. Præterea Deus simile exemplum **57** ob oculos posuit Adamo, ut disceret, se et ipsius quoque opificem et creatorem esse.

[80] I Cor. xi. 9. [81] Marc. ii, 27.

Cæterum præsentia verba esse repetitionem, vel hinc patet. Communiter enim utrisque lex data est, ut abstinerent ab interdicta arbore : præterea ambo simul, ubi transiluere positam legem, puniti sunt. Quidam vero, nescio quam rationem secuti, prima legentes per proanaphonesim, aiunt mulierem pœnæ incurrisse mucronem, ut quæ didicerit præceptum Dei ex Adamo, quemadmodum et posteri Judæorum legem cognoverunt, cum ea lata fuisset ipsorum patribus. Cæterum notandum est, quemadmodum in creatione viri, sic in formatione mulieris præmissum esse consilium Dei, dicentis : « Faciamus, » etc. Nam quæ ad doctrinam pertinebant, ex æquo mulieri necessaria erant, cum nihil viro esset inferior in pietatis et religionis sermonibus. Inquit enim beatus Paulus : Verumtamen nec vir absque muliere, nec mulier absque viro in Domino. Quamvis mulier, quoad corpus posteriores partes ferat, attamen quoad animum similiter est immortalis et rationalis : et eo nomine nihil a viro differt, nec etiam quantum ad definitionem substantiæ. Auxiliatricem dicit, id est, sociam eorum omnium, quæ ad vitam humanam spectant. Secundum eum vel coram eo, etc., his verbis ostendit æqualem utriusque naturæ dignitatem. Nobis siquidem interdum a magnis et parvis auxilia veniunt, ut a brutis animalibus. Verum nullum horum est secundum Adamum vel coram Adamo : nec quid commune habet cum rationali creatura, quam Deus constituit. Imo bruta animalia servilis conditionis sunt, et subjiciuntur pedibus hominis, ut canit psalmographus [61].

A δεξαμένων τὸν νόμον. Ὅρα δὲ ὡς κἂν τῇ πλάσει τῆς γυναικὸς βουλὴν ὁμοίως προτέθεικε, καὶ τὸ, « Ποιήσωμεν, » ὡσαύτως φησίν· ἐπειδὴ τὰ πρὸς διδασκαλίαν ὁμοίως ἦν ἀναγκαῖα τῷ θήλει· μηδὲν ἐλαττουμένῳ τοῦ ἄῤῥενος ἐν τοῖς τῆς εὐσεβείας διδάγμασί τε καὶ λόγοις· φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος· Πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς ἐν Κυρίῳ· εἰ γὰρ καὶ δευτερεύει τῷ σώματι, ἀλλ' οὖν κατὰ ψυχὴν ἀθάνατόν τε οὖσαν καὶ λογικὴν, οὐδὲν τοῦ ἄῤῥενος διενήνοχεν, οὐδὲ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· βοηθὸν δέ φησι κοινωνὸν τῶν κατὰ τὸν βίον ἁπάντων· καὶ τὸ κατ' αὐτὸν δὲ, τὴν τῆς φύσεως ὁμοτιμίαν παρίστησιν· ἔστι γὰρ παρὰ κρείττονος καὶ παρ' ἐλάττονος ἔσθ' ὅτε βοηθεῖσθαι, ὡς παρὰ τῶν ἀλόγων ζώων· ἀλλ' ὅτι μηδέν ἐστι B τούτων κατὰ τὸν Ἀδὰμ, μηδὲ τῆς ὑπὸ Θεοῦ κοινωνεῖν ποιήσεως, μειζόνως ἐστὶ δοῦλα καὶ τοῖς ποσὶν ὑποτέτακται αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν.

Necessitas nunc postulabat ut ea, quæ creata erant, sermone repeteret. Dicit enim quod Creator et conditor ea adduxerit ad eum, quem ipsis ut dominum et regem præfecit. Est enim domini suis jumentis et possessionibus ponere nomina. Imperat itaque Deus homini, ut nomina creaturis imponat. Dicto audiens est Adamus, et non sine singulari prudentia et solertia, quam a Deo accepit, nomina dat creaturis, quæ ipsarum substantias quasi in speculo repræsentent. Proinde mulieri, ut omnia recte certis notis distinguerentur, duplex nomen indidit. Unum desumptum est ab eo, quod adhæreat viro, cujus pars magna est mulier. Quapropter quidam interpretantes id nomen, mulierem nominarunt viraginem, denominatione a viro facta. Alterum significat eam esse matrem viventium, quasi vitam scilicet. Deus omnia ista nomina, quasi naturaliter posita, ut quælibet creatura postulare videbatur, et collaudavit et confirmavit. Ut igitur a primo homine, quasi successione accepimus imperium in omnia animantia, sic etiam facultatem inde nacti sumus, ut secundum varietatem linguarum singuli res propriis vocabulis secernamus et notemus. Simul præterea animalium sermonem intulit, ut commode proponeret exemplum, secundum quod in marem et femellam divisa sunt. Pro homine non invenit adjutorium simile, quod esset coram eo, etc. Hinc dilucide aperit, masculum et femellam in creatione hominis non creatos esse sicuti in brutis contigit. Deus potuisset in creanda muliere arripere pulverem de terra, et fingere formareque mulierem sicuti egerat cum Adamo : sed

Ἀναγκαίως οὖν ἐπαναλαβὼν τὸν περὶ αὐτῶν λόγον ἤδη πεποιημένων, φησὶν ὡς ποιήσας αὐτὰ, τῷ Ἀδὰμ ὡς ἂν δεσπότῃ προσήγαγε (δεσπότου γὰρ τὸ τοῖς κτίσμασι τιθέναι προσηγορίας), προστάξας ἐπιθεῖναι τούτοις ὀνόματα. Ὁ δὲ ταῦτα σοφῶς καθ' ἣν ἐκ Θεοῦ δύναμιν εἰλήφει πρὸς τὰς οὐσίας τούτων ἐτί- C θετο, ὡς καὶ τῇ γυναικὶ διττὴν προσηγορίαν ἐτίθετο, τὴν μὲν ἀπὸ τῆς σχέσεως τοῦ ἀνδρὸς ἐξ οὗπερ εἴληπτο· ὅθεν τις ἑρμηνεύσας, ἀνδρίδα ταύτην παρωνύμως ἐξέδωκε, τὴν δὲ ὡς μητέρα τῶν ζώντων καλέσας ζωήν· ὡς φυσικῶς δὲ τὰ θέντα πάντα ἅπερ ὠνόμασε Θεὸς ἐβεβαίωσεν. Ὥσπερ δὲ διὰ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τούτων ἄρχειν οἱ ἐφεξῆς πάντες εἰλήφαμεν, οὕτω καὶ τὸ τιθέναι τούτοις προσηγορίας γλῶτταν ἕκαστος τὴν ἰδίαν. Ἅμα δὲ καὶ διὰ τοῦτο τὸν περὶ τῶν ἀλόγων προὔλαβε λόγον· ἵνα κατὰ καιρὸν εἴπῃ διὰ τοῦτο τῶν εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διῃρημένων παραδείγματος, τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ· καὶ ἅμα δεικνὺς ὡς οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις τὸ ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ γεγένηται. Καίτοι δὲ δυνάμενος καὶ ἐπὶ ταύτῃ λα- D βεῖν μὲν χοῦν ἀπὸ γῆς, διαπλάσαι δὲ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καθ' ὃν τὸν Ἀδὰμ, τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ· ἴσως μὲν καὶ ὅτι οὐχ ἦν Θεοῦ χειρῶν δευτερεῖόν τι ποιεῖν καὶ τοῦ ἀνδρὸς καταδεέστερον· ἀκρότατα γὰρ αἱ Θεοῦ χεῖρες ἐργάζονται, οἷον ἐποίησαν τὸν Ἀδάμ. Οὐχ ἦν δὲ πάλιν ἀλόγων δίκην ἐκ γῆς ἐξενεχθῆναι προστάγματι κατὰ τὸν ἄνδρα μέλλουσαν γίνεσθαι· ὅθεν καινότερον τρόπον ποιήσεως ἐπινοεῖ τὸν ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, καὶ ἅμα τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ διάθεσιν ἐμφυτεῦσαι βουλόμενος, βραχύ τι παρὰ τούτου λαβὼν καὶ προσυφήνας τὸ λεῖπον, εὖ μάλα

[61] Psal. VIII, 8.

διηρτισμένην προσήγαγε· νυμφαγωγοῦ τινος τρόπον ἐκ φιλανθρωπίας ἀναλαβών. Τοιγαροῦν ἐξ ἐμφύτων κινημάτων ἀρθεὶς πρὸς ἀγάπησιν καὶ μόνον οὐ περιφύς, « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, » φησίν· εἰκὼν γὰρ ὑπῆρξεν Θεοῦ· ὅθεν εἰκότως ἄνδρες, κἂν μυρίων φροντίδων πλήρεις ὑπάρχοιεν, ὁρῶντες μόνον τὰς γυναῖκας τῶν λυπούντων ἐπιλανθάνονται· καὶ βοηθὸς εἰκότως ὠνόμασται, διοικοῦσα ; καὶ τἄνδον ὥσπερ ἐκεῖνος τὰ ἔξωθεν.

A alium nunc creandi eligit modum. Fortassis non concedebatur manibus Dei alterum quid infirmius condere. Dei enim manus semper maxima et summa operantur, sicuti evenit in Adamo. Nec instar brutorum divino jussu mulierem, quæ cum viro cohabitatura erat, ex terra evocari et elici oportebat. Proinde novam creationis formam excogitat, eamque sumit a divisione. Ut viro eamdem in mulierem instillaret affectionem, pauxillum quiddam de viro aufert, et quod deerat attexens formosissimam mulierem instar pronubi ad virum deduxit. Igitur Adamus naturalibus et insitis motibus stimulatus et tantum non mulieri infixus, inquit : « Hoc nunc os ex ossibus meis; » rem quidem, ut acciderit, agnoscens, licet non senserit et viderit. Imago etenim fuit Dei. Quapropter non abs re viri mille curis obruti, conspecta muliere exhilarantur, et omnibus se exsolvunt curis. Nec immerito mulier appellata est adjutorium. Ejus enim officii est, ut **58** rem domesticam bene curet: sicuti virum decet, quæ sunt extra domum, bene administrare.

Ἔκστασις δὲ, τὸ ἔξω γενέσθαι τῆς συνήθους αἰσθήσεως, οἷα φιλεῖ Θεὸς οἰκονομίας χάριν ποιεῖν· οὕτω καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐπέπεσεν ἔκστασις εἰς τὸ δέξασθαι τῶν ἀποκαλυπτομένων τὴν θεωρίαν. Εἴτε γὰρ νήφοντος ἀνεπαισθήτως παρείλετο τὴν πλευρὰν, τὸ πρᾶγμα φαντασίαν ἐνόμιζεν· εἴτε γέγονεν αἴσθησις, τὴν ὀδύνην οὐκ ἔφερεν· εἰκότως οὖν ἐκστὰς τῆς συνήθους καταστάσεως, διὰ τῆς ἀποκαλύψεως θείας, ὡς δι' ὀνείρου τοῦ γεγονότος τὴν γνῶσιν ἐδέξατο. Τὸ γὰρ « ὕπνωσεν » οὐχ ὕπνον, φασὶν, ἀκαριαῖον δηλοῖ ἐν ᾧ τὴν γυναῖκα Θεὸς ἅμα τῷ θέλειν ἐποίησεν, ἀλλὰ τῆς ἐκστάσεως τὸ εἶδος δηλοῖ· τοιαῦται γὰρ καὶ παρὰ τοῖς προφήταις ἀποκαλύψεις ἐγίνοντο, ἐγρηγορόσι μὲν πολλάκις, κατὰ δὲ θείαν ἐνέργειαν, ὡς ἐν ὀνείρῳ δεχομένοις τὴν θεωρίαν ὧν αὐτοῖς ἀποκαλύπτειν ἠβούλετο. « Ὠκοδόμησε » δὲ, φησὶν, ἐπεὶ καὶ τῆς οἰκοδομίας ὁ νόμος, ἀπὸ μικροῦ τινος ἀρχομένης πρὸς τέλειον πέρας ἐκφέρεσθαι ταῖς κατὰ μέρος προσθήκαις· βραχεῖ γὰρ ὁ Θεὸς τῷ ληφθέντι τὸ λεῖπον αὐτίκα προσέθηκεν. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ἀδὰμ διηρημένως εἶπε τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς μετὰ τοῦτο τὴν ποίησιν· ἐπὶ δὲ τῆς Εὔας τοῦ σώματος μόνον εἶπε, καθ' ὃ καὶ διήλλακται· δηλῶν ὡς τῶν ὁμοουσίων ἡ αὐτὴ δημιουργία καὶ κατὰ θείαν ἐνέργειαν ἡ ψυχὴ γεγονότι ἐνῳκίσθη τῷ σώματι· ὅπερ γέγονεν ἐπ' Ἀδὰμ, καὶ νῦν δὲ γίνεται, διαμορφουμένων ἐν γαστρὶ τῶν σωμάτων, καὶ κατὰ τὸν θεῖον ὅρον ἐνοικιζομένων εὐθὺς αὐτοῖς τῶν ψυχῶν· καὶ ἐπ' Ἀδὰμ γὰρ, « ἐνεφύσησεν, » εἶπε, δηλῶν τὴν θείαν ἐνέργειαν· ὅθεν ὁ ἐκτρῶσαι ποιήσας ἀμόρφωτον ἔμβρυον φόνου δίκην κατὰ νόμον τὸν θεῖον οὐ δίδωσιν, ὡς οὔπω γενόμενον ἄνθρωπον.

B Sopor vel exstasis dicitur ideo, quod Adamus fuerit solita sentiendi facultate privatus, ut assolet Deus interdum, qui sua decenter ad finem deducat facere. Sic et in Abrahamum irruit sopor vel exstasis, cum susciperet notitiam eorum, quæ longe post futura erant. Si costam a sobrio et vigilante exeruisset insensibili quadam ratione, Adamus rem illam existimasset quamdam inanem phantasiam. Si costa erepta esset e latere Adami cum sensu, certe dolorem perferre nequivisset. Igitur admodum eleganter deturbatus solita sentiendi vi, per divinam revelationem tanquam per somnum seu soporem facti accepit cognitionem. Quod inquit : « Soporem induxit » vel exstasim, non intelligit C somnum, aiunt quidam, profundum, in quo secundum voluntatem suam Deus mulierem formavit : sed hisce verbis quædam exstasis species significatur. In hunc modum quoque prophetis revelationes fiebant. Vigilantibus enim prophetis secundum divinam virtutem, sæpissime quasi somno captis, revelationes quasdam denuntiavit Deus. « Ædificavit, » ait, etc., ædificiorum ratio a parvis quibusdam initiis incipit, et tandem particularibus accessionibus ædificium ad fastigium consurgit. Sic Deus illi modicæ particulæ, quam avulsit corpore Adami, continuo et reliqua admovit. Cum de Adami creatione loqueretur, separatim tum corporis cum animæ recitavit creationem : sed de Eva saltem corporis commemorat formationem. Licet autem quædam D diversitas sit inter utrumque, attamen significat, quia ejusdem sint substantiæ, eamdem etiam esse utrorumque creationem, et similiter in Evæ corpore constructo inhabitasse animam ut in corpore Adami. Quod usu venit in Adamo, id etiamnum accidere comperimus formatis in utero materno corporibus. Nam et his divino more infunduntur animæ. Hinc de Adamo protulit : « Inspiravit, » etc. quo verbo commonstravit, divina operatione id contigisse. Quapropter qui causa seu auctor fuerit, ut embryo informis per abortum ejiciatur, secundum legem divinam nullas pœnas dat, nec supplicio afficitur. Quia embryo imperfectus nondum inter homines connumeratur.

Ὅμοιον δὲ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τό· « Καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς Ἀδάμ· » ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἰδεῖν τί καλέσει αὐτὰ, ᾠκείωσεν αὐτὰ, ὡς ἂν αὐτῶν κατὰ τὴν ἰδίαν χρείαν κρατοῖεν, ἐνταῦθα δὲ τοῦτο· « Νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, » διαφόρῳ οἰκειότητι τὸ ὁμοούσιον τῆς

Quemadmodum supra sermocinatus est de brutis, inquiens : « Adduxit ea ad Adamum, » sic hoc loco de muliere loquitur : Adduxit eam ad Adamum. Verum illic animalia adducta sunt in conspectum hominis, ut illis imperio præesset, et nominibus

ceu notis quibusdam ea signaret. Hic vero : « Hoc nunc os ex ossibus meis ; » quasi quodam modo proprio delineat, mulierem esse ejusdem cum viro substantiæ. At Adamus ista omnia prolocutus est divino et prophetico inspiratus Spiritu. Nec enim propriis viribus ex qua materia et in quem finem mulier condita fuerit cognoscere quivisset. Itaque Dominus in Evangelio, docens non decere ut mulier a viro separetur, præsens eloquium Deo attribuit, dicens : « Qui enim ab initio fecit eos, masculum et femellam fecit eos [83]. » Et continuo injecit sequentia verba : « Propterea deseret homo [84], » etc. Quibus verbis satis declarat mulierem totam ex tota esse substantia viri. Sapienter admodum Deus ex uno fingit duos, ut unum iterum ex duobus constituat invicem copulatis per matrimonium. Cum ex latere hoc peccati occasio processerit (mulier etenim ex latere formata est), Salvator vulnus inflictum sanare instituens, lateri opposuit latus. Nam e cruce pendentis latus lancea haustum est, ex quo fluxit vita, quæ inde derivata est in omnes homines, quemadmodum ex latere mulieris mors pervaserat totum mortale genus. Sicuti Adamus fuit sopore oppressus, cum costa de latere ipsius extraheretur, Christus sic somno, id est, morte fuit obrutus, cum ipsius latus aperiretur lancea. Ut Adamus flammante et versatili gladio, e paradiso dejectus est, et quod vertitur, tandiu vertitur, donec inveniat aliquod resistens, sic Christus proprium latus ceu firmamentum aliquod hastæ obtulit paradisum aperiens qui propter latus nempe mulierem, fuerat obstructus. Necesse enim erat, ut omnia quæ tendebant in perniciem hominis, Christus in cruce dissolveret **59** et dilueret. Sensili itaque gladio flammantem compescuit, cum nemo versatili fuisset ausus se opponere.

A γυναικὸς παριστῶν· τὸ δὲ ὅλον τοῦτο κατὰ θείαν εἶπεν ἐπίπνοιαν· οὐ γὰρ ἂν ἐξ ἑαυτοῦ ὅθεν τε καὶ εἰς ὅ τι γέγονεν ἔγνω· τοιγαροῦν ὁ Κύριος μὴ προσήκειν εἰπὼν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς ἀποζεύγνυσθαι, τῷ Θεῷ φωνὴν τὴν παροῦσαν ἀνέθηκεν, εἰπών· « Ὁ γὰρ ποιήσας ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, » καὶ εἶπεν· « Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ δὲ τούτων ἐδήλωσεν ὅτι ὅλη ἐξ ὅλης αὐτοῦ γέγονε τῆς οὐσίας· σοφῶς δὲ λίαν ἀπὸ ἑνὸς πλάττει δύο· ὅπως ἕνα πάλιν ἀπὸ τῶν δύο ποιήσειε συναπτομένων ἀλλήλοις τῷ γάμῳ· καὶ ἐπειδὴ ἐκ τῆς πλευρᾶς ταύτης ἀφορμὴ προῆλθε τῆς διὰ τῆς γυναικὸς παραβάσεως (ἡ γὰρ γυνὴ γέγονεν ἐκ τῆς πλευρᾶς), θεραπεῦσαι βουλόμενος τὴν πληγὴν ὁ Σωτὴρ, πλευρὰν ἀντιτίθησι, B ζωὴν πηγάσας ὅθεν προῆλθεν ὁ θάνατος· καὶ μιμεῖται τὸν Ἀδὰμ μετὰ κοίμησιν ταύτην νυττόμενος· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος φλογίνῃ στρεφομένῃ ῥομφαίᾳ τοῦ παραδείσου ἐκβέβληται· τὸ δὲ στρεφόμενον στρέφεται μέχρι τύχῃ τινὸς ἀντερείδοντος, τὴν ἰδίαν πλευρὰν ὥσπερ ἔρεισμα τῇ λόγχῃ παρέσχετο, τὸν παράδεισον ἀνοίγων, δι' ἧς κεκλεῖσθαι συνέβαινεν· ἔδει γὰρ ἐν τῷ σταυρῷ πάντα λυθῆναι τὰ κατὰ τοῦ Ἀδάμ· τῇ οὖν αἰσθητῇ ῥομφαίᾳ τὴν φλογίνην κατέπαυσεν, πρὸς ἣν οὐδεὶς ἀντιστῆναι στρεφομένην ἠδύνατο.

Notandum tamen arbitror, quod non, quemadmodum dixit : « Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea, » eadem ratione insonuit : Anima ex anima mea. Est enim divisibilis corporum natura : sed incorporeæ substantiæ nullam admittunt divisionem. Nam anima non gignit animam, ut corpora procreant corpora ; quapropter quædam similitudo inter ea cernitur. Genuit namque (testatur Scriptura) secundum similitudinem suam, et secundum imaginem suam. Verum in animabus dissimilitudo deprehenditur. Non enim justus ex justo, nec injustus ex injusto semper nascitur. Adamus genuit Abelum et Cainum : et Isaacus generavit Esaum et Jacobum. Ut exemplar, secundum quod intelligibiles formatæ et expressæ sunt substantiæ, nullam recipit divisionem, ita imago indivisibilis censetur. Cæterum liberum arbitrium, quod in animo est, experitur mutationes non secundum substantiam, sed ex varietate electionis et propositi. Per quam eleganter exclamat : « Hoc nunc os ex ossibus meis. » Nam tunc demum primo contigerat mulierem constructam esse ex substantia viri. Symmachus et Theodotion pro, *nunc*, posuere, *semel*, dictionem *nunc* per *semel* interpretantes.

C Ἐπιστατέον δὲ ὅτι οὐχ ὥσπερ εἶπε, « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, » οὕτως καὶ, Ψυχὴ ἐκ τῆς ψυχῆς μου· μεριστὴ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ἡ φύσις, ἀμέριστος δὲ ἡ τῶν ἀσωμάτων οὐσία· οὐ γὰρ ψυχὴ ψυχὴν εἰς τὴν οὐσίαν γεννᾷ καθάπερ τὰ σώματα· ὅθεν ὁμοιότης ἐπ' αὐτῷ διασώζεται. Ἐγέννησε γὰρ, φησὶν, Ἀδὰμ κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν ἀνομοιότης· οὐ δίκαιος γὰρ ἐκ δικαίου, οὐδ' ἄδικος πάντως ἐξ ἀδίκου. προέρχεται· τοιγαροῦν Ἀδὰμ Ἄβελ καὶ Κάϊν γεννᾷ, καὶ Ἰσαὰκ Ἠσαῦ τε καὶ Ἰακώβ· ἀμέριστος γὰρ ἡ εἰκὼν, ὡς καὶ τῶν νοητῶν τὸ πρωτότυπον· τὸ δὲ αὐτεξούσιον αὐτῆς τροπὰς δεχόμενον προαιρέσεων ἀλλοίωσιν κατ' οὐσίαν οὐκ ἐπιδέχεται· καλῶς δὲ καὶ τό· « Τοῦτο νῦν D ὀστοῦν. » Τὸ γὰρ γυναῖκα, φησὶν, ἐκ τοῦ ἀνδρὸς πλασθῆναι, νῦν μόνον συνέβη. Σύμμαχος δὲ καὶ Θεοδοτίων ἀντὶ τοῦ *νῦν* τὸ, *ἅπαξ*, ἡρμήνευσαν.

Vers. 23, 24. *Hinc vocabitur virago, eo quod de viro sumpta sit ipsa.* Aiunt quidam mulierem non sic nominatam esse, quia a viro sit desumpta, sed eam uxoris nomen invenisse, quia id vocabu-

Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Οὐχ ἐπειδὴ ἐλήφθη κέκληται, φασὶν, ἀλλ' ἔστι τὸ μὲν γυνὴ τῆς γαμικῆς συναφείας σημαντικόν· τοιγαροῦν ἀντιδιαιρεῖ Παῦλος τὴν γυναῖ-

[83] Matth. xix, 4. [84] ibid. 3.

κα τῇ παρθένῳ λέγων· «Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος,» περὶ ἀγάμων καὶ γεγαμημένων τὸν λόγον ποιούμενος· αὐτὸ δὲ τὸ γαμικὸν καὶ ἡ πρὸς τὸν ἄνδρα σχέσις διὰ τοῦτό ἐστιν, ἐπειδήπερ ἐστὶν ἐξ αὐτοῦ· εἰκότως γὰρ αὐτῷ συνάπτεται τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑπάρχουσα. Λοιπὸν τὸν ἐξ ἐκείνου διατρέχοντα νόμον δηλῶν, ἕνεκα τούτου φησί· «Καταλείψει ἄνθρωπος,» καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἐπειδὴ τῆς γαμικῆς συναφείας ἡγεμὼν ὁ ἀνήρ, ἐπ' αὐτοῦ τὸν λόγον ἐξήτασε· καὶ ἐπεὶ ἐκ τοῦ γάμου κέκληνται καὶ γονεῖς, καὶ δεῖ κατὰ τὸν θεῖον ὅρον συνεστάναι τὸ γένος, ἀναγκαίως προτιμᾶται γονέων γυνή. «Εἰς σάρκα δὲ μίαν,» φησίν· ἅμα μὲν διὰ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας, ἅμα δὲ διὰ τὴν ἐξ ἀμφοῖν εἰς γονὴν τέκνων συντέλειαν.

A ium sit indicium et quasi significatio conjunctionis, quæ oritur ex matrimoniali copula. Itaque et Paulus uxorem a virgine sejungit, dicens: « Divisa est uxor et virgo [85], » etc., de nuptis et innuptis verba fundens. Verum ipsum matrimonium et ad virum copulatio, propter mulierem contrahitur, quia ex viro originem trahit. Non enim immerito viro conjungitur, ut quæ ejusdem cum illo sit substantiæ. Exinde explicat legem, quæ ex hac re oritur, inquiens: « Deseret vir, » etc. Nam cum vir sit quasi dux et antesignanus nuptialis vinculi, in ipso eum sermonem explanavit. Præterea cum nuptiæ legitimæ parentes declarent, et secundum eas genus humanum consistere oportet, recte et necessario uxor antefertur parentibus. « Erunt, inquit, in carnem unam » nimirum propter substantiæ communionem, aut propter utriusque operam, quam dant liberis procreandis.

B Τέλος δὲ λοιπὸν ὁ προφήτης τὸν περὶ τῆς κτίσεως ποιησάμενος λόγον, ἐντεῦθεν τῶν περὶ τοῦ Ἀδὰμ πολιτείαν ἐκτίθεται, σκοπὸν ἔχων καὶ ἐν τοῖς καθεξῆς τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους ποικίλως οἰκονομηθέντα παρὰ τοῦ Θεοῦ δῆλα διὰ τῆς οἰκείας ποιῆσαι γραφῆς.

Sed propheta postremo finem faciens orationi, quam de creatione rerum habuit, incipit nunc tradere, qualenam vitæ genus sectatus sit homo. Et sibi hunc proponit scopum operis, ut ordine tradat et explicet, quæ varie deinceps a Deo cum mortali genere gesta sunt. Ea omnia monumentis litterarum mandare aggreditur.

Καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοί, ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, *καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο*. Ἔδει μὴ γινώσκειν τὴν γύμνωσιν, ἵνα μὴ τῆς πρὸς Θεὸν ἀτενίσεως ὁ ἄνθρωπος ἀφελκόμενος περισπᾶται περὶ τὴν τοῦ ἐλλείποντος ἀναπλήρωσιν· οὐ συγκατεσκευάσθη δὲ αὐτῷ τὰ ἐνδύματα, ὅτι οὔτε φυσικὰ ἔπρεπεν εἶναι ταῦτα, οὔτε τεχνητά· τὰ μὲν γὰρ ἴδια τῶν ἀλόγων ἐστὶν, οἷον πτερὰ καὶ τρίχες καὶ δερμάτων παχύτητες· αἱ δὲ ἐκ τέχνης ἐπιτηδεύσεις ἀσχολίας ἐγίνοντο πρόξενοι. C Ὃ δὴ μάλιστα βλαβερὸν, τοῦ Κυρίου πρὸς τὴν ἐν παραδείσῳ ζωὴν ἡμᾶς ἀνακαλουμένου, δι' ὧν μὴ μεριμνῆσαι περὶ τούτων φησίν· ἕτερα γὰρ ἦν αὐτῷ ἡὐτρεπισμένα ἐνδύματα τετηρηκότι τὴν ἐντολὴν, οἷα τὰ τῶν ἀγγέλων ἐκ Θεοῦ χάριτος περιαστράπτειν τὸν ἄνθρωπον μέλλοντα, ἅπερ ἆθλα τυγχάνοντα τῆς ἀρετῆς κεκώλυκεν ὁ διάβολος. Ἄλλως τε, φασίν τινες, ἀθανάτοις οὖσιν, ἡ φαινομένη περιβολὴ περιττή· τοιγαροῦν ἀθάνατον εἶχον τὸ φρόνημα, μηδὲν γυμνώσεως αἰσθανόμενοι· ὅθεν τοῖς ἐνδυομένοις [ἐν ἀναστάσει τὴν ἀφθαρσίαν, περιττὰ τὰ ἐνδύματα.

Vers. 25. *Fuerunt autem ambo illi nudi*, homo, inquam, ille et uxor ejus, *et non erubescebant*. Necessario non cognitam habebant nuditatem. Nam si ea ipsis fuisset perspecta, facile abstracti fuissent ab cultu divino, et huc toto pectore incubuissent, ut pararent vestes, quibus nuditati subvenissent. Nec una cum homine et vestimenta consuta sunt, quia nec artificialia nec naturalia ea esse decebat. Naturalia indumenta sunt, plumæ, villi, et densitates tergorum, quibus omnibus amiciuntur animalia bruta. Indumenta, quarum ars causa exstitit, ea effecere, ut homines abdicarent otium et laboribus se dederent. Cæterum maxime nobis nocet labor, qui nos abducit ab cultu Numinis, præsertim cum Deus nos revocet ad vitam, quam in paradiso egimus, dicens: « Ne solliciti simus, quibus vestimentis vestiamur [86]. » Alia vestimenta parata erant homini, si intra præcepti limites se continuisset. Ea autem fuissent angelica, divina gratia undiquaque hominem circumlustratura, scilicet præmia virtutis, quæ diabolus omnia sua astutia versuta inhibuit. Sunt, qui docent, cum essent immortales, haud eos indiguisse externo habitu, imo eum fuisse superfluum. Immortales enim cum gererent spiritus, nuditatis sensus nequaquam ad eos perveniebat. Hinc et in universali resurrectione, cum immortalitate **60** potiemur, nullis opus erit vestimentis. Nullus etenim illorum foret usus.

D Ἀλλ' εἰ ἄφθαρτοι, οὐδ' ἂν τροφῆς ἐδεήθησαν Ἀδάμ τε καὶ Εὔα· καὶ πῶς αὐτοῖς ταύτην παρέσχεν Θεός; Ἅμα μὲν διὰ τὴν ἐντολὴν καὶ τὸν ἐκ ταύτης μισθὸν, ἅμα δὲ καὶ προειδὼς τῆς τε προαιρέσεως καὶ φύσεως τὴν τροπὴν, προέδωκε τὴν τροφήν. Τί οὖν μὴ καὶ τὰ ἐνδύματα; Ὅτι ὥσπερ ἡ τροφὴ μὴ χρῄζουσι προεδόθη διὰ τὴν ἐκ ταύτης δοκιμασίαν, οὕτως ἐτηρεῖτο καὶ τὰ ἐνδύματα, ἵνα μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸ θνητὸν αὐτοῖς μεταβληθείσης τῆς

Si Adamus et Eva immortales et incorruptili natura præditi erant, quid necesse erat ipsis alimenta ministrare? Quare Deus hæc ipsis præbuit? Per præceptum et mercedem, quæ ex ipso fluxisset, prænovit Deus propositi humani et inconstantiæ perversitatem mutabilem. Quapropter objecit cibum. Qui fit, quod non et vestimenta elargitus est ante casum? Quemadmodum cibus, cum eo non opus haberent, ipsis datus est, ut per ipsum probaren-

[85] I Cor. vii, 1 seqq. [86] Matth. vi, 31.

tur : sic servabantur vestimenta, ut post prævaricationem mortali conditioni obnoxii, etiam naturæ eorum spiritus mutarentur, et sentirent nuditatis turpitudinem, quam inobedientia peperisset, sicque confusis et sese occultantibus redargutio obveniret. Nam his, qui incorruptam naturam conservant, nuditas nequaquam pudori est. Cæterum Adamus et Eva præscriptos legis limites excedentes, in mortalem conditionem detracti sunt, spoliatique immortalitatis beneficio, velati sunt pudore. Quapropter haud inepte primam eorum explanavit dignitatem. Id enim admodum conducebat ad sequentia. Quidam aiunt, cum essent in perfectæ ætatis habitu, eos haud absimiles fuisse, si sapientiam et prudentiam spectes, puerulis. Poterant quidem discere : sed pueruli discere nequeunt, eo quod sint infantes. Quare cum forent nudi, instar puerulorum, non erubescebant. Ratio etenim sola agnoscit pudorem. Quapropter brutis animalibus nullus adest pudor. Deus, cum posset Adamo et Evæ tribuere pudorem, id facere supersedit. Haud enim dignum ratus est id esse, cum postmodum peccato irretiti eum percepturi essent. Nam pudor injectus est homini, ut sit telum adversus peccatum, siquidem eo telo nonnihil reprimitur et retunditur peccati impetus. Quamprimum quis pudorem transilit, peccato se involvit. Quapropter in futuro sæculo sublato peccato, quoque pudor exstinguetur. Quid enim desideratur remedium, morbo non amplius nos infestante?

A φύσεως συμμεταβληθῇ καὶ τὸ περὶ τῆς φύσεως φρόνημα, καὶ αἴσθωνται τῆς γυμνότητος, ἣν ἐξ ἀπειθείας ὑπέστησαν αἴσθησιν, ὅπως ἂν αἰσχυνομένοις καὶ κρυπτομένοις ὁ ἔλεγχος ἐπιγένηται· ἀφθάρτοις γὰρ οὐκ ἔστιν αἰσχύνη ἡ γυμνότης· Παραβάντες δὲ, φησὶ, τὴν ἐντολὴν, εἰς φύσιν θνητὴν κατηνέχθητε, καὶ γυμνωθέντες τῆς ἀφθαρσίας ἐνεδύσασθε αἰσχύνην· διὰ τοῦτο τὴν πρώτην αὐτῶν διηγεῖται κατάστασιν· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὰ μέλλοντα. Τινὲς δέ φασιν ὡς τέλειοι τὴν ἡλικίαν ὄντες, βραχύ τι παίδων κατὰ τὴν γνῶσιν διήλλαττον· οἱ μὲν γὰρ ἠδύναντο μαθεῖν, οἱ δὲ παῖδες ἐν τῷ νηπιάζειν ἀδύνατοι· ὅθεν οὐδὲ γυμνοὶ, ὡς οὐδὲ παῖδες, ᾐσχύνοντο, λογισμοῦ μόνον τὴν αἰσχύνην εἰδότος· διὸ μηδὲ τοῖς ἀλόγοις παρεῖναι ταύτην συμβαίνει· Θεὸς δὲ ταύτην B ἐνθεῖναι τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ τελείοις οὖσι τὴν ἡλικίαν δυνάμενος, οὐκ ἄξιον αὐτὸς ταύτην ἐπάγειν ἐνόμισε, μέλλουσιν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ταύτην λαβεῖν· ἁμαρτίας γὰρ αἰσχύνη βοήθημα παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις πεποίηται, τὴν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων ὁρμὴν ἀνακόπτουσα· ὅσον γάρ τις ταύτης ὑπερορᾷ, πλημμελεῖ· διόπερ ἁμαρτίας ἀναιρουμένης ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ τὴν αἰσχύνην ἀναιρεθῆναι συμβήσεται· τί γὰρ ἰατρείας δεήσει, μηκέτι παρενοχλοῦντος τοῦ πάθους;

C

CAP. III.

Vers. 1. *Serpens vero fuit callidior omni bestia agri.* Concedimus serpentem habuisse prudentiam sicuti reliqua bruta, verum ut potuerit ratiocinari ut quid syllogismo concludere, negamus. Nec volumus, ut quis credat, eum potuisse loqui, utcunque Scriptura sacra eum loquentem inducat. Omnia igitur referenda sunt ad eum qui per serpentem loquebatur. Sed unde aut quibus argumentis probabitur, Satanam sermocinatum esse per serpentem? Facile id probatu est. Christus enim in Evangelio dicit : « Ille erat homicida ab initio [87]. » Nec homicida pronuntiatur ob occisum Abelum, siquidem Scriptura non prodit hunc a diabolo esse peremptum. Nec sane potuisset eum, si maxime voluisset, neci dare, ni prius ad mortalitatem fuisset redactus. Verum vocabulum, *homicida*, portendit communes quasdam totius humani generis exitiales insidias. Quapropter et bestiam serpentem Scriptura sacra nominat, cum tamen foret ponendus in numero reptilium. Quidam perhibent, quod serpentem propter innatam suam astutiam et solertiam insitam ceu instrumentum et organum ad eam rem comparaverit, eique sermonis usum, qui ipsi alioquin deerat, dederit. Igitur diabolus nequiverat sermonis usum tribuere serpenti, et ejus mutare naturam? Nequaquam. Hoc enim quasi peculiare munus Dei est. Cæterum

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐχέτω μὲν οὖν ἀλόγου φρόνησιν, ἀλλ' οὐ δήπου καὶ συλλογι[στι]κὴν, οὐδὲ λόγῳ χρωμένην προφορικῷ· ἀνάγκη ἄρα πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ λαλήσαντα γίνεσθαι τὴν ἀναφοράν· καὶ πόθεν; ὅτι Σατανᾶς ἐλάλησε δι' αὐτοῦ· ἐπειδὴ λέγει ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· « Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς· » οὐ διὰ τὸν Ἄβελ ἁπλῶς· οὐδὲ γὰρ τοῦτον ἀνῃρηκὼς γέγραπται, οὐδ' ἂν ἠδυνήθη μὴ πρότερον θνητὸν ποιήσας τὸν ἄνθρωπον· τὸ γὰρ *ἀνθρωποκτόνος* κοινὴν ἐπιβουλὴν τοῦ γένους δηλοῖ· ὅθεν, φασὶ, καὶ θηρίον αὐτὸν εἶπε, καίτοι ἑρπετοῦ ὄντος τοῦ ὄφεως. Τινὲς δὲ λέγουσιν ὡς διὰ τὴν ἔμφυτον αὐτοῦ φρόνησιν ἐπιτήδειον αὐτὸν ὄργανον ἐποιήσατο, καὶ τὸ λαλεῖν, ὅπερ ἔλειπε τούτῳ, προσέθηκεν. Ἆρ' οὖν ὁ διάβολος ἀνοῖξαι στόμα πρὸς τὸν λόγον ἠδύνατο καὶ D μεταπλάσαι τὴν φύσιν; τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι Θεοῦ. Ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὁ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου στεφάνους παρασκευάζων τοῖς ἀθληταῖς, σκοποῦντα ὡς εἰ δυνατὸν ἦν τοῦτο γενέσθαι, προσῆλθον ἂν εἰς ἀπάτην αὐτοῖς, συνεχώρησε τοῦτο, παρασκευάσας λαλῆσαι τὸ ἴδιον δημιούργημα, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ τῶν τοσούτων ἀναίρεσιν συνεχώρησεν· ἐκείνου σκοποῦντος, ὡς Εἰ συνεχωρήθην, ἤλεγχον αὐτοῦ τὴν ἐπίπλαστον ἀρετὴν, ἣν ἔχειν διὰ τὸν πλοῦτον δοκεῖ· διάλογος τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, σαφηνείας ἕνεκα τῆς Γραφῆς τῷ σχήματι τοῦ λόγου τὰς ἐννοίας λογο-

[87] Joan. VIII, 44.

ποιούσης· ὅπερ ἔστι νοεῖν καὶ ἐπὶ τῶν πειρασμῶν A τοῦ Κυρίου· μαθὼν γὰρ ἐκείνου τὴν ἔννοιαν, ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον· ἐπείνησεν ἑκὼν, ἐκείνου νομίζοντος διὰ τροφῆς αὐτὸν δύνασθαι καθάπερ τὸν Ἀδὰμ ἀπατῆν, εἰ πεινάσειε· καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν ἐκείνου πάλιν ἀνῆλθεν εἰς τὸ πτερύγιον. Εἰ δὲ καὶ εἰς τὸ ὄρος, φησὶν, ἀνήνεγκα τοῦτον, ἐδείκνυον αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς· ὅθεν ἀνῆλθεν ἑκών· οὕτω καὶ νῦν ὁ Θεὸς ὁρῶν αὐτοῦ τὰς ἐννοίας, ἤνοιξε τὸ στόμα τοῦ ὄφεως· καθάπερ τῆς ὄνου Βαλαάμ· προειδὼς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπιθυμήσει Ἀδὰμ γενέσθαι Θεὸς, προηπείλησέ τε τὸν θάνατον, καὶ παραβάντος ἐπήνεγκεν.

Deus, qui per liberum arbitrium fortiter decertantibus coronas proponit, cum conspexisset diabolum observare hominem, et instituisse hunc fraude dolisque circumvenire, concessit ut hoc fieret, et suam creaturam **61** loquendi facultate instruxit. Siquidem legentibus Jobum, satis constat quanta Deus permiserit diabolum corrumpere et necare: subinde diabolo id agente, ut ex illo permissu divino, evinceret virtutem Jobi fuisse fictam, eumque adhæsisse Domino, nullo certo et solido innixum fundamento, sed propter divitias, quas in magno numero a Deo accepisset. Nam ille dialogus, quem Jobum vocitamus, hunc finem propositum habet, ipsa Scriptura sub forma dialogi nos docente, et adeo elegantes et utiles sententias effundente, ut agnoscamus versipellis diaboli astutias. Idem quoque cognoscere datur ex tentationibus, quibus pellax diabolus sollicitavit Dominum. Cum enim ejus sententiam comperisset, haud abnuit abire in desertum, ibique immitem perpeti famem. Credebat namque diabolus, se posse vincere et debellare Christum cibo seu esca, sicuti primum hominem cibo deceperat et perverterat. Idem accidit in pinnaculo turris: porro idem in monte, cum omnia commonstrarentur regna terræ. Similiter et nunc Deus, haud ignorans quæ sententia surgat diaboli animo, os serpentis, non secus ac Balaami asini, aperuit. Cæterum cum Deus prænosset hominem affectare deitatem sive cupere deum fieri, prius mortem minatus est: sed ubi in positam deliquerat legem, morti hominem subjecit.

Ἦν δὲ, φασὶν, ὁ ὄφις κεχαρισμένος τῇ γυναικί· δι' B ὑπερβάλλουσαν εὐφυΐαν πρὸς τὸ πᾶν ὅ τι οὖν, καὶ δὴ καὶ πρὸς μίμησιν· ὡς γὰρ τῶν ξύλων τρεῖς ἦσαν διαφοραὶ, καὶ τὰ μὲν ἀφώριστο πρὸς τροφήν τε καὶ ζωὴν, τὸ δὲ πρὸς δοκιμασίαν τοῦ εὖ ζῆν, τὸ δὲ φυλαττόμενον αὐτῷ εἰς τὸ ἀεὶ ζῆν· οὕτω τῶν ἀλόγων τρεῖς ἦσαν διαφοραί· μία μὲν εἰς βρῶσιν τῷ γένει, μία δὲ εἰς ὑπηρεσίαν, μία δὲ πρὸς ψυχαγωγίαν· ὧν ἥδεῖαι φωναὶ καὶ μιμήσεις διάφοροι· δεῖται γὰρ ψυχὴ συνεχῶς πονοῦσα καὶ τοιαύτης παραμυθίας. Μόνῳ οὖν ὄντι τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς τὰ ζῶα πρὸς παραμυθίαν εἰσήγαγεν· ἧς τὸ πλεῖστον εἶχεν ἀπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ μιμουμένου καὶ ὑποσαίνοντος· εἰ καὶ νῦν ἐστιν ἐχθρός τε καὶ φευκτὸς, Θεοῦ τοῦτο ποιήσαντος. Ὅθεν τῷ μὲν διαβόλῳ ἔδοξεν εἰς ὄργανον ἐπιτήδειος· ἀεὶ γὰρ διὰ τῆς τῶν οἰκειοτάτων ὑποφθορᾶς ἡ τῶν οἴκων C ἀνάστασίς τε γίνεται καὶ καταστροφή· ὅθεν εἴρηνται « ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκειακοὶ αὐτοῦ. » Ὑπέλαβεν οὖν ἡ γυνὴ ὡς πάντα μιμούμενος, ἠδυνήθη καὶ ἀνθρωπίνην μιμεῖσθαι φωνήν· ὁ δὲ Ἀδὰμ σοφίαν ἔχων παρὰ Θεοῦ, καθ' ἣν ἔθετο τὰς προσηγορίας, ἔτι δὲ καὶ πρόγνωσιν, οὐκ ἂν τοῦτό γε πέπονθε.

At serpens erat gratus mulieri, eumque ceu delicias tractabat propter insignem indolem et quælibet imitandi solertiam. Quemadmodum in paradiso arbores erant tres, at differentes: duæ namque comparatæ erant ad cibum et vitam; tertia, ut per eam probaretur humanum ingenium: sic, quoad animantia bruta, tres quoque habebantur differentiæ. Quædam alebant et cibabant hominem; quædam eum juvabant, eique quasi ancillabantur; quædam vero eum insigniter exhilarabant et oblectabant suavi vocis modulamine, et variis imitationibus. Nam animus, qui assiduo lassatur, indiget hujuscemodi solatiis et recreationibus. Cum itaque homo esset solus, ut haberet aliquas delicias solatiaque, Deus talia ipsi elargitus est animalia. Sed maximum solatium hauriebat ex serpente, quia mirabiliter varias res imitari poterat, nec non mirabiliter norat blandiri et adulari, licet nunc nobis sit infestus et summa ope a nobis formidetur, sic ordinante Deo. Eam itaque ob rem vel imprimis idoneus visus est diabolo, ut eo ceu instrumento et organo abuteretur ad id malum quod machinabatur homini. Solent etenim semper familiæ destrui et subverti ob domesticorum malitiam et perfidiam. Nam haud abs re in Scriptura sacra traditum est: « Inimici ejus domestici illius erunt [88] » Putavit itaque mulier, serpentem, quem cernebat omnia eleganti imitatione exprimere, posse imitari et vocem humanam. Cæterum Adamus præditus sapientia, quam a Deo acceperat, cujus adminiculo nomina indiderat rebus, deinde instructus quadam rerum vel futuri prænotione, haudquaquam ea fuisset passus, quæ mulier, si prior a serpente fuisset interpellatus.

Σιωπᾷ δὲ Μωϋσῆς τὸν ἐν αὐτῷ λαλήσαντα· Χριστὸς D δὲ μόνος γυμνῶς ἀπεκάλυψεν· ὁ γὰρ Παῦλος μόνον ᾐνίξατο, τὸ γράμμα δόξας τηρεῖν· « Φοβοῦμαι, λέγων, μή ποτε ὡς ὁ ὄφις ἠπάτησεν Εὔαν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ· » καὶ οὐκ εἶπεν· Οὕτως ὁ διάβολος, οὐδὲ λύει τῶν Γραφῶν τὴν τάξιν, ἀλλὰ τῇ ἐννοίᾳ τὴν ἀπο-

Moses autem tacite transmittit eum, qui per serpentem loquebatur. Christus solus, quis ille fuerit, manifeste retexit. At Paulus hunc solummodo ostendit, servans Scripturæ sacræ ordinem, ipsique litteræ addictus, inquiens: « Metuo ne qua fiat, ut quemadmodum serpens Evam decepit ver-

[88] Matth. x, 36.

sutia sua [89]. » Non ait : ut diabolus, sed « ut serpens, » servato scilicet contextus et verborum ordine. Attamen dubitationem omnem adimit, sequentia subjiciens : « Sic corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ erat erga Christum [90]. » Christus ex professo diabolum vocat homicidam et mendacem. Qua ratione non mendax fuerit, Deo dicente : « De omni ligno edite, » etc., diabolo inferente : « De nullo ligno? » Deinde cum Deus protestatus esset hominem moriturum si interdictum cepisset cibum, ille contrarium invexit adjiciendo et alterum mendacium loquens : « Novit enim quia quocunque die ederitis, oculi vestri, » etc., quibus verbis Deum contumelia affecit ut invidum et mendacem. Hinc a contumelia et calumniis nomen invenit, ut appelletur diabolus. Hoc ex principio Ophianorum sive Ophitarum hæresis exorta est. Qui **62** huic sectæ se dediderunt, serpentem Deum faciunt, docentes eum voluisse nobis plurima exhibere beneficia. Sane propter curiositatem illorum opportune clausi aperti sunt oculi, oculi, inquam, qui, dum virtus vera viget incolumis, non patent, sed magna nostra commoditate occluduntur. Fuit quidem homo ante primam mali labem occultatus, qua vi instructus potuisset vitare prævaricationem cum scientia quadam res omnes contemplans, nec cognovit malum, id est, non expertus est malum, sicuti dicitur : « Cognovit Adamus uxorem suam, » licet et antea eam novisset. At ubi virtutis oculi sunt occæcati, oculi in malum vergentes patuere. Quapropter diabolus mulieri imponens, Deum calumniis proscindit, eosque provocat vanis promissionibus, quasi futuri sint dii, sub qua dictione significat angelos, qui una cum illo defecerant. Et in hunc modum statim diabolus semina spargit impietatis, ut humanum genus credat plurimos esse deos. Verum eam opinionem conveniebat ex ore serpentis proferri, ut qui eam sectentur, ei similes comprobentur. Simulat autem astute, ut quidam aiunt, ignorantiam, quærens occasionem cum ea colloquendi. Præterea diligenter annisus est, ne manifestus hostis et insidiator appareret contraria Dei oraculis pronuntians. Quapropter mulier ejus verba corrigit et emendat. Sed diabolus, cum ejus, quod ignorabat, venatus esset scientiam, continuo citra omnem suspicionem induxit pestiferas insidias.

A ρίαν ἔλυσεν, « Οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. » Ὁ δὲ Χριστὸς τὸν Σατανᾶν ἀνθρωποκτόνον καὶ ψεύστην φησί· πῶς γὰρ οὐ ψεύστης; τοῦ Θεοῦ εἰπόντος· « Ἀπὸ παντὸς φάγεσθε, » αὐτὸς λέγων αὐτὸν εἰρηκέναι, « Ἀπ' οὐδενὸς φάγεσθε· » καὶ εἰπόντος, « Ἀποθανεῖσθε, » τἀναντία λέγων αὐτός· καὶ ἄλλο ψεῦδος· « Ἤδει γὰρ ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ψευδῆ καὶ φθονερὸν τὸν εἰρηκότα δεικνύς· διὸ καὶ διάβολος κέκληται· ἐξ οὗ καὶ ἡ τῶν Ὀφιανῶν συνέστηκεν αἵρεσις, θεοποιούντων τὸν ὄφιν, ὡς ἂν ἀγαθόν τι προξενεῖν ἡμῖν ἐθελήσαντα· καίτοι πρὸς ἐντρέχειαν αὐτῶν καλῶς κεκλεισμένους ἀνέῳξεν τοὺς ὀφθαλμούς, οἵτινες τῆς ἀρετῆς ἐνεργουμένης οὐκ ἀνοίγονται, τύφλωσιν ὠφέλιμον ὑπομένοντες. B Εἶχεν οὖν ὁ ἄνθρωπος πρὸ παραβάσεως ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ ταύτην φυλάττεσθαι μετ' ἐπιστήμης ὁρῶντας τὰ πράγματα· ὧν προσβαλλόντων τοῖς καταλλήλοις θεάμασιν, οὐκ ἐγίνωσκεν ὁ ἄνθρωπος τὸ κακόν, ἀντὶ τοῦ, πεῖραν αὐτοῦ οὐκ ἐδέχετο· κατὰ τὸ εἰρημένον, « Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· » ᾔδει γὰρ αὐτὴν καὶ πρότερον· τούτων δὲ τυφλωθέντων, ἠνοίχθησαν οἱ ἐπὶ τὸ κακὸν ῥέποντες. Ὅθεν ὁ διάβολος τὴν γυναῖκα σοφίζεται· τὸν μὲν Θεὸν διαβάλλων, ἐπάρας δὲ ταῖς ἐπαγγελίαις τοῦ γενέσθαι ὡς θεούς· αἰνιττόμενος τοὺς συναποστάντας ἀγγέλους αὐτῷ· καὶ τῆς πολυθεΐας ἄνωθεν καταβαλὼν τοῖς ἀνθρώποις τὰ σπέρματα, ἣν ἔπρεπεν ἐξ ὄφεως τὴν ἀρχὴν προφέρεσθαι στόματος, ὡς ἂν ὁ ταύτης ζηλῶν.... C ἐκείνῳ γενήσεται. Προσποιεῖται δέ, φασί, κακοήθως τὴν ἄγνοιαν· ἅμα μὲν πρόφασιν λαβεῖν ἐθέλων τῆς πρὸς αὐτὴν ὁμιλίας, ἅμα δὲ ὡς ἂν μὴ προδήλως ἐπίβουλος φανῇ, τῷ Θεῷ τἀναντία φθεγγόμενος· ὅθεν αὐτὸν καὶ ἡ γυνὴ ἐκείνου διωρθώσατο· ὁ δὲ ὡς δὴ μαθὼν ὃ οὐκ ᾔδει, ἀνυπόπτως εἰσήγαγε τὴν ἐπιβουλήν.

Deus a primordio rerum nullam substantiam incorpoream, at solos suos homines erudivit, initio statim multorum deorum opinionem exscindens, id est volens opinionem credendi multos esse deos penitus obliteratam. Nec præterea Scriptura sacra toto illo temporis intervallo, quod antecessit diluvium, mentionem facit vel tantillam multorum deorum. Angelorum meminit demum temporibus Abrahami, cum homines jam plenissime essent edocti Providentia divina variisque visionibus, solum illum esse Deum, qui hoc universale opus excitasset. Quapropter nec Moses diaboli mentionem, cujus nullam dum habebant notitiam decepti homines, invexit : sed contentus fuit posuisse organum, per quod insidias et dolos machinatus est diabolus. Nec desunt

D Θεὸς δὲ κατ' ἀρχὰς οὐδὲν ἀσώματον πλὴν αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξεν· ἄνωθεν τὴν τῆς πολυθεΐας ὑπόνοιαν ἐκκρουόμενος· ἀλλ' οὐδὲ ἡ Γραφὴ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τοιούτου τινὸς ἐμνημόνευσε, πρῶτον ἀγγέλων ἐπὶ τῆς κατ' Ἀβραὰμ διηγήσεως μνημονεύσασα, ἡνίκα λοιπὸν ἱκανῶς ἐπαιδεύθησαν ἄνθρωποι μόνον ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι Θεόν, τῇ τε προνοίᾳ καὶ τῇ τῶν ὀπτασιῶν ποικιλίᾳ. Ὅθεν ὁ Μωϋσῆς παρῆκε τοῦ διαβόλου τὴν μνήμην, οὗ τὴν γνώμην οὐκ εἶχον οἱ τὴν ἀπάτην δεξάμενοι· ὅπερ ἑώρων, ὄργανον μόνον εἰπών· εἰ καὶ τὰ μάλιστά τινες ὄφιν τροπικῶς ἔφασαν τὸν διάβολον, χωρὶς ὀργάνου τῇ γυναικὶ τοὺς τοιούτους ἐνεσπαρκέναι λέγοντες λογισμοὺς ἄνευ φωνῆς αἰσθητῆς· οἱ δέ φασιν ὡς πάντων εὐτελεστέρῳ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ὀργάνῳ χρῆσθαι τῷ ὄφει, ἅτε

[89] II Cor. XI, 3. [90] Ibid.

ἕρποντι καὶ ἐν γῇ τεταγμένῳ φωλεύειν· ὡς ἂν ἔλεγχος ἀκριβὴς τοῦτο γένηται τῆς διὰ τὴν κακίαν ἐκδεξαμένης αὐτὸν ἀσχημοσύνης. Ὅθεν εἰς ἀνάγκην ἐλθὼν ὁ διάβολος, ἀνορθώσας παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν τὸν ὄφιν, ὡς εἰκὸς, ἀντιπρόσωπον στήσας, τῇ γυναικὶ δι' αὐτοῦ διελέγετο, ὅπερ αὐτὴν οὐκ ἐπτόησεν ἀπείρως ἔχουσαν ὡς ἄρτι γεγενημένην, καὶ ἀγνοοῦσαν ὡς οὐ πέφυκεν ἑρπετὸν ἐνάρθρῳ κεχρῆσθαι φωνῇ, οὐδ' ὅτι μόνον ἕρπειν τέτακται.

A tamen, qui affirmant serpentem præfigurasse diabolum in quadam figura, et nullo adhibito organo diabolum per sese inspirasse mulieri absque sensili voce hujuscemodi consilia et rationes. Alii inquiunt: Deum permisisse diabolo, ut uteretur serpente animali abjectissimo et humi repente, inque terræ cavernis plerumque vitam trahente, ut sic manifesta foret turpitudo et infamia, qua postea propter malitiam notatus est. Quapropter, cum ita res monere videbatur, diabolus præter ipsius naturam erexit serpentem (ut verisimile est) et ex adverso mulieri eum consistere voluit. Deinde cum muliere per serpentem diabolus sermocinatus est. Verum mulier conspecto serpente non exhorruit. Quia cum ipsa modo a Deo fuisset condita, ipsum non noverat. Præterea ignorabat serpentem esse creatum, ut foret in numero reptilium, et careret usu humani sermonis.

Καὶ προσελθὼν ὁ διάβολος, προδήλως ἐναντία τοῖς προστεταγμένοις φησίν· ὡς δῆλον, φασὶν, ἐντεῦθεν ὡς οὔπω βρώσεως οὐδεμιᾶς οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ ἦσαν γευσάμενοι· ἢ γὰρ ἂν ἐσθίοντας εἶδεν αὐτοὺς ὁ διάβολος, καὶ οὐκ ἂν ὡς πάντων ἀπηγορευμένων αὐτοῖς ἀφῆκε φωνήν· ἐσκόπει δὲ μόνον, ὡς εἰκὸς, καὶ τούτους ὑπὸ νόμον γενέσθαι, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικὰ τάγματα καὶ πάντα τὰ ὄντα καθ' ὃν εἶναι παρὰ Θεοῦ διατέτακται· ἠγνόει δὲ τοῦτον· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν εἰδὼς, τοὐναντίον ἔλεγεν, ὅπως εὐθὺς ἀπίθανος γένηται πρὸς ἀπάτην τὴν μέλλουσαν· οὐ γὰρ διὰ φωνῆς αἰσθητῆς ὁ νόμος ἐδέδοτο, τοῦ Θεοῦ δὲ τοῦτον τῇ διανοίᾳ τυπώσαντος· ὡς εἰ καὶ διὰ φωνῆς ἀκούσας ἐτύγχανεν, οὕτω διατεθέντος Ἀδάμ· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν, ἀκοῆς ἐν αὐτοῖς καὶ θέας ἐνεργουμένης, ὡς ἐν ὕπνοις ἐντυπουμένων καὶ δοκούντων ἀκοῦσαί τε καὶ ἰδεῖν· ἐδόκει τοίνυν Ἀδὰμ τὸν Θεὸν ὁρᾷν τοιαῦτα διαλεγόμενον· ἅπερ εἰκότως τῷ διαβόλῳ γέγονεν ἄγνωστα.

B Diabolus adveniens manifesto referebat, quæ quasi ex diametro pugnabant cum eloquiis divinis. Cæterum ex verbis diaboli colligunt quidam, Adamum et Evam nullum adhuc gustasse cibum. Nam si eos cibum capientes conspicatus esset diabolus, non emisisset vocem, qua eos pertentabat, quasi omnis ipsis interdictus esset cibus. Verum hoc solum sciebat diabolus, ut apparet, hominem, siculi et reliquas rationales creaturas et entia, teneri lege aliqua, secundum quam a Deo sint ordinata. At legem, cui obsequi debebat homo, nesciebat. Haud enim, si illa lex nota fuisset, prima statim coitione contrarium dixisset, veritus ne non sibi insidias molienti, deinde fides haberetur. Nam lex non interposita sensili voce homini data est. C Deus hanc legem menti hominis impressit, qua impressione quasi voce interveniente posita esse intelligenda est. Adamus itaque auditu instructus est, siculi evenisse prophetis **63** exploratum habemus, qui visione et auditu in ipsis operante, tanquam in somno, instituuntur quasi videantur ea et audire et cernere, quæ Deus manifestat. Existimabat et quasi persuasus erat Adamus, se audire Deum disserentem illa, quæ haud immerito incognita erant diabolo.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀδὰμ οὔπω βεβρώκεισαν, οὕτω τοὺς κατὰ φύσιν ἀνθρώπους τάξαντος τοῦ Θεοῦ, ὥστε μὴ παραπλησίως τοῖς ἀλόγοις ἀεὶ πρὸς βρῶσιν ὁρμᾷν, ἔχειν δὲ τούτου καιρόν. Ἰδὼν οὖν ὁ διάβολος πάντα τὰ ζῶα πλὴν τούτων ἐσθίοντα, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ διαφορὰν οὐκ εἰδὼς, ᾤετο νόμῳ κεκωλῦσθαι τῆς βρώσεως· ὅθεν ὡς διαβάλλων τὸν νομοθέτην, πυνθάνεται ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τοῦτο νομοθετήσαντα· ὅθεν αὐτὸν ἡ γυνὴ διωρθώσατο εἰποῦσα πάντων ἐπιτετράφθαι τὴν βρῶσιν, πλὴν τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου· εἰποῦσα πάντως καὶ τό· « Τοῦ εἰδέναι καλὸν καὶ πονηρὸν, » εἰ καὶ παρῆλθεν ὁ Μωϋσῆς· ἐν μέσῳ γὰρ ἦν καὶ τὸ τῆς ζωῆς, ὅπερ οὐκ ἀπηγόρευτο· πῶς γὰρ ἂν, μὴ ἀκούσας ὁ διάβολος παρὰ τῆς Εὔας, εἶπε τό· « Ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν; » τοῦτο δὲ οὐκ ἦν ὁ προφήτης εἰπὼν ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ ἐν τῇ δόσει τῆς ἐντολῆς· καίτοι τοῦτο λέξας ἔν τε τῇ τοῦ παραδείσου (ἔφη γὰρ ἐκεῖ· « Καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ· » καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλῶν καὶ πονηρῶν) διηγήσει μετὰ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, εἰπὼν αὐτὸ μέσον· καὶ ὅτε πάλιν λέγει, « Καὶ ἐκρύβησαν· » ἀλλ' οὐδὲ τό· « Μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, » φαίνεται λέγων ἐπὶ τῆς ἐντολῆς. Δῆλον οὖν

Adamus et Eva nondum ederant. Deus enim sic humanam naturam ordinaverat, ut non quemadmodum bruta animalia, semper præcipites ad cibum proruerent, sed statis horis cuticulam curarent. Animadvertens itaque diabolus, reliqua animalia omnia, præter hominem edere, et ignorans excellentiam hominis, qua a Deo fuerat donatus, existimavit edicto legis homines coerceri a D cibo. Quapropter, quasi reprehendens legislatorem, ut qui non in bonum finem legem sancivisset, mulierem percontatur. Hinc non abs re correctionem subjunxit mulier, qua corrigebat verba diaboli, dicens: Omnium arborum fructus nobis a liberalitate divina est concessus. Verum lege arcemur ab arbore, quæ in medio paradiso assurgit. Addidit: « Arbor scientiæ boni et mali, » licet Moses id obticuisset. Siquidem in medio sita erat et arbor vitæ, cujus fructus haud vetitus erat. Nam quo pacto, nisi audivisset ex Eva scientiam boni et mali, injecisset: « Eritis ut dii, scientes bonum et malum. » Cæterum propheta in datione legis haud memoravit eam arborem positam fuisse in medio paradiso, quamvis in enarratione paradisi

eam collocaverit cum arbore vitæ. Præterea cum ait, quod se sub ea occuluerit. Et tenori verborum legis nullibi adjectum videmus : « Ne tetigeritis ipsam. » Verum alioqui satis liquet, ea quoque dicta esse, cum illa lex ferretur. Qui enim mulier ista commenta esset, licet propheta ea omiserit? Nam recitans præceptum divinum, si non omnia exacte calluisset, haud addidisset : « Scientiam boni et mali. » Adjecit autem hæc in explicatione legis : « Quæ est in medio paradiso. » Et : « Non attingetis ipsam. » Quod dicitur : « In medio, » arboris excellentiam declarat. Quod admovit : « Non attingetis, » etc., ad majorem cautelam pertinet, quo magis sibi caverent, sicuti et cognoscere bonum et malum tendit ad utilitatem et usum præcepti.

A ὡς εἴρηται· οὐ γὰρ ἂν ἀφ' ἑαυτῆς εἶπεν, εἰ καὶ ὁ προφήτης παρέδραμεν· οὐδ' ἂν ἐντολὴν λέγουσα θείαν, τὸ μὲν εἰρημένον, τὸ τοῦ καλοῦ καὶ πονηροῦ, παρῆκε· » τὰ δὲ μὴ εἰρημένα προσέθηκε, τό τε « ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ, » καὶ τὸ, « Οὐ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ· » ἀλλ' εἴρητο πάντως τὸ μὲν, « Ἐν μέσῳ, » παριστῶν τὸ ἐξαίρετον· τὸ δέ· « Μὴ ἅψησθε, » πρὸς τὴν ἀσφάλειαν πλείονα, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν εἰς δήλωσιν τοῦ χρησίμου τῆς ἐντολῆς.

Verum duo sunt, quæ nos a malo avellunt et bono applicant, scilicet promissio et timor. Hinc Deus pœnam minis intentavit : « Et lignum vitæ promisit. » Sed diabolus diversum ingressus iter, timorem adimit, dicens : « Non morte moriemini. » Et quo magis hominem a vero abduceret Deo, oculorum apertionem pollicetur. Quapropter haud immerito inquit Salvator in Evangelio : « Mendax est, et ejus rei pater [91], » quibus verbis erudimur diabolum primum genuisse mendacium. Nec intonat : Eritis ut Deus, sed, « ut dii, » volens ut insuescerent nihil magni sentire de Deo, et ut existimarent eum non solum esse Deum : posse enim et alios esse tales, qualis ipse sit. Hujuscemodi argumenta objecit mulieri enarranti legem Domini, ut eam prorsus inescaret et ad casum deduceret. Verum lex utrique tam viro quam mulieri posita erat. Mulier enim cum viro ejusdem est substantiæ. Quapropter non abs re iisdem subdita est pœnis. Non enim, ut quidam fabulantur, ab conjuge accepit mandatum divinum, sed Deus mulieri æque ac viro mandatum illud dedit. Nec illorum opinioni astipulatur, quod Scriptura diserte ponit, Adamo soli eam legem esse latam [92]. Nec possunt suam opinionem stabilire, quod scribitur hominem solum in paradiso exstitisse. Nam post formatum hominem, describit paradisi creationem, in quem translatum esse hominem testatur. Dehinc demum infert : « Et præcepit Adamo, » etc. Quæ igitur Adamo dixit veluti peculiari personæ, eadem et ad mulierem porrigenda sunt, siquidem tum versabatur in narratione creationis Adami. Deinde repetitionem faciens, et mulieris tradit formationem, nec tamen inquit, quod et hanc induxerit in paradisum, cum satis id patuisset ex præcedentibus, sicuti et de præcepti positione.

Δύο δὲ ταῦτα ἐξάγει τε ἡμᾶς τοῦ χείρονος καὶ προσάγει τοῖς κρείττοσιν, ἐπαγγελία καὶ φόβος. Ὅθεν B καὶ τιμωρίαν ἠπείλησεν ὁ Θεὸς, « Καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐπηγγείλατο· » ὁ δὲ διάβολος τὸν μὲν φόβον ἀφεῖλεν, « Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· » ὀφθαλμῶν δὲ διάνοιξιν ἐπαγγέλλεται· ὅθεν φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὅτι « Ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, » δηλῶν ὅτι πρῶτος τὸ ψεῦδος ἐγέννησε· καὶ οὐχ εἶπεν, ὅτι Ἔσεσθε ὡς Θεὸς, ἀλλ', « ὡς θεοί· » προεθίζων αὐτοὺς μὴ μέγαν νομίζειν τὸν Θεὸν, μηδὲ μόνον οἴεσθαι τοιοῦτον εἶναι, δυνατὸν δὲ καὶ τὸ γενέσθαι τοιούτους ἑτέρους. Τοιαῦτα προσήνεγκε τῇ γυναικὶ δηλητήρια, ἐξηγουμένης ἀκούσας τὴν ἐντολὴν ἣν εἰλήφει μετὰ τοῦ συνοίκου κοινῶς, ὡς καὶ τῆς αὐτῆς ὑπάρχουσα φύσεως· τοιγαροῦν ὑπεβλήθη καὶ τοῖς ἴσοις ἐπιτιμίοις· οὐ γὰρ, ὥς φασί τινες, παρὰ τοῦ συνοικοῦντος C ἀκήκοεν· ἐκ τοῦ γεγράφθαι ὅτι ἐνετείλατο τῷ Ἀδὰμ λέγων· οἷς ἀκολουθεῖ καὶ τὸ μόνον εἶναι λέγειν ἐν τῷ παραδείσῳ· μετὰ γὰρ τὴν πλάσιν τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τὴν τοῦ παραδείσου παρασκευὴν, φησὶν ὡς ἐν τούτῳ τέθεικε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐπάγει· « Ἐνετείλατο τῷ Ἀδάμ. » Τὰ οὖν κοινῶς εἰρημένα, ἐπὶ τοῦ προσώπου παρείληπται τοῦ Ἀδὰμ, οὗ δὴ τὴν πλάσιν εἰρήκει· καὶ ἐπαναλαβὼν μετὰ ταῦτα, τῆς γυναικὸς ἔφη τὴν ποίησιν, μηκέτι προσθεὶς ὡς εἰσήγαγε ταύτην εἰς τὸν παράδεισον· αὐτάρκως διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοῦτο δεδηλῶσθαι δοκῶν καὶ τῆς ἐντολῆς τὴν παράδοσιν.

Verum, ut breviter de prædictis disseramus, sciendum est Deum fuisse invisibilem. At is, qui omnia ab ipso accepit, visibilis erat. **64** Et hac lege institutus et informatus est a Domino, scilicet ut abstineret arbore interdicta, quo semper admoneretur se alieno juri esse subjectum. Nam obambulans una cum uxore inter arbores paradisi, conspiciens arborem prohibitam, semper recordabatur Dei invisibilis per rem visibilem. Quemadmodum etiam imago regis, quia non præsto omnibus in suo regno magistratibus esse potest, imaginem et statuas ponit, quibus judices deterriti, quasi præsens

D Συντόμως δὲ περὶ τῶν εἰρημένων εἰπεῖν, Θεὸς ἀόρατος ἦν· ὁ δὲ λαβὼν παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα ὁρώμενος, ἔλαβε παρὰ Θεοῦ νόμον τὸ δένδρον, ἵνα μὴ λήθην λάβῃ τῆς δεσποτείας· περινοστῶν γὰρ τὰ δένδρα μετὰ τῆς γυναικὸς, ὁρῶν τὸ δένδρον ἐμέμνητο τοῦ ἀπαγορεύσαντος, τοῦ ἀοράτου διὰ πράγματος ὁρατοῦ· οἷόν τι γίνεται καὶ χαρακτὴρ βασιλέως τοῖς ἄρχουσιν, ἐν τόπῳ ὄντος καὶ πανταχοῦ παρεῖναι μὴ δυναμένου, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος παρόντος ἐκείνοις δικάζουσι καὶ καθόλου τι χρηματίζουσι· βεβαιοῦται γὰρ οὕτως ἀεὶ τὰ γινόμενα. Τοιγαροῦν ἡ γυνὴ, μεμνημένη τῆς ἐντολῆς, τὸν νόμον ἀντιπροβάλλεται τῷ

[91] Joan. VIII, 44. [92] Rom. V, 13.

ἀπατήσαντι· μᾶλλον δὲ διπλασιάζει, φησίν· ὁ γὰρ Θεὸς οὐκ εἶπεν· Μὴ ἅψησθε· οὐδὲ γὰρ τοῦτο κίνδυνον ἔφερεν· ἀλλ' ἐκεῖνοι γνῶσιν ἔχοντες θεϊκὴν, ὥρισαν παρ' ἑαυτοῖς· εἶπεν ὁ Θεὸς, Μὴ γεύσησθε τοῦ δένδρου· ἡμεῖς μηδὲ ἁψώμεθα· τοσοῦτον ἔμελλεν αὐτοῖς τηρῆσαι τὴν ἐντολήν· ὁ δὲ ξένην αὐτῇ τὴν ἀπάτην προσήγαγεν, ὀργάνῳ τινὶ συμφύτῳ χρησάμενος· ὁ γὰρ Θεὸς ὁ πλάττων τὸν ἄνθρωπον, μετὰ τῆς ἄλλης γνώσεως ἐνέθηκεν αὐτῷ καὶ πόθον Θεοῦ, οὗ δὴ τὸν πυρσὸν ἰδὼν ἐν αὐτοῖς, εἰς δέλεαρ τοῦτο προβάλλεται, εἰπών· « Ἔσεσθε ὡς θεοί· » νῦν γὰρ, φησὶν, ὡς ἄνθρωποι οὐ δύνασθε πάντοτε εἶναι μετὰ Θεοῦ, ἀλλ' ἐὰν γενηθῆτε θεοί· οὐ γὰρ εἶπε, Πολέμιοι γίνεσθε τοῦ Θεοῦ· ἐπιθυμία τοίνυν ἰσοθεΐας ἀπατᾷ τὴν γυναῖκα· ἡ δὲ τὸν ἄνδρα οὐκ ἀπατᾷ, ἀλλὰ πείθει· καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος· Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· πῶς οὖν κατεκρίθη; ἐπειδήπερ ἔπεισεν αὐτὸν ἐκείνη φαγεῖν, ἵνα μὴ μόνη διατραπῇ· οἷα καὶ νῦν τινες εἰδότες ὀρθοδοξίαν, γυναιξὶ πείθονται, μὴ δεῖξαι ζῆλον ὑπὲρ τῆς πίστεως· οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν ἀλήθειαν, ἁπλῶς δὲ συναπαγόμενοι· τινὲς γάρ φασιν ὡς ἀγνοῶν ἔφαγεν· ἀγνοῶν ὅθεν ἤνεγκεν· ἀλλ' ἐλέγχει Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς λέγων, Ἐπειδὴ ἔλαβες, ἀλλ', « Ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου· » πρὸς ὃ εἶπεν ἄν, Ἠγνόουν, εἴπερ ἦν ἀληθές.

A sit rex, recte judicant et jus dicunt. In hunc etenim modum omnia firmius administrant et exsequuntur judices. Quapropter etiam mulier cohortanti ad defectionem, legem opponit. Hanc quoque amplificat et exaggerat. Nam Deus non præceperat : Ne attigeritis; nec tactus quoque periculum importabat. Sed cum haberent cognitionem divinarum rerum, apud semetipsos jam statuerant et concluserant, Deum dixisse : Ne degustaveritis de arbore. Nos vero ne contingimus quidem arborem. Ecce quanta cura ipsis fuerit non transiliendi legem. Diabolus alienam ei obtulit fraudem usus organo, scilicet serpente, qui una cum homine creatus habebatur. Nam Deus cum fingeret hominem, licet multarum rerum scientia eum excoluerit, attamen B inter cætera sui desiderium ei ingenuit. Cujus fomitem vel scintillam diabolus in homine deprehendens, ut eum magis inescaret et ad vetitum pertraheret, inquit : « Eritis ut dii. » Quasi diceret : Nunc cum sitis homines solum, non poteritis perpetuo conversari cum Deo. Sed hoc eveniet, ubi in deorum numerum fueritis relati. Caute admodum agit, quod non monet, ut inimicitias suscipiant cum Deo. Diabolus circumscripsit mulierem inordinato appetitu evadendi similis Deo. Verum mulier virum non decepit, sed persuasione ducit in suam sententiam. Hujus rei testis est Paulus, inquiens : Adamus non deceptus est, etc. Quare igitur condemnatus est? Quia mulier ei persuasit, ut in ventrem demitteret prohibitam escam, ne videlicet ipsa sola periret : sicuti etiam hodie quidam conspicientes quæ sit vera religlio certaque fides, attamen obtemperantes muliebri sexui, veræ fidei non sunt studiosi : non quod nesciant veritatem, sed simpliciter inducti et persuasi. Quidam docent Adamum ignoranter edisse, et nescivisse unde mulier istum fructum decerpserit. At Deus reprehendens Adamum non simpliciter dicit : Quia accepisti pomum inhibitum; sed : « Quia auscultasti voci uxoris tuæ, » etc. Si illorum opinio vera esset, certe crimen expurgasset Adamus prætendendo ignorantiam. Verum tacet, silentioque suo testatur, se culpæ affinem.

Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν. Καίτοι οὐ νῦν πρῶτον εἶδε τὸ ξύλον· πῶς γὰρ ἂν εἰλήφει περὶ ἀγνοουμένου τὴν ἐντολήν; ἀλλὰ δηλοῖ τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν μεθ' ἧς εἶδε τὸ ξύλον· ὥσπερ οὖν τινες αἰσχρὰν πολλάκις γυναῖκα, δι' ἐπιθυμίαν αὐτῇ προσπεπονθότες, ὡραιοτάτην νομίζουσιν, ὑπὸ τῶν ἄλλων καταγελώμενοι· ὅθεν ἡ Παροιμία φησίν· « Ἀνθρώπῳ πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς. »

C VERS. 6. *Videns itaque mulier quod bona esset arbor illa in cibum.* Si nunc demum mulier vidit et cognovit arborem, profecto absurdum quiddam hinc concluderetur, scilicet ipsam accepisse legem rei ignoratæ. Verum id non est. Arborem, antequam incontinentes manus admoveret, cognitam habuit, eamque nimia licentia et voluptate aspexit. Quemadmodum interdum quidam nimiis Veneris stimulis exagitati, rem habent cum muliere turpissima, omnibus ridiculum debentes, quamvis ipsi putent eam esse formosissimam : ita accidit et mulieri. Voluptas et nimia licentia dabant, ut prohibita arbor ipsi allubesceret. Proinde non temere dicit in Proverbiis Solomon : « Viro scortatori panis omnis jucundus et gratus est[93]. »

Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο. Οὐχ ὡς ἔλεγεν ὁ διάβολος εἰς ὀξύτητα διανοίας θεοπρεπῆ, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς ἰδίας γυμνώσεως ἐπαισθάνεσθαι· ἐπεὶ μὴ χρεία τοῖς ἀθανάτοις περιβολῆς· ἐπαισθάνεσθαι δὲ, οὐ τῷ πρώην μὴ βλέπειν αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ μηδὲν φαῦλον ἀπὸ τῆς θεωρίας ἐπὶ τῆς ἐννοίας λαβεῖν· ἡ γὰρ γύμνωσις καθ' ἑαυτὴν οὐ δεινὸν, ἐπεὶ καὶ βρέφη τὴν γύμνωσιν οὐκ αἰσχύνονται, καὶ πρὸς ἰατροὺς ἀπογυμνοῦνται πᾶς ὁ θεραπείας δεόμενος, καὶ γυναῖκες ἐπὶ βαλανείων ὁρῶνται γυμναί. Οὕτω λογισμός ἐστι ψυχῆς ὁ τὴν γύμνωσιν ποτὲ μὲν αἰ-

VERS. 7. *Et aperti sunt oculi amborum.* Oculi non aperti sunt secundum diaboli verba, ut homo jam esset Deus, et divinæ mentis acie refulgerent? Quid D igitur? miselli cœperunt intueri miseram suam nuditatem. Siquidem prius, cum forent immortales, non opus habebant amictu. Quod autem nuditas nunc demum apparuit, non intelligendum est, quasi antea non fuerit ab ipsis visa; alia ratio est. Nihil mali cogitabant antea, quamvis oculis subjectam cernerent nuditatem. Nam nuditas per se considerata turpis nullo modo est. Infantes non erube-

[93] Imo, Eccli. x[illegible], 24.

scunt, licet nudi sint. Qui medica opus habent manu, coram medico citra pudorem denudantur. Etiam mulieres in balneis conspiciuntur **65** nudæ. Discimus itaque in ratione animi situm esse, ut aliquando turpis, aliquando secus deprehendatur nuditas. Ad eum modum Adamus et Eva, antequam peccato se fœdassent, nequaquam, ut re necessaria, indigebant pudore, quem nacti sunt peccato demum commisso auxiliarem et coadjutorem ad propulsandum peccati impetum. Verum rudimenta et quasi principia pudoris sunt, quod rubore suffunduntur ob membra generationi inservientia. Siquidem nullibi affectus videre est potentiores. Nec etiam nuptialem concubitum promiscue brutorum more voluit, sed eum refrenavit lege pudorem suggerendo. Hinc ex foliis ficulneis velamenta composuerunt, pudore ad eorum inventionem instigante, licet prius nunquam nuptialem experti forent complexum. Cæterum omnis qui peccatum committit, quasi cæcus peccare existimatur. Ubi enim viderit, quasi antea occæcatus fuerit, quid deliquerit, inquit : Non cernebam quid faciebam. Sed conscientiæ demum stimulus accedens, nos pungit, et efficit ut peccati abominationem conspiciamus. Præterea si quis percutit discipulum parum dicto audientem, exclamat : Doceo te audire. Audivit quidem jam antea, sed affectibus et passionibus aliis ebrius, animum non intendit his quæ dicebantur. Diabolus autem, cum et ipse maximum cœpisset periculum ex sua inobedientia, scilicet ut suam condemnationem cerneret, haud dissimile et ipsis ex inobedientia eventurum augurabatur.

A σχρὰν, ποτὲ δὲ οὐκ αἰσχρὰν ποιῶν· οὕτως οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ ἡμαρτηκότες οὐδὲν αἰσχύνης ἐδέοντο, ἣν ἔλαβον ἁμαρτόντες, ὡς βοηθὸν εἰς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας· προοίμιον δὲ τῆς αἰσχύνης, τὸ ἐπὶ τοῖς παιδογόνοις μορίοις ἐρυθριᾷν· ἐπεὶ καὶ τὸ περὶ ταῦτα πάθος πάντων ἐστὶν ὀξύτερον· καὶ οὐδὲ τὴν γαμικὴν ὁμιλίαν ἄλογον γενέσθαι Θεὸς συνεχώρησεν, ἀλλὰ νόμῳ διὰ τῆς αἰσχύνης διώρισεν· ὅθεν ἐκ φύλλων συκῆς τὴν σκέπην αὐτοῖς ἐπενοήθησαν, οὔπω πεῖραν ἔχοντες γαμικῆς συμπλοκῆς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τὴν ἐπὶ τούτοις αἰσχύνην κτησάμενοι. Ἄλλως τε καὶ πᾶς ἁμαρτάνων, ὡς τυφλὸς ἁμαρτάνει· μεθ' ὃ βλέπει λοιπὸν τί ἐποίησε, καὶ ἐγκαλούμενος, φησίν· Οὐκ ἔβλεπον τί ἐποίουν· τὸ δὲ συνειδὸς μετὰ ταῦτα βλέπειν ποιεῖ· καί τις πλήττων τινὰ παρακούσαντα, φησί· Διδάσκω B σε ἀκούειν· ἤκουε μὲν γὰρ, ἀλλὰ τῷ πάθει μεθύων οὐ προσεῖχεν οἷς ἔλεγεν· ἐξ ὧν οὖν ἔπαθεν ὁ διάβολος παραβὰς, ἔλεγεν αὐτοῖς τὸ παραπλήσιον· εἶπεν γάρ· « Διανοιχθήσονται ὑμῖν οἱ ὀφθαλμοί· » καὶ, « Ἔσεσθε ὡς θεοί· » πάθος συμβήσεσθαι.

Ubi igitur exuere immortalitatem, corpus nudatum et quasi suo habitu spoliatum est, et visi sunt deinde nihil aliud esse, nisi lutum. Illico deinde scaturire cœpit fons artium inventionis. Proinde consarcinant folia. Sed cedo, quis hoc hominem docuit ? Homo accepit a Deo intellectum, utpote ad imaginem ejus conditus. Quapropter ne quis miretur, si homines nova quædam machinati sunt, et artes prius ignotas adinvenerunt. Quidam perhibent primum hominem omni virtute instructum, dicendi libertatem insignem tenuisse. Verum virtute et illa libertate exuti, erubescebant nonnihil, cognoscentes in quanta mala ex summa felicitate detrusi sunt. Siquidem nondum eo malitiæ progressi erant, ut malitiam non sentirent. Quapropter latebras quærebant, quibus abderentur, celantes universi hujus Conditorem, qui deambulabat in voluptatis horto. Nam si quis vel parum se peccato dediderit, redarguitur clam a communibus animi conceptibus, quos Deus animo hominis impressit. Hi enim semper insonant, sic volente Deo : Homo, quid fecisti, quod fœdissimo te mancipasti peccato? Verum si quis interdum demergatur in profundum peccatorum, non cunctatur defensiones et patrocinia comminisci et consarcire. Sed Dominus hujusmodi vana patrocinia exsibilat per arborem fici, ad quam ubi accesserat, nullos fructus, sed sola folia repererat. Ob id dixerat : « Fructus non ex te nascatur in æternum [94]. » Cæterum ficus nihil per se deliquerat, verum Israelitis qui huic conferebantur, dictum est, utpote in peccatum prolapsis : « Non est botrus in vineis tuis, nec arbores tuæ ficulneæ fructus ferunt [95]. » Consuerunt itaque folia ficulnea, id est, adornarunt ex-

Ὡς δὲ ἀπεδύσαντο τὴν ἀθανασίαν, ἐγυμνώθη τὸ σῶμα, καὶ ἦν πηλὸς λοιπόν· εὐθέως βρύει ἐπίνοια τῶν τεχνῶν· τοιγαροῦν ῥάπτουσι. Καὶ τίς ὁ διδάξας; Ἔλαβεν ἅπαξ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ σύνεσιν, κατ' εἰκόνα γε- C νόμενος· ὥστε θαυμαστὸν οὐδὲν ἐφ' ᾧ ἄνθρωποι μηχανῶνται καινότερα καὶ τὰς τέχνας εὑρήκασι· τινὲς δέ φασιν, ὡς ἔχοντες τὴν ἀρετὴν ἦσαν εὐπαῤῥησίαστοι, ταύτην δὲ ἀπαμφιασθέντες ᾐσχύνοντο ἐξ οἵων ἀγαθῶν εἰς οἷα μετέστησαν κακὰ, μήπω πρὸς κακῶν ἀναισθησίαν ἐλάσαντες· ὅθεν καὶ κρύπτονται περιπατοῦντα τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἁμαρτὼν γάρ τις μετρίως, ὑπὸ τῶν ἐκ Θεοῦ ἐνεσπαρμένων αὐτῷ κοινῶν ἐννοιῶν διελέγχεται· ἀεὶ δι' αὐτῶν ἐμβοῶντος τοῦ Ποιητοῦ· τὸ δὲ ἐνέχεσθαι τῷ βάθει τοῦ σφάλματος, ἀπολογίας πολλάκις τῶν ἁμαρτημάτων συῤῥάπτει· οἷς ὁ Κύριος συμβολικῶς ἐπιτιμᾷ διὰ τῆς συκῆς, ἐλθὼν πρὸς αὐτὴν, καὶ φύλλα μόνον εὑρών· « Οὐ μὴ ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· » καίτοι οὐ παρὰ τὴν αὐτῆς αἰτίαν αἰσθητὴ συκῆ καρπὸν οὐκ ἔφερεν· ἀλλὰ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὴν ἀσέβειαν ἐκπεσόν- D τος, εἴρηται· « Οὐκ ἔστι σταφυλὴ ἐν ταῖς ἀμπέλοις, οὐδὲ συκῆ ἐν ταῖς συκαῖς· » ἔῤῥαψαν οὖν φύλλα συκῆς, πιθανὴν ἀπολογίαν, ὡς προείρηται, πορίζοντες. Τινὲς δέ φασι σύμβολα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων εἶναι τὰ φύλλα· συκῆς γὰρ φύλλον ἡνίκα ἂν τοῦ σώματος ἅψηται, κνησμονὴν παρέχει· αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ προφήτης τῆς παραβάσεως τὴν κνησμονὴν δεικνύς.

[94] Matth. xxi, 19. [95] Mich. vii, 1.

causationem peccati in speciem nonnihil probabilem, ut supra docuimus. Quidam aiunt, folia fici esse quasi quædam symbola peccatorum, quasi ex propria natura stillaverint. Folia etenim ficulnea, si corpus attingant, pruritum quemdam inferunt. Propheta itaque statim peccati pruriginem ostendit.

Οὗτοι δὲ αὐτοὶ ἤκουσαν Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν· καὶ πρὸ μὲν τῆς παραβάσεως οὐ περιεπάτει αὐτοῖς, ἀλλ' ἦν μετ' αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς αὐτῶν μεμάκρυνται μὲν, διὰ δὲ τὴν ἀγαθότητα περιεπάτει, αἴσθησιν παρέχων κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ὅπως ἐπιστραφῶσι. Τοῦτο δὲ γίνεται τὸ δειλινὸν, καταλλήλως τοῖς παραβεβηκόσι· τῷ μὲν γὰρ ἐν ἀρετῇ ἀκμάζει τὸ τῆς ἀληθείας φῶς· τότε δὲ γίνεται δειλινὴ καὶ σκοτώδης ἡ ὥρα ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἐλαύνουσα, ὅτε τις ἑαυτὸν ἔξω τοῦ φωτὸς καθίστησιν, ἐν ἀγνοίᾳ καὶ κακίᾳ γινόμενος· ὡς λέγειν τὸν Θεὸν πρὸς τὴν ἁμαρτάνουσαν ψυχήν· « Νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου· » οὐκ ἀθρόον οὖν αὐτοὺς ἀφῆκε τὸ φῶς, εἴγε δειλινὸν ἤκουσαν τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ ἀποκρυβῆναι ἀπὸ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀποστῆναι τῆς περὶ Θεοῦ καθαρᾶς νοήσεως· οὐχ ὡς Κάϊν· ἐκεῖνος γὰρ ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἀφάνταστον ἑαυτὸν αὐτοῦ κατασκευάσας· οἱ δὲ ἀποκρυπτόμενοι οὐκ ἀνεννόητοι μέν εἰσι τῆς θείας ἐπιστασίας· διὰ δὲ τὴν ῥυπαρίαν τῆς ἁμαρτίας τὴν παῤῥησίαν οὐκ ἔχουσι· πρόσωπον δὲ Κυρίου καὶ ὁ Υἱὸς νοηθείη· παραβάται γὰρ θελήσαντες εἶναι τῆς ἐντολῆς, ἀπέστησαν τοῦ φωτίζεσθαι ἀπὸ τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ.

Audiverunt Dominum Deum spatiantem sub vesperam in paradiso. Ante peccatum quidem Deus non ambulabat in paradiso, verum illis adjunctus erat. Cæterum, ubi ipsi defecerant a Domino, etiam ipse eorum consortium vitavit. At, ut suæ bonitatis et misericordiæ specimen aliquod daret, in horto ambulavit, ut per communes illos animi conceptus homini indicaret, si vellet redire in viam, remedium. Vespertinum tempus admodum congruebat huic rei. Nam cum adhuc virtutem tenebant, vitiorum ignari, veritatis lumen in ipsis vigebat. At si quis relicto lumine ad ignorantiæ tenebras contendit et vitia sectatur, **66** vesper, qui præcedit tenebras, ei exoritur, ad quem ait Dominus: « Nocti assimilavi matrem tuam [96]. » Non itaque, ut ex prædictis patet, lux statim omnis ipsos deseruit, sed paulatim. Vespere enim audivere Deum. Quod vero latebras petunt, quibus occulantur, ne veniant in conspectum Dei, nihil aliud est, quam deficere a Dei purissima et mundissima mente, non tamen ut Cainus. Nam hic abiit e conspectu Domini, at ita, ut se non amplius offerret illuminandum Deo, qui gratiæ particeps fieret. Qui celantur, existimant se amplius curæ esse Domino: at propter peccati sordes non habent potestatem et libertatem colloquendi cum Deo. Facies autem Dei accipienda est pro Filio. Nam qui transgrediebantur legem Domini, desierant illuminationem capere ab imagine Dei.

Εἰκότως δὲ φεύγουσιν ὑπὸ τὸ ξύλον τὸ ἐν τῷ μέσῳ τῷ παραδείσῳ, ὃ ἦν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ· ὁ γὰρ κρυπτόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, ὡς μὴ ἐνεργεῖν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἐπιμορφάζεσθαι, κρύπτεται ὑπὸ τὴν ὑπόκρισιν· ὅταν δέ τις ἐν ἁμαρτίᾳ γενόμενος, αἰσθήσεως βραχείας δέξηται τύπον, ὡς ἔννοιαν δέξασθαι Θεοῦ διὰ τῆς κτίσεως, ἐν ᾗ ἐμπεριπατεῖ, τῶν ὅλων προνοούμενος, τάξιν ἐπιθεὶς ἑκάστῳ τῶν ὅλων, τότε καὶ ἐπιστρέφει καὶ γινώσκει, ὅτι ἐφορᾷ τὰ ὅλα καὶ διοικεῖ· καὶ φωνῆς ἀκούει Θεοῦ ἐν διανοίᾳ τυπουμένης ὅτι Θεὸν οὐδὲν λανθάνει· καὶ οὕτως αἰσχυνθεὶς κρύπτεται· ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, οὐκ ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν Θεὸν, ἁμαρτάνει· αἰσθήσεως δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, *Ἐφοβήθην*· αὐτὸς γὰρ ὁ φόβος ἔχοντος ἔτι ἐστὶν διάληψιν ὡς αἰσχρὸν ἡ κακία καὶ κολαστέον· τοῦ δὲ φόβου αἴτιόν φησι τὴν γυμνότητα, ἥτις ἐκ τοῦ ἀπολωλεκέναι τὴν ἀρετὴν ἔνδυμα θεῖον ὑπάρχουσαν· οὕτω καὶ Παῦλος παραινεῖ· « Ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, καὶ ἐνδύσασθε σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ. » Καλῶς δὲ πρόσκειται τὸ *Κύριος* ἐνταῦθα τῷ *Θεός*· ὅτε μὲν γὰρ περὶ Δημιουργοῦ προέκειτο, ἔλεγεν· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » ὅτε δὲ παράβασις ἠκολούθησε, τότε φησὶ, « Κύριος· » ἕπεται γὰρ τῷ Κυρίῳ ἐπεξέρχεσθαι κατὰ τῶν ἀμελούντων [τῶν προστά]ξεων αὐτοῦ· ἐπιτιμίας γὰρ δεῖ, ἥτις οἰκείως ἀπὸ δεσπότου γίνεται. Εὐλογητὸς δὲ ὁ

Quapropter recte confugiunt ad arborem in medio paradisi sitam, scientiæ boni et mali. Qui enim vult se subducere e conspectu Dei, et non operari virtutem, sed ostendere et præ se ferre quamdam virtutis speciem, is se occultat hypocrisi involutus. Quando autem quis peccaverit, et modice senserit et cogitaverit Deum, Deum, inquam, qui universa condidit et omnia sua providentia gubernat, singulisque suum ordinem et locum tribuit in rerum natura, certe ad pœnitentiam convertitur, relicto peccato: et cognoscit Deum omnia inspicere, ejusque oculum nihil latere: secumque hæc Deum colloqui in mente existimat. Audiens igitur hanc vocem Dei in suo animo, ipsum scilicet nil fugere, erubescens absconditur. Qui enim peccat, jam Deum non amplius curat, eque ejus se submovit conspectu. Quod autem senserit peccati noxiam, satis docet, dum inquit: *Timui*. Nam ex timore satis elicitur, ipsis natura fuisse insitum, ut scirent vitia esse turpia et punienda. Cæterum timoris signum fuisse perhibet nuditatem, quæ exorta est ex amissione virtutis, quæ divinum indumentum et amiculum erat. Huc enim hortatur et Paulus, dicens: « Induamur arma lucis, et induite viscera miserationis [97]. » Pulchre vero dictioni *Deus*, hoc

[96] Osee IV, 5. [97] Coloss. III, 12.

loco addidit : *Dominus*. Nam cum de opificio mundi propositus erat sermo, inquit : « In principio . fec.t Deus cœlum et terram. » Sed cum transgressio hominis explicatur, inquit : « Dominus Deus. » Nam consequens est, si quis naturam Domini diligentius exquirat, ut pœnis coerceat negligentes et bona opera fugitantes. Indigebant enim castigatione. At benedictus sit Dominus sanctorum, qui tunc vespertino tempore visitavit Adamum ; et nunc illud tempus, quo in cruce exspiravit Christus, vespera dicitur. Etenim amaram passionem perpessus est illis ipsis horis, quibus Adamus edit usque dum a Domino condemnationis pœna percelleretur, scilicet ab hora sexta usque ad nonam. Adamus sexta hora vetitum cibum in ilia demisit. Est enim ea hora, quasi certa regula hominibus constituta, ut cibum capiant. Post hanc horam in latebris delituit. Ad delitescentem vespera se intendente venit Deus, dicens : Tu nunc majora te affectasti ; ego, ut tibi consulam, me minora assumo. Æqualis esse Deo appetivisti, homini ast ego æqualis fio. Cupivisti fieri Deus, quod quidem facere debebas juxta animi mei sententiam. Sed cum id impetrare nequiveris præter meam sententiam, ego propter te desidero fieri homo. Nam inquit : « Vehementer cupivi edere hoc pascha vobiscum [98]. » Mea voluisti temerario ausu rapere non valens; ego tua accipio valens.

A Θεὸς τῶν ἁγίων ὁ τό τε δειλινὸν τὸν Ἀδὰμ ἐπισκεψάμενος καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὸ δειλινόν· καὶ γὰρ ἐκείνας τὰς ὥρας τὸ πάθος ὑπέμεινεν, ἃς διετέλεσεν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ φαγεῖν ἕως τῆς κρίσεως, ἀπὸ ἕκτης ἕως ἐνάτης ὥρας· ἕκτην ἔφαγε· κανὼν γὰρ οὗτος τῆς φύσεως· μεθ' ἣν ἐκρύβη· τὸ δειλινὸν ἦλθε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· ἐπεθύμησας τῶν ὑπὲρ σὲ, λαμβάνω τὰ ὑπ' ἐμέ· ἰσοθεΐας ἐπεθύμησας, ἰσάνθρωπος γίνομαι· ἐπεθύμησας γενέσθαι Θεός; ἔδει κατὰ γνώμην ἐμήν· καὶ ἐπειδὴ παρὰ τὴν γνώμην οὐκ ἠδυνήθης, ἐπιθυμῶ γενέσθαι ἄνθρωπος· « Ἐπιθυμίᾳ γὰρ, φησὶν, ἐπεθύμησα φαγεῖν τὸ Πάσχα τοῦτο μεθ' ὑμῶν· » τὰ ἐμὰ ἠθέλησας ἁρπᾶσαι μὴ δυνάμενος, ἐγὼ τὰ σὰ λαμβάνω δυνάμενος.

Meridiano tempore diabolus accessit ad mulierem, verum jam antea ipsam observaverat captans opportunum colloquio tempus. Nam tum demum, ubi eam famelicam sentit, et ad cibum capiendum festinantem, adoritur. Haud enim nobis volentibus peccatum ingerere potest : sed, ut aliquid promoveatur, utitur affectibus nobis insitis instar mali consiliarii, et sic nos in peccatum protrahit. Deus vero diabolo concedit eam potestatem, quamvis posset peccatum penitus prohibere, ut experientia discamus, quantum malum sit peccatum, et affectuum molesta conturbatio : et deinde agnoscamus magnitudinem beneficii, dum corporis animæque pariter immortalitatem capimus intercedente resurrectione. Nam, aiunt quidam, haud verisimile est, sic exarsisse Deum gratia unius **67** cibi, ut capitaliter puniret utrumque. Deo jam antea sic visum erat, ut magis abominaremur infandum peccatum. Quapropter proposuit præceptum, tulit et leges, ut peccatores convincat etiam inficiantes. Cæterum hoc omne agit, non, ut penitus nullo inquinemur, quod impossibile est, peccato : sed ut peccatum detestemur, et inde celeri refugiamus pede, et sic gratiæ cœlestis reddamur participes. Si peccatum non evitaverimus secundum præscriptum modum, profecto ejiciemur æternis tabernaculis, ut tradidit Christus noster Salvator. Ut igitur fuga mali quæ sit nobis constaret, primos statim peccatores reprehendit, et pœnitentibus veniam dat. Nec etenim illico post latam a Deo sententiam capitali supplicio affecti sunt : sed mors dilata est in annos 930. Non autem prorsus mortem e medio sustulit, quod nequaquam ejus crudelitatem arguit : sed id, quod in suam gloriam vergere judicavit, obtinere voluit. Statim itaque homini, ubi primum peccato se junxerat, apparuit Deus, qui ad pœnitentiam ipsum retraheret.

B Περὶ μέσον οὖν τῆς ἡμέρας ὁ διάβολος προσῆλθε τῇ γυναικὶ, παρατηρῶν μὲν καὶ πρότερον, ὅτε δὲ εἶδε πεινάσασαν καὶ πρὸς τροφὴν ὁρμῶσαν· οὐ δύναται γὰρ ἐμποιεῖν ἁμαρτίας, τοῖς ἐνοῦσι δὲ ἡμῖν προσκέχρηται πάθεσι, συμβούλου δίκην κακοῦ. Συνεχώρησε δὲ Θεὸς τὴν ἁμαρτίαν, κωλῦσαι δυνάμενος, ἵνα πεῖραν λάβωμεν, ὅσον κακὸν ἁμαρτίας καὶ παθῶν ὄχλησις, καὶ γνῶμεν ὕστερον τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, διὰ τῆς ἀναστάσεως τὸ ἄτρεπτον ἐν ἑκατέρῳ δεχόμενοι. Οὐδὲ γὰρ πιθανὸν, φασὶ, βρώσεως ἕνεκα μιᾶς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ κατακριθῆναι τὸν θάνατον· ἀλλὰ γὰρ καὶ πρότερον ἐδέδοκτο τῷ Θεῷ, ἵνα τὴν ἁμαρτίαν μισήσωμεν· διὸ καὶ δέδωκεν ἐντολὴν, καὶ νόμους ἐξέθετο, καὶ προσάγει τὸν ἔλεγχον ἁμαρτάνουσιν· οὐ τὸ μὴ ἁμαρτεῖν καθάπαξ ἀπαιτῶν· C ἀδύνατον γάρ· ἀλλὰ τὸ ταύτην ἐκτρέπεσθαι καὶ μισεῖν, καὶ μετανοοῦντας γενέσθαι δεκτούς· εἰ δὲ μὴ, ἀπωθεῖσθαι· καθὰ Χριστὸς ἡμῖν παραδέδωκε· τοῦτο δ' οὖν Θεὸς ἅμα τῷ φανῆναι τὴν ἁμαρτίαν πεποίηκεν, ἐλέγχων μὲν, δοὺς δὲ μεταγνοῦσι συγχώρησιν· οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἀπόφασιν εὐθέως ἀπέθανον, ἀλλ' εἰς ἐννακόσια τριάκοντα ἔτη τὸν θάνατον ἀνεβάλετο· οὐ παντελῶς δὲ ἀνεῖλε τὸν θάνατον, οὐχ ὡς μὴ συγχωρήσας, κρατύνας δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς καλὸν εἰς δόξαν αὐτῷ. Εὐθὺς τοίνυν ἡμαρτηκόσιν ὁ Θεὸς ἐπεφάνη, πρὸς μεταμέλειαν ἕλκων αὐτοὺς, καὶ ῥαπτόντων ἔτι τὰ περιζώματα τὴν οἰκείαν προσήγαγε παρουσίαν· ὡς ἂν ἐπ' αὐτὸ φωροληφθέντες, μείζω τὴν αἴσθησιν ἐπιδέξωνται, μεῖζον καὶ τὸ δέος δεξάμενοι· φοβερὰν γὰρ D αὐτοῖς ὁρᾶσθαι συνεῖδεν· ἐδόκει γὰρ ὁρᾶσθαί τε τούτοις καὶ διαλέγεσθαι· τὰ μὲν εὐθὺς γεγονόσι, τὰ δὲ τὴν ἐντολὴν παρεχόμενος, ἀναγκαίως.

[98] Luc. XXII, 15.

Nec diu cunctatur, sed utrumque convenit, dum subligacula conficiunt in re ipsa deprehensi, quo magis cognoscerent peccati labem, eamque deinceps magis formidarent. Magno autem tumultu et terribiliter se ipsis obtulit. Hactenus consueverat se conspiciendum dare homini Deus, quatenus possibile erat. Nam videbatur apparere et colloqui illis, cum daret præceptum.

Καὶ νῦν ἐφάνη πρὸς ἔλεγχον, ἀλλ' οὐ συνήθως πεποίηται, ἀλλ' ὡς δοκεῖν τῷ βαδίσματι συγκινεῖν καὶ ταράττειν τὴν γῆν· ὡς ἂν ὀργῆς ἔμφασις γένοιτο· τοιγαροῦν τὸν κτύπον οὐ φέροντες, ὑπὸ τὸ δένδρον ἐκρύβησαν, ἐφ' ᾧ τὴν ἐντολὴν ἐδέξαντο, ἐξ οὗ καὶ βεβρώκεσαν· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών· « Ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου· » ἅμα τε γὰρ ἔφαγον, καὶ τῆς αἰσχύνης λαβόντες τὴν αἴσθησιν ἐπὶ τῇ γυμνώσει, περιεζώσαντο ἐκ τούτου φύλλα δρεψάμενοι. Συκῆ γὰρ ἦν, φασὶν, οὐ καινόν τι δένδρον, ὥς τινες ὑποπτεύουσιν· οὐ γὰρ ἡ ποιότης τοῦ ξύλου τὴν παράβασιν εἶχεν, ἀλλ' ἡ δόσις τῆς ἐντολῆς· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, μικρὸν ἂν οἰ[κ]ηθεῖεν τῶν Μακκαβαίων τοὺς πόνους διαφερομένων περὶ χοιρείων κρεῶν· ἐπειδὴ τὸ βρῶμα εὐτελὲς καὶ μικρόν· ἀλλ' οὐκ ἐσκόπουν τὴν τῆς βρώσεως φύσιν οἱ μακάριοι, τῆς δὲ ἐντολῆς τὴν παράβασιν· ὡς καὶ τῶν εἰδωλοθύτων οἱ μάρτυρες οὐ τὸ βρῶμα ἐσκόπουν, τὴν δὲ περὶ τὸ Θεῖον συνείδησιν. Ἐφόβησε μὲν οὖν τοὺς περὶ τὸν Ἀδὰμ ἐμφάσει σφοδροτέρου βαδίσματος· εἶτα πρὸς αἴσθησιν ἐλθοῦσι τοῦ πλημμελήματος, καὶ μεταγνοῦσι δι' ὧν δεδοίκεσαν, ἡμερωτέραις χρῆται φωναῖς· βεβαίαν τοῖς ἐλέγχοις μεταμέλειαν αὐτοῖς ἐμποιῶν, καὶ ὡς τιμωρίας ὁρίζων τὰς οὐκ οὔσας, φασὶ, τιμωρίας, ἔμφασιν δὲ μόνον παρεχομένας τοιαύτην, αἵπερ ἦσαν λῦπαι καὶ ὀδύναι καὶ μέριμναι, καὶ τέλος ὁ θάνατος, ἃ δὴ καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὥριστο παρ' αὐτῷ δόντι ἐπὶ παιδεύσει τὴν παροῦσαν κατάστασιν· διὰ τοῦτο δὲ πεποιηκότα θνητοὺς καὶ μυρίων γέμοντας συμφορῶν, ὡς ἂν ἐπιστήμῃ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ὕστερον καρπωσώμεθα τὴν ἀπόλαυσιν.

A Nunc itaque necessario visus est, ut eos peccati redargueret. Sed non more solito pacatus et clemens accedebat, verum ut iratum se ostenderet tanto strepitu advenit, ut terra moveri et concuti crederetur. Sonitum itaque et strepitum insolitum non ferentes, circumspiciebant latebras, et delituerunt sub arbore, cujus fructu abstinere jussi erant. At hoc ex eo colligitur, quod dixit : « In ligno, quod est in medio paradisi. » Ubi primum namque devorarunt prohibitum cibum, continuo puduit ipsos nuditatis : et conjunxerunt folia ficulnea, quæ defringebant, ut inde construerent velamina. Ea vero arbor, ut aiunt, ficus erat : nec quædam nova et insolita, ut quidam ariolantur. Non enim arboris qualitas transgres-B sionem tenuit : sed ea commorabatur in præcepto. Quod si quis pervicacior hæc negaverit, sane leves illi videbuntur labores Machabæorum, qui indigna patiebantur ob contemptam carnem suillam, quam quis facile aspernaretur. Quia non admodum lautus, sed exilis et contemptus cibus est caro suilla. Sancti non intuebantur naturam cibi : cum animis diligenter reputabant legis transgressionem : hanc refugiebant. Sic et martyres non abominabantur idolothyta, sed reformidabant offendere Deum, quem nihil celare possumus. Non mediocrem metum injecit Adamo et Evæ, cum tanto strepitu adiret. Ubi vero peccati sensere aculeos, ad pœnitentiam ducuntur veriti C pœnas, quæ peccatum insequuntur. Quapropter placidioribus utitur verbis perfectam pœnitentiam, clementer reprehendendo, ipsis ingenerans. Statuit pœnas, quæ, ut aiunt, non censebantur pœnæ, sed veras solummodo pœnas significarent. Hæc autem erant, quæ pœnæ nomine infligebantur : tristitia, partus dolores, sollicitudo, et postremo mors. At illa omnia jam antea decreta erant ab eo, penes quem erat legislatio, quam exhibuit, ut nos per legem tanquam per disciplinam aliquam exerceret. Nos in mortalem conditionem detraxit, ut infinitis vexati et exagitati miseriis et calamitatibus, magis gaudeamus deinceps fruitione sempiternorum bonorum, quæ quotidie nobis significat.

Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀδὰμ, Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; Ποῖος φιλόστοργος πατὴρ οὕτως ἀπολλύμενον ἐζήτησε τέκνον, ὀδυρόμενος ὅτι μὴ ἐν τοῖς εἰωθόσι τόποις τεθέαται; εἰ γὰρ κολάζειν ἤθελεν, εὐθὺς ἂν ἐπήγαγε τιμωρίαν ὡς παρακούσαντι, ὡς ἀπατεῶνι πεισθέντι, ψευδῆ δὲ καὶ ἄπιστον τὸν ποιητήν τε καὶ εὐεργέτην νομίσαντι, καὶ τὸν πανταχοῦ παρόντα λανθάνειν ὑπὸ τὸ ξύλον νομίσαντι· τῷ δὲ διπλασιασμῷ τῆς κλήσεως, τοῦ πόθου τὴν ἐπίτασιν δείκνυσιν· οὕτω καὶ Δαβὶδ διπλασιάσας ἀνακαλεῖται μετὰ θάνατον τὸν Ἀβεσαλώμ· οὕτω καὶ ὁ Κύριος, « Μάρθα, Μάρθα, » φησὶ, σφαλλομένην ἐπανορθῶν· ᾤετο γὰρ μεῖζόν τι τῆς Μαρίας ποιεῖν περὶ τὴν διακονίαν πονοῦσα· οὕτω καὶ τό· « Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; » Τινὲς μὲν οὖν φασι τὸ,

VERS. 9. *Et vocavit Dominus Deus ipsum Adamum, et ait illi : Ubi es tu?* Quis pater tanta cura et clementia perditum quæsivit filium, dolens, quod suæ dignitatis oblitus in tantam miseriam devolutus sit? Si enim Deus pronus fuisset ad puniendum, e vestigio inobedienti pœnas irrogasset, meritas. Fidem namque habuit deceptori versipelli, mendacem et infidum Creatorem beneficentissimum reputavit; credidit se Deum ubique D præsentem latere posse latitando sub arbore. Quod vero inclamando Deus vocem ingeminat, vehementiam desiderii indicat. Ad hunc **68** modum David Absalonem occisum vocat, ejus nomen ingeminando [99]. Sic Dominus lapsam corrigens Martham, inquit : « Martha, Martha [1]. » Exi-

[99] II Reg. XIX, 4. [1] Luc. X, 41.

A « Ποῦ εἶ; » ἀντὶ τοῦ, Πόθεν ποῦ κατῆλθες; ἄλλοι δὲ προσποίησιν ἀγνοίας φασὶν, ἵνα τὸν πόθον δηλώσας, παῤῥησίας αὐτῷ μεταδῷ· καὶ τεταγμένην λέγων τε καὶ ἀκούων δέξηται τὴν διόρθωσιν. Τοιγαροῦν θαῤῥήσας, καὶ τὴν τοῦ μὴ φαίνεσθαι καινόνητα συνιδὼν μέμψεως οὖσαν ἀξίαν, πρὸς ἀπολογίαν ὁρᾷ· οὕτω θαῤῥεῖ καὶ δοῦλος ἡμαρτηκὼς, λανθάνειν τὸν δεσπότην οἰόμενος· καὶ περὶ φίλου φαμὲν, Ἀγνοεῖν προσεποιησάμην, ὡς αὐτὸν μὴ λυπήσω.

æstimabat enim se majus quiddam facere, quam Mariam, negotiis occupata. Huic non dissimile et hoc est: « Saul, Saul, quid me persequeris [1]? » Quidam interpretantur illa verba: « Ubi es? » scilicet, quo descendisti? aut quo venisti? quo redactus es? Quidam dicunt Deum simulasse ignorantiam, ut majus ostenderet desiderium, quo hominis teneretur, et sic dicendi potestate accepta, audiens et vicissim dicens, indicantis perciperet sententiam. Quapropter audacia sumpta ex eo quod, quia non statim apparuisset, putaret se deliquisse in Deum, ad causam dicendam accingitur. Ad eum modum etiam servi, si quid peccaverint, dominos fugitant. Sic et de amico dicimus: Simulavi me rem ignorare, ne ipsum tristitia afficerem.

Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ B *ἐκρύβην.* Διὰ τί ἐκρύβης; Ἐφοβήθην διὰ τὴν παράβασιν, ἐκρύβην διὰ τὴν γύμνωσιν. Ὄντως ἐλεεινὴν ἀφῆκε φωνήν· Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα ἐκείνης τῆς ποθουμένης, ἐκείνης τῆς πάντα μοι χαρισαμένης· ποίας κατέπτυσα τῆς φωνῆς, ἐνενόησα. Δήλην δὲ ἔχει τὴν κατηγορίαν τὸ εἰρημένον· ἐπείπερ ἡ γύμνωσις ὅ τε ἐπ' αὐτῇ φόβος καὶ ἡ αἰσχύνη τὴν αἰτίαν ἐδήλου· ἀλλὰ οὐ ῥᾴδιον ἐπταικότα ἀπολογίαν εὑρεῖν δικαίαν· ὅθεν φησὶν ὁ Θεὸς ἐπιμένων τῇ προτροπῇ· « Τίς ἀνήγγειλέ σοι, ὅτι γυμνὸς εἶ; » οὐδὲ τότε γυμνώσας αὐτοῦ τὸ ἁμάρτημα, εἰπεῖν ἀνασχόμενος, ἵνα μὴ τραχύτητι ῥημάτων ἀπρόσιτον αὐτῷ ποιήσῃ τὸν ἔλεγχον, ἐρωτήσει δὲ μᾶλλον καὶ διαπορήσει τὸ γεγονὸς ἐνεδείξατο· πρόχειρον γὰρ ἦν εἰπεῖν, ὅτι Ταύτην σοι τὴν αἰσχύνην καὶ τὸν φόβον C ἐποίησε τὸ παραβῆναι τὴν ἐντολήν· ὁ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ, Τίς ὁ ταῦτά σοι γνωρίσας; Εἶτα ὡς ἂν στοχαζόμενος, « Εἰ μὴ ἄρα ἀπὸ τοῦ ξύλου βέβρωκας; » καὶ μακρύνει τὴν ὁμιλίαν ἵνα λύσῃ τὸν φόβον. Δοῦλος ἁμαρτήσας, ἐὰν προσέλθῃ δεσπότῃ, ἀπὸ τῆς πρώτης φωνῆς ἢ φόβον ἢ θάρσος λαμβάνει, πῆ μὲν ἀκούων τραχέως ὑβρίζοντος, πῆ δὲ πρᾴως ὀνειδίζοντος· Μὴ γὰρ πολλὰ ἐκώλυσα, ἓν μόνον ὑπομιμνήσκων σε τῆς ἐμῆς δεσποτείας; οὐχ ἡ βαρύτης ἄρα σοι τοῦ προστάγματος αἰτία γεγένηται· τὸ δέ· « Τίς ἀνήγγειλέ σοι; » μετὰ τῆς πρᾳότητος ἄγαν ἐλεγκτικόν· Ἐγὼ γάρ σε τοῦτο ποιῶν οὐκ ἐπαίδευσα· οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν ἡγούμην τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγονότων· οὐδὲ ἐδίδαξά σε τῶν ἐν σοί τι φαῦλον ὁρᾷν.

VERS. 10, 12. *Vocem tuam audivi in horto, et extimui, quia nudus ego, et absconditus sum.* Quid timuisti? quid latebras petivisti? Timor me invasit ob delictum; latebras quæsivi propter nuditatem. Revera homo miserabilem emisit vocem. Audivi tuam vocem, nempe illam exoptatam, quæ omnia, quæ dives hic habet orbis, mihi dono dedit. Novi nunc satis, cujus vocem despexerim. Satis manifestam accusationem illa verba commonstrant. Siquidem nuditas et timor, nec non pudor crimen prodebant. Verum non facile est peccantem justam invenire peccati excusationem. Quapropter Deus in adhortatione et admonitione perseverans, inquit: « Quis tibi nuditatem significavit? a quo te nudum esse audivisti? » Ne nunc quidem hominis peccatum in solem protrahit, ne scilicet verborum asperitate eum deterreret, et ipse deinde minus peccati redargutionem inveliere quiret. Interrogando et dubitando ostendit magis hominem deliquisse. Facile enim fuisset Deo dicere: In hunc timorem et in hunc pudorem conjecit te præcepti transgressio. Sed clementius agit cum lapso homine, inquiens: Quis tibi nuditatem indicavit? Deinde quasi rem acu tangens, subdit: « Num de vetitæ arboris fructu edisti? » Orationem quoque extendit, ut ei metum, in quo erat, adimeret. Servus delinquens si accesserit ad dominum, primo statim congressu metum aut fiduciam capit, audiens hunc nunc aspere invehentem, nunc vero cum mansuetudine beneficia exprobrantem. Non multa prohibui; unum saltem dedi præceptum, ut agnosceres me tuum Dominum. Non igitur præcepti gravitas et difficultas tibi prævaricationis causa exstitit. Quod ait: « Quis indicavit tibi, » etc., reprehendentis est, verum cum nimia mansuetudine. Nequaquam me docente hoc fecisti. Nihil eorum operum, quæ a me edita sunt, turpitudinem continet. Nec sane te docui, ut aliquid turpe in te observares

D Ὁ δὲ οὐδὲν ἀναίσχυντον· οὐκ εἶπεν, Οὐκ ᾔδειν, ἀλλ', « Ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, αὕτη μοι ἔδωκε, καὶ ἔφαγον· » ἀντὶ τοῦ, Ἡ δοθεῖσά μοι εἰς βοήθειαν· ἤκουσα γάρ σου λέγοντος· « Ποιήσω αὐτῷ βοηθόν. » Φιλαίτιον ἡ κακία, καὶ τῶν ἁμαρτανόντων αἴτιον τὸ μὴ ταχέως ὁμολογεῖν τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' ἀναπλάττεσθαι αἰτίας τοῦ σφάλματος. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦτο, ἔφη ἂν ὁ Θεὸς, τὴν γυναῖκα δέδωκα, ἵνα σοι τῶν πρακτέων ἡγῆται· ἀλλ' ἐπεὶ διορθοῦσθαι μόνον ἠβούλετο, τοῦτο

Adamus respondet modeste, nec inquit: Nescivi. Quid igitur? « Mulier, quam dedisti ut esset mecum, ipsa mihi dedit et edi, » id est, quæ data est mihi in adjutorium. Audivi enim te dicentem: « Faciamus ei adjutorium. » Peccatum admodum libenter solet inquirere causas, quibus se velet. Et peccatum non minima causa fertur, quod peccantes difficulter et ægre ad confessionem et pœnitentiam progrediuntur; verum semper so-

[1] Act. XXVI, 14.

μὲν ἀφῆκε, πλείοσι ἐλέγχοις μὴ τραχῦναι βουλόμενος· τρέπει δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα τὸν λόγον ὡς ἂν κἀκείνην κοινοῦ τοῦ πταίσματος ὄντος κοινὴν ποιήσηται τὴν διόρθωσιν.

lent excogitare et fingere causas et velamina, quæ peccatis prætendant. Deus non inquit: Haud propterea tibi uxorem conjunxi, ut ipsam ceu vitæ regulam sequereris. Sed quare hæc verba non protulit? Voluit eum saltem corrigere et emendare; ne igitur ipsum magis exasperaret, præcedentia verba emisit. Verum orationem nunc vertit ad mulierem, ut, quia communis peccati erat particeps, particeps quoque fieret communis correctionis.

Καί φησι τῇ γυναικί· Τί τοῦτο ἐποίησας; Διὰ φειδὼ πάλιν ὡς ἀγνοήσας πυνθάνεται, μὴ λέγων γυμνῶς τὸ πλημμέλημα· ὅθεν θαῤῥήσασα, τῷ ὄφει προσάπτει τὸ πᾶν· ἐπειδὴ ἅπαν ἐκεῖνος γεγέννηκε τὸ κακόν· καὶ δείκνυσιν ὁ Θεὸς ὡς οὐ δι' ἄγνοιαν τὰς ἐρωτήσεις πεποίηται, ἀλλ' ὅπως ἐλέγξας εἰς τὴν αἴσθησιν αὐτοὺς ἀγάγῃ τοῦ πλημμελήματος· οὐκ ἀτιμάζει γὰρ τὴν μετ' ἀληθείας ἀπολογίαν· καταλείπει δὲ αὐτὴν ἀνεξέταστον, ὁμοῦ καὶ ὡς ἀσθενεστέρου σκεύους φεισάμενος· καίτοι λέγειν ἔχων, Καὶ ἐπιστεύθη ὁ ὄφις ὑπὲρ ἐμέ; Τοιγαροῦν ἐπηγγείλατο ἰσοθεΐαν καὶ προὐξένησε θάνατον· ἔθος δὲ τοῖς ἀπατωμένοις μετὰ τὴν ἔκβασιν ἐπαισθάνεσθαι τοῦ κακοῦ· κατὰ γὰρ τὴν ἀρχὴν, τῆς ἡδονῆς ἐπικρυπτούσης τὴν αἴσθησιν, οὐ γίνεται ἐπίγνωσις, ἁμαρτανόντων ἡμῶν ὁ λογισμὸς ἀνατρεπτικὸς τῆς ἁμαρτίας γίνεται, Θεὸν ἐν τῇ διανοίᾳ παρεῖναι καὶ λαλεῖν· καὶ ταύτην οὖν ἀφεὶς, ἐπὶ τὸν ὄφιν χωρεῖ· θαυμαστὸν τὸ κριτήριον, τοὺς ἀπατηθέντας ἐρωτᾷ, τὸν ἀπατεῶνα οὐκ ἐρωτᾷ· οὐδὲ λέγει, Τί ἐποίησας; πρὸς τὴν ἀπολογίαν καλῶν· ἀλλ' ἅτε κακὸν καὶ ἀρχέκακον καὶ παντελῶς ἀδιόρθωτον τῆς τιμωρίας ἄξιον εἶναι νομίσας αὐτὸν, φησὶν, « Ἐπειδὴ τοῦτο ἐποίησας· » κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα ὁ Δαβὶδ λέγει· « Οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· » οὐχ ὅτι οὐκ ἐγείρονται, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐξετάζονται. Ἡ δὲ πρὸς τὸν ὄφιν ἀπειλὴ, ἐκούφισε τὰς τῶν ἠπατημένων πληγάς· τί οὖν δὴ καί φησιν;

Vers. 13. *Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Cur hoc fecisti?* Ut ostenderet se mulieri pacatum, iterum ignorantiam simulat, et sciscitatur, nec peccatum diserte exprobrat. Quapropter sumpta audacia, culpam in serpentem rejicit. Siquidem ille omne malum genuit. Deus autem docet, quod non, ut rerum imperitus et ignarus, interrogationes fecerit: sed reprehendendo id egisse, ut peccati deformitatem sentirent. Non enim aspernatur excusationem, quæ veritate et justitia nititur. At mulierem non diligentius excutit et examinat, volens **69** ei, ut vasi infirmiori, parcere. Potuisset quidem objicere: Num serpenti magis quam mihi fidem habuisti? Quid? annon is promisit vos in deorum numerum referendos, et non in miserandam vos præcipitavit mortem? Verum abstinuit a severiore illa castigatione. Consuetudo est, ut decepti, ubi circumscripti fuerint, tum demum dolum et fraudem sentiant. Initio enim voluptas ita inescat hominem, ut mali sensus ad ipsos haud possit pervenire. Nam ratio, cujus erat peccatum subvertere et dissuadere, voluptate obfuscatur, ut non audiat Deum in monte præsentem et admonentem. Deus, muliere omissa, festinat ad serpentem. Mirabile vide judicium. Deceptos interrogat, deceptorem non interrogat. Nec inquit, ut ipsum ad causam dicendam cohortaretur: Quid fecisti? sed quasi malum et mali auctorem et penitus incorrigibilem et insanabilem, veniaque indignum, ita affatur: « Quia hoc fecisti, » etc. Ad hunc modum inquit David: « Non resurgent impii in judicio [8]. » Non, quod non evigilaturi sint: sed non examinabuntur. Cæterum minæ quas intentabat serpenti, nonnihil mitigabant et leniebant illorum, qui circumventi erant, vulnera. Quomodo autem alloquitur serpentem?

Ἐπειδὴ τοῦτο ἐποίησας, ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῆς γῆς· ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ, ἐπειδὴ καρδίαν ἠπάτησας καὶ τὴν κοιλίαν ἔπεισας ἅψασθαι βρωμάτων.

Vers. 14. *Quia fecisti hoc, maledictus es præ omni jumento, et præ omni bestia agri. Super ventrem tuum gradieris.* Tu tuis imposturis cor humanum subvertisti; tu impulisti hominem, ut illicitos cibos in ventrem demitteret. Quapropter merito has luis pœnas.

Καὶ τὴν γῆν φαγῇ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ καὶ τῆς γυναικός. Ἐπεὶ ὡς φίλος ἠπάτησας, ὡς ἐχθρὸς ἐκβαλῇ· καὶ νόμος ὁ λόγος ἐγένετο· τοῦ δὲ διαβόλου πλανήσαντος, πῶς ὁ ὄφις τὴν κατάραν ἐδέξατο; Τὸν μὲν οὖν ἀόρατον δαίμονα ἀοράτῳ μαστίζει πληγῇ· τὸ δὲ ὁρώμενον ὄργανον ὁρωμένῃ ὑποβάλλει τιμωρίᾳ· ὡς γὰρ ἀόρατος ὢν ὁ Θεὸς ἔδωκεν ὁρώμενον ὑπόμνημα τὸ δένδρον, οὕτως ἀοράτου δαίμονος ὄργανον ὑποβάλλει τὸν ὄφιν κατάρᾳ· ἵνα κἂν τὸν διάβολον μὴ βλέπῃ τί πέπονθε, τὸν ὄφιν τόν ποτε διανεστηκότα βλέπων συρόμενον, ἀναλόγως ἐκ τῆς τοῦ ὀργάνου τιμωρίας

Vers. 15. *Et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te et inter ipsam mulierem, inter semen tuum et inter semen illius.* Quia ut amicus decepisti, recte ut inimicus et hostis ejiceris. Cæterum verbum Dei, quo compellavit serpentem, abiit in legem. At quare serpens pœnis subditur, cum diabolus fraude inescaverit et circumvenerit hominem? Diabolum invisibilem visibili flagellat vulnere: et visibile instrumentum, quo usus est diabolus, visibili deverberat supplicio. Ut enim Deus invisibilis sui monumentum reliquit homini visibilem arborem:

[8] Psal. I, 5.

ita serpentem, qui fuit organum inconspicui diaboli, prosternit maledictione; ut, quamvis homo diabolum non videat, neque sciat quid passus sit, tamen, cum noverit serpentem antea erectum incessisse, et nunc longum corpus per terram trahere, ex illa visibili pœna intelligat pœnas dedisse diabolum, qui per serpentem ceu organum homini illuserit. Simile quiddam accidit in Evangelio porcis in mare præcipitatis [b], quos subierunt dæmones rogantes, ut sibi potius in hos irruendi copia daretur, quam ut demergerentur in abyssum. Permisit Christus, ut invisibiles dæmones in visibilibus corporibus demergeret, qui et nos possemus intelligere pœnas de ipsis visibili modo esse sumptas. Haud defuisset Deo facultas, modo fuisset voluntas, diabolum in serpente, quo usus erat instrumento, illidere humo, et sic pœnarnm atrocitatem significare: sicuti accidit in Evangelio, ubi legitur [c] quidam a plurimis infestatus dæmonibus, vitam miseram traxisse in montibus et monumentis, sic hominem excruciantibus. Cæterum cum Jesum adorasset adhuc quam longissime remotus ab ipsius conspectu, exclamat, teste Marco evangelista: « Quid mihi et tibi, Fili Dei? Adjuro te, ne me torqueas [d]. » Existimabat enim dæmoniacus se a Christo exagitari, cum tamen gravissime affligeretur a dæmonibus, necessitate quadam sic tumultuantibus in obsesso: nec amplius pro suo arbitrio eum tractantibus. Voluntas Dei hic se exserebat, ut per illum hominem demonstrarent in quantum metum Christi adventus ipsos conjecisset, idque declarabant invisibilibus cruciatibus quibus torquebantur.

A τὴν τοῦ χρησαμένου νοήσειεν· ὅμοιον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγονε περὶ τοὺς χοίρους τοὺς ῥιφέντας εἰς θάλασσαν, οὓς ὑπῆλθον οἱ δαίμονες ἱκετεύσαντες τοῦτο ποιῆσαι, καὶ μὴ πεμφθῆναι εἰς ἄβυσσον· ἐπέτρεψεν γὰρ ὁ Χριστὸς ὡς ἂν ἀοράτους ἐν ὁρωμένοις καταποντίσειε σώμασιν, αἰσθητὴν ἡμῖν τὴν ἐκείνων τιμωρίαν ποιῶν· ἠδύνατο μὲν οὖν ὁ Θεὸς βουληθεὶς ἀναγκάσαι τὸν διάβολον διὰ τοῦ ὄφεως ᾧπερ ὀργάνῳ ἐχρήσατο πεσεῖν τὴν βαρύτητα· οἷόν τι γέγονεν ἐν Εὐαγγελίοις ἐπὶ τοῦ ὑπὸ πολλῶν ὀχλουμένου πνευμάτων, ἐν ὄρεσι καὶ μνημείοις ἀνάγκῃ τῶν δαιμόνων οἰκοῦντος, καὶ τῷ Ἰησοῦ πόῤῥωθεν, ὥς φησιν ὁ Μάρκος, εἰπόντος μετὰ τὸ προσκυνῆσαι· « Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ὁρκίζω σε ἵνα μή με βασανίσῃς. » Ἐδόκει μὲν γὰρ ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸ φαι-
B νόμενον ταῦτα ποιεῖν, ἐποίουν δὲ οἱ δαίμονες ὑπ' ἀνάγκης ὠθούμενοι, τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἄγοντες, πρὸς δὲ τὸ φίλον Θεῷ· καὶ δι' ἐκείνου δεικνύντες ὅσος αὐτοὺς ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ κατείληφε φόβος, καὶ τὰς ἀοράτους αὐτοῖς ἐπαγομένας βασάνους ἐδήλουν.

Idem quidem et nunc in plectendo serpente facere potest. Sed Adamus et Eva nesciebant deceptorem: præterea nec utile erat tum homini aliud quidpiam cognoscere invisibile. Quapropter non ab re omisit punire diabolum visibiliter, ut assuescerent ipsi Deo et Domino soli, eumque solum ut conditorem universi agnoscerent. Cæterum cum supplicio afficeret serpentem, tacite innuit,
70 quanta mala pateretur diabolus. Serpens etenim et pœna feritur supra omnes serpentes, supra jumenta et bestias terræ, de quibus inquit Salvator [e], se dedisse suis discipulis potestatem calcandi serpentes et scorpiones. Verum cum hæc naturali feritate sæviant, quam superat diabolus, et ob id gravius multo cruciatur. Decepit enim hominem ostentando sublimem intellectum, et cibos quosdam delicatos. Verum ut ejus casum ostenderet, ait: « Pulverem terræ comedes, » etc. Nihil divinitatis amplius habebis, recedent spiritus illi elati. Humi repes scilicet, tua dignitate in lutum collapsa. Hoc satis liquet ex dictione *venter*, etc. Sicuti ex contrario inquit David: « Et legem tuam in medio ventris mei [f]. » Hinc pœnitentiam agentes inquiunt: « Adhæsit terræ venter noster [g], » nimirum collapsorum de cœlesti intellectu. « Omnibus diebus vitæ tuæ, » etc. Unusquisque cum peculiarem quamdam vitæ rationem arripit, sibi vitam fingit.

Καὶ νῦν οὖν τοῦτο ποιῆσαι δυνάμενος, ἐπειδήπερ οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ ἠγνόουν τὸν ἀπατήσαντα, καὶ ἀλυσιτελὲς ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλ' ὅτι μαν-
C θάνειν ἀόρατον, ὡς ἂν αὐτῷ μόνῳ συνεθισθέντες μόνον εἰδεῖεν Θεόν τε καὶ Κύριον τοῦ παντὸς, παρῆκεν εἰκότως· δοκῶν δὲ τὸν ὄφιν τιμωρεῖσθαι, ὑπαινίττεται οἷ περιστήσεται κατὰ τὸν διάβολον· διόπερ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ὑπερβάλλουσαν δέχεται, ὡς αἴτιος κακοῦ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὄφεις εἶναι ἐσχηκότας καὶ κτήνη τῷ τρόπῳ καὶ θηρία τῆς γῆς· καθ' ὧν τὴν ἐξουσίαν δίδωσιν ὁ Σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· ταῦτα δὲ πάντα κακίας ἔχοντα ἀγριότητα ὑπερβάλλων ὁ διάβολος, ὑπὲρ πάντα καταδικάζεται· ἐπεὶ γὰρ δοκῶν νόησιν ἐπηρμένην ἔχειν καὶ τροφὰς ἐπιμορφαζόμενος ἔχειν μεγάλας ἠπάτα, τὴν πτῶσιν αὐτοῦ δηλῶν ὁ λόγος φησὶν ὡς γηΐνη αὐτῷ ἔσται τροφὴ, οὐδὲν ἔχοντι θεῖον καὶ ἀνηγμένον, ἀλλ' ἰλυσπωμένῳ περὶ
D τὰ γήϊνα, τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ ἐκπεσόντος· τοῦτο γὰρ ἡ κοιλία δηλοῖ· ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου Δαβὶδ φησι· « Καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· » ὅθεν οἱ ἐν μετανοίᾳ φασίν· « Ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν, » δηλαδὴ πεπτωκότων ἐξ οὐρανίου νοήσεως· τὸ δὲ, « Πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, » ἐπειδὴ ἕκαστος πρὸς τὸν ἴδιον τρόπον ἀποστὰς τῆς δεούσης ζωῆς, ἑαυτῷ ζωὴν περιποιεῖται.

At quidam isthæc in serpentem sensilem deprompta esse judicant, putantes serpentem quondam

Τινὲς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν ὄφιν εἰρῆσθαι νομίσαντες, ᾠήθησαν ὀρθιόν ποτε τὸν ὄφιν εἶναι· οὐ

[b] Matth. viii, 31, 32. [c] ibid. 28. [d] Marc. v, 7. [e] Luc. x, 19. [f] Psal. xxi, 15. [g] Psal. xliii, 25.

λογισάμενοι ὅτι οὐκ ἂν ἐξ ἁπάντων τῶν ἑρπετῶν ὁ Θεὸς ἐκεῖνον μόνον ὄρθιον ἐποίησεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ διάβολος ἀντιπρόσωπον αὐτὸν ὤρθωσε τῇ γυναικὶ, διὰ τοῦτο εἴρηται τὸ, « Ἐπὶ τῷ στήθει· » χωρὶς τῆς πρὸς τὸν διάβολον ἁρμοττούσης ἐννοίας, δηλοῦν αὐτῷ περὶ τοῦ ὀργάνου, ὡς Οὐκέτι χρήσῃ αὐτῷ πρὸς ἀπάτην ἀνθρώπων· καὶ γῆν αὐτοῦ φησι τὴν τροφὴν, τὸ τῶν ἑρπετῶν ἴδιον· τὸ δὲ, « Ἔχθραν θήσω, » δοκεῖ καὶ αὐτὸ δηλοῦν ὡς ἄσπονδος ἑρπετοῖς καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ πόλεμος.... τὴν πρὸς τὸν διάβολον ἔχθραν ἡμῶν· τὸν μὲν γὰρ ὄφιν ὅταν.... φυλαττόμεθα μόνον, ἐν ἑτέρῳ καιρῷ τῆς ἔχθρας αὐτοῦ ποιούμενοι λόγον οὐδένα· τὸν δὲ διάβολον οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ τῶν κακῶν οὐκ αἰτιώμεθα· ὡς καὶ τοὺς τῶν δαιμόνων θεραπευτὰς λέγειν πολλάκις, ὡς ὁ μὲν Θεὸς ἀγαθὸς ὤν, οὐ δεῖται τῆς παρ' ἡμῶν θεραπείας· θεραπεύομεν δὲ τοὺς δαίμονας ὡς κακοὺς, ἵνα τῆς καθ' ἡμῶν ἀπόσχωνται βλάβης· ὡς ἀγαθὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔχθραν εἰργάσατο· ἁπλούστερος γὰρ συνὼν πονηρῷ, οὐ μετρίαν ἔχει τὴν βλάβην· δεῖ οὖν ἔχθραν γενέσθαι· ὡς τὸν ἁπλούστερον γενόμενον κατὰ τὸ σωτήριον παράγγελμα φρόνιμον, λέγειν περὶ τοῦ διαβόλου, « Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν· » ἐν οἷς γὰρ ἡ εἰρήνη βλαβερὰ, λυσιτελής ἐστιν ὁ πόλεμος· ἐπειδὴ νόμος οὗτος φιλίας, δι' ὁμοιότητος πεφυκέναι τοῖς συναπτομένοις ἐγγίνεσθαι· ὅθεν καλῶς ἔχει τὸ, « Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· » ὥσπερ ἐν νοσηροῖς χωρίοις ὁ κατὰ μέρος ἀναπνεόμενος ἀὴρ λανθάνουσαν νόσον τοῖς διαιτωμένοις ἐναποτίθεται.

A erectum fuisse : quasi scilicet Deus solum serpentem erecta statura inter omnia reptilia creaverit. Non ea ratio est. Diabolus serpentem ex adverso mulieri erectum consistere jussit. Et inde dicitur : « Supra pectus tuum, » etc., quasi significet nullam amplius futuram cogitationem, ut ejus opera deinceps uteretur ad imponendum homini. Terram ait ejus esse alimenta. Nam videmus reptilia omnia vesci terra Quod inquit : « Inimicitias ponam, » etc., significat nobis perpetuum cum reptilibus esse bellum. At hoc bellum indicat hostile quoque bellum, quod gerimus perpetuo cum diabolo. Serpentem, cum nostro conspectui se offert, exhorremus et cavemus, alias nullam ejus habentes rationem. Cæterum tempus nullum est B quo non omnis mali auctorem culpemus diabolum. Hinc dæmonum cultores docent sæpius Deum, utpote bonum, non indigere nostro cultu : colendos esse dæmones malos, ne nobis nocere velint. Mirum sane videri posset, quod Deus bonus inimicitias mutuas inter animalia posuit. Sed mirari desinemus, si reputemus simplicem non mediocre damnum accipere ex consuetudine et familiaritate mali. Oportet itaque hujuscemodi inimicitias constitui, ut simplex prudentior factus, illud salutare proferat : « Non enim ignoramus ejus cogitationes [10]; » quod quidem de diabolo dicitur. Quibus etenim de causis pax damnosa est, ob eas utile existimatur bellum. Lex autem certissima amicitiæ est æqualitas. Hæc namque amicitiæ mater perhibetur. Inter æquales enim plerumque amicitiæ conglutinantur. Quapropter pulchre se habet illa sententia : « Corrumpunt mores bonos colloquia prava [11]. » Quemadmodum ex parum salubribus locis aer homines afflans, clandestinos morbos hominibus suo afflatu concitat : sic usu venire solet ex pravis colloquiis et commercio pessimorum hominum.

Ἀκολούθως δὲ ἐχθροποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα τῷ σπέρματι· σπέρμα λέγων αὐτοῦ τοὺς κατ' αὐτὸν τυπωθέντας καὶ μορφωθέντας, ἤγουν λογισμοὺς διαστρέφοντας ἀπὸ τῆς ἀληθείας καὶ μαθήματα ταύτης ἀλλότρια· σπέρμα δὲ τῆς γυναικὸς τοὺς ἀπ' αὐτῆς ἐναρέτους· τῆς γὰρ Ἐκκλησίας τύπον ἐπέχει, ἤγουν τῆς θείας παιδεύσεως τὰ νοήματα, πρὸς ἃ ἡ τοῦ ἀντικειμένου κακουργία τὰς ἐγχειρήσεις ποιεῖ· οὐ πάντως δὲ τὸ σπέρμα καὶ τέκνον διὰ τὰ ἀμβλυσκόμενα· οὐχ ὁ ὄφις πρὸς τὸ σπέρμα, ἀλλὰ πρὸς αὐτήν· οὐδὲ τὸ σπέρμα τοῦ ὄφεως πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ τὸ σπέρμα αὐτῆς· τὰ γὰρ ἄκρως κακὰ πρὸς τὰ ὑπερβάλλοντα ἀγαθὰ ἔχει τὴν μάχην, καὶ τὰ ἐλάττω πρὸς τὰ ἰσόῤῥοπα· ὁ γὰρ Θεὸς δίδωσι τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν, μὴ συγχωρῶν ἄμετρον γενέσθαι τὸν πειρασμόν· ὡς ἀγαθὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τοῦ ἀντικειμένου καταμηνύει· τοῦ μὲν διαβόλου ἐπιτηροῦντος τὰς τοῦ ἀνθρώπου προκοπὰς καὶ διαβάσεις εἰς ἀρετὴν, ἃς ἡ πτέρνα δηλοῖ· τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὸ τῆς κακίας κεφάλαιον, τὴν ἀσέβειαν· τούτου γὰρ ἀναιρουμένου, συναναιρεῖται τὸ πᾶν.

C Dehinc hostiles inimicitias serit inter utriusque semen. Semen diaboli nimirum intelligit eos, qui secundum ipsius imaginem conditi et formati sunt; sive cogitationes malas, quæ nos a veritate abducunt : aut dogmata veritati reclamitantia. Semen mulieris dicit illos, qui ex ipsa nascuntur, et virtute præditi sunt. Mulier namque typum gerit Ecclesiæ. Possunt mulieris semen appellari divinæ disciplinæ, institutiones, quas adversarii malitia subvertere aggreditur. Nec tamen semper semen pro liberis accipiendum est propter abortus crebros. Serpens non repugnabit semini, sed mulieri; nec semen serpentis reluctabitur mulieri, sed semini mulieris. Nam summa mala semper cum summis bonis pugnant et contendunt : et minora cum D æqualibus concertant. Deus autem dat eventum, nec sinit nos ultra, quam possimus ferre, tentari [12]. Deus bonus etiam insidias adversarii nostri aperit, ostendens diabolum in hoc esse, ut observet incrementa virtutum, quas per calcanei dictionem designat. Humanæ autem malitiæ caput esse asserit impietatem. Hac enim sublata, tolluntur et reliqua vitia.

[10] I Cor. II, 11. [11] I Cor. XV, 33. [12] I Cor. X, 13.

A Ab uno autem genere ad aliud translatus est sermo. Quasi reliqua ad mulierem dixerit, nunc infert : « Ipse observabit caput tuum. » **71** Oportebat enim de infirmiore dici : « Inimicitias ponam, » etc., ut fraudi et dolo nullus daretur locus. Cæterum de viro, ut qui non deceptus erat, secundum Pauli testimonium, prædicari conveniebat : « Ipse observabit caput tuum. » Vir namque fortior erat, et magis idoneus ad bellandum. Facilius quoque præcavere potuit, si afferret dolos. Eva enim non obstitit principiis. Proinde decepta est, eamque sperans inde non mediocrem utilitatem secutus est Adamus, ut aiunt. Una tamen ejectus est paradiso, non propter se, sed quemadmodum pii homines captivos in Babylonem comitati sunt, B ut eorum et medici et curatores forent. Verum serpens nequit caput contingere sapientis : sed violare nititur calcaneum. Calcaneum vero accipe extremas partes eorum, quæ ad virtutem spectant. Sæpissime namque diabolus, cum nequeat expugnare eos, qui jam in pietate amplissimos fecere progressus, circa necessitates humanas ponit insidias, ut vel sic nos evertere possit. Quapropter psalmus habet : « Ipsi calcaneum meum observabunt [13]. » De apparente et visibili serpente quasi per excellentiam loquitur. Nam homo, ubi ubi serpentem invenerit, totum ejus corpus deverberat, imprimis vero capiti infert lethales ictus, quo vulnerato serpens interit. Serpens quoque totum, si potest et datur, humanum violat venefico morsu C corpus : sed cum humi repat, magis lædit hominis calcaneum. Nequit enim stantis attingere caput : at homo facile desuper serpentis caput conterere valet. Per illa verba innuitur quanto nobis inferiorem Deus diabolum fecerit, qui a nobis lethaliter violatur, si ad meliorem aspiraverimus vitam, et in bonis operibus, dum hanc agimus vitam, quam hic calcaneum vocat, non fuerimus negligentes, et diabolo nullum ad nos concesserimus aditum. Huic non dissimile est illud : « Quid timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me [14]. » Hæc mihi terribilis occurret, si, inquam, circa iniquitatis opera versatus fuero. Hinc dicit Dominus : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones [15] : » quibus verbis significat se ita præmunivisse suos discipulos, ut nec calces eorum offendi possint, scilicet penitus e medio tollens mortem et peccatum.

Ἀπὸ δὲ τοῦ γένους εἰς ἕτερον μετέστη γένος ὁ λόγος· ὡς γὰρ πρὸς τὴν γυναῖκα πάντα ἐκεῖνα ἐλέγετο· νῦν δὲ, « Οὗτός σου, φησὶ, τηρήσει κεφαλήν. » Ἔδει γὰρ περὶ μὲν τῆς ἀσθενεστέρας λέγεσθαι τὸ, « Ἔχθραν θήσω· » ὡς ἂν ἀπάτης χώρα μὴ γένηται· περὶ δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἅτε οὐκ ἀπατηθέντος, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, λέγεσθαι, « Αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν, » ὡς ἰσχυρὸς καὶ ἐπιτηδειότερος πολεμεῖν καὶ φυλάττειν, ὡς ἂν αὐτῷ ἀπάτης ἀρχὴν μὴ προσάγῃ, καθάπερ τῇ Εὔᾳ, ᾗ συνηκολούθησε, φασὶ, διὰ τὸ αὐτῆς χρήσιμον· συνεκβέβληται γὰρ οὐ δι' ἑαυτόν· καθὰ καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις ἠκολούθησαν οἱ ἅγιοι τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἰατροὶ γενησόμενοι· ὁ δὲ διάβολος οὐκ ἐφικνεῖται τῆς κεφαλῆς τοῦ σοφοῦ, ἀλλ' εἰ ἄρα τῆς πτέρνης, ἥτις εἴη ἂν τὰ ἔσχατα τῶν εἰς ἀρετὴν συντελούντων· πολλάκις γὰρ μὴ δυνάμενός τι τῶν προηγουμένων πολεμεῖν, περὶ τὰς χρείας τὰς ἀνθρωπίνας ἐνεδρεύει, ἵνα δι' αὐτῶν ὑποσκελίσῃ· καὶ ὁ Ψαλμῳδός φησιν· « Αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσιν. » Ἐπὶ δὲ τοῦ φαινομένου ὄφεως καὶ τῆς αἰσθητῆς πτέρνης, κατ' ἐξαίρετον ὁ λόγος γίνεται· ὅ τε γὰρ ἄνθρωπος πᾶν μὲν πλήττει τοῦ ὄφεως τὸ σῶμα ὡς ἂν τύχῃ, μάλιστα δὲ τὴν κεφαλὴν δι' ἧς νεκροῦται παντελῶς· ὅ τε ὄφις πᾶν μὲν δάκνει τὸ σῶμα, ἅτε δὲ κάτω κείμενος ἐφικνεῖται μᾶλλον τῆς πτέρνης· κεφαλῆς γὰρ ἑστῶτος ἀδύνατος, ἐκείνου ἄνωθεν καὶ κεφαλὴν δυναμένου λαβεῖν· αἰνίττεται δὲ ὅσον ἡμῶν ὑποδεέστερον ὁ Θεὸς τέθεικε τὸν διάβολον, ὃν ἡμεῖς εἰς τὰ καίρια πλήττομεν, εἰ τοῦ κρείττονος γενοίμεθα· καὶ εἰ κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ βίου καὶ τὴν πρᾶξιν μὴ ῥαθυμήσαντες ἣν πτέρναν καλεῖ, πάροδον αὐτῷ παρέχομεν καθ' ἡμῶν. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, « Ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ; ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. » Τοῦτο γάρ μοι, φησὶ, πονηρὸν, ἐὰν περὶ τὴν τῆς ἀνομίας πρᾶξιν ἀσχοληθῶ· ὅθεν φησὶν ὁ Κύριος· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων »· δεικνὺς ὅτι καὶ τὴν τῆς πτέρνης ἀφεῖλετο βλάβην, τὸν θάνατον καὶ τὴν ἁμαρτίαν παντελῶς ἀνελών.

D VERS. 16. *Ad mulierem vero dixit : Multiplicando multiplicabo dolorem tuum et conceptum tuum.* Iterum sub specie minantis peraguntur a Deo jam antea provisa. Sed quare? ut nobis innascatur odium peccati, cogitantibus illas miserias ex hoc manare. Deinde admiremur et exosculemur immortalitatis beneficium, quod in novissimo præstabitur. Adhibet vero vulneri dolorem, ut casum nostrum sanet, non secus ac peritus chirurgus qui vel secat vel urit oblatum corporis vitium. Nam is dolor qui secundum Deum est, operatur salutem haud pœnitendam. Idem docet Isaias : « Si conversus ingemueris, salvabere [16]. » Nec mulierem ita exse-

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῇ γυναικὶ· Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ τὸν στεναγμόν σου. Πάλιν ἐν ἀπειλῆς σχήματι τὰ προδόξαντα γίνεται τῷ Θεῷ· ἵνα μισήσωμεν τὴν ἁμαρτίαν, ἐξ αὐτῆς ἥκειν ταῦτα νομίσαντες, καὶ θαυμάσωμεν τὴν μέλλουσαν εἰς ἡμᾶς τῆς ἀφθαρσίας γίνεσθαι δωρεάν· προσάγει δὲ τῷ τραύματι λύπας εἰς λύσιν τοῦ πταίσματος, ὥσπερ ἰατρὸς τομὴν ἢ φάρμακον καυστικόν· ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· καὶ Ἡσαΐας. « Ὅταν στραφεὶς στενάξεις, τότε σωθήσῃ. » Οὐ καταρᾶται δὲ, ἵνα μὴ τέκῃ· ἐπειδὴ φθάσας εὐλόγησεν, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. » Ἀμεταμέλητα

[13] Psal. LV, 7. [14] Psal. XLVIII, 5, 6. [15] Luc. X, 19. [16] Isa. I, 19.

δὲ τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα. « Καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, » φησίν· ὑπομένουσα γὰρ τὰς ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν ἀνάγκας, οὐκ ἀπαγορεύει τοῦ συνοίκου τὴν συζυγίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμπιπτόντων ἀεὶ δυσχερῶν ἐν αὐτῷ τίθεται τὴν ἐλπίδα τῆς λύσεως. « Καὶ αὐτός σου κυριεύσει, » φησίν· ἡ γὰρ ἐξ ἀρχῆς πλάσις τὴν ἰσοτιμίαν ἐδέξατο· « Ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον· » καὶ πάλιν, « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· » ἀλλ' οὐ προσταχτικῶς, Γενηθήτω γυνή· ἡ δὲ ἀπάτη τῆς Εὔας παρέλυσε τὴν τιμήν, καὶ δούλην ταύτην εἰργάσατο· ὁ γὰρ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἀλλ' ἡ γυνὴ κακῶς ἄρξασα τοῦ ἀνδρὸς, αἰτία γέγονεν αὐτῷ τῆς παραβάσεως· ὡς οὖν οὐκ ἄρξασα καλῶς, εἰς τὸ δουλεύειν αὐτὴ περιτρέπεται.

A cratur, ut velit ei omnem spem partus adimere. Siquidem antea benedictionem dederat, qua proles promittebatur, dicens: « Crescite et multiplicamini. » Dona enim Dei ejuscemodi sunt, ut eorum ipsum non pœniteat. « Et ad virum erit conversio tua, » etc. Nam mulier, ubi perpessa fuerit gravissimos partus dolores, non aversatur viri conjunctionem, sed eam avidius expetit. Imo si quæ forte ingruunt pericula, spem omnem in marito sitam habet. « Et ipse dominabitur tibi, » etc. Deus, cum utrumque creasset, voluit ut tam vir quam mulier eadem pollerent dignitate, nec illa inter utrumque erat dignitatis et honoris differentia, sicuti patet ex his verbis: « Faciamus hominem, » etc. Et iterum: « Faciamus ei adjutorium. » Nec inquit, ut in reliquorum creatione: Fiat mulier. Verum quia Eva decepta est, accidit ut suam dignitatem amitteret, et in servilem devolveretur conditionem. Adamus tamen non deceptus est, ut docet Paulus [17], sed mulier male imperitans prævaricationis causa fuit viro. Quapropter, quasi non recte imperasset, ex libera et ingenua alieno juri subjicitur, et serva fit.

Ὅτι γὰρ ἡ ἁμαρτία τὴν δουλείαν ἐργάζεται, δηλοῖ καὶ τὰ θηρία· πρότερον γὰρ ἁπάντων ἦρχεν ὁ ἄνθρωπος· ὡς γὰρ πρὸς δεσπότην ἄγεται, καὶ οὐκ ἔδεισεν Ἀδὰμ ταῦτα θεώμενος· ἀλλ' οὐδὲ τὸν ὄφιν ἡ τούτου γυνὴ, ἀλλ' ὡς συνήθει τινὶ διαλέγεται· μετὰ δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐξέπεσεν ὁ ἄνθρωπος τῆς τούτων ἀρχῆς· κἀκ τοὐναντίου αὐτὸς ταῦτα τρέμει καὶ δέδοικε, τοῦ Θεοῦ διὰ φιλανθρωπίαν καταλιπόντος αὐτῷ τὰ πρὸς ἀναγκαίαν ὑπηρεσίαν τῶν τοῦ βίου χρειῶν ὑποτεταγμένα, ἵνα συνεπικουφίζῃ τὸν ἐκ τῆς κολάσεως ἱδρῶτα· διὰ δὲ τῶν ἄλλων παιδεύοντος, ὅπως μαθὼν οἷος ἀνθ' οἵου γεγένηται, ἐπαναδράμῃ διὰ μετανοίας πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, τὸ κατ' εἰκόνα λαβὼν καὶ ὁμοίωσιν· ὅπερ ὁρῶντα τὴν ἀρχὴν τὰ θηρία, ὡς δεσπότου ὑπετάττοντο τιθέντος αὐτοῖς τὰ ὀνόματα· ἐπεὶ καὶ τῶν οἰκετῶν οἱ μὲν εὐδοκιμοῦντες φοβεροὶ τοῖς συνδούλοις εἰσὶν, οἱ δὲ προσκεκρουκότες καὶ τὸν τυχόντα τῶν ὁμοδούλων δεδοίκασι· καὶ νῦν ὁ ἄνθρωπος ἐὰν ἐπανέλθῃ πρὸς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, οὐ μόνων θηρίων, ἀλλὰ καὶ δαιμόνων, οὐχ ἁπλῶς ἄρχει, ἀλλὰ ταῦτα πατεῖ· ὅπερ ἐπιτεταμένης ἐστὶν τῆς ἀρχῆς· « Ἔδωκα γὰρ ὑμῖν, φησὶ, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Ὑποτάξῃ, φησὶ, τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν· οὐκέτι γὰρ κεφαλὴ καὶ πτέρνα, ἀλλ' ὁλόκληρος ἡ νίκη· τοιγαροῦν καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ Δανιὴλ τὰ θηρία τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα θεώμενα, κατὰ τὸν λάκκον ὑπέκυπτον· καὶ τὸ ἑρπετὸν τῆς χειρὸς Παύλου ἐξέπιπτε, δακεῖν οὐχ εὑρὸν τὸν ἁμαρτίαν οὐκ ἔχοντα, τὴν αἰτίαν τῆς βλάβης, δι' ἣν καὶ νῦν ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς ἡ γυνή.

B Quod vero peccatum importet intolerabilem servitutem, satis vel irrationalia comprobant animalia. Initio imperavit omnibus animantibus homo. Nam quasi ad regem et dominum ducuntur, et visa non extimuit Adamus. Nec serpentem formidavit Eva Adami **72** uxor, imo familiariter cum eo verba commutabat. Ubi primum peccato se involvit homo, imperio excidit. Et quem antea nullus pertentabat timor, si videbat animalia, nunc illa admodum metuit. Cæterum Deus ex sua mera benignitate ei reliquit animalia ad quotidianæ vitæ usum necessaria. Hæc homini obsequuntur, ejusque adjuvant laborem, quem præcepti peperit transgressio. Reliqua animalia eum edocent, in quam fœditatem ex maxima dignitate C deciderit, ut deinde pergat ad pœnitentiam, et sic recurrat ad recipiendum antiquum regnum, denuo acquirens imaginem et similitudinem deperditam. Animantia initio cernentia hominis dignitatem, qui nomina creaturis dabat, se Adamo submittebant, imperiique frenos non depellebant ore. Nec mirum: siquidem et servi bene se gerentes, conservis quoque terrori sunt. At servi delinquentes, etiam vel abjectissimum conservorum timent. Homo, si revertatur ad recuperandam pristinam dignitatem, non dominium exercebit in bestias solum, sed et dæmones ejus imperium sentient: nec modo sentient, sed, quod perfectæ dominationis est, eos calcabit. « Dedi enim vobis (inquit) potestatem, ut calcetis serpentes et scorpiones, et omnem vim D adversarii seu hostis. » Et Apostolus ait: « Et subjiciet Satanam pedibus vestris [18]. » Nec amplius vel caput vel calx dicetur; sed totus erit victoria, et ubique palmam obtinebit. Igitur etiam animalia, quæ commemorat Daniel [19] ut symbola monarchiarum, emicuere ex mari. Præterea vipera, quæ mordicus invaserat Pauli manum, hanc deserit [20]. Non enim reperiebat causam, ob quam morsum infigeret. Ea causa erat peccatum, propter quod nunc mulier sua potestate et imperio exuitur.

Τοῦτο γὰρ ὁ Παῦλος εἰδὼς, ἀπαγορεύει γυναικὶ μὴ διδάσκειν· οὐδὲ γὰρ καλῶς ἐδίδαξε πρότερον·

Hoc quidem sciens Paulus, prohibet mulieri ne doceat publice. Primitus enim male docuit. Nec

[17] I Tim. II, 14. [18] Rom. XVI, 20. [19] Dan. VII, 3. [20] Act. XXVIII, 4.

permisit mulieri dominium in virum, siquidem A primitus perperam imperavit viro. Jussit autem eam omnem imperandi potestatem concedere viro. Causam quoque ejus rei enarravit Paulus, dicens : « Adam non deceptus est, sed mulier circumventa transgressioni facta est obnoxia. » Ubi vero fieri potest, ut imponatur viro, et mulier evadat doli et fraudis laqueos, ibi continuo mulieri iterum tribuitur imperii dignitas, ut doceat, quod quidem patefit ex his Pauli verbis : « Qui namque scis, mulier, an maritum sis servatura ? » Qui vero alii salutis præcepta suggerit, is servati dux et dominus constituitur. Unde liquet virtutem semper et ubique dominationis et imperii esse causam : sed peccatum semper inducere turpem servitutem. Quapropter mulier, secundum sententiam dei, B addicta est doloribus, luctui et gemitibus, imo et exsecrationi, quam tamen benignus Christus natus ex muliere sustulit. Cum peccatis impedita nequivisset parere inculpatum, angelus præcurrens et gaudio exsultans, lætum nuntium objicit, sic orationis exordium faciens : *Ave*. Hinc causam lætitiæ subdit : « Dominus tecum. » Maria enim typus Evæ fuit. Utraque siquidem virginitate vigebat. Verum Eva in virginitate exsistens, deliquit. Proinde tristitiam et dolores a serpente traxit, quos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quæ secutæ sunt sæculis omnibus. Verum Maria gaudium et lætitiam toti mortalium generi obnuntiavit, humanique generis maledictionem, C in quam devenerat, fugavit. Præterea partus doloris expers, finivit eum, qui cum multis doloribus fit. Ideo Evam omnes culpant et incusant. Mariam omnes laudant et beatam pronuntiant : quæ, quasi personam Evæ gerens, inquit : « Ex hoc beatam me dicent omnes generationes [21]. » *Ex hoc*, etc., additum est ad distinguendum præteritum tempus, in quo, ut causa dolorum et gemituum, Eva criminabatur. Hic sermo statim ab initio vires habuit. Nam cum Christus stetisset suam sacrosanctam doctrinam spargens, quædam mulier acclamavit : « Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti [22]. »

οὐδὲ αὐθεντεῖν τοῦ ἀνδρὸς, ἐπειδήπερ ἦρξε κακῶς· παραχωρεῖν δέ φησι τῷ ἀνδρί· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήνεγκεν· « Ὁ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν. » Ἔνθα δὲ συνέβη τὸν μὲν ἄνδρα ἀπατᾶσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μένειν ἀνεξαπάτητον· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς εὐθὺς περιτρέπεται, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ διδάσκειν, λέγων· « Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; » πᾶς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἡγούμενος, ἄρχων τοῦ σωζομένου καθέστηκεν· οὕτω πανταχοῦ ἡ μὲν ἀρετὴ ἀρχικὸν, ἡ δὲ ἁμαρτία δουλοπρεπὲς, δι' ἣν γυνὴ κατακρίνεται λύπῃ καὶ στεναγμῷ καὶ δουλείᾳ, μέχρι τὴν ἀρὰν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἔλυσεν ὁ Χριστὸς, τεχθεὶς διὰ γυναικός· καὶ ἐπειδὴ ὑπαιτία οὖσα ἠδύνατο τεκεῖν τὸν ἀνεύθυνον, προδραμὼν ἄγγελος τῇ χαρᾷ τὴν λύπην διέλυσε, προοίμιον τοῦ λόγου τὸ *Χαῖρε* εἰπών· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήνεγκεν· « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » εἰκὼν γὰρ αὕτη τῆς Εὔας ἐτύγχανε· παρθένος γὰρ ἑκατέρα· καὶ Εὔα γὰρ παρθένος οὖσα ἥμαρτεν· ἀλλ' ἡ μὲν ἔσχε τὴν λύπην ἐξ ὄφεως, καὶ ταῖς ἐφεξῆς ἁπάσαις καὶ αὐταῖς ἡμαρτηκυίαις τῆς λύπης μετέδωκεν· ἡ δὲ τὴν χαρὰν ἐκ Θεοῦ· καὶ τὴν ἀρὰν τοῦ γένους διέλυσε, καὶ τόκος ἀπαθὴς τὸν ἐν στεναγμῷ καὶ λύπαις κατέπαυσεν· ὅθεν τὴν μὲν πάντες αἰτιῶνται, τὴν δὲ μακαρίζουσιν ἅπαντες· καὶ ὡς πρόσωπον ἔχουσα τῆς Εὔας φησίν· « Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· » τὸ « ἀπὸ τοῦ νῦν » πρὸς ἀντιδιαστολὴν προσθεῖσα τοῦ φθάσαντος χρόνου, καθ' ὃν τῆς λύπης καὶ τοῦ στεναγμοῦ τὴν αἰτίαν ἐφέρετο· καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἔσχεν ὁ λόγος· ὡς γὰρ Ἰησοῦς εἱστήκει διδάσκων, φησί τις γυνὴ πρὸς αὐτὸν, « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ οἱ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. »

Hæc autem verba : « Ad virum tuum erit conversio tua, et ipse tibi dominabitur, » etc., sic explanat Paulus, dicens : « Viri, diligite uxores vestras [23]. » Quare? scilicet a malo et periculis eas defendatis, et quidquid ipsis damno esse potest, **73** id propulsetis. Verum, ut excellentiam et amoris puritatem describat, inquit : « Quemadmodum D Christus dilexit Ecclesiam. » Deinde jubet mulieres, ut metuant viros, qua sane admonitione indicat viros esse auctoritate divina mulierum dominos, quibus ipsæ parere debeant. Et iterum : Mulier in tranquillitate discat cum omni subjectione [24]. » Et ne, dum audit : « Ipse tibi dominabitur, » etc., intolerandam somniet servitutem, primo loco posuit quanta cura mulierem vir accurare et fovere debeat, dicens : « Ad virum tuum erit tua conversio, » id est, ipse erit tuum confugium, portus, anchora, tutissimusque ex omni periculo receptus. Amor timori conjungitur. Præterea utrum-

Τὸ δὲ, « Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, » καὶ τὸ, « Αὐτός σου κυριεύσει, » Παῦλος αὐτάρκως ἐδήλωσεν, εἰπών· « Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ὑμῶν· » ὡς ἂν αὐταῖς τῶν δυσχερῶν ἀπαλλαγὴν μηχανῶνται· καὶ ἐπάγει τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὸ τῆς ἀγάπης ἀπαθὲς, « Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν. » Εἶτά φησιν· Αἱ γυναῖκες ἵνα φοβῶνται τοὺς ἄνδρας, ὡς κυρίων τῶν ἀνδρῶν δούλας αὐτὰς ἐργαζόμενος· καὶ πάλιν, « Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ τῇ ὑποταγῇ. » Καὶ ἵνα μὴ ἀκούσασα τὸ, « Αὐτός σου κυριεύσει, » φορτικὴν εἶναι νομίσῃ τὴν δεσποτείαν, πρότερον τὸ τῆς κηδεμονίας ἔθηκεν ὄνομα, « Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, » τουτέστι καταφυγὴ καὶ λιμὴν καὶ ἀσφάλεια· καὶ ἀγαπητῷ φόβῳ συνέζευκται, καὶ φυσικαῖς ὁ Θεὸς αὐτοὺς ἀνάγκαις τῆς ἐπιθυμίας κατέδησε· δέδωκε δὲ, φησὶν, ἡμῖν, ὁ μακάριος Παῦλος, ἐπὶ τὴν ἀναγωγὴν ἀφορμὰς, εἰπών· « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. »

[21] Luc. I, 48. [22] Luc. XI, 27. [23] Ephes. V, 25. [24] I Tim. II, 11.

Ἡ Ἐκκλησία τοίνυν τέκνα ἐν λύπαις τίκτει· πόνος A γὰρ τῆς ἀρετῆς προηγεῖται, καὶ λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργαζομένη· τίκτει δὲ αὐτὰ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας· ἕπεται γὰρ τῇ μὲν ἀρετῇ πόνος, τῇ δὲ ἡδονῇ ῥᾳ . . . γινόμενος· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα Χριστὸν τὴν ἀποστροφὴν ἔχει παρ' αὐτοῦ κυριευομένη· ὡς ἂν κατὰ τὰς ὑποθήκας αὐτοῦ τὰ παρ' αὐτῆς τικτόμενα τῆς ἀρετῆς γεννήματα ἀπ' αὐτοῦ ἔχῃ τὴν τελεσιουργίαν.

que copulavit, ingenerans utrique quasdam mutuæ necessitudinis cupidines. Dedit etiam, ut ait Paulus, Deus utrisque quasdam occasiones cœlestia quærendi, dicens: « Hoc mysterium magnum est. Verum ego dico de Christo et Ecclesia [25]. » Ecclesia quoque suos filios magna dolorum sævitia generat. Labor enim semper virtutis anteambulo est. Huc accedit dolor, qui gignit pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam. Verum Ecclesia suos liberos parit interventu regenerationis lavacri. Comes siquidem virtutis est labor; voluptatem comitatur ignava quies. Laudem meretur gemitus, quem virtus ciet. Cæterum Ecclesia suam conversionem ad virum, scilicet Christum, habet: siquidem hujus imperium et moderamen agnoscit. Sed quid expetit? scilicet, ut virtutis propagines, quæ juxta utriusque Testamenti tenorem ab ipso prodeunt, habeant et sortiantur perfectam et absolutam operationem.

B *Ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου οὗ ἐνετειλάμην σοι μὴ φαγεῖν, ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου.* Πάλιν ὁ ηὐλογημένος οὐ λαμβάνει τὴν κατάραν, ἀλλ' ἡ γῆ, δι' ἧς ἐπαιδεύετο· καὶ οὐχ εἶπεν ἁπλῶς, Ἐπικατάρατος ἡ γῆ, ἐπεὶ ἔμενε κατηραμένη καὶ καρπὸν οὐκ ἔφερεν· ὥσπερ εἶπε τῇ συκῇ, « Μηκέτι καρπὸς ἐκ σοῦ ἐξέλθοι, » καὶ ἐξηράνθη· ἀλλὰ προσέθηκεν· « Ἐν τοῖς ἔργοις σου, » ἵνα δείξῃ τὰς ἐπισυμβαινούσας τοῖς γεωργοῦσιν ἀποτυχίας, καὶ ὅτι μετὰ μυρίους ἱδρῶτας οὐδὲν ἔσθ' ὅτε κομίζονται· καὶ τὸ θαυμαστόν· ποιήσας γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς καρποὺς, οὐκ εὐλόγησεν αὐτοὺς, ὥσπερ τινὰ τῶν ζώων, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἄνθρωπον· τὴν γὰρ μέλλουσαν ἁμαρτίαν εἰδὼς, τὴν δι' αὐτῶν ἐφύλαξε τιμωρίαν· ἀφορούντων μὲν ἁμαρτάνουσιν, εὐθηνούντων δὲ C λύουσι τῇ μετανοίᾳ τὰ πλημμελήματα· εἰ δὲ εὐλόγησεν ἅπαξ αὐτοὺς, ἀμεταμέλητον ἤμελλεν εἶναι τὸ χάρισμα.

VERS. 17. *Quia audivisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de arbore de qua præcepi tibi, dicens: Non comedes ex ipsa, maledicta est humus propter te, in dolore comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ.* Iterum Deus semper benedicendus non intentat maledictionem: sed terram petit, per quam erat instruendus et docendus. Nec simpliciter dicit terram esse maledictam, sed infert: « In operibus tuis; » quibus verbis indicat miserias et calamitates, quæ occurrunt agricolis plerumque, ut post infinitos labores, interdum nihil aut parum fructus percipiant. Verum mirandum est quod Deus nulla benedictione a se creatos fructus exhilaravit, cum tamen benedictione dignum judicaverit hominem et cætera animalia. Deus, ne erres, scivit peccatum futurum. Reservavit itaque pœnam, quæ ex fructibus in mortale genus excurrit. Fructuum fertilitatem nullam sentiunt peccantes: at magna fertilitas et fructuum abundantia insequitur eos qui pœnitentia diluunt peccata. Si autem fructus semel benedictione digni habiti fuissent, profecto id accidisset, quod Scriptura testatur, Deum munerum suorum nunquam pœnituisset.

Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. Καταφρόνησας, φησὶ, τῶν μεγάλων, τύπτου ὑπὸ σμικρῶν· καὶ ἡ παιδεία γὰρ σύμμετρος οὐκ ἀναιροῦσα παντελῶς, ἀλλ' ἀνιῶσα βραχύ· τινὲς δὲ τοῦτο σημαίνειν φασὶν ἁπλῶς τὸ μὴ γίνεσθαι καμόντι πολλάκις καρπούς. Ἐν λύπαις, φησὶ, φαγῇ αὐτήν· ἐν λύπαις ἐκείνη τίκτει· ἐν λύπαις σὺ φάγε· ὅθεν οὐκ ἔστιν ἄλυπον εὑρεῖν οὐδένα, κἂν τύχῃ πλουσιώτατος ὤν· ἡ δὲ λύπη λογικοῦ ἐστι παντὸς, οὐδενὸς τῶν ἀλόγων ἁπτομένη· διόπερ ὁ ὄφις οὐκ ἐπιτιμᾶται τῇ λύπῃ.

VERS. 18. *Et spinam atque tribulum faciet crescere tibi.* Contempsisti, inquit, magna: punieris per parva. Disciplina temperata non necat, sed molestias tamen quasdam importat. Quidam volunt illis verbis portendi, quod sæpius, licet plurimum laboraverint, fructus laboribus non respondeant, sed vota rusticorum jaceant deplorata. Cum dolore vesceris ea, etc. Cum doloribus illa parit, cum doloribus tu edis. Hinc non licet invenire quemque, etiamsi opulentissimus sit, quem non divexent tristitia et dolores. Tristitia homini peculiaris est, raro attingit bruta animalia. Quapropter nec serpens tristitia affligitur, ut per eam puniatur.

D Ζήσεις τοίνυν ὀδυνηρῶς, καὶ λύσις ἔσται σοι τῶν κακῶν μόνος ὁ θάνατος. Καὶ ἀποστρέψεις εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· ἵνα σπείρῃ αὐτῷ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως· ὁ γὰρ λαβών σε τότε, δύναται πάλιν λαβεῖν· ὅθεν εἶπε· « Καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » ἀλλ' οὐκ ἀφανισθήσῃ· τὸ γὰρ, « Ἀπελεύσῃ, » τὸ ἐπανελεύσῃ ἡρμήνευσε. « Καὶ φαγῇ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, » μόνοις τρεφόμενος σπέρμασι· περὶ ξύλον γὰρ ἁμαρτὼν, τῆς αὐτομάτου τῶν ξύλων ἐν παραδείσῳ διαμαρτάνεις τροφῆς· τοιαύτη γὰρ ἄχρι τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν

Vives itaque in doloribus, et malorum liberatio sola tibi continget mors, et in hunc modum reverteris in terram ex qua sumptus es. Hic resurrectionis seminat spem. Si enim te in rerum exordio ex terra accepit, inde te in novissimo recipere poterit. Quapropter dixit: « In terram reverteris, » nec penitus evanesces. Nam dum inquit: « Abibis in terra, » satis manifesto docet eum inde rediturum. « Et edes herbam agri, » etc. Sola agri semina te nutrient et alent. Nam cum peccatum com-

[25] ibid. 32.

miseris, contrectando vetitam arborem, merito privaris alimentis quæ spontanea proferebant paradisi arbores. Talis certe fuit victus hominum usque ad diluvium. Sic initio creationis dixit : *Herbam*, discernens ab arboribus graminis vel
74 herbæ semina. Notandum tamen est, quod præcepti mentionem facit apud virum. Nam et prius huic loquens præceptum dederat, ut cujus officii foret, assidua cura illud asservare, licet idem præceptum et ad mulieris aures pervenerit. Quia et hanc oportebat memori mente præceptum tenere, sicuti ex eo colligitur, quod prævaricationis pœna icta est. Quidam hoc loco allegoricum sensum expromunt, cum dicitur : « Spinas et tribulos tibi producet. » Quid enim non illorum, quæ ex corpore prodeunt, doloribus, voluptate, et sollicitudinibus scatet ! Hæc inter spinas collocat Salvator [26], quæ suffocent bonum semen a filio sparsum, si non in profundam ceciderit terram ; id est, si non in alto repositum fuerit pectore, ut tibi radices agat. Huc accedit illud Scripturæ testimonium : « Siquidem terra quæ imbrem sæpius in se venientem combiberit, et progenuerit herbam accommodam eis, quorum opera et colitur, recipit benedictionem a Deo. At quæ produxerit spinas et tribulos, reproba est, et maledictioni confinis, cujus exitus huc tendit, ut exuratur [27]. » Si igitur quis assiduo opere et cura non patitur reflorescere spinas, capiet tandem herbam, qua aliquo modo pascetur. Primo enim, ut inquit Salvator, nascitur herba, huic succedit deinde spica. Boni vero quasi introductio est edisse herbam, id est, prima virtutis degustasse rudimenta : Deinde venit spica, id est, perfectio. Proinde nemo est qui neget virtutem esse laboriosam, cum cor hominis prorsus propensum sit ad malum. Quapropter ait : « Omnibus diebus vitæ tuæ, » etc. « In sudore vultus tui vesceris pane tuo, » etc. Admodum proprie ista depinxit dicendo, « Donec revertaris in terram ex qua sumptus es. » Nam ubi resurrexeris, cœlesti potieris vita, et vives in terra mansuetorum.

A ἀνθρώπων ἡ δίαιτα· οὕτως ἐπὶ τῆς δημιουργίας βοτάνην εἶπε, *Χόρτον*, ἀντιδιαστέλλων τοῖς ξύλοις τὰ σπέρματα· ἐπιστατέον δὲ ὅτι πρὸς τὸν Ἀδὰμ μέμνηται τῆς ἐντολῆς, ᾧπερ αὐτὴν διαλεγόμενος δέδωκε, μάλιστα φροντίσαι ταύτης ὀφείλοντι τῆς φυλακῆς, εἰ καὶ ἐκοινώνει τῆς ἀκροάσεως ἡ γυνή· καὶ αὐτὴν γὰρ ἔδει φυλάττειν, καὶ τὴν τιμωρίαν διὰ ταύτην ἐδέξατο· ἀλληγορίας δὲ νόμῳ, « Ἀκάνθας, φησὶ, καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι· » τί γὰρ ἐκ τῆς τοῦ σώματος ἀκολουθίας οὐκ ἐπώδυνόν ἐστιν, ἡδονῶν τε καὶ μεριμνῶν ἐξ αὐτοῦ φυομένων; ταύτας γὰρ εἶναι τὰς ἀκάνθας ὁ Σωτὴρ ἐμήνυσεν· αἵτινες συμπνίγουσι τὸν ὑπὸ Ἰησοῦ βαλλόμενον σπόρον, ἐὰν ὁ δεξάμενος μὴ εἰς βάθος τοῦτον ὑποδέξηται· ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον, « Ὡς γῆ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον
B πολλάκις ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς· ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Ἐὰν οὖν τις διὰ μελέτης ταύτας ἀναβλαστῆσαι μὴ συγχωρήσῃ, σχήσει χόρτον ὅ ἐστι τρόφιμόν τι· πρῶτον γὰρ χόρτος ἐστὶ τὸ φυόμενον, ὡς καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν, εἶτα στάχυς· ἀγαθοῦ δὲ εἰσαγωγικὸν, χόρτον τέως φαγεῖν, τὰ πρῶτα τῆς ἀρετῆς· εἶτα στάχυν τὴν τελειότητα· ἐπὶ μόχθον οὖν ἡ ἀρετή· ὅπου καὶ ἡ καρδία τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελῶς ἐπὶ τὸ κακὸν ἔγκειται. Διό φησι, « Πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, » — « Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου. » Οἰκείως δὲ τούτοις καὶ τὸ, « Ἕως ἀπο-
C στρέψῃς εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· » ἀναστὰς γὰρ ἐκ νεκρῶν, οὐράνιον ἕξεις πολιτείαν ἐν γῇ τῶν πραέων γενόμενος.

Cæterum notandum censeo, quod ad serpentem dicit : Maledictus tu præ omnibus jumentis; ad Adamum : « Maledicta sit terra, in operibus tuis ; » ad Cainum : « Maledictus es tu e terra » Singulæ illæ locutiones singulares quosdam afferunt sensus. Sed quæritur nunc. Si homo erat prius immortalis, quomodo nunc morti et corruptioni factus est obnoxius ? Si autem et prius erat mortalis, nihil novi minatur Deus dicens : Quocunque die ederitis ex ea, morte moriemini ; » nec etiam aliquid novi patitur homo, cum jam antea mortalis fuerit conditionis. Cæterum respondetur : is, qui terrenus erat, quatenus terrenus erat, haud formatus est immortalis et interitus nescius. Nam nec materia, ex qua terrenus effictus est, nulli corruptioni subjacet. Verum ubi homo ex terra jam expressus erat, tum demum « Deus afflavit spiraculum vitæ : et factus est homo in animam viventem. » Gestat igitur homo animam immortalem et corpus mortale. Interim tamen anima potuisset corpus quo-

Παρατηρητέον δὲ ὡς τῷ μὲν ὄφει εἴρηται· « Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῶν κτηνῶν πάντων· » τῷ δὲ Ἀδὰμ, « Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς· » ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ζητητέον, εἰ ἄφθαρτος ἦν Ἀδὰμ, πῶς ὑπεδέξατο τοῦτον φθορά; εἰ δὲ φθαρτὸς, τί πλέον ἀπὸ τῆς ἀποφάσεως λεγούσης, « ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· » ἄφθαρτος οὖν μὲν ὁ γηγενὴς οὐκ ἐπλάσθη· οὐ γὰρ ἄφθαρτον τὸ ἀφ' οὗ πέπλασται· μετὰ δὲ τὴν πλάσιν « ἐνεφύση-
D σεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Ἔχει τοίνυν ἄφθαρτον μὲν τὴν ψυχὴν, φθειρόμενον δὲ τὸ σῶμα· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τοῦ σώματος τὴν πλάσιν ἔσχε δυναμένην ἀθανατίζεσθαι δι' αὐτεξουσιότητα τῶν καλῶν ἐπισκευαστῇ τροφῇ· μεσότητα γὰρ εἶχεν ἡ πλάσις θνητότητος δυναμένης ἀθανατίζεσθαι· ὡς καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν μεσότης τοῦ σπειρομένου μὲν ἐν φθορᾷ, ἐγειρομένου δὲ ἐν ἀφθαρσίᾳ· οὐχ ἡ ἀφθαρσία τοίνυν ὑπέπεσε τῇ φθορᾷ, ὡς ἐξεναντίας ἐλπίζομεν τὴν σπειρομένην ἐν φθορᾷ ἐγείρεσθαι ἐν

[26] Matth. XIII, 7. [27] Hebr. VI, 7, 8.

ἀφθαρσίᾳ· ἀλλὰ τὸ δυνάμενον ἐπισκευασταῖς ἀθανατισθῆναι τροφαῖς εἰ τὴν ἐντολὴν ἐτήρησαν, τοῦτο μὴ τηρησάντων αὐτὴν τῶν τοιῶνδε τροφῶν καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀθανασίας ἐκπέπτωκεν· ἐπεὶ καὶ τῶν ἔξω τινὲς τὸν κόσμον φασὶ φθαρτὸν μὲν, οὐ μὴν φθαρησόμενον.

que immortalitate beare intercedente libero arbitrio, quo fretus homo si abstineret vetitis cibis, et edisset licitos, id est, in virtutis operibus perseverando. Mortalitas enim hominis medium quiddam habuit, scilicet quod et ipsa immortalis fieri quivisset : quemadmodum et nunc medium ejus seritur in corruptione, et resurgit in immortalitate. Non igitur immortalitas prolapsa est in corruptionem, ut ex contrario speremus seminari in corruptione, et resuscitari in incorruptione. Potest enim corpus immortale fieri per cibos ad eam rem apparatos. Nam si præceptum conservassent illibatum, in immortalitate permansissent : sed quia huic constitutioni fraudem fecere, amiserunt immortalitatis dapes, et corpus in mortalem conditionem devolutum est. Siquidem quidam quoque ethnici intellexere mundum esse corruptibilem, non tamen interiturum.

Ἐξεκρούσθη οὖν, ἐκ τῆς ἀποφάσεως, τοῦ παραδείσου, ὃς οὐ δέχεται τοὺς ἀποθνήσκοντας, ἀλλὰ τοὺς ζῶντας· εἰ γὰρ μὴ ἔφαγεν, ἠδύνατο μὴ ἀποθανεῖν· φύσει μὲν οὐκ ἂν ἀθάνατος, ἐπισκευαστὴν δὲ ἀθανασίαν δευτέρῳ λόγῳ καρπούμενος· οὐχ ἡ ἀπόφασις δὲ τὸ ἀποθανεῖν πεποίηκεν· οὐδὲ γὰρ ἀπόφασις τὸ πρoειπεῖν τὸ ἑπόμενον πρὸς τὴν αἵρεσιν ἢ τὴν ἀπεκλογὴν, ἀλλ᾽ ἀσφαλοῦς προσοχῆς παραγγελία, προαγόρευσις δὲ τοῦ ἀκολουθήσαντος τῷ παραβαίνοντι· οὐδὲ γὰρ τῶν ἰατρῶν τὰ προφυλακτικὰ παραγγέλματα, ἀπόφασις τοῦ νοσεῖν ἢ τελευτᾷν, ἀλλὰ προαγόρευσις· ὁ δὲ μὴ φυλάξας ἐκ ῥᾳθυμίας, τοῦ τελευτᾷν αἴτιος· οὐδὲ αἱ τῶν προφητῶν προῤῥήσεις ποιητικαὶ τῆς αἰχμαλωσίας· οὐκοῦν οὐκ αἴτιος θανάτου Θεὸς, εἰσελθόντα δὲ φθόνῳ διαβόλου μετασκευάζει πρὸς ζωὴν αἰώνιον, ἀνάστασιν νεκρῶν ὑποσχόμενος καὶ δείξας, δευτέραν ταύτην διὰ δευτέρου ξύλου σταυροῦ καὶ θανάτου τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ μηχανώμενος· ἐπεὶ γὰρ διὰ ξύλου θάνατος, διὰ ξύλου καὶ ἡ ζωή· τὸ γὰρ πολυποίκιλον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τοῖς δι᾽ ἀληθῆ μετάνοιαν ἐπιστρέφουσιν ἐπήγγελται λέγων· « Σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Καὶ ῥύεται μὲν θανάτου, τίθησι δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐν ᾧ τὰ ξύλα οὐχ ὡμοιώθη τῷ κάλλος τίμιον ἐσχηκότι πρότερον καὶ πάντα χρηστὸν λίθον ἐνδεδυμένῳ, ἕως εὑρεθῇ ἀδικία ἐν αὐτῷ ἐπὶ γῆς λοιπὸν ῥιφέντι, τῶν ἁγίων αὐτοῦ βεβηλωθέντων.

Pulsus itaque est homo, secundum præcepti tenorem, paradiso, qui suscipiebat viventes, non morientes. Si enim vetitos cibos non admovissent ori, certe ignari vixissent mortis. Ex sese quidem homo non erat immortalis, sed voluntate divina immortalitatem nactus est. Nec Dei pronuntiatum mortem induxit. Nec enim ipsum pronuntiatum huc tendit, ut prædicat quid eligendum et quid repudiandum sit : sed est quædam denuntiatio **75** cautiores nos reddens ad pericula et damna, et quædam prohibitio ejus, quod transgressorem sequi assolet. Nec etiam medicorum pronuntiata et præcepta sunt, vel vitæ vel mortis denuntiationes : sed potius quædam prohibitiones. Qui has socordius negligit, suo sibi (quod dicitur) jumento apportat mortem. Nec quoque prophetarum vaticinia accersunt captivitates. Nequaquam igitur mortis auctor habendus est Deus. Mors ingressa est ex invidia diaboli. Verum Deus mortem transformat in æternam vitam resurrectionem mortuorum pollicens et ostendens secundam immortalitatem, per secundum lignum, nempe crucis, et per secundam mortem reformans et refingens Adamum. Cum enim per lignum in orbem excurrisset mors, necessitas requirebat, ut per alterum lignum, videlicet crucis, vita emicaret. Admiranda enim Dei sapientia promittit vere pœnitentibus in hunc modum eos alloquendo : « Hodie mecum eris in paradiso [28]. » Et sic liberatur et asseritur a morte, et in paradisum defertur, in quo arbores non assimulantur arbori, quæ insignem pulchritudinem habuit prius, et exornata fuit omni lapide bono et pretioso, donec iniquitas inventa est in ipsa, et projecta est deinceps in terram, sanctis ejus profanatis.

Ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ζώντων· ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ ἄμορφον καταβάλλει σπέρμα, ἡ δὲ διαπεπλασμένον εἰς ἀνθρώπου τύπον, καὶ ζῶντα προβάλλει τὰ γεννώμενα· καὶ ὁ μὲν ἔχει τὴν τιμὴν ὡς διδοὺς τὴν ἀρχὴν, ἡ δὲ ὡς τὰ μετὰ ταῦτα παρέχουσα μετὰ πλείστης ὅσης ταλαιπωρίας· ὅθεν καὶ ὁ νόμος κοινὸς κεῖται· « Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. » Οὐκ ἦν δὲ τοῦ Ἀδὰμ εἰδέναι ὡς ἐξ αὐτῶν πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἔσται, μὴ τοῦ Θεοῦ τὴν πρόγνωσιν ἐνεργήσαντος, ἐξ ἧς καὶ τοὔνομα τέθεικεν· πάντων δὲ τῶν ζώντων, φησὶ, τῶν πεφυκότων μητέρα ταύτην ἔχειν· οὐ γὰρ δήπου καὶ τῶν ἀλόγων· εἰ δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας τύπον ἔχει, μήτηρ εἰκότως ἐστὶ τῶν ζώντων, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν λέ-

VERS. 20. *Eo quod ipsa fuerit mater omnis viventis.* Vir enim semen jacit informe, ipsa formatum in hominis formam, et vitales edit partus. Vir quidem prærogativam habet, ut qui futuræ soboli det principium ; nec illa despicienda est : ministrat enim sequentia cum magna miseria magnoque labore. Unde lex communiter posita est, dicens : « Qui maledicit patri aut matri, morte moriatur [29]. » Adamus nequaquam novisset ex ipsis processurum universum mortale genus, nisi in ratione imponendorum nominum Deus quamdam prænotionem impressisset ei. Omnium viventium, etc. Omnes enim, qui nati sunt, habent hanc matrem. Verum hic excipiuntur bruta ani-

[28] Luc. XXIII, 43. [29] Exod. XXI, 17.

malia. Sed quatenus Ecclesiæ typum præ se fert, non immerito est mater viventium secundum Jesum Christum, qui dicit: « Ego sum vita [30]; » ex qua primogeniti descripti participes redduntur divinæ vitæ, Christo quidem exsistente patre, Ecclesia vero matre.

A γοντα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· » ἐξ ἧς καὶ οἱ ἀπογεγραμμένοι πρωτότοκοι μετέχουσι θείας ζωῆς, Χριστοῦ μὲν ὄντος πατρός, μητρὸς δὲ ταύτης.

VERS. 21. *Fecit quoque Dominus Deus ipsi Adam et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos.* Mortuum amiculum mortuo paravit ob peccatum. Quidam, ut supra dedimus, sub tunicis pelliceis intelligunt naturæ mortalitatem. Quidam aiunt his pellibus innui, quod in mortalem conditionem detrusi inceperint mortalia cogitare, parum attendentes cœlestibus. Ejus rei causa erat nuditas, quæ tum ipsorum oculis patebat. « Fecit eis tunicas pelliceas, » etc. Non ex subjecta materia, sed ex nihilo, quem in morem æternus creator omnia creavit. Sed quomodo istum laborem accepit, cum perhibeatur die septimo quievisse ab operibus suis? Quidam allegoriarum sectatores, objiciunt: Num boves et oves mactavit, et cerdonis munia obivit? At illi, qui his contradicunt, aiunt: Si creator totum animal suis integris constans partibus condere valuit, non poterit partem aliquam corporis formare solam? Adversarii prædicti instant: Non manifestum est eum unquam fecisse opus aliquod imperfectum; sed si partem aliquam a toto corpore separatam fabricaret, rei imperfectæ sequeretur eum esse creatorem. Quod quidem absurditatis ratio non admittit. Huic instantiæ respondemus: Qua igitur ratione, si tua instantia vera est, in Ægypto sanguinem excitavit? Ostende mihi, si potes, animalia, ex quorum cæde sanguis ille, qui pars animalis est, in Ægyptum influxerit. Quidam dubitant quoad utramque quæstionem. Nam si ex cæde animalium tunicæ paratæ sunt, defecisset sane genus animalium, ex quo cædi illa animalia destinata sunt. Deus enim in singulis generibus solummodo masculum et femellam dedit: nec illa se adhuc per multiplicem prolem auxerant ratione temporis. Nec etiam Deus jussit animalia mactari. Nemo enim tunc temporis carnibus victitabat. Quod autem dubitant, an ex præjacente materia illæ tunicæ compositæ sint, sic argumentantur: **76** Nam Deus quieti se tradiderat, nec volebat de nihilo tunc quidpiam creare, quia hoc universum jam erat decenter absolutum et consummatum. Ignorant, aiunt, homines quod non solum dicuntur pelles coria, quæ diripiuntur ab animalibus, sed et cortices arborum isto nomine gaudere. Ex his itaque tunicæ compactæ sunt, Deo omnem dubitationem solvente, cum ipsi sentientes nuditatem folia ficulnea consuerent, ad nuditatis turpitudinem velandam. Hinc non immerito compositio tunicarum Deo imputatur. Quapropter apud Jobum ait: « Quis dedit mulieri vestimenti sapientiam [31]? »

Καὶ ἐποίησεν Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ χιτῶνας δερματίνους. Νεκρὰν σκέπην ἐποίει τῷ νεκρωθέντι διὰ τὴν ἁμαρτίαν· τινὲς δὲ, καθάπερ εἴρηται πρότερον, τὴν τῆς φύσεως ἔφασαν νέκρωσιν· τινὲς δὲ δηλοῦν ὅτι κατενεχθέντες εἰς θνητὴν φύσιν, τὰ τῆς θνητῆς ἐνενόουν φύσεως αἰσθόμενοι τῆς γυμνώσεως· καί, « Ἐποίησε, φασίν, αὐτοῖς χιτῶνας δερματίνους. » Οὐκ ἀπὸ ὑποκειμένου, ἀλλ' ὡς πάντα ἐκ μὴ ὄντων· πῶς οὖν, εἴγε τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ; Ὅθεν οἱ ἀλληγορηταί φασιν, Ἆρα B μὴ βόας ἢ πρόβατα ἔθυε, καὶ βυρσέως ἀπετέλεσε τέχνην; οἷς οἱ ἀντιλέγοντές φασιν· Εἰ τὸ ὅλον ζῶον προήγαγεν ἄνευ συμπλοκῆς, μέρος τοῦ ὄντος ποιεῖν οὐχ ἠδύνατο; ἀλλ' οὐδέ ποτε, φασί, ποιεῖ μέρος οὐδὲν ἀτελές· πῶς ἐν Αἰγύπτῳ τὸ αἷμα πεποίηκε; δίδου καὶ σὺ τὰ τιθέντα ζῶα ἐξ ὧν τὸ μέρος ἐγένετο· τινὲς δὲ πρὸς ἄμφω ἀπορήσαντες, τό τε ἐκ ζώων ἀναιρέσεως αὐτοὺς γεγονέναι, ἐπέλιπεν γὰρ ἂν τὸ γένος τῶν σφαγέντων, ἄρτι μὲν τοῦ Θεοῦ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ πεποιηκότος, οὔπω δὲ τεχθέντος οὐδενός· καὶ ὅτι οὐκ ἂν ζῶα σφαγῆναι προσέταξε, μήπω τῆς κρεωφαγίας οὔσης· ἀποροῦντες καὶ πρὸς τὸ μὴ ἐξ ὑποκειμένου γεγονέναι. Ἐπαύσατο γὰρ, φασίν, ὁ Θεὸς τοῦ ἐκ μὴ ὄντων ποιεῖν ὡς παντὸς συμπληρωθέντος τοῦ κόσμου· C ἠγνόησαν, φασίν, οἱ περὶ τούτων ζητοῦντες ὅτι δέρματα οὐ μόνον τὰ ἐκ τῶν ζώων λέγεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν δένδρων, ἃ καὶ φλοιοὺς ὀνομάζειν ἔθος· ἐκ τούτων οὖν ἐποίησαν τοὺς χιτῶνας, ἐμβαλόντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀπορίαν λύοντος, ἐξ ἧς φύλλοις συκῆς ὡς ἔτυχε ῥαφεῖσι περιεζώσαντο, τῆς γυμνώσεως τῆς ἰδίας αἰσθόμενοι· καὶ διὰ τοῦτο ἔργον αὐτὸ καλεῖ τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ παρὰ τῷ Ἰὼβ φησι· « Τίς ἔδωκε τῇ γυναικὶ ἐνδύματος σοφίαν; »

Cæterum ad prædicta responderi potest in hunc modum. Primo quidem nihil obstabat, quin ex præjacente materia illæ tunicæ essent consutæ, scilicet ex elementis, quæ jam nata erant, sicuti reliqua omnia, post diem primum. Nam et aquam Niliacam postea in sanguinem convertit, faciens eam sanguinem. Deinde si die sexto compositus est homo, hora sexta peccavit, vespera, quæ præcedebat Sabbatum redar-

D Πρὸς ταῦτα δὲ λέγειν ἔστι, πρῶτον μὲν δυνατὸν καὶ ἐξ ὄντων αὐτὰ γεγονέναι· οἷον τῶν ἤδη γεγονότων στοιχείων, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα πάντα μετὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἐγένετο· ὥσπερ οὖν ὕστερον ἐκ τοῦ Νειλῴου ὕδατος τὸ αἷμα πεποίηκεν, εἰς τοῦτο μεταβαλών· δεύτερον, εἰ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ γέγονεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ περὶ ἕκτην ὥραν παρέπεσε, καὶ δείλης ἠλέγχθη πρὸ τοῦ Σαββάτου, τί ἐκώλυε καὶ τότε τοὺς δερματίνους αὐτῷ γενέσθαι χιτῶνας ἐκ μὴ ὄντων; ἐλέγετο

[30] Joan. XIV, 6. [31] Job XXXVIII, 36.

γὰρ ἐπανάληψιν εἶναι τὰ εἰρημένα· ἐν δὲ ταύταις ἔθος εἶναι τῇ Γραφῇ προστιθέναι τὰ λείποντα. Πλὴν ὅτι προϊὼν μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ παραδείσου καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν φησὶν εἰρῆσθαι τὰ περὶ τοῦ ὀνόματος τῆς γυναικὸς καὶ τῶν δερματίνων χιτώνων, εἰ καὶ ἡ τάξις, φησὶν, ἀνέστραπται.

A gutus et reprehensus est, quid prohibet quin tum ex nihilo fecerit tunicas pelliceas? Diximus supra, ea, quæ hic traderentur, quasi repetitionem esse prædictorum. Verum mos est Scripturæ sacræ, ut repetitionibus addat, quæ antecedentibus deesse videbantur. Attamen quod in sequentibus, postquam homo ejectus est paradiso, meminit gladii flammantis, nominis quod inditum est mulieri, et tunicarum pellicearum, ne mireris : ordo narrationis conversus est.

Οἱ δὲ ἀλληγοροῦντες μετὰ τὸν εἰρημένον διασυρμὸν, φασὶν, ὡς ὁ μὲν « κατ' εἰκόνα, » τὴν ψυχὴν σημαίνει· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ χοῦ πλασθεὶς, τὸ λεπτομερὲς σῶμα καὶ ἄξιον τῆς ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς, ὃ τινες αὐγοειδὲς ἐκάλεσαν· οἱ δὲ δερμάτινοι χιτῶνες, τὸ, « Δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας. » Τῷ δὲ αὐγοειδεῖ τὴν ψυχὴν ἐποχεῖσθαι πρώτῳ λέγουσιν, ὅπερ ὕστερον ἐνεδύσατο τοὺς δερματίνους χιτῶνας p. Τούτοις δὲ πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἀντιλέγουσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, Κλήμης ἐν τρίτῳ Στρωματεῖ, καὶ Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος ἐν τῇ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν ἑρμηνείᾳ, καὶ Πέτρος ὁ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπός τε καὶ μάρτυς ἐν τῷ περὶ ψυχῆς πρώτῳ λόγῳ, καὶ Ἀθανάσιος πάλιν ὁ Ἀλεξανδρείας ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρῳ λόγῳ καὶ ἐν τῷ βίῳ τοῦ μεγάλου Ἀντωνίου, καὶ Θεόφιλος ὁ τοῦτον διαδεξάμενος ἐν ἐπιστολῇ γραφείσῃ τοῖς ἐν Κωνσταντίνου πόλει κατὰ τῶν τὰ Ὠριγένους φρονούντων, καὶ Κύριλλος ὁ τούτου διάδοχος ἐν ἐπιστολῇ γραφείσῃ πρὸς τοὺς ἐν. . . . . μοναχοὺς, καὶ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνων ἐπίσκοπος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῆς κατὰ τῶν αἱρέσεων πραγματείας κεφαλαίῳ νθ' καὶ ξε', καὶ Ἰουστῖνος φιλόσοφός τε καὶ μάρτυς ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ, καὶ Βασίλειος ὁ Καππαδόκης ἐν κα' τῆς Ἑξαημέρου καὶ ἐν τῇ εἰς τὸν α' ψαλμὸν ὁμιλίᾳ, καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Γρηγόριος ἐν τῇ *Περὶ τοῦ ἀνθρώπου* πραγματείᾳ ἐν κεφαλαίῳ κθ'· καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ Ἀπολογητικῷ, καὶ ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ ἐν τῷ β' Θεολογικῷ, καὶ ἐν Ἀγ*λαοφῶντι* Μεθόδιος, ἐξ οὗ τινας ἐννοίας ἐν τοῖς φθάσασι παρεθέμεθα.

Cæterum allegoriarum studiosi post supra commemoratum cavillum, sic inquiunt : Quod dicitur : « Secundum imaginem, » significat hominis animam. Sed homo, qui ex pulvere constructus est, intelligitur tenue illud corpus, quod dignum erat ut viveret in paradiso. Quidam illud nominant corpus clarificatum. Verum pelliceæ tunicæ B quid significent, satis patefit ex illo eloquio : « Carnibus me vestivisti, ossibus et nervis me compegisti [38]. » At prius anima vehebatur, quasi vehiculo, corpore clarificato, quod nunc pellibus circumdatur. His tamen, utcunque luculenta appareant, contradicunt Ecclesiæ doctores omnes : Clemens in primo sermone; Dionysius Alexandrinus episcopus in expositione, quam in Ecclesiasten fecit; ejusdem urbis episcopus et martyr Petrus in primo de anima sermone. Athanasius quoque Alexandrinus episcopus in secunda adversus Arianos oratione, et in Vita magni Antonii. Theophilus ejus successor in epistola quam scripsit illis qui Constantinopoli congregati adversabantur scriptis C Origenis; Cyrillus hujus successor in epistola scripta ad monachos; Irenæus Lugdunensis episcopus in tertio sermone adversus hæreses, capite 59 et 65; Justinus philosophus et martyr in oratione de resurrectione; Basilius Cappadociæ episcopus in VI Hexameri, et in homilia, qua exponit psalmum primum; hujus frater Gregorius in pragmateia sive opere *De homine*, capite 28; Gregorius Theologus in Apologetico, et in aliis multis, tum in II Theolog., etc. et in *Aglaophonte* Methodius, ex quo sententias aliquot sumptas in præcedentibus apposuimus.

Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μή ποτε οὖν ἐκτείνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐλεγκτικῶς τὴν νόησιν τοῦ Ἀδὰμ πεισθέντος τῇ πλάνῃ τοῦ ὄφεως μεμφόμενος λέγει· τινὲς δὲ κατὰ διασυρμὸν ἔφασαν, ἄλλοι κατ' εἰρωνείαν· ἔστι δὲ ταῦτα τοῖς τῆς ἀποφάσεως λόγοις ἀκόλουθα πρὶν ῥηθῆναι τὰ περὶ τῆς γυναικὸς τοῦ ὀνόματος καὶ τῶν δερματίνων χιτώνων· ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα φαντασθεὶς ἐξ ἀνοίας ἠπάτηται, καλῶς μετὰ τὴν ἀπόφασιν τούτοις αὐτὸν ἐπιστύφει τοῖς ῥήμασιν. Πάνυ γε, φησὶν, ἐκβέβηκέ σοι τὰ τῆς ὑπονοίας· διὰ τοῦτο καὶ τὸ, « Ἐξ ἡμῶν πρὸς τὴν ὑπόνοιαν εἴρηται. » Ἐπειδήπερ ἔφησεν ὁ διάβολος, « Ὡς θεοί· » ἀμφότερα πλήττον καὶ ὅπερ ἐνόμισε γενέσθαι, καὶ τὸ πολλοὺς εἶναι θεοὺς, τό τε ψεῦδος ἐκείνου δηλῶν, καὶ τούτου τὴν ἄνοιαν· ἅμα δὲ παρίστησι καὶ τὴν εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἐκ θείας ἐλπι-

VERS. 22. *Ecce ille homo fuit quasi unus ex nobis, ut sciret bonum et malum. Et nunc ne forte mittat.* Hæc dicit reprehendens Adamum, quod D passus erat se deludi fraude et dolo serpentis. Quidam Deum subsannando, alii irridendo, ista verba deprompsisse asserunt. Verum illa verba sequuntur continuo sermonem prohibitionis, antequam dicatur de mulieris nomine, deque pelliceis tunicis. Magna enim sibi, falsa imaginando, pollicebatur Adamus ante deceptionem. Deceptus itaque merito ejus stultitia illis verbis reprimitur : Certe, quod animo tecum stulte volutasti tibi accidit. Annon planissime nunc beatus es scilicet? Non ab re additum est : « Ut unus e nobis, » etc. Nam diabolus dixerat, ut mulierem ad casum provocaret : « Ut dii. » Utrumque nunc exprobrat

p Locus insignis adversus allegoricos.

[38] Job x, 11.

Deus, ostendens scilicet illud, quod putavit se futurum. Deinde alterum quod existimabat multos esse deos. Demonstrat evidenter hominis stultitiam, et diaboli sub auras fert, **77** quod tegebat, mendacium. Simul quoque exponit, homini speranti divinam naturam, contrarium evenisse. Nam ad mortalem conditionem recidit. Sed aiunt Hebræos iisdem litteris totidemque numero scribere: *Deus* et *dii*. » Proinde quidam legunt: « Eritis ut Deus, » nec: « Eritis ut dii. » Verum quia præsens locus additum habet: « Ut unus e nobis, » satis liquet eamdem dictionem et supra in plurali numero esse enuntiatam: « Ut unus, » etc. Siquidem diabolus non dixerat: Eritis dii, sed: « Eritis ut dii, » nimirum seipsum deum faciens, et apostatarum angelorum catervam hoc nomine dignam judicans. Quidam ad angelos porrigunt hæc verba: « Ut unus e nobis, » etc., quasi si quis rex in hunc modum appellet suos satellites. Quidam aiunt: Non dicit, Ut unus nostrum, aut, Ut ego. Sed quomodo inquit? « Ut unus e nobis. » Nam unus ille ex cœlo prolapsus est. Proinde Psaltes canit: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi vos omnes. Attamen sicut homines moriemini, et sicut unus e principibus cadetis [33]. » Ille enim erat princeps, et deus, non revera, sed quia se deum falso fecerat. Ob id cecidit. Licet plures essent principes, unus tamen lapsus cecidit. Huic loco haud dissimilis est et ille: « Unus ex vobis prodet me [34], » nimirum apostolico munere excidens.

A σθείσης φύσεως γεγονότος θνητοῦ· ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ, φασὶ, διὰ τῶν αὐτῶν γράφεσθαι γραμμάτων τὸ *Θεὸς* καὶ *θεοί*. Τοιγαροῦν τὸ, « Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, » τινὲς ὡς *Θεὸς* ἀνέγνωσαν· ἀλλ' ἡ νῦν Γραφὴ προσκείμενον ἔχουσα τὸ *ἡμῶν*, ἐκ τῆς ἀκολουθίας καὶ τὸ ἄνω πληθυντικῶς δείκνυσιν εἰρημένον· « ὡς εἷς » δὲ, ἐπειδὴ καὶ ὁ διάβολος οὐκ εἶπε, Θεοὶ, ἀλλ', « Ὡς θεοί· » Θεὸν τάχα καλῶν ἑαυτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν· τινὲς δὲ πρὸς τοὺς ἀγγέλους εἰρῆσθαί φασι τὸ « Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » καθάπερ τις ἂν εἴποι βασιλεὺς τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις· οἱ καί φασιν, ὡς οὐκ εἶπεν, Ὡς εἷς ἡμῶν, ἢ Ὡς ἡμεῖς, ἢ Ὡς ἐγὼ, ἀλλ', « Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. » Ἐκ γὰρ τῶν οὐρανίων ὁ εἷς οὗτος ἐξέπεσε, καθὰ καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς λέγει· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνB θρωποι ἀποθνήσκετε καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. » Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἄρχων καὶ θεὸς οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ θεοποιίαν ἐξέπεσε· πλειόνων γὰρ γενομένων ἀρχόντων εἷς πέπτωκε· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, » δηλαδὴ τῆς ἀποστολικῆς τάξεως ἐκπεσών.

Cum autem dixisset: « Ecce ut unus e nobis, » etc., cum emphasi pronuntiavit, quasi sequentia adjecisset: « Ut sciat bonum et malum. » Verum noverunt bonum et malum illi, qui solummodo notitiam boni et mali habent, nec ea discernunt ut bonum eligant, et vitæ ratione exprimant, malumque fugiant. Utuntur itaque rebus præsentibus non secus ac miseri illi homines, de quibus clamat Isaias, dicens: « Væ his qui dicunt bonum esse malum, et malum esse bonum [35]. » Quod ait: « Ne forte extendat manum suam, » etc., non capiendum est, quasi Deus invidia stimulatus illa verba protulerit. Invidia a Deo alienissima est. Commode isto sermone usus est eos inhibendo non secus ac in Evangelica historia docet, dicens: « Ne detis quod sanctum est canibus; ne projeceritis margaritas ante porcos [36]. » Quare? causam annectit: « Ne quando hi conculcent eas pedibus suis, et illi versi in vos, lacerent vos [37]. » Non enim oportet eum, qui peccati labe inquinatus est, et in peccatorum colluvie hæret, vitæ ligno pasci. Nam inde fieret, ut cibus ille vitæ despectui haberetur. Cum vero arcetur arbore vitæ peccator, exoptabit et desiderabit toto pectore divinam disciplinam, evangelicamque doctrinam, sentiens quo loci redactus sit. Si non appetiverit vitæ cibum, satius est, ut in amentia permaneat, et in peccatis amplius sordidetur, quam ut divina oracula aspernetur. Aspernabitur autem, si parum opportune inductus fuerit ad sacrosancta dogmata. Diu durat malum si bonum contemnitur. Malo et peccato indurati, nunquam ipsum bonum affecta-

Εἰπὼν δὲ, « Ἰδοὺ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » ἐπήγαγε πῶς, εἰπών· « Τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· τοῦτ' αὐτὸ γὰρ μόνον οἱ μὴ χρώμενοι τῇ ἀρετῇ ἔχουσι, γινώσκοντες μόνον τί καλὸν καὶ πονηρόν· C μὴ διαστέλλοντες δὲ, ὡς αἱρεῖσθαι μὲν τὸ ἀγαθὸν, φεύγειν δὲ τὸ κακόν· ἐναλλὰξ γοῦν τοῖς πράγμασι χρῶνται κατὰ τοὺς ταλανιζομένους, περὶ ὧν λέγεται· « Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· » τὸ δὲ, « Μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, » οὐ φθόνῳ φησὶ (Θεοῦ γὰρ ἀλλότριον), ἀλλ' ἀναρμόστως αὐτῷ κέχρηται ἐπέχων· κατὰ τὸ, « Μὴ βάλητε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· » διὰ τί; « Μή ποτε στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. » Οὐ δεῖ γὰρ τὸν ἐν ἁμαρτίαις, τοῦ τῆς ζωῆς ἔχεσθαι ξύλου· καταφρονητικὸν γάρ· κωλυόμενος δὲ ποθήσει ποτὲ τὴν θείαν ἀγωγὴν καὶ διδασκαλίαν, αἰσθόμενος οἷ κακῶν ἐστιν· εἰ δὲ καὶ μὴ ποθήσῃ, βελτίων ἡ ἐν τοῖς ἐξ ἐπινοίας αὐτοῦ κακοῖς διατριβὴ τῆς τῶν θείων καταφρονήσεως, εἰ D ταῦτά τις αὐτῷ ἀκαίρως προσάγει· πολυχρόνιον γὰρ τὸ κακὸν γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ περιφρονηθέντος· ἐξ οὗ συμβαίνει ἀνεράστως ἔχειν πρὸς αὐτό· τὸ δὲ, « Εἰς τὸν αἰῶνα, » πρόσκειται ἀντὶ τοῦ, διὰ βίου· ᾧ ὅμοιον τὸ παρὰ Παύλῳ· « Οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ ζωὴν δὲ δεῖ νοεῖν ἣν ζήσεται, τὴν ἐν χείροσι καὶ κακοῖς, παρὰ τὴν ζωὴν, ἧς εἰ φάγοι καταφρονεῖ· τινὲς δὲ οὕτως· Οὐ φθονῶν ὁ Θεὸς λέγει, ἀλλ' ἐπεμελεῖτο τοῦ ἐλαττωθέντος σκεύους δι' ἑαυτόν· ἵνα μὴ μείνῃ ἠλαττωμένον εἰς τὸ διηνεκὲς, ἀλλ' ὡς ἄριστος κεραμεὺς τὸ βλαβὲν ἀγγεῖον ἐπιστρέψας εἰς τὸ ἴδιον φύραμα τὴν γῆν, ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναπλάσειε τὸν δί-

[33] Psal. LXXXI, 6, 7. [34] Matth. XXVI, 21. [35] Isa. V, 20. [36] Matth. VII, 6. [37] Ibid.

καιον, ἐν δόξῃ ἀθάνατον καὶ δυνάμενον ἀπολαύειν τῆς βασιλείας· τὸν δὲ ἄδικον, δυνάμενον ὑποφέρειν τὴν τῆς κρίσεως τιμωρίαν.

bunt. « Vivat in æternum, » etc., per totum vitæ suæ curriculum. Similis est ista locutio huic Paulinæ : « Nequaquam edam carnes in æternum. » Vitam autem intellige, quam deget in multis malis et miseriis : nec eam accipe, quam contempsit admoliendo manus interdictæ arbori. Quidam autem sic interpretantur istum locum : Deus nequaquam invidia motus sic alloquitur hominem : sed curam gerebat vasis infirmioris per semetipsum infirmati, ne perpetuo in illa infirmitate hæreret. Quemadmodum peritus figulus vas confractum convertit iterum in suam conspersionem, scilicet in lutum seu terram : sic hominem fractum fraude diaboli, reducit in suam conspersionem, scilicet terram, eumque in resurrectione universali reformabit et refinget. Justum gloria immortali exornabit, ut possit frui æterno regno. Injustum sic componet et finget, ut possit perpeti æternum supplicium.

Ἐφύτευσε δὲ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καιρῷ τῷ δέοντι διὰ τοῦ ἰδίου προστάγματος ἐπιτρέπων αὐτῷ λαβεῖν ἀπ' αὐτοῦ· νῦν δὲ ἅπαξ ἁμαρτόντα οὐ βούλεται μένειν ἐν ἀϊδίῳ ζωῇ, μὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ πιστὸν ἡγήσηται τὸν διάβολον, καὶ βάσκανον τὸν Θεόν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ Θεὸν ἐνόμισεν ἑαυτόν· νυνὶ δὲ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ τὸ, « Θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, » εἰπόντι, καὶ ἑαυτὸν ἔγνω, ὡς φύσει μὲν ἀσθενὴς, τιμηθεὶς δὲ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ· οὐχ ὡς τοῦ ξύλου δὲ, φασί τινες, τοιαύτην ἔχοντος φύσιν, ὡς τοῖς φαγοῦσιν ἐξ ἀνάγκης προσγίνεσθαι τὸ ἀθάνατον, τοῦτό φησιν· ὡς οὐδὲ τοῦ ἄλλου τὸ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· ἀλλ' ὡς ἐν τούτοις τὴν αἵρεσιν τούτων τάξαντος τοῦ Θεοῦ· ὡς ἂν εἰ καὶ ἐν ὁποίῳ δήποτε ξύλῳ ταύτην τὴν αἵρεσιν ἔθηκεν, οὐδὲν ἧττον οὕτως ἀπέβαινεν, ἐκ τῆς ἀποφάσεως τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ φυτοῦ. Ἄλλος δέ φησιν, ὡς οὐκ ἐνδοιάζει τὸ Θεῖον, κἂν ἐνδοιαστικοῖς ὀνόμασι χρῆται· διττὰ γάρ ἐστι τὰ ἀνωτάτω κεφάλαια· τὸ μὲν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεός· τὸ δὲ, ὡς ἄνθρωπος παιδεύει τὸν υἱὸν, οὕτως Κύριος ὁ Θεὸς παιδεύσει σε· τὸ μὲν οὖν πρότερον, ἐξουσίας ἐστί· τὸ δὲ δεύτερον, παιδείας καὶ εἰσαγωγῆς, ἵνα καὶ τὸ ἑκούσιον παρεισέλθῃ· τὸ γὰρ, « Μή ποτε, » οὐκ ἔστιν ἐπαμφοτερισμὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀναφορὰ πρὸς ἄνθρωπον τὸν ἐπαμφοτεριστὴν τῇ φύσει, καὶ μήνυμα τοῦ περὶ ἐκεῖνον πάθους· ὅταν γὰρ προσπέσῃ τινὸς φαντασία, τρία εὐθὺς ἐπιγίνεται, ἀφορμὴ ἐκ τοῦ φανέντος, ὁρμὴ πρὸς τὸ φανὲν, τρίτον ἐνδοιασμὸς ἀμφικλινὴς ἀντισπωμένης τῆς ψυχῆς, εἴθ' αἱρετέον, εἴτε μή· πρὸς δὴ τοῦτο τὸ τρίτον τὸ μή ποτε ἀναφέρεται.

Certe admodum opportune plantavit arborem vitæ, suo jussu et se impulsore concedens homini inde decerpere fructus vitæ. At nunc hominem, qui peccato se addixit, non vult manere in æterna vita, ne forte in quibusdam fidelem judicet diabolum, et invidum pronuntiet Deum. Nam cibus vitæ si ei concessus fuisset post prævaricationem, se deum esse existimasset. Nunc vero prohibitus fructu vitæ, cogitur credere Deo, eumque veracem agnoscere **78** dicendo : « Morte moriemini : » Cognovit in hunc modum suam infirmitatem homo. Quod vero pristinæ restitutus sit dignitati, id tribuit Deo ipsum sic honoranti. Nam neutiquam ea arbor illas vires habuit, ut quidam putant, qui posset immortales reddere istos, qui inde ederent : sicut nec alterius arboris fructus poterat donare scientiam boni et mali. Verum Deus utramque arborem sic instituerat, ut essent quasi materia electionis. Proinde si in aliam arborem eligendi facultatem contulisset, idem, quod videmus evenisse, accidisset. Non enim illa inerant naturæ plantæ, sed prohibitio divina præstabat omnia. Alius est, qui inquit : Numen nunquam dubitat, etsi interdum usurpat nomina qui dubitationem videntur continere. Duo enim sunt quasi summa principia et capita : unum, quod Deus per se non est ut homo ; alterum est, ut homo instruit filium, sic Dominus Deus erudiet te. Primum quidem potestatis et dominationis symbolum est ; alterum significat ipsum nostrum esse informatorem et doctorem, ut accedat nostra voluntas. Nam quod ait : « Ne quando, » etc., non Dei in utramque partem portendit inclinationem, sed referendum est ad hominem, cujus ingenium natura ad utrumque propendet. Simul etiam ea verba indicant miseriam, quæ hominem ex casu comitata est : nec non affectus, qui tam in homine primum exorti sunt. Cum enim aliqua oblata fuerit phantasia vel cogitatio, tria statim occurrunt : primo impetus quidam ad eam rem, quam cogitatione percepit. Deinde nascitur quædam cupiditas rei quæ apparuit, adipiscendæ. Deinceps oboritur deliberatio in utramque partem vergens, sitne illud expetendum vel fugiendum. Nihil, supra tertium hoc, accedere potest, sed intra hæc consistit cogitatio, nec procedit ultra.

Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔξω γὰρ ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε· συμμετρῶν δὲ τὴν τιμωρίαν, κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ὥσπερ βασιλεὺς ἀγαθὸς οὐ μακρὰν τὴν ἐξορίαν ποιούμενος, ἀλλ' οἷον πρὸ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐλπίδας αὐτῷ διδοὺς ἀνακλήσεως· καὶ ὡς ἂν ὁρῶν συνεχῶς μνήμην ἔχῃ τῆς ἐκβαλούσης αὐτὸν ἁμαρτίας, καὶ ταύτην μισῇ, ποθῇ δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέπε-

VERS. 22. *Itaque expulit illum hominem.* Nam extra paradisum Deus hominem ex luto formavit. Ut igitur Deus aliquantulum pœnam leniret, jussit hominem habitare e regione paradisi. In hoc imitatus est regem bonum et clementem Deus, qui non longinquum delinquenti inducit exsilium, sed propinquum, jubens illum morari in conspectu regiæ urbis : qua re significat fore, ut mox revocetur, et in integrum restituatur. Præterea voluit, ut paradisus subinde ejus oculis observaretur, qui recor-

daretur peccati, ipsumque oderit ut causam quæ illum deturbaverit possessione paradisi : et ex animo desideraret eum locum, ex quo prævaricatus occidisset. Nec dubito, quin homo crediderit, Deum versari et quasi domicilium habere in paradiso. Hinc persuasus est et certo scivit, se non esse submotum a cura et providentia divina, et prorsus extorrem. Hanc persuasionem animi, ut confirmaret Deus, hominem in locis propinquis paradiso consistere jussit, nec longius ablegavit. Si Adamus, qui non deceptus est, ut docet Paulus[38], minusque peccavit, dejectus est paradiso : quanto magis caput mali serpens, et mulier, quæ deceptionem admisit, dejecti sunt paradiso? Unde merito nullam illorum mentionem fecit, quasi ea res per se nota satis sit. Si vero hoc non satisfacit lectori, meminerit sub dictione *Adamus*, intelligi et mulierem. Sic enim sonat Scriptura sacra : « Creavit Deus hominem, masculum et femellam, et nominavit nomen eorum, Adam. » Cæterum serpens commorabatur in paradiso, non quasi vita illa jucundissima dignus foret : sed eadem ratio est quæ animadvertitur ex verbis illis, quæ in Job traduntur : « Venerunt Angeli Dei, ut starent in conspectu ejus[39]. » Dicendum nunc est, qui fiat, quod de Caino Scriptura perhibet : « Exivit Cain a facie Dei[40], » etc., nunc vero de homine legitur : « Ejecit (seu expulit) Adamum, etc., scilicet expulit et relegavit eum adhuc habentem scintillam desiderii, quo ferebatur in paradisum. Sed quia paradisi voluptate erat indignus, inde detractus est. Quod vero Deus hominem non ejecerit paradiso, quasi nunquam illuc reversurum, satis edocemur his verbis : « Collocavit eum, » etc., quæ sane declarant, hominem adhuc curæ esse supremo Numini, nec ejectum esse ut omnis redeundi spes sit interclusa. Collocavit eum a plaga orientali horti Eden, muniens ipsum adversus mala, legum benevolentia, quæ quidem prohiberent malum, et ad bonum **79** seu hominem adducerent. Nec occultavit paradisum, id est, notitiam boni, qua adhuc coruscans homo in paradiso agebat vitam.

σεν· εἰκὸς δὲ, φασὶ, καὶ διακεῖσθαι τοὺς περὶ τὸν Ἀδὰμ ὡς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς τοῦ παραδείσου τόποις οἰκεῖ· ὅθεν ἔπεισεν αὐτοὺς ὡς οὐκ ἀλλοτριῶν τῆς ἰδίας ἐπιμελείας οὐ πόῤῥω πεποίηκεν εἶναι· εἰ Ἀδὰμ δὲ ὁ μὴ ἀπατηθεὶς, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἀλλ' ἔλαττον ἁμαρτὼν τοῦ παραδείσου ἐκβέληται, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἀρχέκακος ὄφις καὶ ἡ τὴν ἀπάτην ὑποστᾶσα γυνή; ὅθεν εἰκότως τούτους ἀπεσιώπησεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ ἡ γυνὴ συνυπακούεται τῷ Ἀδὰμ, ὅπερ σημαίνει ἄνθρωπον· εἰπὼν γὰρ, « Ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, καὶ ἐκάλεσε, φησὶ, τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδάμ· » ὁ δὲ ὄφις ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ, οὐχ ὡς τῆς ἐκεῖ διαγωγῆς ἄξιος, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται ἐν τῷ Ἰὼβ, ὅτι « Ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ, » οὕτω καὶ περὶ τοῦ ὄφεως ἐκληπτέον· ἐπιστατέον δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τοῦ Κάϊν, φησὶν, « Ἐξῆλθε Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· » νῦν δὲ, « Ἐξέβαλε τὸν Ἀδὰμ, » τρόπον τινὰ ἔτι ἔχοντα αὖραν τοῦ πόθου τοῦ παραδείσου, διὰ δὲ τὸ ἀνάξιον ἐκβαλλόμενον· ὅτι δὲ οὐχ ὡς παντελῶς ἀλλότριον ἐξέβαλε, δηλοῖ τὸ, « κατῴκισεν· » ὅπερ κηδομένου μᾶλλον ἤπερ ἀπαγορεύσαντος· « Κατῴκισε γὰρ αὐτὸν, » νομίμως ἐνθεὶς αὐτῷ τὴν ἔννοιαν τῶν ἀπαγορευόντων τὸ κακὸν νόμων, ὅπερ εἰσαγωγὴ τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν· οὐ κρύψας τὸν παράδεισον ἀπ' αὐτοῦ, τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ καθ' ἣν ἐν παραδείσῳ διῆγεν.

Vers. 24. *Et collocavit a plaga orientali horti Eden Cherubim, et laminam gladii versatilis, ad custodiendum iter arboris vitæ.* Neque hasta igne resplendens, ut aiunt quidam, nec gladius ignitus aderat revera. Nec etiam Cherubim, qui hic nominantur, revera animalia sunt. Neque illi Cherubim, qui Isaiæ, quive Ezechieli apparuerunt, inter animalia referendi sunt. Deus haud opus habet vel telis vel armis. Cæterum meminit Cherubim propter ea, quæ olim futura erant, scilicet ob legem, quam olim traditurus erat populo Israelitico. Hic illa nomina posuit, quasi per anticipationem, ne deinde rei insolitæ et novæ insolentia perculsi, animos abjicerent. Ad eum modum et sacrificia apud priscum mundum per anticipationem peraguntur, ne præcipiendo per legem victimarum ritum, insolens videatur. Illæ autem Cherubim visiones simul cum Adamo evanuere. Nam illiuscemodi imagines admodum necessariæ erant Adamo habitanti in confinio paradisi, ut subinde admoneretur sui casus. Cæterum ut suos filios eo nomine securos redderet, (aiunt,) eos abduxit a paradisi confinio, et habitaverunt

Καὶ ἔταξε τὰ Χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. Οὔτε δόρυ, φασί τινες, οὔτε ξίφος ἦν πυρὸς καθ' ὑπόστασιν· ἀλλ' οὔτε ζῶα κατ' οὐσίαν ἐστὶ Χερουβὶμ, οὔτε τὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ φανέντα, οὔτε τὰ τῷ Ἡσαΐᾳ, ἀλλ' οὐδὲ τέτακται μέχρι νῦν ἐν τῷ παραδείσῳ· οὐδὲ γὰρ ὅπλων δεῖται Θεός· μέμνηται δὲ τῶν Χερουβὶμ πρὸς οἰκονομίαν τοῦ μέλλοντος, διὰ τὰ ἐν νόμῳ παραδοθησόμενα· προλαμβάνει γὰρ, ὡς ἂν μὴ δόξῃ καινὰ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἔστιν ἰδεῖν· ἡ δὲ τούτων, φασὶ, φαντασία καὶ θέα συναπῆλθεν Ἀδάμ· αὐτῷ γὰρ ἦν ἀναγκαία προσοικοῦντι τῷ παραδείσῳ πρὸς μνήμην τῆς ἰδίας ἐκπτώσεως, ὡς ἂν καὶ τοὺς υἱοὺς ἀσφαλίσηται· μετ' αὐτὸν δὲ οὐδένα πλησίον ᾠκηκέναι φασίν· ἐκεῖνον ἄρα μόνον ἐξεδειμάτουν φοβεραί τινες ὄψεις, πῇ μὲν πυρὸς φοβεροῦ καὶ τῇ κινήσει μᾶλλον ἀστράπτοντος ἐν ξίφους σχήματι, πῇ δὲ ζώων μορφαί τινες καταπληκτικαί· οὐ γὰρ ἀοράτους τινὰς λέγει δυνάμεις· ἐπεὶ μηδὲ συνετέλει ἀόρατος φύσις, ἐκεῖ αἰσθητῆς ὄψεως ὀφειλούσης εἶναι τῆς τὸν Ἀδὰμ παιδευούσης· ἐπεὶ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου χρείαν τετραπρόσωπα τὰ Χερουβὶμ ἑώρα· τετραπρόσ-

[38] I Tim. II, 1. [39] Job. II, 1. [40] Gen. IV, 16.

ωπος δὲ ἀόρατος φύσις οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ Χερουβὶμ καλεῖ πᾶν τὸ δυνατόν· καὶ τὸ, « Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, » ἀντὶ τοῦ, ὁ δυνατῶς βασιλεύων· ἐπειδὴ ἀντὶ θρόνου τὴν βασιλείαν λαμβάνει· καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῆς παρεγένετο τῆς δυνάμεως.

in locis paululum remotioribus. Solum itaque Adamum exterrebant terribiles et horrendæ quædam visiones: alicubi apparebat ignis terrorem injiciens; alibi ignis coruscans in formam gladii ancipitis videbatur. Metum incutiebant ex aliis locis species quædam animalium horribiles. Nec enim sub dictione Cherubim, intelligendæ sunt spirituales et invisibiles virtutes. Siquidem invisibiles creaturæ non conducebant Adamo, sed indigebat creaturis visibilibus et sensibilibus, a quibus doceretur et institueretur. Sic et propheta Ezechiel, ut melius et commodius suam prophetiam proponeret populo Judaico, vidit Cherubim, quibus erant quatuor vultus [41]. Verum non est invenire creaturam aliquam spiritualem et inconspicuam, quæ habeat quatuor facies. Scriptura solet vocare Cherubim, quidquid potens est. Id vel inde patet: « Qui sedit super Cherubim [42], » id est, qui potens est regnare. Siquidem pro throno ipsum accipit regnum. Ascendit super Cherubim et ἐπετάσθη, id est, cum multa et magna advenit potentia.

Τινὲς δὲ περὶ τοῦ διαβόλου λέγοντες, καὶ ὅθεν ἐξέπεσεν, ἐπιφέρουσι· Καὶ γοῦν εἴρηταί που παρὰ Θεοῦ, « Μετὰ τῶν Χερουβὶμ τέθεικά σε, » δυνάμεις ἀοράτους νοήσαντες· ἄλλος δὲ φλογίνην ῥομφαίαν στρεφομένην φησὶ, τεῖχος πυρὸς κυκλοῦν τὸν παράδεισον· ἄλλοι δέ τινες οὕτως ἀπέδωκαν· οὐδὲν παρὰ τῆς προνοίας ἐστὶν ὃ μὴ ἐπὶ σωτηρίαν καλεῖ· ἀλλὰ καὶ ἡ ῥομφαία δι' αὐτὸ τοῦτο τέθειται· ἢ οὐ θεῖος ὁ παράδεισός ἐστι, καὶ ὁ τῆς Γραφῆς λόγος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰς ἀπειλὰς τὰς κατὰ τῶν μὴ βουλομένων ἕπεσθαι ταῖς τοῦ Θεοῦ προστάξεσι; καὶ γὰρ αὗται ποιητικαὶ τυγχάνουσαι τῆς ἐπὶ τὸν παράδεισον εἰσόδου, κωλύουσι καὶ τῆς κολάσεως τὴν πικρίαν· ὅτι δὲ ἡ ῥομφαία ἀντὶ κολάσεως ἐν τῇ Γραφῇ, δῆλον· « Ἐν ῥομφαίᾳ γὰρ, φησὶ, τελευτήσουσι πάντες ἁμαρτωλοὶ τοῦ λαοῦ· » καὶ οὐδέπω πάντες διὰ ξίφους ἀποθνήσκουσιν, ἀλλὰ δηλοῖ τὴν μέλλουσαν κόλασιν· « Καὶ ὑμεῖς δὲ Αἰθίοπες τραυματίαι ῥομφαίας μού ἐστε. » Αὕτη δὲ στρεφομένη εἴρηται, ἵνα στραφέντος ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αὐτὴ στραφῇ τὴν εἴσοδον παρέχουσα· εἰ τοίνυν τῆς εἰσόδου γένοιτο πόθος, διὰ τούτων χειραγωγεῖται· τῶν μὲν Χερουβὶμ αἰνιττομένων τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας, ἧς μετέχειν δεῖ τὸν εἰσιέναι βουλόμενον· ἑρμηνεύεται γὰρ πλῆθος γνώσεως· τῆς δὲ ῥομφαίας, τὴν ἐπὶ πόνον ἀγωγήν· διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων τῆς εἰσόδου τῆς βασιλείας ἔστι τυχεῖν.

Quidam, de diabolo unde exciderat loquentes, Cherubim sermonem afferunt. Verumtamen, aiunt, alicubi et Deus ipse testatur, inquiens: « Cum Cherubim posui te [43]. » Proinde sub dictione *Cherubim* intelligunt invisibiles virtutes et potentias. Alius quidam ait, gladium flammantem significare murum igneum, qui ambiat paradisum omni ex parte. Alii quidam adhibuerunt expositionem aliam, quæ talis est: Nihil a Deo citra singularem suam providentiam geritur quod nos non ad salutem provocet. Sic et gladius propter eamdem rem huc positus fertur. Nam paradisus non esset divinus, nec etiam Scripturæ sermo esset habendus divinus, nisi complecterentur severas minas, quas intentant nolentibus acquiescere divinis præceptis. Nam Dei præcepta nobis recludunt paradisum, et quoque avertunt pœnarum acerbitatem. Quod vero gladius pro pœna seu supplicio sumatur in Scriptura sacra, notum esse arbitror. Inquit enim: « In gladio morientur omnes peccatores populi [44]. » Licet non omnes gladio occubuerint occisi, significat tamen supplicium quod omnium in capita esset redundaturum. Et iterum habet Scriptura: « Vos Æthiopes vulnerati estis mei gladii [45]. » Gladius vocatur versatilis, scilicet ut converso homine a vitiis ad virtutem, etiam gladius convertatur, aditumque non amplius virtute præditum hominem prohibeat. Si igitur quis cupit intrare paradisum, per hæc quasi manu ducitur, ipsis Cherubim significantibus veritatis notitiam, cujus participem esse oportet eum, qui vult in paradisum ingredi. Cherubim enim, siquis nomen interpretetur, notat cognitionis multitudinem, sive multam notitiam. Gladius indicium est disciplinæ laboriosæ, quæ neutiquam negligenda est affectanti bona paradisi. Nam (ut Scriptura testis est [46],) per multas tribulationes regnum **80** Dei assequimur.

Θαυμαστὸν δέ τινες ἡγοῦνται καὶ ἄπιστον τὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας γεγονότα τὸν Ἀδὰμ παραβῆναί τε καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου· οἷς ἀντιλέγουσιν ἕτεροι ὅτι ῥᾷον ἐκ προοιμίων ὑπέμεινε τὴν ἀπάτην ἢ μετὰ τὸ πολὺν ἐμμελετῆσαι χρόνον τῇ τηρήσει τῆς ἐντολῆς· ἔπειτα τοῖς ἔξω τοῦ παραδείσου καθίστασθαι μέλλουσιν οὐδὲν ὄφελος ἦν ἐν πλείοσιν ἡμέραις ἐναπολαῦσαι τῇ τούτου τρυφῇ· ἐπεὶ καὶ πλουσιώτατός τις τῶν ὑπαρχόντων ἀθρόως ἐκ βασιλέως ἀφαιρεθεὶς

Quidam mirandum putant, et quasi incredibile opinantur esse, Adamum uno die esse creatum, transgressum legem Domini, et detrusum paradiso. His quidam resistunt, dicentes: Nequaquam mirabile est. Facilius in principio adhuc decipi potuit homo, quam si longo tempore addictus fuisset legis observationi. Deinde haud profuisset homini, jam extra paradisum degenti, etiamsi diu vixisset in paradiso, ejusque deliciis fuisset oble-

[41] Ezech. I, 5, 6. [42] Psal. XCVIII, 1. [43] Ezech. XXVIII, 14. [44] Amos IX, 10. [45] Soph. II, 12. [46] Act. XIV, 21.

etatus. Nam aliquis dives, qui magna divitiarum copia affluit, uno impetu omnibus exuatur bonis ab imperatore, et relegetur : nullam certe capit consolationem ex præterita fortuna respectu præsentium malorum : imo magis excruciatur amissionis bonorum amarulenta recordatione. Idem certe passus fuisset homo, si ejus mora longior fuisset in paradiso. Quidam inquiunt : Satius fuisset hominem non nasci, quam ut in tanta veniret mala, quæ Deus forte ignorans non avertit. Aut si scivit mala quæ invasura essent hominem, eaque non prohibuit, injustitiæ convinci potest, quod hominem nihilominus creavit. Quibus respondetur : Ergo secundum vestram opinionem ne boni quidem creandi erant, qui præter suam essentiam etiam sortiti sunt, ut ipsis sit bene, et filii habeantur Dei. Sic nec angeli et invisibiles potentiæ a Deo formandæ erant propter diabolum, qui sua de felicitate decidit. Deus quidem ut bonus tam visibiles quam invisibiles creaturas constituit. Cæterum homo et quidam angeli cum sui juris forent, ea libertate sunt abusi, et sua propria culpa ad miseriam sunt devoluti. Cæterum Deus haud ignorabat (ut ejus bonitatem cernas) hominem ad immortalitatis beneficium esse revocandum per Christum. Verum quare sudoris meminit, aliisque malis hominem divexat et opprimit? Quia nihil æque ac otium infestat humanum animum : qui, licet tot eum vallent negotia curæque, nihilominus peccat. Sic se rem habere testatur experientia, et confirmant rerum gestarum exempla. Non enim frustra inquit Scriptura : « Seditque populus ut manducaret et biberet, et surrexerunt ut luderent [47]. » Iterum : « Impinguatus autem qui rectus esse debebat, recalcitravit. Impinguatus, inquam, es, incrassatus es, adipe obductus es : » et, « Dereliquit Deum factorem suum, et pro nihilo habuit Deum salutis suæ [48]. » Et David ait : « Cum occideret eos, quærebant eum : et conversi mane quæsierunt Deum [49]. » Jerusalem urbem sic alloquitur Deus per prophetam Jeremiam : « Castigare, Jerusalem, ne forte discedat anima mea abs te [50]. » Imo etiam piis et bonis prodest humiliatio, sicuti comprobat Psaltes : « Bonum mihi quod humiliatus sum, ut discam statuta tua [51]. » Jeremias dicit : « Bonum est viro, si portet jugum in adolescentia sua. Sedebit solitarius et tacebit [52]. » Pro se quoque orat, inquiens : « Ne parcas mihi quoad alienationem in die malo. » Quin Paulus ille magnus, quasi humiliatione indigens, ait : « Datus fuit mihi stimulus per carnem, nuntius Satanæ, ut me colaphis cæderet, ne supra modum efferrer [53]. » Deus potuisset præstare, ut, submotis tribulationibus, munus apostolicum perageretur; sed quasi parcendo, ne nimia felicitate superbiant, tribulationibus apostolos subjicit. Quapropter sic ipsos compellat : « In mundo tribulationem habetis [53]. » Præterea regni aditus arctus et angustus est [54]. Igitur adversæ non minus quam secundæ res insignem Dei erga nos curam et amorem confirmant. Nec gehennæ comminationes obmittuntur, ut promptius potiamur regno cœlorum. Nam dum adeo graviter comminatur gehennam, nos nonnihil a peccato deterret, et efficit ut adjungamur regno cœlorum. Non enim satis est multa et magna promisisse : negligentes et socordes metu pœnarum coercendi sunt.

A καὶ ἐν ἐσχάτῃ γεγονὼς ἐξορίᾳ, οὐδεμίαν ἔσχε παραμυθίαν ἐκ τῆς φθασάσης ἀπολαύσεως πρὸς τὰ παρόντα δεινὰ, μείζω δὲ διὰ τῆς μνήμης ὀδύνην. Ἀλλὰ κρεῖττον ἦν, φασὶ, μὴ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον τοσούτοις μέλλοντα περιπεσεῖσθαι κακοῖς· ὅπερ ὁ Θεὸς ἢ ἀγνοῶν, οὐκ ἐκώλυσεν· ἢ προειδὼς, εἶτα ποιήσας, ἠδίκησε· πρὸς οὓς φασιν· Οὐκοῦν οὐδὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἔδει ποιεῖν, οἵτινες ἐκτήσαντο μετὰ τὸ εἶναι τὸ εὖ· οὐδὲ τὰς νοερὰς δυνάμεις διὰ τὸν ἐκπεσόντα διάβολον· ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ὡς ἀγαθὸς ἐποίησεν· οὗτοι δὲ, τυγχάνοντες αὐτεξούσιοι, παρ' ἑαυτοὺς ἐκακύνθησαν· ἄλλως τε καὶ τὴν μέλλουσαν ᾔδει διὰ Χριστοῦ πρὸς ἀθανασίαν ἀνάκλησιν. Ἀλλὰ τί, φασὶν, ἱδρῶτι προσώπου καὶ τοσούτοις αὐτὸν παρεδίδου κακοῖς; Ὅτι μηδὲν οὕτως ὡς ἀργία τὴν ἀνθρώπου βλάπτει ψυχὴν, B ἥτις καὶ τοσούτων ἐπικειμένων αὐτῇ πλημμελεῖ· καὶ μάρτυς ἡ πεῖρα, καὶ τὰ πάλαι γενόμενα· « Ἐκάθισε γὰρ ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. » Καὶ, « Ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· » καὶ Δαβὶδ, « Ὅτε ἀπέκτενεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν. καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεόν. » Καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ διὰ τοῦ Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεός· « Διὰ παντὸς παιδεύθητι, Ἱερουσαλὴμ, ὅπως μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπὸ σοῦ. » Καὶ τοῖς ἀγαθοῖς δὲ τὸ ταπεινοῦσθαι λυσιτελές. « Ἀγαθὸν γάρ μοι, φησὶν, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. » Καὶ Ἱερεμίας· « Ἀγαθὸν ἀνδρὶ ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ. Καθίσεται καταμόνας καὶ σιωπήσεται. » Καὶ περὶ αὐτοῦ δὲ, τοῦ Θεοῦ δεῖται· « Μὴ C γένῃ φειδόμενός μου εἰς ἀλλοτρίωσιν ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ. » Καὶ ὁ τοσοῦτος δὲ Παῦλος ὡς τοῦ καλοῦ τούτου δεόμενος, « Ἐδόθη μοι, φησὶ, σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατὰν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δυνάμενος γὰρ ὁ Θεὸς ἄνευ θλίψεων ποιῆσαι τὸ κήρυγμα, συνεχώρει ταύτας, τῶν κηρυττόντων φειδόμενος· ὅθεν φησὶν αὐτοῖς· « Θλίψιν ἔχετε ἐν τῷ κόσμῳ. » Καὶ βασιλεία δὲ στενὴν ἔχει τὴν εἴσοδον· οὐχ ἧττον τοίνυν τὰ λυπηρὰ τῶν χρηστῶν τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν δηλοῖ· καὶ ἡ τῆς γεέννης ἀπειλὴ πρὸς τοῦτο τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας οὐ λείπεται· ἐκείνης γὰρ ἡ ἀπειλὴ τὴν ταύτης ἐπιτυχίαν ποιεῖ· οὐ γὰρ ἀγαθῶν ἐπαγγελία μόνον ἀρκεῖ, μὴ τῆς ῥᾳθυμίας σωφρονι-D σμένης τῷ φόβῳ.

[47] Exod. xxxii, 6. [48] Deut. xxxii, 15, 16; [49] Psal. lxxvii, 34. [50] Jerem. vi, 8. [51] Psal. cviii, 71. [52] Thren. iii, 27, 28 [53] II Cor. xii, 7. [53] Joan. xvi, 33. [54] Matth. vii, 14.

ΚΕΦΑΛ. Δ'. A

Ἀδὰμ δὲ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε Κάϊν, καὶ εἶπεν· Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ γάμος, αὕτη ἄρα καὶ τῆς εὐλογίας τῆς κατὰ τὸ πληθύνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους αἰτία· γάμος μὲν οὖν οὐκ ἂν ὑπῆρξεν ἐν παραδείσῳ πρὸ τῆς ἁμαρτίας· εἰ γὰρ ὅθεν ἐκπεπτώκαμεν ἡ ἀνάκλησις, εἶπε δὲ ὁ Σωτὴρ μὴ εἶναι γάμους ἐν τῇ ἀναστάσει, ὅτι μηδὲ θάνατός ἐστιν ἐκεῖ, δῆλον ὅτι οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπάρχειν ἠδύναντο. Ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔστη μέχρι δυοῖν τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· ἀλλ' ὁ πλῆθος ποιήσας οὐρανίων ταγμάτων, ὥς φησι Δανιὴλ, τῷ αὐτῷ δὴ τρόπῳ ἤνεγκεν ἂν εἰς πλῆθος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. «Ἔγνω δὲ, φησὶ, γαμικῶς,» ὡς τὸ, «Καὶ ἔγνω Ἐλκανὰ B Ἄνναν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ·» καὶ περὶ Ῥεβέκκας εἴρηται, «Παρθένος, ἣν ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν.» Τὸ δὲ, «Διὰ τοῦ Θεοῦ,» ἁπλούστερον εἴρηται ἀντὶ τοῦ *παρὰ τοῦ Θεοῦ*. Οὕτω γὰρ καὶ Ἰωσὴφ εἶπεν· «Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησίς ἐστιν;» ἐπεὶ ἄλλο τὸ *ὑπό τινος* καὶ *ἔκ τινος* καὶ *διά τινος*. Τὸ μὲν *ἐκ*, ὡς ἐξ ὕλης· τὸ δὲ *ὑπὸ*, ὡς αἰτίου· τὸ δὲ *διὰ*, ὡς ὀργάνου. Ἀποδέδεικται δὲ Βασιλείῳ ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον ἀδιαφόρως ἐν τῇ Γραφῇ τὰ τοιαῦτα λεγόμενα· τὸ δὲ Ἑβραϊκόν φασιν ἔχειν *τῷ Θεῷ*, ἀντὶ τοῦ *ἐν τῷ Θεῷ*. Ὅρα δὲ πῶς ἡ πείσασα τὸν ἄνδρα πρότερον ἁμαρτεῖν, νῦν ἐκπεσοῦσα τοῦ παραδείσου τῇ παιδείᾳ βελτίων ἐγένετο· τῷ Θεῷ γὰρ ἐπιγράφει τοῦ γεννηθέντος τὴν ποίησιν· ἅτε καὶ τῆς εὐλογίας τῆς, «Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε,» τὴν μνήμην ἔναυλον C ἔχουσα· καὶ ἡ πρότερον καταφρονοῦσα, νῦν ἐπὶ τὸν Δεσπότην κατέφυγεν, οὐ τὸν γάμον αἰτιωμένη, τὸν δὲ καὶ τοῦτον ποιήσαντα· καὶ ἡ πρὸ τούτου ἄνδρα ἀπατήσασα, ὕστερον καὶ τὸ παιδίον ἐπαίδευεν· ὄνομα γὰρ ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὸ δυνάμενον αὐτὸν ἀναμνῆσαι τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς, ὑπὲρ ἧς καὶ νῦν εὐχαρίστησε. Καὶ πάλιν ἕτερον τὸν Σὴθ τεκοῦσα, φησίν· «Ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἀντὶ Ἄβελ ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν·» καὶ μεμνημένη τῆς συμφορᾶς εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ἀπὸ τῆς δωρεᾶς τὸ παιδίον καλεῖ, διηνεκῆ παρέχουσα αὐτῷ διδασκαλίας ὑπόθεσιν.

Καὶ προσέθηκε τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ, καὶ ἐγένετο Ἄβελ ποιμὴν προβάτων, Κάϊν δὲ ἦν ἐργαζόμενος τὴν γῆν. D Τινὲς ἀπὸ μιᾶς συλλήψεως ἄμφω τεχθῆναί φασι καὶ εἶναι διδύμους· καὶ *προσέθηκε* τοῦτο δηλοῦν. Ὅρα δὲ πῶς ἐν μὲν τῇ γενέσει τὸν Κάϊν προέταξε κατὰ τάξιν τὴν χρονικήν,

81 CAPUT IV.

Vers. 1. *Adam vero cognovit uxorem suam Evam, quæ concipiens peperit Cain, dicens: Acquisivi virum a Domino.* Si matrimonium non præcessit peccatum, sed hoc demum consecutum est; colligitur peccatum esse causam divinæ benedictionis, secundum quam genus mortale auctum et per totum orbem diffusum est. Nullæ etenim fuerunt nuptiæ in paradiso ante peccati exortum. Si eo, unde excidimus, revocabimur, et Salvator negat connubia fore in resurrectione universali, quia mors istic non sæviet, nec erit: sane manifestum est, ne initio quidem creationis matrimonium fuisse in paradiso. Sed nec universum mortalium genus in duobus consistere oportebat; verum Deus, qui creat (ut ait Daniel [35]) multitudinem cœlestium ordinum, is et hominum genus in magnam copiam adduxit. «Cognovit,» etc., scilicet interveniente copula matrimoniali; aut eam cognovit, ut mos est maritorum cognoscere suas uxores. Similis est præsens locus huic: «Cognovit Elcana Annam uxorem suam [36].» Sic de Rebecca proditum est memoriæ: «Virgo erat: nec vir ipsam cognovit [37].» Quod inquit: «Per Deum,» etc. simpliciter prolatum est pro eo, ac si dixisset; *a Deo*. Ad eum modum loquitur Josephus, dicens: «Annon per Deum est manifestatio [38]?» Nam aliud est, *a quo*, aliud *ex quo*, porro aliud *per quem*. *Ex*, materiam significat: *a*, causam efficientem commonstrat; *per*, organum, seu quasi per organum quid fiat, indicat. Hæc omnia exacte demonstrat Basilius in iis, quæ scribit ad Amphilochium, docens ea differenter accipienda esse, sicubi in Scriptura sacra reperiantur. Verum sunt, qui aiunt Hebraicum textum habere: *Deo*; quod tu intellige ac si sonuisset; *in Deo*. Cæterum observa nunc diligenter, mulierem, quæ prius virum ad peccatum impulerat; hæc jam paradiso elapsa melior effecta est. Hoc ipsum dedit disciplina. Deo enim, quod eximium pietatis signum est, ascribit filii sui creationem. Verum id habet ex illa benedictione Dei, qua jussit ut crescerent et multiplicarentur. Hanc benedictionem adhuc firmiter memoria tenebat. Præterea mulier, quæ prius despiciebat Deum, nunc eum Dominum agnoscit, et ad eum ut Dominum confugit. Sobolem natam non accepto fert nuptiis, sed illi, qui nuptiale sacrum instituit. Quæ antea fraude circumvenit virum, puerum decenter et pie instituit. Nomen enim illi dicit, quo audito semper admoneatur se esse donum Dei, pro quo nunc immortali Numini gratias egit. Et iterum pariens, Dei non obliviscitur, verum ait: «Suscitavit mihi Deus semen pro Abelo, quem necavit Cainus [39];» et memor ejus calamitatis, quoque gratitudinem verbis Deo ostendit. Dum igitur petit nomenclaturam a munere Dei, quasi perpetuum doctrinæ argumentum puero parat.

Vers. 2. *Et adjiciens peperit fratrem ejus Abel. Fuitque Abel pastor ovium, Cain vero cultor humi.* Quidam perhibent ex uno conceptu ambos fuisse natos, proinde eos gemellos existimant. Idem putant insinuari per verbum *adjecit*. Vide in generationis serie priorem posuit Cainum respectu

[35] Dan. xiv, 4. [36] I Reg. i, 19. [37] Gen. xxiv, 16. [38] Gen. xli, 16. [39] Gen. iv, 25.

temporis. Si autem respectus agitur studiorum, A priore loco collocatur justus et pius. Animata enim jure naturali præstantiora sunt inanimatis. Deinde vita pastoralis initium dedit, ut quis se et deinde alios pascat et regat. His enim ab initiis regia potestas exorta est. Cæterum Cainus dictus est rusticus, nec agricolæ nomen meruit, quo dignus habitus est Noe. Nam hic erat civilior et modestior. Hinc agricola nec rusticus nuncupatus est. Verum lex naturæ homini insita concitabat et stimulabat illos fratres, ut se exhiberent gratos Deo omnium bonorum datori, quem quidem colimus et habemus omnes, licet quidam colentes idola ejus notitiam teneant corruptam. Lege itaque compulsi, Abelus insignia, alter nimis contemptibilia munera offerunt absumenda cœlesti B igni. Itaque **92** Deus e cœlo ignem dejiciens, sacrificium Abeli consumpsit. Sic enim colligimus ex interpretatione Theodotionis, qui ait : *Incendit*. Verum Aquilas reddidit : *Consolationem accepit*; Symmachus vero vertit : *Oblectatus est*. At Syrus habet : *placuit*. Sed singuli interpretes peculiarem respexere finem. Theodotion enarrat, quo modo sacrificium acceptaverit Dominus : et allusit ad modum, quem in libris Mosis et in libris Regum de Eliæ sacrificio legimus. Aquilas docet Deum placatum et deposuisse iram, quia in Adamum exarserat, et sic suscepisse sacrificium. Symmachus significat Deum delectatum esse illi sacrificio, quod constabat viventibus animalibus nec rebus inanimatis. Siquidem Deus ipse in creationis rerum primordio gavisus est plurimum animatis et sese moventibus creaturis, quas solas benedictione exhilaravit. Syrus docet illo verbo, quod in sua translatione collocavit, Deum Abeli sacrificia et munera prætulisse Caini. Sed Hebræus et Syrus, inquiunt, legunt *munera* seu *dona*.

A ἐν δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν προτάττει τὸν δίκαιον· τὰ γὰρ ἔμψυχα τῶν ἀψύχων τῷ τῆς φύσεως λόγῳ διαφέρει, καὶ ἡ ποιμαντικὴ προοιμιάζεται τὴν ἑαυτοῦ τε καὶ ἄλλων ἀρχήν· οὐκ ἐῤῥέθη δὲ γεωργὸς ὁ Κάϊν, ἀλλ' ἐργαζόμενος τὴν γῆν· οὐ γὰρ ἦν ἀστεῖος κατὰ τὸν Νῶε ὅστις γεωργὸς οὐκ ἐργάτης εἴρηται· ὁ δὲ νόμος ὁ ἐν ἡμῖν τῆς ἐμφύτου θεογνωσίας, ἐκάλει τοὺς ἄνδρας πρὸς τὸ δεῖν ἀνάπτειν τὰ χαριστήρια τῷ παντὸς ἀγαθοῦ δοτῆρι Θεῷ· ὃν ἔχομεν πάντες, εἰ καὶ παρεφθαρμένως τινὲς εἰδώλοις τὸ σέβας προσάγοντες. Ἀλλ' οὖν ὑπὸ τοῦ νόμου νυττόμενοι· ἀλλ' ὁ μὲν προσφέρει τὰ προὔχοντα, ὁ δὲ λίαν ἠμελημένα· τοιγαροῦν ὁ Θεὸς οὐρανόθεν πῦρ καθιεὶς, τὰ τοῦ Ἄβελ μόνον ἀνήλωσεν· οὕτω γοῦν καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκεν, εἰπὼν, *ἐνεπύρισεν*· ὁ δὲ Ἀκύ- B λας, *ἀπεκλήθη*· Σύμμαχος δὲ, *ἐτέρφθη*· ὁ δὲ Σύρος, *εὐδόκησε*· καὶ ὁ μὲν λέγει τῆς ἀποδοχῆς τὸν τρόπον, ὅτι διὰ πυρὸς ὡς ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἠλιοῦ· ὁ δὲ, ὅτι τῆς ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ ὀργῆς παρακληθεὶς ὁ Θεὸς ἐδέξατο· ὁ δὲ, ὅτι ἐτέρφθη ὡς ἐπὶ ζῶντι τῷ δώρῳ· φαίνεται γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κτίζειν τοῖς κινουμένοις ἡδόμενος· καὶ τὰ ἔμψυχά τινων, ἃ δὴ καὶ μόνα εὐλόγησε· τὸ δὲ *εὐδόκησεν* ἐμφαίνει ὡς προὔκρινε τοῦ Ἄβελ τὰ δῶρα· ὁ δὲ Ἑβραῖος, φασὶ, καὶ ὁ Σύρος ἄμφω *δῶρα* καλεῖ.

Julianus autem impius, ait : Illud sane mirandum est, quod Deus, cum sit vita et solus vivificans, in deliciis habet victimas animalium. Certe Pythagoras huic diversus abit, docens talia sacrificia exosa esse diis; farre et thure litandum : hæc sacrificia grata esse Deo. Et Porphyrius ubique tradit, jam inde a priscis temporibus deos thure esse placatos. Farris oblationem temporibus post inventam esse. Ejus causam fuisse famem. Cæterum Moses inquit : « Si non potest manus ejus, simila erit ejus oblatio [60]. » Deus quoque jubet offerri bellaria, primitias messis, et sportulam maturescentium fructuum. David introducit Deum dicentem : « Non accipiam de domo tua juvencum, et de caulis tuis hircos [61]. » Expetit itaque pietatem Deus et mores pios; nec desiderat simpliciter victimas. Nam collaudavit Abelum, quod primogenita et obæsa sacrificia obtulisset. Quapropter textus habet : « Ex pinguedinibus. » Etiam Israelitas multis sæculis post objurgavit Deus, dicens : « Quando adducitis cæcum ut immoletis (dicitis) non est malum; et quando adducitis claudum et ægrum (dicitis) : Non est malum [62]. » Et ut magis eos confundat, infert : « Adduc, quæso, tale duci tuo, si bene velit tibi, aut

C Ἰουλιανὸς δὲ ὁ δυσσεβὴς, Ἐπειδὴ ζωὴ, φησὶ, καὶ ζωοποιὸς ὁ Θεὸς, ταῖς τῶν ἐμψύχων προσαγωγαῖς ἐπιγάννυται; καίτοι ταύτας ὁ Πυθαγόρας ἀπηχθῆσθαί φησι τοῖς θεοῖς· τὰς δὲ διὰ καρπῶν καὶ λιβανωτοῦ κεχωρισμένας εἶναι· καὶ ὁ Πορφύριος πολλαχοῦ φησι τὸ μὲν ἀρχαῖον εἶναι, τὸ δὲ νεώτερόν τε καὶ περιστατικὸν, γενομένου λιμοῦ· καὶ Μωϋσῆς δέ φησιν, « Ἐὰν μὴ ἰσχύῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ, σεμίδαλις ἔσται τὸ δῶρον αὐτοῦ. » Καὶ δράγματα κελεύει προσφέρειν ἀπαρχὰς θερισμοῦ, καὶ κάρταλλον ὡρίμων καρπῶν· καὶ Δαβὶδ δὲ ποιεῖ λέγοντα τὸν Θεόν· « Οὐ δέχομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· » ὥστε τρόπον εὐσεβῆ ζητεῖ Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς τὰ ζῶα προσίεται· ἐπῄνεσε γὰρ τὸν Ἄβελ ὡς καὶ πρωτότοκα καὶ εὐτραφῆ προσ- D ενεγκόντα· ὅθεν καὶ, « Ἐκ τῶν στεάτων, » φησί· καὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὕστερον διεμέμφετο λέγων· « Καὶ εἰσεφέρετε τὰ ἁρπάγματα καὶ τὰ χωλὰ καὶ τὰ ἐνοχλούμενα· » καὶ μᾶλλον ἐντρέπων, ἐπήνεγκε· « Προσάγαγε δὴ αὐτὰ τῷ ἡγουμένῳ σου εἰ προσδέξηται αὐτά· » καὶ δι' ἑνός φησι τῶν προφητῶν· « Ἐπικατάρατος ὃς ἔχει ἐν ποιμνίῳ αὐτοῦ ἄρσεν, καὶ εὐχὴ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, καὶ θύει διεφθαρμένον τῷ Κυρίῳ. » Ἐκεῖθεν ὁ Θεὸς ἐκ τῶν πρώτων ἀνθρώπων τύπον εἰς τοῦτο τοῖς μετὰ ταῦτα παρέσχετο·

[60] Levit. II, 1. [61] Psal. XLIX, 9. [62] Malach. I, 8.

ἐπειδήπερ ὅλως ᾤοντο διὰ τούτων τιμᾷν τὸν Θεόν· A οἷς οὐκ ἀναγκαῖον ἁπλούστερον διατεθεῖσιν ἀκολουθεῖν· ἐπεὶ καιρὸς, καὶ δέρματα ἀμφιέννυσθαι, καὶ γραμμάτων καὶ πάσης τεχνικῆς ἐπιστήμης ἀπείρους εἶναι· ἐδέχετο γὰρ παρ' ἐκείνων Θεὸς οὐ τὸ δρώμενον ὁρῶν, τὴν δὲ τοῦ τιμῶντος προαίρεσιν. Ἀλληγορίας δὲ νόμῳ ποιμὴν ἐστιν ὁ Ἄβελ ζώων, ὅ ἐστι τῶν αἰσθήσεων ὑπὸ ἐπιστήμην ἄγων αὐτὰς ὡς νομεὺς ἄριστος ἡνίοχον τὸν λογισμὸν τοῖς πάθεσιν ἐφιστάς· ὁ δὲ Κάϊν περὶ γῆν καὶ γήϊνα ἰλυσπώμενος, οὐ γεωργὸς εἴρηται· ἢ γὰρ ἂν καὶ περὶ αὐτοῦ τάξιν ἐζήτει· ἀλλ' ἐργαζόμενος τὴν γῆν αὐτὸ μόνον, φιλοσώματός τις ὤν· ὃς εἴποι ἂν προσφόρως ἑαυτῷ· «Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν·» τοῦ σὺν ἐπιστήμῃ θείᾳ ταῦτα ποιοῦντος, κατὰ τὸ λεχθὲν, «Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, B πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε,» γεωργοῦ, ἀλλ' οὐχ ἐργάτου τυγχάνοντος.

si suscipiat faciem tuam [63]. » Per eumdem prophetam gravius Judæos reprehendit, inquiens: « Maledictus dolosus, quando est in grege ejus masculus, et ipse vovet atque mactat Domino, quod est corruptum [64]. Hanc immolandi formam ceu a Deo præscriptam, secuti sunt posteri. Putabant enim se ita exquisitissimo cultu prosequi Numen. Verum haud decet nos illos imitari. Erant enim primi homines admodum rudes et simplices, quippe quorum amictus erant pelles animalium, et litterarum omnisque politioris scientiæ erant ignari. Deus grato animo excipiebat illorum victimas et oblationes, non respiciens id, quod videbat peragi, sed animum et voluntatem offerentium. Sed ut allegoricus sensus aliquis inde eliciatur, memineris Abelum esse pastorem animalium, id est, sensuum, ad veram scientiam eos deducentem, et ut pastorem bonum affectibus aurigam, nempe rationem imponentem. Cainus ut terræ filius circa terram volutabatur et raptabatur. Nec agricola dicitur, licet talis videri vellet: sed erat rusticus. Hoc unicum sectabatur, scilicet ut curaret corpus, cujus, supra quam dici potest, studiosus erat. In hunc apte dici potest: « Edamus et bibamus, cras enim moriemur [65]. » Cæterum hoc differt ab isto, qui illud Scripturæ eloquium sequitur. « Sive editis, sive bibitis, et si quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite [66]. » Hoc oraculum observat ceu vitæ normam is, qui a Deo agricola nec rusticus dici meruit.

Διαφέρει δὲ δῶρον θυσίας· ὅτι ὁ μὲν θύων, ἐπὶ διαιρέσει, τὸ μὲν αἷμα τῷ βωμῷ προσχέων, τὰ δὲ κρέα οἴκαδε κομίζων· ὁ δὲ δωρούμενος, ὅλου ἔοικε παραχωρεῖν τῷ λαμβάνοντι· ὅρα τοίνυν φιλαύτου καὶ φιλοθέου διαφοράν· ὁ μὲν μεθ' ἡμέρας, ἀλλ' οὐχ C εὐθύς· καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ τούτων ἐστὶ διανομεὺς πρὸς Θεόν· τοιαύτη γὰρ ἡ θυσία· ὁ δὲ τὰ πρωτότοκα μηδὲν μελλήσας καθιεροῖ· καὶ τοῦ προσενεχθέντος παντὸς παραχωρεῖ τῷ Θεῷ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, δωρητικὸς οὐ διανομεὺς γεγονώς· ὅρα δὲ καὶ ὅτι ὅσον ἐκ τῆς τάξεως ἀρξαμένου πρώτου τοῦ Κάϊν, δευτέρου μέμνηται λέγων· «Ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐν τοῖς δώροις αὐτοῦ·» ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. Οὕτως οὐχ ἡ τάξις τὸ πρωτεῖον, ἀλλ' ἡ γνώμη χαρίζεται· σημεῖον δὲ τὴν λύπην ἔλαβε τοῦ μὴ εὐαρέστως θῦσαι Θεῷ· χαρὰν γὰρ εἰκὸς ἐγγενέσθαι τῷ καθαρῷ καὶ ἀμέμπτως τεθυκότι· ἣν δ' ἂν ἡ λύπη σωτήριος, εἰ ἐπὶ μετανοίᾳ γεγένητο· πρὸς ἣν αὐτὸν παρακαλῶν ὁ D Θεός φησιν, *Ἡσύχασον*· μέγιστον μὲν γὰρ ἀγαθὸν τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν· δεύτερον δὲ τὸ ἐντραπῆναι τοῖς ἁμαρτήμασιν· ὁ δὲ διὰ τὴν ἀτιμίαν, οὐ τὴν ἁμαρτίαν λελύπητο. Ὀρθὴ δὲ διαίρεσις καὶ τὸ μὴ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τάξις καθ' ἣν ὁ κόσμος δεδημιούργηται· καὶ ταύτην δεῖ κατὰ πάντα τοῦ βίου μιμεῖσθαι τὰ πράγματα, καὶ μάλιστα ἐν χαρίτων ἀμοιβαῖς· τὸ μὲν οὖν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ καθ' ἑαυτὸν ὀρθῶς ἔχον ἐστί· τὸ δὲ μήτε πρώτῳ, μήτε ἐκ τῶν πρώτων ἀπαρχόμενον, ψεκτόν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ μὲν πρεσβεῖα τὴν γένεσιν ἑαυτῇ, τὰ δὲ δεύτερα τῷ ἀγενήτῳ

Munus autem (ut ad sacrificia veniamus) differt a sacrificio. Quia qui immolat sive sacrificat, ubi animal divisit, sanguinem altari affundit, carnes secum domum reportat. Qui vero donat, totum concedit et tradit accipienti. Vide itaque, quoad sacrificiorum ritum, eum qui se quærit, et qui Deum quærit, quorum hic pius, ille philautus appellatur. Cainus non statim, sed procrastinando et cunctando, et de frugibus nec tamen primis oblationem facit. Nec donat, **83** sed quasi distribuit et dividit cum Deo. Talis enim erat Caini sacrificii ritus. Abelus primogenita cædit nequaquam ut Cainus curiosus, ne forte quid boni Deo daret. Quidquid immolaverat, totum tribuit et donat Domino, nec cum illo dividuum facit. Unde donator magis, alter vero distributor appellari potest. Sed quantum ad scribentis ordinem, illud observandum arbitror. Incipiens utrorumque describere auctor nativitatem, Cainum ratione temporis præposuit Abelo; nunc converso ordine, ubi ad cultum divinum ventum est, primas dat Abelo, dicens: « Et respexit Dominus ad Abel, et ad oblationem illius. Ad Cain vero et oblationem non respexit. » Sic nequaquam nascentis ordo, sed animus prærogativam meretur. Cainus autem, ut sentiat suum sacrificium parum gratum fuisse Domino, tristitiam accepit ceu signum. Gaudium enim innascitur pure et irreprehensibiliter sacrificanti. Cæterum tristitia et dolor fuissent salutares, si Cainum ad pœnitentiam potuissent cohortari: ad quam Deus ipse

[63] Malach. 9. [64] ibid. 14. [65] Isa. xxii, 13. [66] I Cor. x, 31.

eum impellens, inquit : *Quiesce*. Nam abstinere a peccato homini summum bonum est ; alterum perhibetur, erubescere ob culpam. Cainus non propter peccatum, sed ob infamiam, qua se notatum putabat, quia non recte sacrificasset, tristitia affectus est. Recta vero divisio et distributio, nihil aliud est quam ordo, secundum quem hic mundus constructus est. Illum ordinem omnes humanæ actiones debent imitari : in primis tamen hic ordo in gratiis referendis plurimum est observandus. Gratias quidem agere, habere et referre Deo, per se pium et justum est. Verum id est reprehensibile, si non Deo primum et primitias ex primis fructibus offeras. Haud enim decet, ut primogenita tibi conserves, et quæ nascendi ordine fuerint secunda, Deo dones, quod sane nullius grati animi signum vel argumentum est.

A προσνέμειν, ὅπερ ἐξ ἀληθείας οὐκ ἔστιν εὐχαριστεῖν.

Interrogative id legendum est, quasi dicat : Non existimas te peccasse, si rite obtuleris? Concedatur tibi, et venia dignus habearis ; attamen quomodo hic te purgabis, quod non recte dividisti? Potest quoque primum intelligi quasi per defectum, ut qui non per omnia pie sacrificaverit. Alterum vero, quod ait, *Peccasti*, accipi potest proprie, ut qui per se deliquerit. Unicum autem peccati remedium, quiescere et non amplius peccato se subjicere. « Ad te erit conversio ejus, » etc. Quid te excrucias? quod mihi obtulisti, reddetur tibi. « Et tu dominaberis ei, » etc.; in tua erit potestate; cum eo pro libito tuo agere poteris. Bono sis modo animo. Non acceptavi tuam oblationem. Tibi eam reliqui. Alii hunc locum aliter interpretantur, et in hunc modum : Omitte tristitiam tuam ; fuge peccatum ; nec te sollicitet Abelum tibi esse prælatum. Imperabis iterum ei, ut primogenitus, si dignos pœnitentiæ edideris fructus. Quidam his adversantur et aiunt, non de pio, sed de patrato opere Deum disserere. Sic enim dicit : « Peccatum hoc ad te convertetur, et ad te referetur. » Sed ut ostendat hominem sui esse juris, subjungit : « Et tu dominaberis ei. » Primus enim incepisti male agere et delinquere. Cum itaque impie feceris, impietatem tuam seu fundamentum consequentur et alia delicta : et ex te procedent, cum tamen, modo velis, posses peccatum aversari et repellere. Deus conatur in hunc modum Caini animum ira et odio æstuantem reprimere. Iræ enim impetus hanc peccati ad Cainum conversionem procurabat. Sunt qui ista verba ad Abelum putent esse dicta, typum gerentem Christi, qui imperitabat Judæis, quamvis ab his foret occisus.

Κατ' ἐρώτησιν οὖν τὸ λεγόμενον· Οὐχ ἥμαρτες, ἐὰν ὀρθῶς μὲν προσενέγκῃς, δεδόσθω εὐγνώμονά σε διὰ τοῦτο δοκεῖν, μὴ ὀρθῶς δὲ διέλῃς; δύναται δὲ ἵν' ᾖ· οὐχ ἐὰν ὀρθῶς μὲν προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, εὐσέβησας; τὸ μὲν πρῶτον κατ' ἔλλειψιν τοῦ B *εὐσέβησας*, τὸ δὲ *ἥμαρτες* εἶναι καθ' ἑαυτό· μία δὲ τῆς ἁμαρτίας ἴασις ἡσυχία καὶ στάσις τοῦ πλημμελεῖν· τὸ δὲ, « Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, » τοῦ προσενεχθέντος φασὶν ὑπὸ σοῦ· « Καὶ αὐτοῦ ἄρξεις, » ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ σῇ γενήσεται ἐξουσίᾳ· οὐ γὰρ προσεδεξάμην αὐτό. Τινὲς δὲ οὕτω· Παῦσαι τῆς ἁμαρτίας, καὶ μηδέν σε λυπείτω ἡ τοῦ Ἄβελ προτίμησις· ἄρξεις γὰρ πάλιν αὐτοῦ ὡς πρωτότοκος, εἰ ἀξίους τῆς μετανοίας δείξειας τοὺς καρπούς· οἷς ἀντιλέγοντες ἕτεροι, οὐ περὶ τοῦ θεοσεβοῦς λέγειν φασὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ πραχθέντος ἔργου· φησὶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι « Τούτου τοῦ ἀσεβήματος ἡ ἀποστροφὴ καὶ ἡ ἀναφορὰ πρὸς σέ ἐστιν, » ἵνα τὸ ἑκούσιον παραστήσῃ· « Καὶ σὺ, φησὶν, ἄρξεις αὐτοῦ· » πρῶτος γὰρ ἀσεβεῖν ἦρξεν· ἕπεται δὲ ὡς κρηπῖδι τῇ ἀσε- C βείᾳ καὶ τὰ λοιπὰ πλημμελήματα, ὡς ἔξαρχον καὶ ἡγεμόνα παντὸς ἀδικήματος ἑκουσίου τοῦτον εἶναι· Φλεγμαίνουσαν γὰρ αὐτοῦ πειρᾶται καταστέλλειν τὴν ψυχήν· ἀπὸ γὰρ τοῦ θυμοῦ ἡ ἀ[σέβεια] ἐκείνη ἦν· τινὲς δὲ τοῦτο πρὸς τὸν Ἄβελ εἰρῆσθαί φασι, τύπον ἔχοντα τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἄρξαντος τῶν ἀποκτεινάντων αὐτὸν Ἰουδαίων.

Cainus autem, ut dolis deludat fratrem, simulat bonitatem et fraternum amorem, dicens : « Quæso, exeamus in campum. » Vocat enim in agros, nimirum ut esset spectator quanta æquitate terram coleret, et frueretur suavissimo florum variorum odore. At his in locis cum necasset fratrem, interrogatur a Domino : « Ubi est Abel frater tuus ? » Deus non ut ignarus rei, sciscitatur. Quomodo enim potuisset, si rem ignorasset, deinde inficiantem Cainum redarguere? Quare igitur percontatur? scilicet ut eum adigat ad quærendum peccati remedium : simul ostendens peccati magnitudinem, intendit peccatori occasionem pœnitentiæ apprehendendæ suppeditare. 84 Demonstrat quoque in universa lege peccata e nobis proficisci. Qui autem confitetur se, nec in aliam causam peccatum rejicit, peccati esse sibi auctorem, veniam poscere non cunctatur. Cæterum qui sua sponte deliquit, et

Πλάττεται δὲ καὶ χρηστότητα· « Διέλθωμεν γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ πεδίον· » καλῶν αὐτὸν εἰς ἀγροὺς D ὡς ἐπόπτης ἔσοιτο τῆς κατὰ γηπονίαν δῆθεν ἐπιεικείας αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν πολυειδοῦς ἀπολαύσει θέας· ἐφ' οἷς αὐτὸν ἀποκτείναντος, πυνθάνεται Θεός· « Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; » οὐχ ὡς ἀγνοῶν· τοιγαροῦν ἀρνούμενον ἤλεγξεν· ἀλλ' ἐπισκοπῆς πρὸς ἰατρείαν αὐτὸν ἀξιῶν, καὶ ἀφιστῶν αὐτὸν τῷ μεγέθει τοῦ πλημμελήματος, καὶ πρόφασιν μετανοίας διδούς· καὶ δεικνὺς δι' ὅλης τῆς νομοθεσίας ὡς παρ' ἡμᾶς ἐστι τ' ἀδικήματα· ὁ μὲν γὰρ ἄκων πράξας, ὁμολογεῖ συγγνώμην αἰτῶν· ὁ δὲ ἑκὼν, ἀρνεῖται· ὃ νῦν ὁ Κάϊν ἐποίησε· καὶ μάλιστα Θεοῦ παραίνεσιν παριδών· ὡς ἂν μή τις λέγῃ ὡς ἐξ ἀγνοίας τοῦ καλῶς διελεῖν ἠσέβησε πρότερον. Καὶ ὅρα φιλανθρωπίαν Θεοῦ· τὸ μὲν γὰρ εἰς ἑαυτὸν παρεῖδεν ἁμάρτημα, καίπερ μεῖζον ὄν· τοιαύτη γὰρ ἡ ἀσέβεια· καὶ παραμυθεῖται λυπού-

μενον, καὶ παραίνεσιν χωρὶς τιμωρίας ἐπήνεγκεν, A εἰπὼν, *ἡσύχασον*· ὡς ἂν δειχθείη παραβάντος καὶ τὸ πρῶτον ἑκούσιον· ὡς δὲ τῆς μετανοίας ἠλλάξατο τὴν ἀναίδειαν εἰπὼν ἀγνοεῖν καὶ « μὴ φύλαξ εἶναι τοῦ ἀδελφοῦ, » καίτοι, τεττάρων ὄντων ἀνθρώπων, οὓς εἰκὸς ἦν μηδὲ πόῤῥω λίαν ἀλλήλων καθίστασθαι, καὶ παντὸς μᾶλλον τὸν ἀδελφὸν φυλάττειν ὀφείλοντος, ἔτι δὲ καὶ ἄθεον δεικνύντος ὑπόληψιν τῷ μὴ νομίζειν πάντα τὸν θεῖον ἐφορᾷν ὀφθαλμὸν, φησὶν ὁ Θεός· « Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με, » τὴν φανέρωσιν λέγων· ὡς καὶ ἑτέρωθι· « Ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν βοᾷ πρός με. » Δυνατὸν δὲ καὶ αἷμα ἀντὶ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα εἰρῆσθαι· καὶ ἔστι δογματικώτατον· τὸ γὰρ Θεῖον ὁσίων μὲν ὑπακούει, κἂν τελευτήσωσι, ζῆν αὐτοὺς ὑπολαμβάνον τὴν ἀθάνατον B ζωήν· εὐχὰς δὲ φαύλων ἀποστρέφεται, κἂν εὐεξίᾳ χρήσωνται, νομίζον αὐτοὺς τὸν ἀληθῆ βίον τεθνάναι· λέγοι δ' ἄν τις ὅτι διὰ τοῦτο αἵματος ἐμνήσθη, ὅτι τὸ σῶμα ἔκρυψεν· ἐκχύσεως δὲ μνημονεύει, καὶ ὡς ἡ γῆ ἔχανεν τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα· καὶ ἀδελφοῦ συνεχῶς, ἵνα μεγεθύνων τὸ πραχθὲν καταιδέσῃ τὸν ὠμόθυμον.

quasi sua coactus voluntate, is negat, nec unquam veniam petere aggreditur. Ejus rei exemplum evidentissimum Cainus, qui culpam abnegat interrogatus, et Dei admonitionem prorsus contemnit : qua contumacia seipsum prodit, ut qui et prius non ignoranter, sed volens peccaverit, non rite dividendo seu distribuendo. Sed obsecro intuere benignitatem et clementiam Dei. Cainus etiam in Deum deliquerat graviter, dum audacter mentitur, dicens se nescire, etc. Verum Deus, licet id peccatum majus foret, utpote quod impietatis nomen habet, tamen ipsum omittit, et mœrentem consolatur, et citra supplicii comminationem dicit : *Quiesce*. Hoc verbo docet, ut antea in sacrificando, ipsum volentem peccasse. Ille quasi omnem exuisset pudorem planeque effrons, ait se ignorare. « Num ego custos sum fratris? » cum quatuor solummodo essent homines, quos verisimile est non multum a se invicem fuisse sejunctos : et cum vel præcipue fratris fuisset observare fratrem. Adhæc declarat se impia sentire de Deo, quasi oculus Dei non ubique præsto sit, et omnia inspiciat. Deus nihil commotus, placide inquit : « Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, » etc., indicans sibi compertam esse iniquam fratris cædem, sicuti et alibi dicit : « Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram clamat ad me [67]. » Hoc loco sanguis pro anima accipi potest verissime. Nam Deus exaudit sanctos, etsi mortui fuerint, eos immortalem vitam vivere præsumendo. Verum malorum preces repudiat, etiamsi adhuc fuerint incolumes et superstites, indicans eos plane excidisse immortali vita et esse mortuos, licet sibi vivere videantur. Potest autem fieri, ut sanguinis meminerit, quia nimirum cadaver Cainus operuerat humo. Cæterum ut crudelem animum ad pudorem commoveat, amplificatione utitur, mentionem faciens sanguinis, fraterni nominis, terræ quæ aperuit os, ut imbiberet fraternum cruorem.

Ὅτι ἐργᾷ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῇ δίκῃ λοιπὸν C ὁ Θεὸς ἐπεξέρχεται· εἰ γὰρ καὶ μετὰ φόνον ἔμεινεν ἀτιμώρητος, ἐφ' ἕτερον ἂν μεῖζον ἦλθε κακόν· ζητεῖται δὲ, Διὰ τί τῷ Ἀδὰμ οὐκ εἶπεν, ὡς τῷ Κάϊν, « Ἐπικατάρατος σύ; » ὅτι Ἀδὰμ τετίμητο ἐμφύσημα Θεοῦ δεξάμενος· οὕτως καὶ ὁ Νῶε τὸν ἡμαρτηκότα Χὰμ οὐ καταρᾶται, ὅτι δεξάμενος ἦν παρὰ Θεοῦ εὐλογίαν, ἀλλὰ τὸν τούτου υἱὸν τὸν Χαναὰν, ὅτι καὶ ὅμοιος ἦν τῷ πατρὶ τὰ ἤθη. Τὸ δὲ, « Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, » τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἡρμήνευσαν, « Σαλευόμενος καὶ ἀκαταστατῶν, » τουτέστι, μὴ μένων ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλ' ἀλώμενος. Λόγιον δὲ, φασὶν, ἐστὶ καὶ τοῦτο καθολικώτατον· παντὶ γὰρ φαύλῳ τῶν κακῶν τὰ μὲν ἤδη πρόσεστι, τὰ δὲ μέλλει· τὰ μὲν οὖν μέλλοντα, φόβους· τὰ δὲ παρόντα, λύπας ἐργάζεται. D τινὲς δὲ καὶ τρόμον διηνεκῆ τοῦ σώματος ἐσχηκέναι φασὶ, τὸν ἐκ τῆς ἰσχύος στηριγμὸν τῶν μελῶν οὐκ ἐχόντων· ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσατο τῇ δυνάμει τοῦ σώματος, ὑφῃρέθη αὐτῷ ὁ τόνος, ὡς κλονεῖσθαι καὶ κατασείεσθαι, οὔτε ἄρτον δυνάμενον προσφέρεσθαι ῥᾳδίως τῷ στόματι, οὔτε ποτὸν μετὰ τὴν ἀνόσιον πρᾶξιν, οὐδὲ ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις ὑπηρετεῖν δυ-

Vers. 12. *Si excolueris humum*. Nunc judiciario ordine ad ferendam sententiam procedit Deus. Nam si magnum et enorme hoc scelus impunitum reliquisset, profecto Cainus ad alterum et forte majus designandum properasset. Verum quæstio est, quare non ad Adamum quoque dixerit, ut ad Cainum : « Maledictus tu, » etc. In promptu est causa. Adamus præfulgebat Spiritus sancti munere, quod a Deo inspirante acceperat. Sic et Noe non exsecratur peccatorem Chamum; sed hujus filium, paternæ malitiæ hæredem, maledictioni subjectum esse legimus. « Gemens et tremens eris super terra, » etc. Hebraica habet veritas, ut ex aliis interpretibus didici : « Eris mobilis et instabilis, » id est, non manens fixis sedibus in uno loco, sed errabundus et vagabundus in orbe vives. Sane hæc expositio vera est, et ab omnibus catholicis recipitur. Nam omni improbo quædam mala jam adsunt, et quædam occurrent. Futura metum, instantia seu præsentia dolorem pariunt. Quidam tradunt Cainum perpetuo corporis tremore fuisse excruciatum. Membra siquidem ejus non firma cohæsisse compage ob parricidium commissum. Cum corporis

[67] Jac. v, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. N. Ὁ Ἑβραῖος, καὶ ὁ Σύρος, σαλευόμενος κ. τ. λ.

virtute esset abusus, privatus est corporis quoque A firmitate, adeo ut subinde pavitaret et tremore quateretur. Non facile quivit vel cibum vel potum admovere ori post impium illud perpetratum facinus. Nec etiam manus in rebus necessariis commode inservire quiverant. Quamvis sic esset affectus, tamen ineffabilis quædam necessitas ei incumbebat colendi terram. Hæc ita eum urgebat, ut nullam sibi a labore concederet quietem : nullumque tempus vacuum laboris emitteret. Et, quod erat calamitosissimum, cum terra maledictione esset violata, fructus non respondebant laboribus, ut inde aliquod solatium et laborum dulce lenimen perciperet. Verum hæc maxima erat miseria, subinde cum laboribus luctari, nullumque a laboribus habere otium ad vires deperditas restaurandas.

A ναμένης αὐτῷ τῆς χειρός· καὶ ὅμως οὕτως ἔχοντι, ἄῤῥητος ἀνάγκη συνέζευκτο πρὸς τὸ ἔργον τῆς γῆς αὐτὸν κατεπείγουσα, ὡς μηδὲ βουλόμενον ἀναπαύεσθαι· καὶ τὸ χεῖρον· ἐπικατάρατος γὰρ ἦν αὐτῷ, μηδὲ καρποὺς διδοῦσα πρὸς παραμυθίαν τῶν πόνων· ὅπερ εἰ καὶ ἦν μεγίστη, καὶ οὕτως ἐτύγχανε συμφορὰ διηνεκέσι πόνοις συνέχεσθαι.

85 « Major est iniquitas mea, quam ut remittatur, » etc. Quasi diceret : Peccatum meum adeo enorme est, ut exsuperet omnem spem veniæ; majusque est, quam ut sperem illud mihi posse condonari. Exstat et alia hujus loci (ut quidam aiunt) expositio, quæ talis est : Peccatum meum ingravescit et augescit si impunitus dimissus fuero. Nam nisi damnatus fuero ad mortem, subinde gravius torquebor conscientia delicti. Capiet peccatum augmentum, si tu non expetiveris pœnam. Nam non desperare ejus est, qui credit se adhuc Deo esse curæ, ejusque providentiæ subjectum. Aut forte in ista verba prorupit Cainus, certo sciens nulla ex re majus exitium afferri homini, quam ex eo, si negligatur et deseratur a Deo. Agnoscit enim se malum ad posteros dedisse exemplum, quo gravissime violaretur humanæ vitæ societas : idem exemplum et ipse extimescebat. Quod vero dicitur : « Gemens et tremens eris super terra, » etc., testantur quidam illum intellexisse illico vitam suam in terra prorogandam, quamvis dimitteretur a Domino nullo capitali supplicio affectus. Quapropter exclamat : Majus est peccatum meum, si dimittor, et non ultore gladio ferior. Verumtamen si tu me e conspectu tuo abigis, et solum vertere cogis, exitium mihi impendere video. Quicunque enim me invenerit, ad cædem meam armabitur. Verum hoc eloquium adaptandum est illi quod prompserat Dominus, dicens : « Maledicta terra, quæ aperuit os suum ut exciperet sanguinem fratris tui. Gemens et tremens eris super terra. » Existimabat namque Cainus se omnium prædæ expositum esse, cum non amplius tutus foret in terra. Nam propter ipsum maledictionem sensit terra, ipseque planissime auxilio destitutus est divino, excandescente Deo ob cædem iniquam, atque adeo ut nihil auxilii vel a terra ipsi reliquum foret. Cæterum Deus Cainum neutiquam liberat tremendi et gemendi necessitate, volens semper præsto esse pœnarum atrocitatem his, qui insanabiliter deliquissent. Sed ne forte interficeretur diligenter cavit, signo quodam peculiari eum notans. Quidam aiunt Cainum Deo nolle facere potestatem de se judicandi. Proinde errans et affectuum undis jactatus putat, si de terræ possessione dejiciatur, quod etiam sit e conspectu Dei expellendus. Potest et alius sensus incsse his verbis, quasi dicat : Peccatum meum majus fit, et gravius puniar, si me superstitem esse permiseris nec ultimo subjeceris supplicio. Nam hi, quorum ob peccata ingenium insanabile est, magis eligunt mortem quam vivere in tot ærumnis, quas peccatum parit. Quapropter de his, qui Jesum prodide-

« Μείζων ἡ αἰτία τοῦ ἀφεθῆναι, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ὅτι Ὑπὲρ ἄφεσιν ἐπλημμέλησα, καὶ μεῖζον τῆς συγχωρήσεως τὸ πλημμέλημα· ἢ ἐπειδὴ, φασὶ, καὶ τοιαύτη φέρεται γραφὴ, Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με, λέγοι ἄν· τὸ ἀφεθῆναι μείζονα τὴν αἰτίαν B ποιεῖ· μεῖζον γὰρ ἔσται μοι τὸ κακὸν, μὴ ἐπεξερχομένου σου τῇ κατ' ἐμοῦ δίκῃ· ἔτι γὰρ ὑπὸ κηδεμονίαν ὑπάρχοντός ἐστι τὸ μὴ ἀπαγορεύεσθαι· ἢ ὅτι οὐκ ἔστι συμφορὰ μείζων ἢ τὸ ἀφεθῆναι καὶ καταλειφθῆναι ὑπὸ Θεοῦ· κακὸν γὰρ ὑπόδειγμα τῷ βίῳ κατέδειξα, καὶ φοβοῦμαι αὐτό· ἀκούσας δὲ, φασὶ, τὸ, « Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, » συνῆκεν ὅτι ζήσεται ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεθείς· διὸ καὶ εἶπε, « Μείζων ἡ αἰτία τοῦ ἀφεθῆναί με· ὅμως δὲ εἰ σύ με ἐκβάλῃς ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀποκτενεῖ με πᾶς ὁ εὑρίσκων με· » τοῦτο δὲ εἴρηται πρὸς τὸ εἰρημένον ὑπὸ Κυρίου, ὅτι « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἣ ἔχανε δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου· καὶ στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς· » ἐνόμισε γὰρ εὐάλωτος εἶναι παντὶ διὰ C τὸ τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀσφάλειαν μὴ ἔχειν· ἐπικατάρατος γὰρ ἡ γῆ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ βοηθείας ἠρημῶσθαι ὀργισθέντος ἐπὶ τῷ φόνῳ Θεοῦ· ὡς οὔτε ἀπὸ γῆς, οὔτε ἐπ' οὐρανοῦ ἀντιλήψεως αὐτῷ λειπομένης· ὁ δὲ Θεὸς τοῦ μὲν στένειν καὶ τρέμειν αὐτὸν οὐκ ἀφίησι, τὴν ποινὴν ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἀθεράπευτα πλημμελήσασι δικαιῶν· τὸ ἀποκτείνεσθαι δὲ κεκώλυκε, σημεῖον αὐτῷ ἐπιθείς· βούλεται μὲν οὖν, φασὶ, Κάϊν μὴ ἀφεθῆναι τὴν δίκην αὐτῷ· ὡς δὲ ἐσφαλμένος καὶ διαστροφὴν ἔχων, παθὼν οἴεται ὅτι τῆς γῆς ἐκβεβλημένος καὶ τοῦ προσώπου Θεοῦ ἐκβληθήσεται· δύναται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν λέγεσθαι, ὅτι Μεῖζον ἔσται μοι κακὸν, εἰ παραμένοιμι, μὴ ἀπολύοντός με εἰς ἀνυπαρξίαν, ἣν αἱρετωτέραν ἡγοῦνται τῆς ἐπὶ τοῖς κακοῖς τιμωρίας οἱ πλημμε- D λοῦντες ἀνήκεστα. Διό φησιν ὁ προφήτης περὶ τῶν προδόντων τὸν Ἰησοῦν, « Ἐθελήσουσιν, εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. » Εἰ γὰρ ἐκβάλλεις με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, μηκέτι ὑπάρχων· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐκβάλλεις με ἀπὸ τῆς γῆς (τοῦτο γὰρ προσυπακούειν δεῖ), ἔσομαι τρέμων, πάντα πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ὑποπτεύων.

rant, canit propheta: « Volent ut essent igne absumpti. » Si enim ejicis me de superficie terræ, et a vultu tuo expuleris, abscondar nullus jam exsistens. Sed quia me non (hæc namque addenda fuerant, ut sensus esset lucidior) deturbas terræ possessione penitus, et e medio tollis, perpetuus me infestabit tremor, quidquid obtulerit se mihi formidans quasi exitium sit apportaturum.

A Τίνα δὲ δέδοικεν ὁ Κάϊν, μηδενὸς ὄντος πλὴν αὐτοῦ καὶ τῶν γονέων; Πρῶτον μὲν ἔννοιαν εἶχεν ὡς διαδοχῆς ἐσομένης καὶ ὑπὸ τῶν ἐσομένων προσεδόκα τὸν φόνον, βδελυκτὸς αὐτοῖς ἐπὶ τοσούτῳ γενόμενος ἄγει· εἶτα καὶ θείας δυνάμεις ἐτόπαζεν ἐκδίκους ἔσεσθαι τῆς ἀνοσιουργίας, ἃς εἰκὸς ἦν αὐτὸν ἑωρακέναι μήπω τῆς κακίας κεχυμένης· προσεδόκα δὲ, φασὶ, καὶ τὴν ἐκ τῶν μερῶν τοῦ κόσμου ἐπίθεσιν. Ἅπερ ἐπ' ὠφελείᾳ γινόμενα, οὐδὲν ἧττον ἀμύνεται τοὺς πονηρούς. Εἶτα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν θηρίων καὶ ἑρπετῶν ἐπιβουλήν· ἅπερ ἡ φύσις ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν ἀδίκων ἐγέννησεν· ἴσως δὲ τὴν ἀπὸ τῶν γονέων τίσιν ὑπονοεῖ οἷς καινὸν πένθος προσέβαλεν ἀγνοοῦσι τὸν θάνατον· τινὲς δὲ περὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν μερῶν τοῦ κόσμου, φασὶν, ὡς οὐκ ἠδύνατο σημεῖον) περὶ οὗ μετ' ὀλίγα λέγει, « Ἔθετο Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Κάϊν B σημεῖον τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν πάντα τὸν εὑρίσκοντα αὐτὸν, » διαγνῶναι Θεοῦ· καὶ τί ἂν εἴη σημεῖον ἕτερον, ἢ τὸ βούλημά τε καὶ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ; Μὴ συγχωρήσαντος αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν ἔθετο τῷ Κάϊν σημεῖον· οὐ γάρ τι τῶν τοιούτων χρημάτων χωρὶς συγχωρήσεως γίνεται· ἢ καὶ οὕτως· Σημεῖον ἔθετο τὴν μετὰ τὰ πταίσματα τροπὴν τῆς μετανοίας, καθ' ἣν οὐκ εὐχείρωτος ἔσται πρὸς ἀναίρεσιν· μέγα μὲν γὰρ ἀγαθὸν τὸ μὴ πταῖσαι· τὸ δὲ ἐν μεταγνώσει γενέσθαι, δεύτερος λιμήν· ὅπερ οἰκονομῶν ὁ Θεὸς, διὰ διδασκαλίας ἀνεγείρει πρὸς τὸ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ ἀπατεῶνι.

Sed miror, quem metuerit Cainus, cum nemo præter ipsum et parentes in hoc orbe degeret. Primo quidem animum miserum terrebat futuri cogitatio. Existimabat enim vicissitudinem quamdam fore. Quemadmodum ipse turpiter commisisset cædem, sic ipse a posteris esset interficiendus. Arbitrabatur enim se his abominabilem futurum propter exempli turpitudinem. Huc accedebat metus virtutum cœlestium, quas nefandi sceleris ultrices sævas fore præsagiebat animus. Siquidem verisimile est cœlestes virtutes a Caino esse visas; quia peccatum nondum invaluerat, et in plurimos se diffuderat in illa hominum paucitate. Præterea timebat, ut inquiunt, insidias ex mundi partibus, quæ quamvis admodum utiles sint mortalibus, et in hunc finem sint exstructæ, attamen malos quoque lædere norunt. Metuebat quoque insidias ferarum et reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creavit. Etiam tacite significat pœnas, quas daturus esset parentibus, quibus novi luctus auctor fuerat, cum prius ignorassent mortem. Quidam omnia referunt ad bestias et mundi partes, ut quæ nequiverint dignoscere **86** Dei signum. Sed quod aliud hoc dixerimus signum quam voluntatem et imperatricem vocem Dei? Nullum enim indicium de talibus rebus, nisi permissu divino, redditur. Vel sic cape præsentem locum: Signum, quo signavit Cainum, est pœnitentia. Quam si peccator apprehenderit, non facile perimitur. Magnum etenim bonum est prorsus a peccato abstinere. Cæterum ubi peccati labe fuerimus conspurcati, alter et proximus est portus securitatis, nempe convolare ad pœnitentiam. Quæ quidem sedulo nobis inculcat Deus, subinde salutari doctrina nos excitans stertentes, ne succumbamus fraudulento deceptori.

C *Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.* Ἀντὶ τοῦ, Οὐχ αὕτη ἡ ἁρμόδιος δίκη τοῦ πλημμελήματος τὸ ὑπὸ ὁτουοῦν ἀναιρεθῆναι· οὗτος γὰρ ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. Ὅπερ δηλοῖ τὴν τελείαν τιμωρίαν· πολλάκις γὰρ ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς τῇ Γραφῇ ἀντὶ τελειότητος παρείληπται. « Πατάξω γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ἑπτάκις ἀντὶ τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν. » Καὶ, « Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλάσια εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν. » Καὶ ἐν τῷ Λευϊτικῷ· « Προσθήσω παιδεῦσαι ὑμᾶς πληγαῖς ἑπτὰ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. » Τινὲς δὲ ἰδικώτερον, ὅτι δεῖ τὸν Κάϊν ἑπταπλασίονα δοῦναι τὴν τιμωρίαν· καὶ Ἀκύλας γὰρ οὕτως ἐξέδωκεν· *Ἑπταπλασίως ἐκδικηθήσεται.* Σύμμαχος δὲ, *Ἑβδόμως ἐκδίκησιν δώσει·* ὅπερ τινὲς ἐξέλαβον, Ἐν ἑπτὰ γενεαῖς δίκην δώσει. Ὁ δὲ Ἑβραῖος ὑποστίζει εἰς τὸ *ἀποκτείνας·* τὸν γὰρ τοῦ D Κάϊν φησὶν ὁ Θεὸς ἐδευτέρωσε λόγον, λέγων, Οὐχ ὅπερ ἔφης, πᾶς ὁ ἀποκτείνας· ὅ ἐστιν, Οὐχ οὕτως ἀναιρεθήσῃ· οὐδὲ πᾶς ὁ εὑρίσκων ἔσται σε ἀποκτείνας. Εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς τὸ, « Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει. » *Ἐκδικούμενα* δὲ λέγει τὰς ἑπτὰ

Vers. 15. *Et dixit ad eum Dominus: Imo quicunque occiderit Cain septuplum vindicabitur.* Sic dictum puta: Non hæc conveniens delictorum pœna vel condemnatio perhibetur, ut a quovis obvio peccator necetur. Imo talis septies, quod perfectam pœnam indicat, vindicabitur. Nam sæpissime septenarius in Scriptura sacra pro perfectione sumitur. Inquit enim: « Percutiam vos septies pro peccatis vestris [68]. » Et iterum: « Refunde vicinis nostris septempliciter in sinum eorum [69]. » In Levitico: « Adjiciam ut vos instruam septem plagis propter peccata vestra [70]. » Quidam magis proprie istum locum interpretantur, dicentes: Oportet Cainum septies puniri ob commissum parricidium. Aquilas sic reddidit: *Septies vindicabitur.* Symmachus vero sic vertit: *Septies dabit pœnas*, quod quidam sic intellexerunt: In septem generationibus pœnas pendet. Verum Hebræus post dictionem *interficiens*, punctum locat. Nam, ut quidam perhibent, Deus repetit orationem Caini inquiens: Non, sicuti ex te audivi, omnis te interficiet, id est, non

[68] Levit. xxvi, 24. [69] Psal. lxxviii, 12. [70] Levit. xxvi, 28.

sic perimere. Nec omnis, qui te invenerit, te occidere instituet. Deinde quasi ab alio principio, infert : « Cain septies vindicabitur. » *Vindicabitur* vero dicens, intelligit septem ultiones, quæ in caput Caini sint redundaturæ ob trucidatum Abelum. Nec mirabile cui videatur, etiamsi septies puniendum esse pro commisso scelere Cainum Scriptura testatur. Haud enim justi judicis est, æqualibus æqualia vel præmia vel supplicia decernere. Necesse est ut is qui malum dederit, auctius damnum datum compenset : quo ipse inde melior evadat, et suo exemplo deinde cæteros corrigat et a malo deterreat. Cæterum Scriptura sacra peccatorum remissionem semper numero septenario concludit. Sic cum Petrus diceret : *Septies*, subjunxit Salvator : « Septuagies septies [71]. » Verum de peccatorum remissione disputabant. Nec ad alium transivit numerum Christus, sed septenarium per se multiplicatum remissioni statuit terminum. Anno septimo Hebræus servus libertate donabatur. Septem annorum septimanæ pariebant jubileum in quo, quiescente tellure, pecuniæ creditæ debitoribus condonabantur, et omnia in integrum restituebantur. Si qui fuerant servi, consequebantur libertatem. Novæ vitæ quasi fundamenta jaciebantur in numero septenario : et antiquitas cessabat. Sed hæc quidem, quasi typus, repræsentant præsens sæculum, quod septem diebus, ceu mensura quadam, consummatur, in quo mediocria peccata meritas sortiuntur pœnas.

A τιμωρίας τὰς ἐκδικούσας τὸν Ἄβελ· εἰ γὰρ καὶ ἑπταπλασίω δίκην εἴπομεν, θαυμαστὸν οὐδέν· οὐ γάρ ἐστι δικαίου κριτοῦ ἴσας πρὸς ἴσας ὁρίζειν τὰς ἀνταποδόσεις, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν κατάρξαντα κακοῦ, μετὰ προσθήκης ἀποτῖσαι τὰ ὀφειλόμενα, ὡς ἂν αὐτός τε βελτίων γένοιτο, καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονίσειεν· ἀεὶ δὲ ἡ Γραφὴ τὸν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων ἀριθμὸν, ἐν τοῖς ἑπτὰ περιορίζει· ὡς ἐπὶ τοῦ Πέτρου εἰπόντος ἑπτάκις, ὁ Σωτήρ φησιν « Ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. » Περὶ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων λέγων ἀφέσεως· οὐ γὰρ μετῆλθεν ἐφ' ἕτερον ἀριθμὸν, ἀλλὰ τὸν ἑπτὰ πολυπλασιάσας, ἐν αὐτῷ τὸν ὅρον ἔθετο τῆς ἀφέσεως· καὶ δι' ἑπτὰ ἐτῶν ὁ Ἑβραῖος ἀπελύετο τῆς δουλείας· ἑπτὰ δὲ ἑβδομάδες ἐτῶν τὸν ἰωβηλαῖον ἐποίουν· ἐν ᾧ σαββατιζούσης τῆς γῆς, B χρεῶν ἦσαν ἀποκοπαὶ, δουλείας ἀπαλλαγὴ, καὶ οἱονεὶ νέος καθίστατο ἄνωθεν βίος ἐν τῷ ἑβδοματικῷ ἀριθμῷ, τοῦ παλαιοῦ τρόπον τινὰ τὴν συντέλειαν δεχομένου· ταῦτα δὲ τύποι τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὃς διὰ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἡμᾶς παρατρέχει· ἐν ᾧ γίνονται τῶν μετριωτέρων ἁμαρτημάτων ἐκτίσεις.

Peccata autem Caini reperies septies vindicata, sive consideres judicem pœnas exposcentem, sive Cainum delinquentem. Primum peccatum est invidia, quæ ipsum invasit cum cerneret fratrem apud Deum sibi prælatum. Alterum est dolus quo circumvenit fratrem fraudulente, dicens : « Exeamus in agros. » Tertium est cædes. Quartum, nec simpliciter cædes, sed fraterna cædes, quod quidem crimen adauget. Quintum, quod ipse erat homicida primus, et ob id pessimi exempli auctor impius. Sextum, quod parentibus luctum paraverat. Septimum, quod mentitus est Deo, dicens: «Nescio ubi sit frater,» etc. Noluit itaque cum talia tantaque ipsius forent delicta, ut continuo capitali afficeretur supplicio. Nam his qui supplicio feriendi sunt, mors lucro est. Deus autem extendit pœnas ad vitæ spatium pro merito expetens pœnas. Hæc igitur, si intelligamus peccatum esse vindicatum, dicenda sunt. Sed si modum ultionis vel punitionis capere velimus, sic agendum **87** est. Utrumque enim traditur. Prima pœna est maledictio terræ. Altera : « Coles eam magno labore. » Nam ei quædam necessitas imposita erat subinde opus faciendi. Tertia : « Non tibi pro sua facultate fructus profundet. » Quarta et quinta : « Gemens et tremens eris super terra. » Sexta est, quam ipse commemorat, inquiens : « Si me relegas et a vultu tuo abscondar. » Quod enim malum majus homini objici quit, quam segregari a divino consortio? Septima est

Ἐκδικούμενα δὲ, εἴτε τὰ παρὰ τῷ Κάϊν ἡμαρτημένα λέγοις, εὑρήσεις ζʹ· εἴτε τὰ παρὰ τοῦ κριτοῦ ἐπ' αὐτῷ ὁρισθέντα· πρῶτον γὰρ ἁμάρτημα φθόνος ἐπὶ τῇ C προτιμήσει τοῦ Ἄβελ· δεύτερον δὲ δόλος μεθ' οὗ διελέχθη τῷ ἀδελφῷ εἰπὼν, « Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον· » τρίτον φόνος προσθήκη τοῦ κακοῦ· [τέταρτον] ἀδελφοῦ φόνος· [πέμπτον] μείζων ἡ ἐπίτασις, ὅτι καὶ πρῶτος φονεὺς πονηρὸν ὑπόδειγμα τῷ βίῳ καταλιπών· ἕκτον ἀδίκημα, ὅτι γονεῦσι πένθος ἐνεποίησεν· ἕβδομον ὅτι Θεὸν ἐψεύσατο εἰπὼν ἀγνοεῖν τὸν ἀδελφὸν ἔνθα καθέστηκεν· ὅθεν οὐ συνεχώρησεν αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν· κέρδος γὰρ τοῖς κολαζομένοις ὁ θάνατος· παρατείνει δὲ τῷ βίῳ τὰ πρὸς τὴν ἀξίαν ἀντιμετρῶν κολαστήρια· ταῦτα μὲν οὖν, εἰ ἐκδικούμενον νοήσωμεν τὸ ἁμαρτηθὲν ἐφ' ᾧ ἡ ἐκδίκησις· εἰ δὲ τὸν τρόπον τῆς κολάσεως δι' οὗ ἡ ἐκδίκησις, διχῶς γὰρ λέγεται μία κόλασις, τὸ, « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπὸ σοῦ· » δευτέρα « Ἐργᾷ τὴν D γῆν, » ἐξ ἀνάγκης γὰρ διηνεκέσι πόνοις συνείχετο· τρίτη, καὶ « Οὐ προσθήσει δοῦναι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς· » τετάρτη καὶ πέμπτη, « Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς· » ἕκτη κόλασις ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ Κάϊν εἰπών· « Εἰ ἐκβάλλεις με νῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι. » Τί γὰρ μεῖζον[q] κακὸν τοῦ χωρισθῆναι τοῦ Θεοῦ; ἑβδόμη, τὸ, σημεῖον αὐτῷ ἐπιθεῖναι, καὶ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι κηρύττεσθαι, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἀνοσίων ἔργων δημιουργός· ἄλλοι δὲ οὕτως ἑπτὰ, φασὶ, τὰ ἡμαρτημένα· προσήνεγκε κα-

[70] Matth. XVIII, 22.

VARIÆ LECTIONES.

q Cod. μεῖον.

κῶς· ἤλγησεν, ὅτι ὑβρίσας οὐκ ἐτιμήθη παρὰ τοῦ ὑβρισθέντος Θεοῦ· νουθετοῦντα αὐτὸν διέπτυσε· φόνον ἐτόλμησε πρῶτος· καὶ φόνου πολλῷ μίασμα ἐναγέστερον, ἀδελφοῦ· ἐλύπησε γὰρ τοὺς γεγεννηκότας· ἐψεύσατο τῷ Θεῷ. Οὐκ ἀνεῖλε δὲ Κάϊν αὐτόν τε καὶ τοὺς λοιποὺς ὠφελῶν· ὥσπερ οὖν καὶ φθάσας αὐτὸν ὠφέλησε διὰ τῆς παραινέσεως εἴπερ ἠνέσχετο· δέδωκε γὰρ αὐτῷ προθεσμίαν μετανοίας καὶ βελτιώσεως· ἐλάττω τε τὴν μέλλουσαν αὐτῷ κατέστησε κόλασιν διὰ ταύτης τῆς τιμωρίας· καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ὠφελεῖ τῷ παραδείγματι· οὐ γὰρ ἦν ἴσον ἀκούειν ὅτι Κάϊν τις ἀνελὼν ἀδελφὸν ἀπέθανε, καὶ ὁρᾷν τὸν ἀνελόντα δίκην τίνοντα· τότε μὲν γὰρ κἂν ἠπιστήθη διὰ τὴν τοῦ μύσους ὑπερβολήν· νῦν δὲ πλεῖστον χρόνον βιοὺς, τοῖς μετὰ ταῦτα κατάδηλον ἐποίει τῇ θέᾳ τὸ πρᾶγμα.

nota, qua egregie homicidam notavit, ne possit ejus supplicium celari, sed ipse manifesto signo omnibus, quas pœnas commissi sceleris lueret, obnuntiaret; et omnibus pateret illum esse istum insignem nefandi sceleris patratorem et carnificem. Alii sic præsentem interpretantur textum. Septem aiunt esse, in quibus peccaverit Cainus, eaque sic narrant: Male obtulit; doluit, quod cum contumelia affecisset Deum, ipse non honoratus esset; corrigentem aversatus est; primus cædem committere ausus est; nec simpliciter cæde se profanavit, sed quod majus piaculum est, se inquinavit fraterna cæde; in luctum conjecit parentes; impudenti ore mentitus est Deo. At Deus noluit ultimo supplicio adjudicare Cainum, ut tum ipsi cum posteris eo exemplo prodesset. Sic et antea salutares huic porrexit manus amica admonitione, quam ipse aspernatus est turpiter. Dedit itaque ei occasionem pœnitendi et in viam redeundi. Impendens autem supplicium Deus diminuit paululum per præsentes pœnas. Interim tamen plurimum juvit mortales illo exemplo. Majus enim erat videre fratricidam pœnas expendentem, quam hujuscemodi rumorem spargi: Quidam Cainus, quia fratrem letho dedit, capite plexus est. Præterea nemo credidisset tam immane facinus a fratre in fratrem committi potuisse. At cum vita ei prorogaretur misera, nepotibus evidenter significavit, quæ pateretur ob designatam cædem mala.

Τινὲς δὲ οὕτως ἠρίθμησαν· Οὐ διεῖλεν ὀρθῶς· οὐ μετέγνω διαμαρτών. Φθόνον ἔσχε τὸν φόνον ὠδίνοντα· ἠπάτησεν εἰς τὸ πεδίον δόλῳ καλῶν· ἀνεῖλεν· ἐψεύσατο τῷ Θεῷ· ἐνόμισε καὶ ἄκοντος τοῦ Θεοῦ διαδρᾶναι δύνασθαι τὰς ἐν σώματι δίκας· ᾠήθη γὰρ ὅτι τεθνήξεται καὶ αὐτὸς, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο Θεός· καὶ λύσις ἔσται τὸ χρῆμα αὐτῷ τῶν ἐκ τῆς ὀργῆς. Τινὲς δὲ οὕτως· Οὐ διεῖλεν ὀρθῶς· τῆς θείας νομοθεσίας κατεφρόνησεν· ἀπέκτεινεν ἀδελφόν· ἀπέκτεινε πρὸς τούτῳ καὶ δίκαιον· ἐψεύσατο· θάνατον ᾐτήσατο ἐν ἀπευδοκιμήσει ζωῆς καὶ μετανοίας. Ἄλλοι δὲ οὕτως· Οὐκ ἀφῆκεν ἀναιρεθῆναι, ἵνα μὴ φόνῳ φόνον ἐπισυνάπτων ἕτερον, ἐναγὴς εὑρίσκοιτο· καὶ ἵνα μὴ ἑπτὰ παραλύσῃ τὰ ἐκδικούμενα, τὴν ἐπὶ τῆς θυσίας ἀσέβειαν, τὴν ἀνδροφονίαν, τὴν ἀδελφοκτονίαν, τὴν ἀπάτην, τὸν δόλον, τὸ ψεῦδος, τὴν θρασύτητα· ἀλλ' ἄπορον πῶς ταῦτα ἐκδικεῖται, καὶ πῶς παραλύεται ἐκδικούμενα· μή ποτε οὖν, φασὶ, κάλλιον ᾖ λέγειν τὰ ἐπαναπαυόμενα πνεύματα ἐπὶ τὸν ἐξελθόντα ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, τάχα που καὶ τῷ Ἄβελ διὰ τὸ εὐσεβὲς ἐπιφοιτήσαντα. Ἠδίκησε δὲ καὶ εἰς ταῦτα ὁ Κάϊν ἐνοικήσαντα τῷ Ἄβελ καὶ ἐμπεριπατήσαντα αὐτῷ· καὶ μέχρι μὲν στένων καὶ τρέμων ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐξεδικεῖτο ταῦτα· λύπης γὰρ ὑπερβαλλούσης ἀποτέλεσμα τὸ στένειν, καὶ φόβου συνοίκου γνώρισμα τὸ τρέμειν· ἅπερ ἔχων αὐτάρκως ᾐκίζετο· ἵνα διὰ μὲν τοῦ στένειν, μετανοῇ πρὸς σωτηρίαν· διὰ δὲ τοῦ τρέμειν, ἀδρανὴς ἐκ φόβου πρὸς μεταχειριζομένην πρᾶξιν ᾖ· διὰ δὲ τοῦ σημείου οὔτε ἀναιρεῖται, καὶ ἔνδειξις τοῦ ἁμαρτήματος αὐτὸν στηλιτεύει· οἱ γὰρ ὁρῶντες τὸ σημεῖον τοῦ στένοντος καὶ τοῦ τρέμοντος, εἰ καὶ πρότερον ἠγνόουν διὰ τί τοῦτο ἔκειτο, πυνθανόμενοι ἤκουον ὁμολογοῦντος τὸ πεπραγμένον καὶ κατηγοροῦντος ἑαυτοῦ· ἐξομολογήσεως δὲ ἐπακολουθούσης, οὐ βούλεται ὁ Θεὸς τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ· εἰ δὲ ἀποκτεί-

Quidam in hunc modum Caini peccata enumerant. Non divisit recte, non pœnitentiam egit ubi peccavit, invidiæ servivit quæ cædem peperit, decepit dolose in agros vocando fratrem, cædem perpetravit, mentitus est Deo, putavit se etiam invito Deo corporales pœnas effugere posse. Existimavit enim et se moriturum, etiamsi divina reniteretur voluntas. Sic credidit mortem sibi fore abolitionem et levamen malorum, quæ divina intentaret ira. Quidam aliam sequuntur enumerationem: Non recte divisit; divinam legem sprevit; interfecit fratrem, nec simpliciter fratrem, sed justum fratrem necavit; mentitus est; mortem optavit cum et vita et pœnitentia displicerent. Alii sic exponunt: Noluit ut Cainus trucidaretur, ne cædes cædi jungeretur, et dum quis cædem vellet expiare cæde, novæ se implicaret cædi. Præterea vindicari voluit septem delicta Caini, nempe impietatem, qua usus est in offerendo, homicidium, fratricidium, fraudem, dolum, mendacium, et contumaciam. Forte melius fuerit hæc referre ad spiritus septem, qui requieverunt super illo, qui egressus est de radice Jesse. Verisimile est hos incubuisse et Abelo, cujus rei certum argumentum dixeris viri pietatem. Hos igitur injuria affecit Cainus cum in Abelo habitarent et versarentur. Quantisper quidem in terris agebat Cainus, delicta illa expiabantur. Excellentis enim tristitiæ opus est, gemere: et cohabitantis timoris signum est, tremere. His duobus abunde satis excruciabatur. Per gemitum ducendus erat ad pœnitentiam, ut exinde ei pateret salus. Tremoris erat, ut hominem contunderet et imbecillum redderet ob perpetratam cædem. Signum accesserat, ne ullius manu caderet. Verum ipsum peccatum satis eum infamem facit, omnibusque manifestat. Nam qui gementem et trementem conspicabantur

etsi rei gestæ erat ignarus, nec sciret, quare impressum esset signum, tamen sciscitando eo perveniebat, ut audiret confitentem suum scelus et semet incusantem. Si confessio sequitur, magis expetit Deus deinde **88** pœnitentiam, quam peccatoris mortem. Cainus si fuisset peremptus, cedo qui potuisset ultio exigi spirituum, quos offenderat?

A νοι τις αὐτὸν, παρέλυε καὶ διέλυε καὶ κατέπαυε τὴν ἐκδίκησιν τῶν πνευμάτων, καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ ἐκδικούμενα.

Quidam allegoricum sensum hinc colligunt. Aiunt Cainum esse typum Judæorum, quos videns Christus, qui per Abelum designatur, in suam cædem cupidius ferri, exclamat: « Quid me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum [72]? » Horum patrem esse testatur Cainum, quem Satanam vocat, ut qui illius sint similes. Nam et duodecim discipulos sic affatur: « Annon ego vos elegi? et unus e vobis diabolus est [73]. » B Quapropter illum homicidam et mendacem appellat sicuti et patrem ejus, nempe diabolum. Si vero dixerimus illorum diabolum esse patrem, quis erit pater ejus, sive quomodo intelligendum erit hoc: « Et ejus pater? » Hinc Judæi terrenis sacrificiis, ut lex monet, volentes honorare Numen, audiunt Deum per prophetam dicentem: « Holocausta vestra non sunt accepta, nec sacrificia vestra sunt mihi grata [74]. » Quibus verbis alluditur ad Caini sacrificium, quod non acceptavit Dominus. Judæi rite quidem immolarunt Domino, sed non recte diviserunt, usque inhærentes typis. Quapropter jubentur deserere illum externum sacrificandi ritum, et recedere ab legis umbra. Christus erat bonus ille pastor, quem sub typo quasi prænuntiavit Abelus. Et cum sit primogenitus eos, qui ipsius ferunt C imaginem, constituit Ecclesiam primogenitorum, qui descripti sunt in cœlis, de quo dicitur: « Ad te erit conversio ejus. » Nam Judæi si resipuissent et ad Christum conversi fuissent, certe una nobiscum relati essent in librum viventium. Nunc vero, cum instar Caini stimulenter invidia et cædem spirent Salvatoris, quasi septies vindicandi et ipsi innumeris objecti sunt malis. Et ubique in orbe cum sint peregrini et advenæ, timore et perpetuo tremore divexantur. Cæterum ne penitus interciderent, signo notati sunt. Servatæ enim sunt, ut testatur Scriptura [75], reliquiæ. Exierunt quoque, ut Cainus, e conspectu Dei: Numenque sic nos alloquitur: « Cum multiplicaveritis orationem, ego D non exaudiam, cum manus vestræ sanguinibus repletæ sint [76]. » Interfecerunt enim ducem et auctorem vitæ. Præterea clamaverunt: « Sanguis ejus super nos et super liberos nostros [77]. » Sed hic sacratus cruor pro nobis fusus vociferatur adversus Judæos, et secundum eloquium Pauli, meliora quam sanguis Abeli.

Τινὲς δὲ ἀλληγορίας νόμῳ, τὸν μὲν Κάϊν τύπον ἔχειν φασὶ τοῦ Ἰσραήλ, οὓς ὁρῶν ὁ Χριστὸς ὁ διὰ τοῦ Ἄβελ προτυπωθεὶς ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου χρηματίσας, εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον ὀργῶντας, διὸ καὶ ἔλεγε, « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. » Πατέρα τούτων ἔλεγεν εἶναι τὸν Κάϊν, Σατανᾶν αὐτὸν καλέσας, ὡς τοῖς ἐκείνου τρόποις προσεοικότα· ἐπεὶ καὶ πρὸς τοὺς ιβ' ἔλεγεν· « Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς ἐξελεξάμην; Καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν. » Ὅθεν καὶ ἀνθρωποκτόνον αὐτὸν καλεῖ καὶ ψεύστην, ὡς καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τουτέστι τὸν διάβολον· ἐὰν δὲ προηγουμένως εἴπωμεν τὸν πατέρα λέγειν αὐτῶν τὸν διάβολον, τίς ἔσται ὁ τούτου πατήρ; Ὅθεν ὁ μὲν Ἰσραὴλ τοῖς γεωδεστέροις τιμᾷν ἠξίου τὸν Θεὸν, καρποφορῶν τὰ ἐν νόμῳ· πρὸς οὓς διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεὸς, « Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι. » Ὡς ἐπὶ τοῦ Κάϊν οὐ προσέσχε ταῖς θυσίαις αὐτοῦ· προσεκόμιζε γὰρ Ἰσραὴλ ὀρθῶς ὡς τῷ Θεῷ θύων· διεῖλε δὲ οὐκ ὀρθῶς, προσεδρεύων τοῖς τύποις· ὅθεν ἡσυχάζειν κελεύεται καὶ παύσασθαι τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς· ὁ δὲ Χριστὸς ἦν ὁ ποιμὴν καλὸς κατὰ τὸν Ἄβελ τὸν ποιμένα· καὶ πρωτότοκος ὢν, τοὺς ἔχοντας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα προσέφερεν Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· πρὸς [οὓς] εἴρηται· « Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ. » Καὶ εἴγε ἐπέστρεψαν, ἐγράφησαν ἂν ἐν βίβλῳ ζώντων μεθ' ἡμῶν· νῦν δὲ κατὰ τὸν Κάϊν φθόνῳ κατὰ τοῦ Σωτῆρος τὸν φόνον ὠδίναντες, ὡς ἑπτὰ ἐκδικουμένοις, πολλαῖς ἔνοχοι γεγόνασι δίκαις, καὶ ξένοι διατελοῦσι στένοντές τε καὶ τρέμοντες· πλὴν τοῦ μὴ παντελῶς ἀπολέσθαι, σημεῖον ἐδέξαντο· σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα· ἐξῆλθον δὲ καθάπερ ὁ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· πρὸς οὓς εἴρηται· « Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. » Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις· ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· « Καὶ τὸ αἷμα, φασὶν, αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, » ὅπερ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθὲν, κατὰ τῶν Ἰουδαίων βοᾷ, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, κρεῖττον παρὰ τὸν Ἄβελ λαλεῖ.

VERS. 16. *Egressusque est Cain a facie Domini.* Non hæc respectu loci sive localiter accipienda sunt. Nam nec ipsum intrare coram Deo intelligimus localiter, sicuti testimonio est ille locus Psalmographi: « Intrate coram eo cum exsultatione [77]. » Incedit quis coram Deo, foris relinquens peccata et res omnes externas. Sed Cainus egressus est e con-

Καὶ ἐξῆλθε Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Οὐ τοπικῶς τοῦτο ἐκλαμβάνειν δεῖ· ἐπεὶ καὶ τὸ εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Θεὸν οὕτω νοοῦμεν, λέγοντος τοῦ ψαλμοῦ· « Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει. » Εἰσέρχεται δέ τις ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τὰ ἔξω πάντα καταλιπὼν ἁμαρτήματά τε καὶ τὰ αἰσθητὰ πράγματα· ἐξῆλθεν οὖν ὁ Κάϊν ἀνάξιον ἑαυτὸν καταστήσας

[72] Joan. VIII, 20. [73] Joan. VI, 71. [74] Isa. I, 11. [75] Isa. X, 21; Rom. IX, 27. [76] Isa. I, 15. [77] Psal. XCIX, 2.

τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἀνεννόητος λοιπὸν αὐτοῦ γεγενημένος· τοιγαροῦν, « Ὤκησε, φησὶν, « ἐν τῇ γῇ Ναὶδ, κατέναντι Ἐδέμ. » *Σάλος* γὰρ *Ναὶδ* ἑρμηνεύεται· ποῦ γὰρ ἔδει τὸν ἀποστάντα τῆς εἰρηνικῆς ἀρετῆς οἰκεῖν, ἢ ἐν τῷ σάλῳ, ἀστάτῳ πράγματι καὶ ἀβεβαίῳ, ὅπερ ἐστὶ κακία; εὖ δὲ καὶ τὸ « κατέναντι · » ἐναντία γὰρ τῇ ἀρετῇ ἡ κακία· ὁ μὲν οὖν Ἀδὰμ ἐκβέβληται, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐξελθών· ἔτι γὰρ εἶχεν ἔναυσμα πόθου τῆς διατριβῆς τοῦ παραδείσου· διὸ καὶ κατέναντι τούτου αὐτὸν κατῴκισεν, οἷον αὐτὸς καὶ τὴν οἴκησιν οἰκονομήσας· τοῖς γὰρ μὴ μεγάλα ἁμαρτήσασι δέδοταί τις πρόφασις ταχεῖαν ὑποδεικνύουσα τὴν ὑποστροφήν· ὅπερ ἐπὶ τοῦ Κάϊν οὐκ εἴρηται· οὐ γὰρ κατῴκισται, οὐδὲ ἐκβέβληται, προθύμῳ πόθῳ πρὸς τὸ κακὸν ἀπολισθήσας· διόπερ καὶ σάλον οἰκεῖ ἀδιαστάκτως ταρασσόμενος.

A spectu Dei, indignum se faciens Dei conspectu, nec per reliquum vitæ tempus quidquam curans benignum Deum. Quapropter Scriptura diserte ponit: « Habitavit in terra Nod e regione Eden. » Si quis proprie reddere velit dictionem *Nod*, eam interpretabitur *salum*. Nam quæ sedes convenientior erat deficienti a virtute quæ concordiam et pacem gignit, quam salum mobile et instabile, quod merito malitiam sive vitium nuncupaveris? Bene vero dixit: « E regione, » etc. Contrarium enim virtuti vitium est. Adamus vi ejectus, nec sua sponte egressus est paradiso: nam adhuc ardebat desiderio manendi in paradiso. Hinc Deus eum collocavit ex adverso paradisi, quasi ipse regens ejus domicilium. His enim, qui mediocriter peccarunt, cito B offertur occasio accelerandi ad pœnitentiam, ut abjecto peccato se ad virtutem recipiant. Sed quæ de Adamo traduntur, non feruntur quoque et de Caino. Nec enim expulsus est e conspectu Dei, nec aliquo a Deo collocatus legitur, ut ibi fixas haberet sedes. Siquidem toto pectore propendebat ad malum, quod ambabus, quod dicitur, amplectebatur ulnis. Merito igitur incolit salum perturbatam gerens conscientiam.

Ἔγνω δὲ Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐκ εἶπεν, Ἔγνω Κάϊν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ « τὴν γυναῖκα· » αὕτη γὰρ ἡ προσηγορία τῆς διαδοχῆς οἰκεία· συγχωρεῖ δὲ ταῖς ἀδελφομιξίαις τῶν Ἀδὰμ τέκνων ὁ Θεὸς, τοὺς μερισθέντας ἐξ ἑνὸς αἵματος εἰς μίαν ἀγάπην ἑνῶσθαι βουλόμενος· ὕστερον δὲ ἐκταθεῖσαν εἰς πλῆθος τὴν γενεὰν, ἐκώλυσε κεχρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς, ἵνα ἡ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους ἐπιγαμία, τοὺς τῷ μήκει τῆς διαδοχῆς ἀλλοτρίους λοιπὸν νομισθέντας αὖθις ἐπιστρέφῃ πρὸς διάθεσιν· πῶς δέ φησι, « Καὶ ἦν οἰκοδομῶν τὴν πόλιν; » πῶς γὰρ πόλις ὑφ' ἑνὸς οἰκοδομεῖται, καίτοι τοῦ σφυροκόπου χαλκοῦ καὶ σιδήρου μήπω γενομένου Θοβέλ; ἢ ποία πόλις ὑπ' ὀλίγων οὕτω συνίσταται; οἷς ἄντρον ἓν καὶ οἰκημάτιον ἤρκει μικρόν· μή ποτε οὖν τὴν ἐν οἴκῳ ἑνὶ μετ' ἀλλήλων ἀναστροφὴν οὕτως ἐκάλεσεν; οἱονεὶ γὰρ μικρὰ πόλις καὶ ἄνθρωπος καθ' ἑαυτὸν τοιῶσδε τὴν ψυχὴν διοικῶν, καὶ οἶκος ἔχων τοιάνδε διαγωγήν· ὡς καὶ οἶκος μέγας ἡ πόλις, ἀφ' οὗ καὶ τῶν πόλεων ἦλθον εἰς ἔννοιαν· ἴσως δὲ καὶ πολισμοῦ μεθόδους, καὶ πρῶτα κατεβάλετο σπέρματα, ἰδὼν τὸν ἐξ αὐτοῦ τεχθέντα, καὶ προβαίνουσαν ὁρῶν τὴν διαδοχήν· ἴσως δὲ καὶ προαναφωνεῖ τὰ μετὰ χρόνον γενόμενα· τῶν δὲ ἁγίων λεγόντων, Οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, παροικίαν δὲ καλούντων τὸν βίον, οἱ ἁμαρτωλοὶ γήϊνοι ὄντες προσεδρεύουσι τῇ γῇ καὶ πόλεις οἰκοδομοῦσι· περὶ ὧν καὶ ὁ θεῖος ἔφη Δαβὶδ, « Ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν. »

VERS. 17. *Et cognovit Cain uxorem suam.* Non scribitur: Cainus cognovit sororem **89** suam, sed: « Cainus cognovit uxorem suam. » Hoc enim successionis, quæ ex mutuo concubitu procedit, est nomen congruum. Permittit Deus fratrum et sororum connubium liberis Adami. Nam cum ex uno divisi essent sanguine, eos arctius charitatis vinculo inter sese devincire, et unire voluit. Verum cum humanum genus jam esset auctum et incredi- C bilia sumpsisset incrementa, hujuscemodi connubia interdixit, volens eos qui quoad genus inter sese distarent, iterum per connubia ad unitatem et concordiam retrahere. At quomodo inquit: « Extruebat urbem? » Quo pacto ab uno conditur urbs? præsertim cum necdum fuerint faber, malleus æneus, et ferrum. Præterea quæ civitas tam paucis constare potest hominibus? Suffecisset his vel antrum vel tugurium exile, nedum urbs. Fortassis hoc nomine dignatus est familiam, quæ in una degebat domo. Nam homo, si per se consideretur, est ceu parva civitas, dum ad similitudinem civitatis suum gubernat animum. Vel ista domus cito instructa et instituta erat, ut domus magna vel civitas: unde etiam mente concepere quamdam D formam modosque aliquos ponendi urbem. Prima autem urbis semina inde sparsa sunt, quod cernebat filium ex se genitum, et subolescentem sobolem quæ magna copia augebatur. Aut nimirum Moses primo loco commemorat, quæ longo intervallo temporis insecuta sunt. Sancti ubique testantur, se non habere hic civitatem manentem, verum vitam suam nominant peregrinationem: at impii peccatores semper terrena cogitantes, terrenisque involuti cupiditatibus, urbes statuunt, de quibus canit David: « Vocantes nominibus suis terras eorum [78]. »

Διαφέρει δὲ πρὸς ἀναγωγὴν ποιμὴν κτηνοτρόφου· Ἄβελ ὁ δίκαιος ποιμὴν ὑπῆρχε, λόγῳ ποιμαίνων τὰ πάθη, καὶ ὡς θρεμμάτων ἡγούμενος θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας· ὁ δὲ κτηνοτρόφος ἄγεται κεκρατημένος, ἡδονικός τις ὢν καὶ μὴ κρατῶν τῶν αἰσθήσεων· οἰκεῖ

Si autem quis adjungat animum ad sensum anagogicum, differre sentiet pastorem et possessorem. Abelus erat justitia insigni præditus, et præclarus pastor, qui oratione pascebat affectus, imperitans, ceu jumentis et pecoribus, iræ et pravæ cupiditati.

[78] Psal. XLVIII, 12.

Sed possessor vincitur a voluptate et in diversum rapitur, nec affectus, ut addecet, ratione frenat. Moratur in tabernaculis, nec tamen imitatur illos in vita, qui subinde virtutis incrementa sumentes, tandem in domum ingrediuntur. Hi, inquam, exclamant: « Quam dilecta sunt tabernacula tua, Domine exercituum. Concupiscentia flagrat atque desiderat anima mea intrare in atria Domini [79]. » Proficiens autem, a tabernaculis contendit in domum. Proinde iterum canit: « Transibo in loco mirifici tabernaculi usque ad domum Dei [80]. » Alter frater is est, qui reperit primus musicam et citharam. Nec immerito. Habent enim quamdam vicinitatem et cognationem ad detinendos homines in voluptate. Musica etenim sua jucunda varietate, decipit auditum. Alter porro frater parat ex ære et ferro arma bellica.

A δὲ σκηνάς· οὐχ ἐκείνους μιμούμενος τοὺς διὰ προκοπῆς σκηνοῦντας, ἵνα ἀπὸ τούτου καὶ εἰς τὸν οἶκον εἰσέλθωσιν. Οἳ καὶ λέγουσιν· « Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. » Ἀπὸ γὰρ σκηνῶν ὁ προκόπτων, αὐλῶν ἐπιθυμεῖ, ψάλλων· « Διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. » Ὁ δὲ ἕτερος ἀδελφὸς ὁ Ἰουβὰλ ἐστιν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν· εἰκότως· γειτνίασιν γὰρ ἔχει πρὸς τὴν τῶν ἡδέων ἀπόλαυσιν καὶ ἡ διὰ μουσικῆς ἀπάτην ἐργαζομένη ταῖς ἀκοαῖς· ὁ δὲ ἕτερος ὁ Θοβὲλ τεχνιτεύει σκεύη πολεμικὰ διὰ χαλκοῦ καὶ σιδήρου.

VERS. 23, 24. Lamech autem hæc dixit: *Audite vocem meam, uxores Lamech, auscultate eloquium meum: Si virum occidi in vulnus meum, et puerum in livorem meum. Si septuplum vindicabitur Cain, veris Lamech septuagies et septies.* Puto in Scriptura sacra solummodo dici: *Attendite.* Inter *attendere* et *audire* differentia est. *Attendere* enim est, audire aliquid ex propinquo. At *audire* est, utcunque auribus percipere aliquid, sive id fiat ex propinquo sive remoto loco. Alii arbitrantur indifferenter utraque in Scriptura sacra poni. Verum qui vult exactam tenere utriusque significationem, sic ea accipiat. *Audire* pertinet ad vocem, utcunque illa sit. *Attendere* respicit vocem articulatam seu orationem, qua informamur. Proinde illo verbo hic usus est Lamechus, inquiens: *Attendite.* In hebræo legitur, aiunt, *septuagies septem.* Verumtamen *septuaginta septem* eisdem scribuntur notis. Syrus habet *septuaginta.*

B Ὁ Λάμεχ ταῦτά φησι· *Ἀκούσατέ μου τῆς φωνῆς, γυναῖκες Λάμεχ, ἐνωτίσασθέ μου τοὺς λόγους· ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπά μοι· ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐκ Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Τὸ *ἐνωτίζεσθε* παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ παιδεύσει νομίζω φέρεσθαι· διαφέρει δὲ τοῦ *ἀκοῦσαι*, ὅτι τὸ μὲν *ἐνωτίζεσθαι*, τὴν ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἀκοὴν σημαίνει· τὸ δὲ *ἀκοῦσαι* τὸ ὁπωσοῦν ἀκοῦσαι, καὶ εἰ μὴ ἐγγὺς ὁ λόγος ἐστί· καὶ ὁ μέν τίς φησιν ἐκ παραλλήλου κεῖσθαι ταῦτα· ὁ δὲ καὶ ἐπὶ τούτων ἀκρίβειαν ζητῶν, λέγοι ἂν ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς φωνῆς τὸ *ἀκούσατε*, ἐπὶ δὲ τῶν λόγων τὸ ἀκριβέστερον, ὅπερ ἐστὶ τὸ *ἐνωτίζεσθε*, ἔταξεν· ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ, φασὶ, τὸ *ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ* καὶ τὸ *ἑβδομήκοντα ἑπτὰ*
C τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν ὁμοίως γράφεται· ὁ δὲ Σύρος *ἑβδομήκοντα* ἔχει.

Ex oratione Lamechi certo conjicitur, ab eo duos cæsos esse viros. Potest enim vir dici et is, qui mediæ ætatis statum obtinet, et postea in senem evadit. Sed adolescentulus est minor utroque. Lamechus Caini filius septuagesimus cum foret ab Adamo, decies aut sæpius multisque modis de se sumendas pœnas **90** loquitur. Quia cum certa nota signaverit Deus Cainum, ipse nimirum contempta nota, inquit: « Virum necavi, » aut Cainum sive alium intelligens. Et quidem Cainus punitus est propter occisum Abelum septies, sive septuagies, aut septima generationis successione. Has vero pœnas dedit, sive ob suum peccatum, sive ob Spiritus dona, quæ in Abelo læsit. Cæterum Lamechus pœnas expertus est graves, quemadmodum hic numerus edocet, scilicet septuagies septies, vel successione generationis septuagesima septima. Pœnas majores expendit Lamechus ideo, quia Cainus nihil antea de cæde audierat; sed Lamechus cordis crudelitatem e signo cognoverat, eumque trucidare non horruit, cui cæteri ob signum, quod in ipso animadvertebant, parcere haud dubitabant. Unde septem vindicatas personas patrum solvit, id

Φαίνεται δὲ ὁ Λάμεχ ἀφ' ὧν λέγει δύο ἀποκτείνας ἄνδρας· δύναται δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ μέσης εἶναι ἡλικίας, καὶ λοιπὸν γέρων· ὁ δὲ νεανίσκος νεώτερος· ὁ δὲ Λάμεχ ἕβδομος ὢν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, υἱὸς δὲ Κάϊν, δεκαπλασιάζων ἢ πολυπλασιάζων τὴν ἐκδίκησιν καθ' ἑαυτοῦ, ταῦτα προλέγει· ὅτι Θεοῦ σημεῖον ὑπεριδὼν, φησὶν, « Ἄνδρ' ἀπέκτεινα, » ἢ τὸν Κάϊν ἀποκτείνας ἢ ἕτερον· καὶ ἐκ μὲν τοῦ Κάϊν ἑπτάκις ἢ ἑπταπλασιάκις, ἢ ἑβδομαίᾳ διαδοχῇ ἀπὸ Ἀδὰμ ἐκδεδίκηται ὁ Ἄβελ, ἢ τὸ ἁμάρτημα, ἢ τοῦ Πνεύ-
D ματος τὰ χαρίσματα· ἐκ δὲ τοῦ Λάμεχ ἢ κατὰ ἀριθμὸν ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ἢ ἑβδομηκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ διαδοχῇ· ὡς τοῦ μὲν Κάϊν μὴ προακούσαντος τὸ μὴ ἀνελεῖν, τοῦ δὲ Λάμεχ τοῦτο ἐγνωκότος ἀπὸ τοῦ σημείου, καὶ ἀνελόντος ὃν οἱ ἄλλοι διὰ τὸ σημεῖον ἀνελεῖν ἀπετρέποντο· ὅθεν τὰ ζʹ ἐκδικούμενα πρόσωπα τῶν πατέρων παρέλυσεν, ἀντὶ τοῦ, διέλυσε τῆς ἀγανακτήσεως, ἐκλύσας ἑβδόμῃ γενεᾷ τῶν προγόνων τοὺς ἐπὶ τῷ Κάϊν θυμούς· ὅθεν ἑπτὰ ἐκδικούμενα τῷ Θεῷ παραλῦσαι λέγεται, ἢ πρόσωπα ἢ πνεύματα· ᾧ συμφωνεῖ Θεοδοτίων ἑρμηνεύσας, *Δι' ἑβδομάδος ἐξεδίκησε*· ἢ *Ἑβδομαῖος ὢν ὁ Λάμεχ τῷ Κάϊν ἀπέδωκε τὴν ἐκδίκησιν*, κατὰ Σύμμαχον· τὸ

[79] Psal. LXXXIII, 2, 3. [80] Psal. XLI, 5. [81] Ezech. XVI, 38, 39. [82] Matth. XXV, 33.

μὲν γὰρ εἴρηται πρὸς τὸ δοῦναι δίκην τὸν Κάϊν ὑπὲρ τοῦ Ἄβελ, τὸ δὲ πρὸς τὸ λαβεῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὡς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἠδικημένης διὰ τοῦ ἁμαρτήματος, νοουμένης προσφέρεσθαι τῆς ἐκδικήσεως εἰς αὐτόν τινα ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς εἰς ἄλλον ὑπὲρ ἄλλου.

est, liberavit ab indignatione, solvens septima generatione majorum in Cainum iras. Hinc dicitur septem quæ injuria erant affecta, expiasse Deo. Sed nihil moror sive dona Spiritus sancti, sive septem patrum personas, illa septem accipias. Illi sententiæ astipulatur Theodotion, sic præsentem locum transferens : *Per septenarium ulciscetur*. Symmachus sic vertit : *Septimus pœnas dabit*. Proinde Lamechus forte septimus fuit, qui pœnas Caino inflixit. Sic enim res traditur, ut intelligamus Cainum pœnas persolvisse propter peremptum fratrem. Alterum vero additur, ut sciamus eum pœnis afflictum propter suam animam, quam homicidii peccato violavit. Anima enim ipsa voluit quoque ulcisci eum, a quo offensa fuerat.

Τοιαύτην δηλοῖ τὴν ἐκδίκησιν ὡς ἐκ Θεοῦ λέγων Ἰεζεκιήλ· « Καὶ ἐκδικήσω σε ἐκδικήσει μοιχαλίδων καὶ ἐκχεουσῶν αἷμα· καὶ θήσω σε ἐν αἵματι θυμοῦ καὶ ζήλου· καὶ παραδώσω σε εἰς χεῖρας αὐτῶν· κατασκάψουσι τὸ πορνεῖόν σου. » Οὕτω καὶ Ἀκύλας· *Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπταπλασίως ἐκδικηθήσεται*, ὡς ἀδικήσας ἑαυτὸν δηλαδή· ἐκ δὲ τοῦ Λάμεχ ἑβδομηκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ διαδοχῇ ἐκδικεῖται· τοσοῦτοι γὰρ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ Θεὸν, κατὰ τὸν Λουκᾶν, ἀναγράφονται, ἐν ᾗ γενεᾷ ἔκ τε τοῦ Κάϊν καὶ ἐκ τοῦ Λάμεχ ἐκδικεῖται, τουτέστι δίκη δίδοται· ἀποκτείνας γὰρ τὸν Χριστὸν ὁ λαὸς, δίκην ὑπέσχε· « Πᾶν γὰρ αἷμα, φησὶν, ἐκχυνόμενον ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως Ζαχαρίου, ἐκδικηθήσεται. » Τὸ δὲ, *Ἑπταπλασίως*, ἐπειδὴ τινὲς μὲν ἁπλῆν ὑπομένουσι τὴν ἐκδίκησιν, πρὸς ὃ τό. « Οὐ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· » ἕτεροι δὲ διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα, ὡς Ἱερουσαλὴμ ἐν Ἡσαΐᾳ· τινὲς δὲ ἑπταπλᾶ· « Ἀπόδος γὰρ τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλάσια. » Καὶ ἑπτὰ πληγαὶ λέγονται ἐν Λευϊτικῷ· ὁ δὲ πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ διαταξάμενος, οἶδε συμμετρῆσαι ταῖς ἁμαρτίαις τὴν δίκην. Οὕτως οὖν ἐξ ἑκατέρων τῶν ἀνδρῶν ἐκδεδίκηται, ἢ κατὰ τὸν ἀριθμὸν, διὰ ποιότητα ποινῆς· ἀφετικὸς δὲ ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς ὡς εἴρηται πρότερον, ἀναπαύων μὲν ἐν ἡμερῶν ἑβδομάδι, ἐν ἑβδόμῳ δὲ μηνὶ τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ χαριζόμενος· ἐν ἑβδόμῳ δὲ ἐνιαυτῷ, γῆς ἄνεσιν ποιῶν, καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς, καὶ δούλων ἐλευθερίαν· ὁ δὲ ἐν ἑπτάκις ἑπτὰ ἔτεσιν μονάδος προστιθεμένης, τὸν ἰωβηλαῖον, καὶ ὅσα φησὶ Μωϋσῆς ἐχαρίζετο· ὁ δὲ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ἁμαρτημάτων ἀφετικός· πυνθανομένῳ γὰρ τῷ Πέτρῳ, « Ποσάκις ἁμάρτῃ ὁ ἀδελφός μου εἰς ἐμὲ καὶ ἀφήσω, » καὶ τὸ σύμβολον τῶν ἑπτὰ ἐκδικουμένων παρὰ τοῦ Κάϊν προτείνοντι, ὁ Σωτὴρ προσλαβὼν τὰ τοῦ Λάμεχ, ἄφθονον ποιεῖται τὴν δωρεάν· « Εἰς ἐμὲ » εἶπε, δηλῶν ὅτι οὐκ εἰς τὸν Θεόν· ἔσται γὰρ ἁμαρτία πρὸς τὸν θάνατον, εἰ καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν· καὶ αἱ συντμηθεῖσαι δὲ ἑβδομήκοντα τῶν ἐτῶν ἑβδομάδες ἐπὶ τὸν λαὸν ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, τὸν ἀριθμὸν τῆς ἀφέσεως ἔχουσιν ἐν πεντακοσιοστῷ που ἐνιαυτῷ· οὕτω καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία ἐν ἑβδομηκοστῇ διαδοχῇ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γίνεται πᾶσι χαριζομένη τὴν ἄφεσιν· οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἡ ἑβδομὰς τετίμηται, ἀλλ' ἴσως καὶ ἐν ἑκατοντάσι καὶ ἐν χιλιάσι· « Κατέλιπον γὰρ, φησὶν,

Hujuscemodi ultionem Ezechiel commonstrat propheta, dicens : « Judicabo quoque te judiciis adulterorum et effundentium sanguinem, daboque te sicut sanguinem furoris et zeli. Et tradam te in manum eorum, ut evertant locum prostitutionis tuæ, et destruant excelsa tua [81]. » Sic et Aquilas transtulit. *Omnis, qui interfecerit Cainum, septies vindicabitur*, quasi seipsum profanaverit sibique injuriam intulerit, nebulonem illum e medio tollendo. Lamechus ultionem experitur septuagesima septima generatione. Tot namque generationes in genealogia Jesu Christi usque ad Adamum et Deum a Luca annotantur. Et in hac generatione pœnas dedere Cainus et Lamechus. Siquidem populus Judaicus occidens Christum, pœnas effugere nequivit. « Omnis enim, inquit, sanguis effusus ab Abele justo usque ad Zachariam, vindicabitur [82]. » Quod addit : *Septies*, etc. ideo fit. Quia semel tantummodo quidam pœnis feriuntur, juxta illud Scripturæ eloquium : « Non bis punies in idem. » Quidam bis pœnas sustinent, quemadmodum Isaias de Jerusalem vaticinatur. Quidam septies pœnas sentiunt, sicuti habet Scriptura sacra : « Redde vicinis nostris septemplicia [83]. » Similiter septem plagæ recitantur in Levitico. Cæterum is, qui omnia in pondere et mensura ordinavit, novit haud dubie peccatis commensurare pœnas. Ut igitur ex prædictis apparet, uterque pœnis excruciatus est, sive id factum sit secundum successionis genituræ numerum, sive secundum multitudinem et qualitatem pœnarum. At septenarius, sicuti supra dedimus, libertatis symbolum est. Dierum septenarius quietem nobis elargitur. Septimus annus telluri otium facit, tabularum abolitionem inducit, et ad libertatem vocat servos. Septenarius per septem multiplicatus addita unitate procreat jubileum, qui nobis gratificatur, quæ recenset Moses, bona. Verum numerus, qui continet septuagies septem, peccati remissionem indicat. Nam sciscitanti Petro : « Quoties peccabit frater meus in me, et ei ignoscam [84] ? » Adjicit quoque numerum illorum septem, ob quæ Cainus punitus est. At Salvator non contentus adduxisse numerum ultionis Caini, sed et Lamechi ultionis numerum commemorat : qua commemoratione plenissimam peccatorum veniam patefacit omnibus. Sed addidit ; « Peccanti

[83] Psal. LXXVIII, 12. [84] Matth. XVIII, 21.

in me. » Aliud enim est delinquere in Deum. Est enim, ut Scriptura docet [85], peccatum ad mortem, et non ad mortem, licet utrumque uno peccati gaudeat nomine. Præterea **91** septuaginta annorum septimanæ abbreviatæ super populum usque ad ducem Christum, numerum liberationis symbolum amplectuntur. Nam ex his colligitur quingentesimo anno adventurum Christum, ut accidit. Sic Christi adventus occurrit in septuagesima a Deo generationis successione omnibus peccatorum remissionem donans. Nec tamen solus septenarius in Scriptura laudatur : millenarium et centenarium honorari quoque legimus. Inquit enim : « Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu Baal [86].

A ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἳ οὐκ ἔκλιναν γόνυ τῇ Βαάλ. »

Et ut ad textum redeamus, sunt qui aiunt aliud esse virum, et aliud adolescentulum; et a Caino usque ad diluvium septem fluxisse generationes. Proinde continuo inducta est pœna in orbem. Peccatum namque longe lateque diffusum erat. Sed Lamechi peccatum non indiget diluvio, quo curetur. Eo opus est medico, qui tollit peccatum mundi. At Lamechus, cum videret quanta pateretur Cainus ob indignam fratris cædem, seipsum quoque condemnavit concitatus conscientiæ stimulo. Vide quantum profuerit posteris exemplum Caini. Sunt, qui docent Lamechum duplici cæde fuisse infectum. Aliud enim est vir, et aliud adolescentulus : aliud quoque est vulnus, et aliud livor vel vibex. Seipsum præterea prodit Lamechus. At qui crimen agnoscit, jam hostis est naturæ et ultione dignus judicatur. Eorum, quos occiderat, uxores duxit. His suum crimen confitetur, cum viris confiteri non auderet. Omnis luxuria et libidinosa licentia eo tempore supra modum dominabatur. Crebræ virorum ob uxores edebantur cædes. Mulieres gaudebant mutare alium ex alio : nec earum cupiditas amore conjugali, sed multitudine maritorum terminabatur, siquidem libidine omnes supra modum flagrabant. Hac impulsæ et exagitatæ ut nec a Dei filiis abstinerent. Hi Dei filii erant filii Seth, quos ad concubitum pellicere non cessabant. Quod autem filii Seth erant filii Dei, satis ex Evangelio probatur, ubi in hunc modum legimus : « Qui fuit filius Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei [87]. » Hoc de grege duos occidit Lamechus, quibus nuptæ fuerant duæ illæ mulieres Ada et Sella. Enoch autem justus narratur raptus a Deo, ne et ipse a Lamecho vita privaretur. Enoch credidit se nunquam moriturum. Hoc immortalitatis donum dedit fides naturæ. Enoch mortalis exsistens coarguit Adamum moriens, morientem non esse mortalem. Præceptum enim Domini diligenter conservavit. Quapropter ipse ingressus est in paradisum : Adamus inde fertur expulsus. Cæterum nec Elias nec Enoch domuerunt mortem. Mortem vincere et penitus e medio tollere, Christi opus est. Attamen Christus naturam humanam restaurans, illis qui natura erant mortales, immortalitatis munus elargitus est, quod nobis omnibus præstat. Nec non per illos resurrectionem adumbravit, ut illo exemplo confirmati pii homines, non tristitia afficerentur ob mortem. Exemplo Enoch instruxit nos, ut noverimus, quo pacto in extremo die pii ab impiis sint segregandi. Exemplum Eliæ docet, quo pacto corpora in aera sint subvehenda.

Ἄλλοι δέ φασιν, ὡς ἄλλο ἀνὴρ, καὶ ἄλλο νεανίσκος, καὶ ὅτι ἐπήχθη πάσῃ τῇ γῇ τιμωρία, διὰ τὸ πολλὴν γενέσθαι χύσιν τῆς ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦ Λάμεχ οὐ κατακλυσμοῦ δεῖται πρὸς θεραπείαν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ἀφ' ὧν δὲ εἶδε τὸν Κάϊν ὁ Λάμεχ παθόντα, ἑαυτοῦ B καταψηφίζεται τῷ συνειδότι νυττόμενος· τοσοῦτον τοὺς ἑξῆς ὠφέλησεν ἡ τιμωρία τοῦ Κάϊν. Τινὲς δέ φασιν ὡς δύο φόνους ἐτόλμησεν· ἄλλο γὰρ ἀνὴρ καὶ ἄλλο νεανίας, καὶ ἄλλο τραῦμα καὶ ἄλλο μώλωψ· καὶ ἑαυτὸν στηλιτεύει· ὁ γὰρ ὑποβαλὼν αὐτῷ τὴν πρᾶξιν ἐχθρός ἐστι καὶ ἐκδικητής. Καὶ τῶν ἀναιρεθέντων φασὶν ἔλαβε τὰς γυναῖκας, πρὸς ἃς ὁμολογεῖ, ἄνδρας μὴ ἐξομολογούμενος· πάντων γὰρ ὁμοίως ἀσέλγεια κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ κατεκράτησε, καὶ συνεχεῖς ἀνδροφονίαι διὰ τὰς γυναῖκας ἐγίνοντο, καὶ αὐτὰς τοὺς ἄνδρας ἀμειβούσας οὐκ ἀηδῶς· οὐ γὰρ εἶχον ἐν τῇ εὐνοίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ πολυανδρίᾳ τὸ καύχημα· προέκοπτε γὰρ ἐν αὐταῖς τὸ πάθος εἰς ἀκρασίαν· ὥστε καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ ἑλεῖν αὐτὰς πρὸς τὴν μῖξιν τοὺς ἐκ τοῦ γένους τοῦ Σήθ. C « Υἱὸς Ἀδάμ· υἱὸς Θεοῦ· » δύο τούτων ὁ Λάμεχ ἀπέκτεινεν, ὧν ἦσαν γυναῖκες Ἀδδὰ καὶ Σελλά· ἡρπάγη καὶ ὁ δίκαιος Ἐνὼχ, ὡς ἂν μὴ ἀναιρεθῇ διὰ Λάμεχ· ἐπίστευσε τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ παρέσχεν ἡ πίστις τῇ φύσει τὴν χάριν· ὃς καὶ ἤλεγξε τὸν Ἀδὰμ, θνητὸς ὢν, καὶ μὴ ἀποθανὼν, τὸν ἀποθανόντα μὴ ὄντα θνητὸν, ἐπειδὴ τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφύλαξεν· ὁ μὲν γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον, ὁ δὲ ἐκβέβληται· ἀλλ' οὔτε Ἐνὼχ, οὔτε Ἠλίας τὸν θάνατον κατήργησαν· ὥσπερ ὁ Χριστὸς τὴν φύσιν αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ διορθούμενος, κἀκείνοις φύσει θνητοῖς οὖσι τὴν ἀθανασίαν μετὰ πάντων δωρούμενος· εἰ καὶ δι' αὐτῶν τύπον τῆς μελλούσης ἀθανασίας παρέσχετο· ὡς ἂν μὴ εἰς τὴν ἀθυμίαν ἐμβάλῃ τῶν δικαίων χορόν· ἔδειξε γὰρ διὰ μὲν τοῦ Ἐνὼχ πῶς D ἐπὶ τοῦ μέλλοντος οἱ δίκαιοι τῶν ἁμαρτωλῶν χωρίζονται· ἐν δὲ τῷ Ἠλίᾳ, πῶς τὰ σώματα ἐν ἀέρι κουφίζονται.

Lamechus didicit ex eo, quod Enoch translatus est, quales illi fuerint, qui ipsius crudeli ceciderant dextra. Quapropter non cessat se incusare et cul-

Συνῆκεν οὖν ἐκ τῆς τοῦ δικαίου μεταθέσεως Λάμεχ, οἳ ἦσαν οὓς ἀνεῖλεν. Ὅθεν ἑαυτοῦ τοσοῦτον κατηγορεῖ· διὸ κἀκεῖνον οἱ ἀσεβεῖς ἔσπευδον ἀνελεῖν,

[85] I Joan. v, 16, 17. [86] III Reg. xix, 18; Rom. xi, 4. [87] Luc. iii, 38.

τῆς ἀρετῆς θέαν μὴ φέροντες. Ὅθεν ὁ Νῶε μόνος εὕρηται δίκαιος· δύο διὰ τοῦτο τέχνας ἐξεῦρον, κιθάραν εἰς κώμους, καὶ χαλκείαν εἰς πόλεμον· αἱ δὲ γυναῖκες εἰς ἔλεγχον τῆς φθορᾶς, γίγαντας ἐγέννων καὶ τέρατα, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐμήνυον συμφοράν· ἕπεται τοῖς τέρασιν ὄλεθρον καὶ δεινόν τι σημαίνειν, ἀναγγέλλει δὲ τὴν ἐκδίκησιν ταῖς γυναιξὶν, ὡς ἀπογόνοις τοῦ Σὴθ, καὶ πενθούσαις τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπώλειαν· ἐπὶ τοῦ Λάμεχ οὖν τέλος ἔσχε τὰ ἑπτὰ ἐκδικούμενα, ἅ ἐστιν ἀπόφασις ἐπὶ ἑπτὰ γενεαῖς· ἡ παράλυσις αὐτῶν συντέλεια καὶ ἡ συμπλήρωσις· διὸ καὶ Μωϋσῆς φησιν, « Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας γονέων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με. » Ἰδοὺ τὰ ζʹ ἐκδικούμενα· τρίτη γὰρ καὶ τετάρτη ἑβδόμη γίνεται· πῶς δὲ στήσεται τὸ χρέος τῶν ἑβδομηκοντάκις ἑπτά; Συνεχύθη τὸ γένος τοῦ Λάμεχ μετὰ τοῦ γένους τοῦ Ἐνώχ· καὶ οἱ ἀπόγονοι τοῦ Σὴθ· καὶ μόνος εὕρηται Νῶε δίκαιος· καὶ οὐδὲ εἶπε σὺν τῇ γυναικὶ ὡς ἐπὶ τοῦ Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥας, ἀλλὰ παρεσιώπησεν, ὡς ἂν γνῶμεν ὅτι ἦν ἐν αὐτῇ διάνοιά τις παράνομος· καὶ γὰρ τὸν ἐξ αὐτῆς Χὰμ καὶ Χαναὰν ἀπηράσατο· ἀρίθμησον οὖν τὰ γένη καὶ εὑρήσεις ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τὸ γένος Χαναὰν ἀπολλύμενον. Εἶπε δὲ Λάμεχ τὸ μέλλον οὐ διὰ θείας χάριτος, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν τοῦ κρείττονος ὡς ἐπὶ τοῦ Βαλαάμ. Ἴσως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Κάϊν τῆς κατ' αὐτοῦ στοχάζεται δίκης.

pare. Præterea impii homines illius sæculi, maturassent cædem justi Enoch. Qui viri virtutem ferre non poterant. Noe solus in illo deplorato sæculo invenitur justus. Duæ illæ artes, quas adinvenerunt nepotes Caini, plurimum conducebant exulcerato sæculo. Musica inserviebat conviviis et comessationibus. Ars æraria juvabat bellum. Imo et mulieres, ut ostenderent corruptissimos hominum mores, pepererunt gigantes : enixæ quoque sunt prodigiosos partus, qui semper exitium et pericula portendunt. Lamechus autem denuntiat ultionem futuram, ob commissam cædem, suis uxoribus, quæ erant neptes Seth, et lugebant necatos maritos. In Lamecho finem sortita sunt illa quæ septies tradebantur vindicanda **92** usque ad septimam generationem. Dissoluta sunt, consummata sunt, adimpleta sunt. Huc alludit Moses, inquiens : « Visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam et quartam generationem eorum, qui oderunt me [88]. » Ecce et hoc loco habes septies vindicata. Tertia enim et quarta, efficiunt septenarium. Sed quomodo inveniemus septuaginta septem pœnas esse exactas de Lamecho? Non facile reperiemus. Nam genus Lamechi confusum est post genus Enoch et nepotes Seth. Solus inventus est justus Noe. Nec inquit : Una cum uxore, sicuti Scriptura perhibet de Zacharia et Elisabeth, de Abrahamo et Sara. Id obticuit, ut cognoscamus in ipsa fuisse cogitationem et mentem malam. Siquidem ex ipsa prognatos Cham et Chanaan maledictione oppressit. Numera itaque generationes, et videbis sub Jesu Nave genus Chanaan interiisse. « Dixit vero, » etc. Non divinitus inspiratus divina gratia, sed secundum ordinationem potentioris sicuti usu venit et Balaamo. Nimirum animus præsagiebat ei condemnationem, cum conspiceret Cainum nequivisse hanc evitare.

Οὗτος Ἐνὼς ὁ τοῦ Σὴθ ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, φησὶν, οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ', *Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ*· τουτέστιν, υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι καὶ θεός. Οἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ Σὴθ δίκαιοι γεγόνασιν, ὅθεν ἡ Γραφὴ ἑαυτῇ ἀκολουθοῦσα, μετὰ ταῦτά φησιν· « Καὶ εἶδον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, » τουτέστιν οἱ δίκαιοι. Οὐ γὰρ ἦν ἐπιμιξία τῶν υἱῶν Σὴθ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Κάϊν.

VERS. 26. *Hic speravit invocari nomine Dei*, etc. Aiunt apud Hebræos aliam esse lectionem, qui sic habet : *Sed hic speravit appellari nomine Domini Dei*, id est, dici filius Dei, vel divinus. Omnes siquidem, qui ex Seth generis originem ducebant, fuerunt justi. Proinde Scriptura in sequentibus sic loquitur : « Et viderunt filii Dei filias hominum, » id est, justi. Non enim contrahebatur matrimonium inter Seth et Caini liberos.

ΚΕΦΑΛ. Εʹ.

Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. Τὴν διήγησιν οὕτω καλεῖ τὴν περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ ἕως τῶν παρόντων· τὴν δὲ προλαβοῦσαν βίβλον οὐρανοῦ καὶ γῆς, τοῖς πρὸ τοῦ ἀνθρώπου γεγονόσιν ἀπένειμε. Γένεσιν δὲ τὸν λόγον τὸν διαγράψαντα τὴν ποίησιν αὐτοῦ φησιν.

Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ, ἔτη σλʹ, καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· εἰκότως κατ' ἀρχὰς πολυχρόνιοι ἐτύγχανον οἱ ἄνθρωποι, ἵνα μὴ ἐπιλείψῃ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καταγόμενον, ὡς ἂν πλείονι χρόνῳ πλείονας τίκτοιεν· ἐν δὲ τῷ τῆς διαδοχῆς λόγῳ τῶν πρωτοτόκων γίνεται μνήμη· καὶ μὴν ὁ Σὴθ τρίτος ἐστίν. Ἀλλ' οὔτε ἀπὸ Κάϊν ἔπρεπε φαύλου ὄντος, οὔτε ἀπὸ Ἄβελ

CAPUT V.

VERS. 1. *Hic est liber generationum Adam.* Historiam Adam et successorum ejus usque ad præsentia tempora hoc nomine signat. Præcedentem enim narrationem de creatione cœli et terræ historiæ hominis præponere visum est. Genesim vero vocat narrationem, qua creatio ipsius describitur.

VERS. 3. *Et vixit Adam triginta et centum annis, genuitque in similitudine sua juxta imaginem suam.* Necessario vitæ terminus prorogabatur priscis mortalibus, ne deficeret humanum genus ab uno tanquam principio deductum : sed subinde longius latiusque serperet fertili prole. In genealogiæ catalogo primogenitorum mentio fit. Si vero nascendi ordinem intuearis, tertius erit Seth. Sed parum

[88] Deut. xx, 5.

decebat genealogiam auspicari vel ab Caino, qui A admodum depravatus erat, vel ab Abelo, qui nullis liberis superstitibus ad astra volaverat. Generis catalogus contexitur initio sumpto ab Seth, qui quodammodo primogenitus habebatur. Quod ait : « In similitudine sua juxta imaginem suam, » etc., credo simplicius positum, ut ambo illa nomina exprimant rem unam. Verum post occisum Abelum simillimus secundum imaginem et similitudinem Dei scilicet obtingit Adamo filius nomine Seth. Nam Christo, cum pro nobis in cruce esset defunctus, nos sumus nati filii, reformati per Spiritum in Christum, dum in hunc firmiter credimus. Cæterum ut referremur in numerum filiorum Dei, mors Christi præstitit. « Nisi granum frumenti ceciderit, et mortuum fuerit [89], » etc.

ἀτέκνου ἀπελθόντος, γενέσθαι τὴν μνήμην τῆς διαδοχῆς· διόπερ εἰκότως ἀπὸ τοῦ Σὴθ, τρόπον τινὰ πρωτοτόκου ὑπάρχοντος. Τὸ δὲ, « Κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα » δόξει ἁπλούστερον λαμβανόμενον ταυτὸν εἶναι, μετὰ δὲ τὸν Ἄβελ θάνατον ἐμφερέστατος τῷ κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῷ Ἀδὰμ τίκτεται πάλιν υἱὸς Σὴθ· Χριστοῦ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος ἐγεννήθημεν οἱ πιστεύοντες ἀναμορφούμενοι διὰ Πνεύματος εἰς Χριστόν· τούτου δὲ πρόφασις ὁ Χριστοῦ γέγονε θάνατος. « Ἐὰν γὰρ μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Notandum est Hebræum semper circa centenarium numerum versari in componenda genealogia, B exempli gratia : « Adam natus annos 230 genuit Seth, qui primogenitus censetur ; » sed Hebræus sic scribit : *Adam natus annos 130 genuit Seth.*

Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Ἑβραῖος παρὰ ἑκατὸν ἔτη γενεαλογεῖ· οἷον Ἀδὰμ γέγραπται σλ' ἐτῶν γεννῶν τὸν Σὴθ· ὁ δὲ Ἑβραῖος ρλ' φησίν.

Εἰ δὲ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ μὴ ἤσθιον κρέα, πῶς Ἄβελ ποιμὴν προβάτων ἦν; ἢ θυσίαν ἐποίει Θεῷ ἀφ' ὧν ἐβδελύσσετο; πῶς δὲ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα ἐλέγετο, ἐπειδὴ ἐν ἀρχῇ ἀπὸ πάντων δύο δύο κελεύει ὁ Θεὸς εἰσαγαγεῖν μετ' αὐτῶν, μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν καθαρῶν ἑπτὰ ἑπτά; Εἶτα ὅτε εἰσῆγεν ὁ Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν πάντα, οὐκ ἐπισημαίνεται ἡ Γραφὴ ὅτι ἑπτὰ, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Θεοῦ φωνὴν ὅτι δύο δύο· οἱ δὲ μὴ βουλόμενοι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ κρεωφαγίαν εἶναι διὰ τὸ μέλλον αὐτῷ λέγεσθαι, « Πάντα φάγεσθε ὡς λάχανα χόρτου, » ἐν τοῖς καθαροῖς ἐπερίσσευσεν ἔφασαν· ἐτόλμησε δὲ εἰπεῖν Βαρδασάνης ἕτερον μὲν τὸν, δύο δύο, λέγοντα, ἕτερον δὲ τὸν, ἑπτὰ ἑπτά. Ἐπειδὴ ἡ Ἑβραῒς ἑτέροις καὶ ἑτέροις ὀνόμασι καλεῖ τὸν Θεὸν, δύο θέλει ἀπὸ τούτων ποιεῖν· καθαρὰ δὲ καὶ ἀκάθαρτα λέγεται οὐ τῷ Δημιουργῷ τοιαῦτα τυγχάνοντα· καὶ γὰρ ἄνω φησὶν, ὅτε τὰ ζῶα παρήγαγεν ὁ Θεὸς, « Καὶ ἰδοὺ πάντα καλὰ λίαν. » Ἀλλὰ παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς τότε οὕτως ἐκρίνετο· καὶ γὰρ καὶ Θεὸς ὀνομάζει τῶν ἐθνῶν τοὺς δαίμονας, οὐκ ἐπειδή εἰσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτω προσηγορεύοντο· σημειωτέον δὲ ὅτι περὶ τῶν ἀλόγων διαλεγόμενος, εἶπεν· « Εἰσῆλθε πρὸς Νῶε αὐτομάτως, » οὐκ εἰσήγαγε Νῶε· δῆλον οὖν ὡς πρόσταγμα Θεοῦ ταῦτα πρὸς τὸν Νῶε συνήγαγεν· ὡς καὶ πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὅτε τὰ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπετίθει· τὸ γὰρ πάντα πανταχόθεν συναγαγεῖν, ὑπὲρ τὴν δύναμιν ὑπῆρχε τοῦ Νῶε, μὴ

B Vers. 7. *Et ingressus est Noe et filii ejus, uxor ejus cum eo, in arcam, et uxores filiorum ejus propter aquas diluvii.*

Homo simplex dicet quod Noe et filii ejus non erant super terram, ligno enim vehebantur; qui vero considerat quod ubi cujusque thesaurus ibi et cor, dicet de Noe quia justus erat thesaurum habens jam non in terra, sed in cœlo.

Si esus carnium non in usu fuit, quare traditur ovium pastor fuisse Abelus? et quare victimis ex ovili petitis placavit Deum, si ipse illis vesci aversabatur? Quare imperatur Noacho, ut bina et bina compellat in arcam de mundis et immundis, postea vero C septem et septem? Si mortales illius sæculi abstinebant carnium esu, qua ratione quædam munda, quædam immunda nuncupabantur? Cæterum, qui autumant ante diluvium esum carnium non fuisse in usu, propterea sequuntur eam opinionem, quod egressis arca dicit: « Edite, quasi herbam virentem dedi vobis, » etc., aiunt id eloquium supervacaneum fuisse respectu habito animalium mundorum. Ausus vero est pronuntiare Badarsanes, alium esse, qui dixerit: Bina et bina; et porro alium, qui: Septem et septem. Nam Hebræorum gens aliis atque aliis nominibus appellat Deum. Et proinde duos fuisse gestit concludere, qui illa protulerint. Verum munda et immunda vocantur animalia, non quod Deo talia esse videantur: nam supra inquit, D cum produceret in orbem animalia: « Et ecce omnia pulchra valde; » sed a nobis et ab his, qui illo sæculo vivebant, judicabantur. Siquidem deos nominat Scriptura dæmones gentium, quamvis non sint dii, sed sic nominentur. Observatione tamen dignum est, quod, cum sermo decurrit ad bruta animalia et ad feras, sic Scriptura loquitur: « Ul-

[a] Rom. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[z] C. N. Καί φαμεν, ὅτι τῷ δικαίῳ προσεθεωρεῖτο ἡ ἐπιστημονικὴ τοῦ νόμου διάταξις. [a] Ὅτῳ δίκαιος ἦν, οὐκ ἦν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

tro ad Noachum intrarunt in arcam; » nec inquit: Ab Noacho inducta sunt in arcam. Hinc liquet voluntatem Dei jussumque divinum animalia congregasse ad Noachum, sicuti etiam jussu Dei cucurrerunt ad Adamum, cum ipsis nomina imponeret. Impossibile fuisset Noacho undique conquirere animalia, præsertim cum non omnia in omnibus inveniantur regionibus. Præterea quibus viribus fretus in arcam deduxisset volucre genus? Non itaque ab re quasi quædam primitiæ et reliquiæ, ex quibus animalia tandem fruticarentur iterum, in arca conservatæ sunt, scilicet ne hæresis illa, quæ somniat duos mundi opifices, subnascatur. Nam licet omnia ad eum modum, quem dedimus, obtigerint: non tamen cessant quidam male feriati homines novos comminisci et varios deos.

A πανταχοῦ πάντων εὑρισκομένων· πῶς δὲ καὶ πάντα κατέσπασεν ἂν τὰ πτηνά; εἰκότως δὲ ζώπυρον ἑκάστου γένους ἐν κιβωτῷ καταλέλειπται, ὡς ἂν μὴ ἄλλης ἀρχῆς γενομένης ὡς περὶ δύο δημιουργῶν αἵρεσις εἰσαχθῇ, ὅπου γε καὶ τούτου γενομένου εὑρεσιλογοῦσιν οἱ αἱρετικοὶ διαφόρους εἰσαγαγόντες θεότητας.

Vers. 11. *In mense secundo.* Si secundus mensis continuo subsequitur festum Paschatis, colligitur diluvium evenisse tempore messis, quando calor est vehementissimus. Unde cognoscitur illam pluviam exstitisse contra naturæ ordinem, imprimis cum 27 die mensis luna in coitu esse dignoscatur in numero cubico, qui consurgit a tribus. Dum inquit fontes abyssi et cataractas cœli, aperte indicat universam visibilem creaturam aqueo humore circumdari. Proinde perperam sentiunt illi, qui cœlum fingunt sphæricum et mobile. Nam cœlum consistit immobile, et via est astrorum in ipso decurrentium. Nec credendum est astra et stellas cœlo esse fixas. Itaque in antiquam barbariem revoluta est terra, iterum facta informis et invisibilis. Illam rudem confusionem subministrarunt aquæ imæ et summæ iterum confluentes in antiquam colluviem. Cæterum nullo consequentiæ ordine scriptum videtur; bis inquit, inundationem quadraginta durasse diebus, deinde ait aquam super terram invaluisse 150 diebus: simul repetitus est numerus quadraginta dierum. Illa ambiguitas sic dissolvitur.

Τῷ δευτέρῳ μηνί. Εἰ δεύτερος μὴν ὁ ἑξῆς ἐστι τοῦ Πάσχα, ὅρα εἰ μὴ ἐγγὺς τοῦ θέρους ἔρχεται ὁ κατακλυσμός· οὐ κατὰ φύσιν ὄντος τοῦ ὑετοῦ, μάλιστα ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, περὶ σύνοδον οὔσης τῆς
B σελήνης ἐν ἀριθμῷ τῇ κιβωτῷ ἀπὸ τοῦ τρία. Λέγων δὲ, φασὶ, πηγὰς ἀβύσσου καὶ καταράκτας οὐρανοῦ, δηλοῖ ὅτι πᾶσαν τὴν κτίσιν ὕδωρ περιέχει, καὶ ὅτι κακῶς οἴονταί τινες σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν ἀεὶ κινουμένην [b]· ὁ γὰρ οὐρανὸς ἕστηκεν ὁδὸς, τῶν ἄστρων τρεχόντων, οὐ πεπηγότων ἐν αὐτῷ· ἐγένετο δὲ πάλιν ἡ γῆ ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος ἐπὶ τῆς προτέρας ἀμορφίας, τῶν ἄνωθεν ὑδάτων καὶ τῶν κάτωθεν αὖθις συνδραμόντων εἰς τὴν ἀρχαίαν συνάφειαν· δοκεῖ δὲ τὸ ῥητὸν ἀκατάλληλον εἶναι· ποτὲ μὲν ἐπὶ μ′ ἡμέρας τὸν κατακλυσμὸν εἰπὼν γεγονέναι, καὶ τοῦτο δίς· φησὶ γὰρ, Ἐγένετο ὁ ὑετὸς ἐπὶ γῆς μ′ ἡμέρας καὶ μ′ νύκτας· καὶ μετ' ὀλίγον, Ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς μ′ ἡμέρας καὶ μ′ νύκτας· ποτὲ
C δὲ τὸ ὕδωρ ἐπὶ ρν′ ἡμέρας ὑψῶσθαι· τοῦτο δὲ μεταξὺ παρεμβέβληται, τῶν δεύτερον λεγομένων μ′ ἡμερῶν.

CAP. VIII.

Inundatio duravit quadraginta diebus subinde tempestatis impetu sæviente. Post elapsos dies 101 quadraginta Deus recordatus est Noachi. Aquarum autem inundatio tanta fuit, ut detinuerit terram obtectam 150, in quibus nullum sensere aquæ decrementum. Ubi dies illi 150 evanuere, tum demum minui et decrescere cœperunt aquæ. Quod traditur: « Et recordatus est Deus Noach, » non, ut vulgus putat, intelligendum est, sed divino more quasi nequaquam oblitus fuerit Noachi. Et quemadmodum de impiis loquitur: « Non novi vos, » id est, Nunquam vos in numero meorum habui; sic hoc loco intellige verba Domini, scilicet, « recordatus est Deus Noachi, » ut eum depromeret ex arca, futurum principium humani generis. Quod ait: « Vento inducto quievit aqua, » ne cui mirum videatur. Siquidem jam a primordio creationis spiritus seu ventus ferebatur super aqua.

ΚΕΦΑΛ. Η′.

Δεῖ οὖν εἰδέναι ὡς μ′ μὲν ἡμέρας παρέτεινεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ μετὰ μ′ ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Νῶε· τὸ δὲ ὕψος τοῦ ὕδατος τὸ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ γεγονὸς διήρκεσε μὴ μειούμενον ἐπὶ ρν′ ἡμέρας, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς μειώσεως τὴν ἀρχὴν ὑπεδέξατο. Τὸ δὲ, « Ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Νῶε καὶ πάντων τῶν θηρίων καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς, θεοπρεπῶς ἀκουστέον, οὐχ ὡς ἐκ λήθης, ἀλλ' ὥσπερ περὶ τῶν ἀσεβῶν λέγει· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, » [a] ἀντὶ τοῦ,
D Οὐδέ ποτε ὑμᾶς ὡς ἡμετέρους ἔσχον· οὕτως ἐνταῦθα τὸ, « ἐμνήσθη, » ἐπὶ τὸ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς ἀρχὴν γενέσθαι γένους· « Πνεύματι δὲ, φασὶν, ἐκόπασε τὸ ὕδωρ. » Τοῦτο γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.

Vers. 4. *Et requievit arca in mense septimo, in decima septima die mensis, super montes Armeniæ.* Mirabile est quod tradidit cacumina montium esse

Καὶ ἐκάθισεν ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς ἐπὶ ὄρη Ἀραράτx. Πῶς λέγει, Ἐφάνησαν αἱ ἀρχαὶ τῶν ὀρέων ἐν τῷ κατα-

[a] Matth. VII, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[b] C. N. διὸ οὐ κατὰ φύσιν γέγονεν ὁ ὑετὸς, ὥς τινες ἐφαντάσθησαν.

κλυσμῷ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελθοῦσαν τὴν περιστερὰν μὴ εὑρεῖν ἀνάπαυσιν τοῖς ποσὶν αὐτῆς; Ὅτι τοῦ ὕδατος τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων καλύψαντος ἐπὶ ιε' πήχεις, πολλὴ ἰλὺς ἀκρωρείαις ἐφίζανεν, ὡς μὴ δύνασθαι στῆναι. Ἔπειτα οὐχ ἠδύνατο ἔξω χρονίσαι ἡ περιστερά· διὰ χρόνου γὰρ ἱπταμένη, πρὸς τὴν πτῆσιν ἦν ἀργοτέρα, καὶ ἅμα δυσχερῶς ἔτεμνε τὸν ἀέρα παχύν τε ὄντα καὶ κάθυγρον· καὶ πάλιν οὐδὲν εὗρεν ὁμογενές. Τοιγαροῦν καὶ ὁ κόραξ ὑπέστρεψεν, ὡς ἔχει τὸ Ἑβραϊκόν· περὶ δὲ τῆς κιβωτοῦ φησιν Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος ἐν τοῖς περὶ *Ἀρχαιότητος* οὕτως· « Ἧς κιβωτοῦ τὰ λείψανα μέχρι νῦν πρὸς ἀπόδειξιν τῶν γεγονότων δείκνυται ἐν ὄρει λεγομένῳ Ἀραράτ, ἃ τυγχάνει ἀνὰ μέσον τῆς Ἀρμενίας καὶ Παρθικῆς χώρας κατὰ τὴν τῶν Ἀδιαβηνῶν γῆν. » Τοῦ δὲ γενομένου κατακλυσμοῦ ἔτι καὶ ἕτερα μαρτύρια εὐαπόδεικτα τοῖς ἀπειθεῖν ἐθέλουσιν· ἕως γὰρ νῦν ἐφ' ὑψηλοτάτοις ὄρεσι καὶ δυσβάτοις τὰ θαλάσσης λείψανα εὑρίσκεται, κόγχαι καὶ ὀστρέων κελύφαι καὶ τὰ ὅμοια, ὡς καὶ ἡμεῖς εἴδομεν πολλάκις. Ἐπισημαντέον δὲ ὡς ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ δευτέρου ὁ κατακλυσμὸς ἄρχεται, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἐκάθισεν ἡ κιβωτὸς εἰς τὰ ὄρη· καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ δευτέρου μηνὸς ἔξεισιν ὁ Νῶε ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καθ' ἣν ἡμέραν καὶ ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν, ὡς ἐνιαυτὸν ἐπιμεῖναι πληρέστατον.

A visa, et nunc refert columbam, quæ evolaverat ex arca, nequivisse invenire locum consistendi. Sed huic opinioni sic occurritur : quia montes obtegebantur aquis, quæ quindecim cubitis erant illis eminentiores, verisimile est omnia limo fuisse involuta et obducta etiam in mediis montibus. Proinde in cœno instabili columba pedes figere non potuit. Nec præterea diutius morari extra arcam quivit. Nam si diu volasset, tandem lassata concidisset. Præterea difficulter secabat suis alis aera, quem tempestas præcedens nonnihil densiorem et humidiorem effecerat. Adhæc nullam sui generis avem reperiebat : quapropter citius arcam repetebat. Sic etiam, ut habet Hebraicus textus, « et corvus in arcam revolavit. » Cæterum de arca sic memoriæ prodi-
B dit Josephus in libris *Antiquitatum :* « Reliquiæ arcæ etiamnum visuntur in monte Ararat, qui medius inter Armeniam et Parthiam excurrit versus Adiabenorum regionem, magno rerum gestarum documento. » Etiam aliis multis evidenter demonstrari potest universalem inundationem invasisse terram, quibus persuadentur illi, qui difficulter fidem habent Mosi ista explicanti. Adhuc enim in arduis montibus et aditu difficilibus offenduntur reliquiæ marinæ, scilicet conchæ et testudinum testæ, aliaque haud dissimilia, quæ et nos sæpius vidimus. Illud notandum est, nempe 27 secundi mensis die initium diluvii contigisse ; 27 die septimi mensis arcam substetisse in montibus Armeniæ : 27 die secundi mensis iterum exivisse arca Noachum, scilicet illo ipso die, quo conscenderat illud navigium. Hinc sciri potest diluvium immoratum esse terræ spatio anni.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸν Νῶε, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Ζητεῖται δὲ διὰ τί μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ περὶ τῶν ζώων· « Ὡς λάχανα χόρτου ἔδωκα ὑμῖν αὐτά, » πρὸ τούτου μὴ εἰπών. Ἃ τοίνυν παρέλιπε, φασίν, ἐν ἀρχῇ, νῦν λέγει, ἐπειδὴ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀνανέωσίς ἐστι τῆς κτίσεως· ἐπεὶ εἰ μὴ ὁ Θεὸς προστετάχει, πῶς ἤσθιεν Ἄβελ; δηλαδὴ γὰρ ἀφ' ὧν ἤσθιεν ἐτίμα Θεόν, καὶ οὐκ ἂν μὴ ἐσθίων προσήνεγκε· πῶς δὲ καὶ δίκαιος ἦν ἀφ' ὧν οὐ προσέταξε Θεὸς ἐσθίων; τῷ δὲ Ἀδὰμ ἔχοντι τὴν ἐκ τοῦ παραδείσου τροφήν, οὐκ ἦν ἀναγκαία κρεωφαγία· ἔπειτα δύο δύο ἦν κτισθέντα, καὶ ἔτι αὐξῆσαι καὶ πληθυνθῆναι ἔδει κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φωνήν. Ὅθεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οὐ προστέτακται· καὶ νῦν οὖν, εἰ καὶ νόμῳ μήπω ἦν προστεταγμένον ἱερουργεῖν, ἀλλὰ δίκαιος ὢν ὥσπερ Ἄβελ ὁ Νῶε, ἐξ ὧν ἔκαμνε καὶ εἶχεν, ἀπαρχὰς προσῆγε Θεῷ· δίκαιον ἡγούμενος τῷ δεδωκότι εὐχαριστηκῶς ἀπάρχεσθαι· τὸ δὲ ἀπὸ πάντων εἰρῆσθαι αὐτὸν τῷ θυσιαστηρίῳ προσενεγκεῖν, συνετῶς ἀκούειν δεῖ· ἐκεῖνα γάρ φησι *πάντα*, τὰ καὶ μετὰ ταῦτα διὰ νόμου ἀνάγεσθαι προσταχθέντα.

C CAP. IX.

VERS. 3. *Et benedixit Deus Noach et filiis ejus.* In quæstionem deducitur, quare post diluvium, nec antea unquam, Deus Noachum et suos compellaverit in hunc modum : « Ut olera virentia dedi vobis. » Respondetur : Quæ initio omisit Deus, ea nunc replet et exsequitur. Siquidem post diluvium jacta sunt fundamenta innovationis hominum. Præterea, si Deus non a rerum primordio carnium esum permisit, quare igitur Abel non concessos voravit cibos? Satis enim manifestum est Abelum manducasse carnes **102** cum ovium sacrificiis et victimis placaret Dominum. Nequaquam eas hostias obtulisset Domino, si earum esum ut vetitum esset abominatus. Ad hæc, quis eum justum
D pronuntiasset, si degustasset cibos, quos Deus interdixisset? Nec ipse Deus in justorum numerum collocandum eum judicasset. Verumtamen Adamo, cum paradisi afflueret deliciis, carnium esus non erat necessarius. Insuper bina et bina in singulis generibus condita erant, et illa multiplicari oportebat secundum edictum divinum. Quapropter carnium esus, ne animalium genera interirent, non statim a rerum primordio imperatus est. Nunc quoque, quamvis lex nondum tradiderit et explanaverit sacrificiorum ritum, Noachus justus, sicuti Abelus primitiis suorum bonorum, quæ labore pepererat, Deum honorare non neglexerat, ita et ille sacrificiis suis gratum animum declarat. Quod vero inquiunt, de omnibus eum obtulisse Domino, non inconsiderate accipiendum opinor. Sed dicto, *omnibus*, etc., innuit ea animalia aris esse admota, quæ postmodum lex ut pura et munda immolanda esse præscripsit.

VERS. 4. *Attamen carnem in anima sua et sanguine suo non comedetis.* Animam hoc loco accipit pro hominis reliquorumque animalium vita, cujus auctor est sanguis. At quis dubitet, quo pacto ulciscatur animalia bruta, cum hæc neutiquam sint resurrectura? Respondetur : Non in futuro judicio universali exposcet pœnas; sed legibus, quas longo temporis intervallo post posuit, pœnas dabunt. Nam eum, qui cædem committit, et quadrupedem, quæ pauperiem fecerit, iisdem pœnis subdit, ut ex legibus patet. Ulciscitur itaque per judices et magistratus, quibus imperium merum concessum est. Quidam alius alium depromit sensum, dicens per bestias intelligendas esse diabolum cum suis dæmonibus, quorum insidiis anima peccatis obruta interit. Verum mors ejus, qui perit insidiis Satanæ, vindicabitur, scilicet cum æternis pœnis subdentur adversariæ virtutes. Tremorem et metum dum de bestiis prædicat, aperte ostendit hominis dignitatem, qua cætera animalia antecedit. Nam animo menteque gubernat illa omnia. Potest idem textus reduci in justos, nempe Noachum, Danielem et Paulum, quibus animalia paruere, siculi docet psalmus VIII. Talibus cibus vitandus est nullus. « Puris enim (inquit Paulus [7]) omnia pura. » In Actis sic proditur : « Quæ Deus purificavit, ea tu ne communia dixeris [8]. » Quidam aiunt hoc loco præmonendum esse lectorem, scilicet quod Deus initio cunctis animalibus de terra creatis tribuerit fructus arboreos et reliquos, quibus pascerentur. Sed post diluvium permisit carnium esum. Quia sciebat istum exoriturum errorem, ut bruta animalia divino colerentur honore. Quapropter ut gliscenti quasi jam idololatriæ et sacrilegæ impietati obviam procederet, de animalibus victimas capit; alia mactari et edi præcipit : sperans sic fore, ut illa despectui habeamus, nec divinos ipsis deferamus honores.

A *Πλὴν κρέα ἐν αἵματι τῆς ψυχῆς οὐ φάγεσθε.* Ψυχὴν νῦν τὴν ζωὴν σημαίνει καὶ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῶν ζώων· ζωὴν δὲ τὴν διὰ τοῦ αἵματος ἐνεργουμένην· πῶς οὖν θηρία ἐκζητεῖ, τὰ μὴ ἀνιστάμενα; Ἀλλὰ γὰρ ἐκζητήσω, φησὶν, οὐκ εἰς τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἀλλὰ διὰ τοῦ νόμου τοῦ μέλλοντος τίθεσθαι· κελεύει γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τὸν φονεύοντα τὰ αὐτὰ πάσχειν, ἄνθρωπόν τε καὶ ζῶον· οὕτως οὖν ἐκζητεῖ διὰ τῶν κατὰ νόμον ἐπεξιόντων· ἄλλος δέ φησιν, ἀπεμφαίνοντος τοῦ ῥητοῦ· Λεκτέον ὅτι θηρία δυνάμεις ἀντικείμεναί εἰσι τῷ ἁμαρτάνουσαν τὴν ψυχὴν ἀποθνήσκειν, ἀφ' ὧν τῆς χειρὸς ἐκζητηθήσεται ὁ θάνατος τοῦ ἡμαρτηκότος. Τρόμον δὲ καὶ φόβον ἐπὶ τοῖς θηρίοις φησὶ, τὸ Δεσποτικὸν σημαίνων ἀξίωμα, καὶ τὸ πάντων ταῖς ἐπινοίαις καταχρατεῖν· B ἐγχωρεῖ δὲ πρὸς τοὺς δικαίους εἰρῆσθαι τοῦτο, οἷς ὑποτάσσεται καὶ τὰ θηρία [d] ὡς Νῶε καὶ Δανιὴλ καὶ Παύλῳ καὶ τοῖς κατ' εἰκόνα φυλάττουσι κατὰ τὸν η' ψαλμόν· καὶ οὐδὲν βρῶμα τῷ τοιούτῳ φευκτόν· πάντα γὰρ καθαρὰ τοῖς καθαροῖς, ὁ Παῦλός φησι· καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν, « Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. » Σημειωτέον δὲ, φασί τινες, ὅτι πλάσας μὲν ἀπὸ γῆς τὰ ζῶα, πᾶσι δέδωκε τοὺς καρποὺς εἰς βρῶσιν· μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν, συνεχώρησε τὴν κρεωφαγίαν, προειδὼς ὅτι προσκυνηθήσεται πανταχοῦ τὰ ἄλογα· διὸ προλαβὼν καὶ θυσίαν ἐξ αὐτῶν δέχεται, καὶ θύεσθαι αὐτὰ καὶ ἐσθίεσθαι προστάσσει, ἵνα καταφρονῶμεν αὐτῶν.

Quod inquit : « Sanguinem animarum vestrarum exquiram, » satis luculenter prædicit resurrectionem et extremum judicium. Nec tamen crede etiam bruta animalia in resurrectione apparitura, et pœnas expensura, propterea si quando pauperiem fecerint. Sed hic est sensus : Si ab feris fueritis devorati (omnia enim terra sunt tam vorantia quam vorata), ex ipsa vos conquiram terra, et instaurabo deperditam hominis naturam. Infra quoque meminit universalis resurrectionis in colloquio Abrahami cum Deo. Idem exstat in Numerorum libro, ubi inquit : « Dimissus est Aaron et appositus (vel additus) est ad suos patres [9]. » Nam additio est, cum res subsistens ad subsistentem additur. Et iterum ibidem : « In extremis diebus, » etc., quibus verbis quasi ex professo dierum hujus sæculi consummationem demonstrat. Nam Mosi, qui omnibus admirationi est, pio et justo quid profuisset illa intima cum Deo familiaritas, si cum tot jactatus sit tribulationum procellis, nulla potiretur felicitate, imo ne esset

C Διὰ δὲ τοῦ λέγειν· « Τὸ αἷμα τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἐκζητήσω ἐκ πάντων τῶν θηρίων, » τὴν ἀνάστασιν αἰνίττεται καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κρίσιν, οὐχ ὅτι καὶ τὰ ἄλογα μέλλει ἀνίστασθαι καὶ ἀπαιτεῖσθαι ἃ ἔφαγον, ἀλλ' ὅτι κἂν ὑπὸ τῶν θηρίων βρωθῆτε (πάντα γὰρ γῆ γίνεται, καὶ τὰ ἐσθίοντα καὶ τὰ ἐσθιόμενα), ἐξ αὐτῆς ἐκζητήσω, καὶ συνάξω τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν· καὶ κάτω δὲ τὴν κατὰ πάντων κρίσιν προαναφωνεῖ ἔνθα περὶ Σοδόμων Ἀβραὰμ διαλέγεται τῷ Θεῷ· ἔχεις καὶ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ὅπου φησὶν, « Ἀπελύθη Ἀαρὼν καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας· » ἡ γὰρ προσθήκη ὑφεστῶτος τοῦ πράγματος γίνεται προσθήκη· καὶ πάλιν ἔνθα λέγεται, « Ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, » ὁμολογουμένως συντέλειαν ἡμερῶν τοῦ αἰῶνος τούτου σημαίνει· ἐπεὶ τὸν θαυμαζόμενον Μωϋσέα D τὸν δίκαιον, τὸν θεοσεβῆ, τί πλέον ὠφέλησεν ἡ τοσαύτη φιλία τοῦ Θεοῦ, εἰ τοσαύτας θλίψεις ἀφορήτους ὑποστὰς, μηδὲν πλέον ἀποθανὼν ἕξει, μᾶλλον δὲ μηδὲ τὸ εἶναι ἔχει; τί δὲ βούλεται αὐτῷ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εἰρημένον ἐν τῷ λβ' [e] τῆς Ἐξόδου· « Ἐξάλειψόν με τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας, εἰ μὴ συγχωρεῖς τῷ λαῷ τὰς

[7] Tit. I, 15. [8] Act. XI, 9. [9] Num. XX, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[d] C. N. φόβον καὶ τρόμον τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα λέγει καὶ τὸ πάντων ταῖς ἐπινοίαις κρατεῖν· λέγει δὲ καὶ πρὸς τοὺς δικαίους, οἷς ὑποτέτακται καὶ τὰ ἄγρια ζῶα. [e] Cod. β'.

ἀνομίας τῆς μοσχοποιίας; » Ποία βίβλος ἦν γραφεῖσα παρὰ τοῦ Θεοῦ τεταγμένον ἔχουσα τὸν Μωϋσέα, καὶ ἐν τίνι τεταγμένον; αἱ γὰρ πλάκες, ἐὰν αὐτὰς εἴπωσιν, ἦσαν ὑπὸ Μωϋσέως κλασθεῖσαι· καὶ τὸ αἷμα δὲ τοῦ Ἄβελ βοᾷ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ τοῦ Ἐνὼχ μετάθεσις ὁμολογουμένως τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐμφαίνει· καὶ τὸ ἐν ὅλοις μ' ἔτεσι μὴ ἐκτριβῆναι τὰ ἱμάτια τοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν μὴ τυλωθῆναι, προκατήχησις ἦν τῆς μελλούσης ἀσφαλείας· καὶ τὸ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ πάλιν, « Ἵνα κακώσῃ σε καὶ ἐκπειράσῃ σε εὖ σε ποιῆσαι ἐπ' ἐσχάτων σου, » τὴν ἀνάστασιν αἰνίττεται. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡ ἀντίδοσις, ποία μακαριότης αὕτη; καταθλιβέντα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς, περὶ αὐτὸ τὸ γῆρας, ἐὰν καὶ γηράσῃ τις, ἢ καὶ πρὸ τοῦ τέλους ἁπλῶς ὀλίγον χρόνον καταθυμίως ζήσαντα, ταχέως ἀφαιρεθῆναι· B τοῦτο γὰρ οὐκ ἀπόλαυσις, ἀλλὰ κόλασις.

A quidem amplius? Huc applicetur ille locus Exodi: Si non veniam das populo, qui adoravit vitulum aureum, me expunge libro vitæ[10].» Sed quis erat ille liber a **103** Deo scriptus, et in quem relatus erat Moses? Non dices fuisse tabulas Mosis, quas tandem ipse præ indignatione furiata mente confregit. Liber Dei, qui continet electos, manet integer et incolumis. Evincunt resurrectionem et sequentia, scilicet sanguis Abeli clamitans ad Deum; Enochi translatio, quæ sane apertissime resurrectionis negotium confirmat. Huc accedit, quod vestimenta populi Israelitici non attrita sunt in solitudine 40 annis, nec eorum pedes consumpti sunt. Hæc omnia sunt quasi symbola resurrectionis, et nos erudiunt, ut credamus mortuorum fore aliquando resurrectionem, et pios in tuto collocandos. Huc pertinet illud Deuteronomii: Ut affligat te, et pertentet te, ut tibi benefaciat in extremis[11], etc.,» quæ sane verba resurrectionis negotio vires addunt. Si beamur in hac vita, cedo qualis et quæ nostra beatitudo est? Omnibus diebus vitæ affligimur, nec ullum fere momentum periculo caret. Præterea ipsa senectus, quam non omnes attingunt, morbus est. Deinde qui senes sunt, brevi tempore vivunt, et cum multis tribulationibus subtrahuntur ab hac luce. Certe nemo appellaverit hanc miseriam beatitudinis fruitionem: imo omnes ex professo testantur esse pœnas et vitæ supplicia molestissima.

Τὸ δὲ, « Ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, » τὴν ἐνταῦθα τῶν δικαστῶν κρίσιν νομοθετεῖ· καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον· « Πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν, μαχαίρᾳ ἀναιροῦνται. » — « Πλὴν κρέας ἐν τῷ τῆς ψυχῆς αἵματι οὐ φάγεσθε· » ὠμόβροτα κωλύει φαγεῖν· ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς θηρίοις ὑπομένοντες, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐκ τούτου χωρήσωμεν. Ὅτι « ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου », καὶ τὰ ἑξῆς· καθά φησιν ὁ Δαβίδ· « Καὶ ἐμνήσθη ὅτι σάρξ εἰσι, πνεῦμα ἐκπορευόμενον καὶ οὐκ C ἐπιστρέφον, » οὐκ ἐμοῦ οὕτω κτίσαντος ἀλλὰ τῆς παρακοῆς εἰς τοῦτο καταγαγούσης τὴν θνητὴν φύσιν· ἄλλος δέ τίς φησιν, ὅτι Πρόοιδα ὡς ἡ νεότης τοῖς ἐσομένοις εὐόλισθος ἔσται οὐκ ἔτι πάσας τὰς ἡμέρας ὡς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ· μὴ οὖν δείσητε, φησί· διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι ἐπάξω ὑμῖν ἀφανισμὸν παντελῆ· ὡς νέμων βραχεῖάν τινα συγγνώμην τοῖς νέοις διὰ τὸ τῆς ἡλικίας εὐόλισθον· ἄλλος δέ φησιν, ὅτι οὐ φύσιν αἰτιᾶται, δῆλον ἐκ τοῦ λέγειν, « Ἐκ νεότητος, » ἀλλ' οὐκ ἀπὸ *γενέσεως*· ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἄγνοιαν τῆς νεωτερικῆς διὰ τῆς ἐπισπορᾶς τοῦ ἐχθροῦ· ὡς καὶ Ἐκκλησιαστής, « Ἡ νεότης καὶ ἡ ἄγνοια ματαιότης· » δηλῶν ὅτι ἡ ἄγνοια τὴν Ἀδὰμ φύσιν τοῦ λογικοῦ διὰ τῆς ἐπιθυμίας δελεάζει πρὸς ἁμαρτίαν. D

Quod ait: « Fundens sanguinem humanum, ejus quoque sanguis fundetur, » etc., prædicit condemnationem, quæ judicis sententia infligitur homicidæ. Haud dissimili ratione in Matthæo inquit Salvator: « Omnes, qui accipiunt gladium, gladio peribunt[12]. » Attamen carnem in anima sua et sanguine suo non comedetis, » etc. Vetat ne crudis vescamur: ne dum esu et voracitate imitemur bestias, tandem in cædes mutuas, ut feræ, ruamus. Nam « Figmentum cordis humani malum est ab ipsa adolescentia sua, » etc. Quamdam affinitatem præsens locus cum illo Davidis habet: « Recordatus est, quod caro sunt, spiritus egrediens nec revertens[13]. » Nec tamen quis arbitretur, me sic condidisse hominem. Suo ipsius Marte periit, dum Deo obsequi noluit. Alius ita hunc locum interpretatur: Prænovi posterorum juventutem ad delicta fore labilem et præcipitem. Cæterum ea ad malum proclivitas non durabit omnibus vitæ diebus, sicuti ante diluvium. Omnem itaque metum ponite. Non posthac universale in vos inducam exitium. Veniam et quidem brevem dabo juventuti propter ætatis lubricitatem. Alius quidam inquit: Non culpat naturam humanam, ut patet ex eo, quod inquit: « Ab adolescentia, » sive *pueritia*. Nam si incusasset naturam humanam, dixisset, ab ipsa inde nativitate. Depravatur autem humana natura ex ignorantia juvenilium cupiditatum, quæ innascuntur ex suggestione diaboli. Ejus rei locuples testis producitur Ecclesiastes, dicens: « Juventus et ignorantia vanitas[14]. » His verbis significatur, quod ignorantia hominem exagitat et inducit per cupiditatem ad peccatum.

Καθόλου (1) δὲ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τάδε τινὲς ἀπεφήναντο, ὡς ἔστι καὶ ἐκ τούτου μαθεῖν τὴν περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν· οὐ γὰρ ἀπροσδοκήτως

Quidam in hunc modum universaliter de diluvio loquuntur, quasi et ex hoc Dei, qua nos accurrat, possimus cognoscere providentiam. Non enim in

[10] Exod. XXII, 32. [11] Deut. VIII, 16. [12] Matth. XXVI, 53. [13] Psal. LXXVII, 39. [14] Eccle. XI, 10.

NOTÆ.

(1) Commentarius redit ad superiora.

opinatum et improvisum intulit periculum, sed quod longe antea, scilicet 120 annis, prædixerat. Ne aspernarentur illud Dei vaticinium ut vanum, quia in plurimos extenderetur annos, arcam exstrui jussit : quæ exsistens in conspectu populi, satis evidenter annuntiabat imminentem humani generis cladem. Non erat voluntas Dei invehere diluvium, sicuti nec gehennæ nos mancipare cupit. Sed nos ipsum cogimus peccatorum enormitate tale adhibere remedium. Nam diluvio domiti, cessarunt peccare. Verum homines, qui diluvium secuti sunt, haud mediocre acceperunt commodum, e medio scilicet sublata peccandi occasione. Nam cum homo natura ita sit comparatus, ut sit habilis ad excogitanda peccata : qualis fuisset, si exempla malitiæ exstitissent ? Quod vero virtus lætior exsurgat suppresso peccato pœnis, satis evidens exemplum est Noachus, qui prædicatur invenisse gratiam coram Deo, reliquis ob ingratitudinem pereuntibus. Nec enim intellige quasi beneficium Noachus acceperit a Deo (nam **104** secundum hanc rationem etiam reliqui mortales invenissent gratiam, nempe plurimis beneficiis a Deo affecti). Sed solus Noachus ob suam gratitudinem honorabatur et clarus erat. Verum etiam necessitas postulabat, ut is, qui imperaturus erat ceu princeps novo mortalium generi, ut singulari quadam signaretur gratia. Non enim minima gratia est magistratum et principem fieri hominum. Quapropter a virtute ejus genus describitur. Nam si recta reputare velimus via generis seriem viri boni, revera ad virtutem recurrendum erit. Ad Noachum justum inquit : « Tempus omnis hominis venit coram me. » Nihil profecto æque ac peccatum adversatur Deo.

A ἐπήνεγκε τὰ δεινά, ἀλλὰ καὶ προεῖπε, καὶ οὐ πρὸ χρόνου βραχέος, ἀλλὰ πρὸ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν· ὡς δ' ἂν μὴ διὰ τὸ μῆκος τῆς προῤῥήσεως ἀναπέσωσιν, ἡ κιβωτὸς ἐν ὀφθαλμοῖς γενομένη, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπειλὴν ἀνεκήρυττεν. Μὴ ἤθελε Θεὸς ἐπαγαγεῖν τὸν κατακλυσμὸν, ὡς οὐδὲ τὴν γέενναν, ἀλλ' ἡμεῖς ἀναγκάζομεν τὴν τοιαύτην ἰατρείαν ἐπενεχθῆναι· οἵ τε γὰρ κατακλυσθέντες περαιτέρω τῆς κακίας προελθεῖν ἐκωλύθησαν, οἵ τε μετ' αὐτοὺς μειζόνως ἐκέρδανον, ἀφανισθείσης ἐκ μέσου τῆς τῶν κακῶν ὑποθέσεως· οἱ γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἀεὶ κακίαν ἐπινοοῦντες, τίνες ἂν ἐγένοντο μετὰ τοῦ παραδείγματος; ὅτι δὲ τῆς κακίας κολαζομένης ἡ ἀρετὴ διασώζεται, Νῶε δεδήλωκεν, ὃς λέγεται χάριν εὑρεῖν παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς τῶν ἄλλων δι' ἀχαριστίαν ἀπολωλότων· οὐ γὰρ ὡς B χάριν λαβὼν ἐκ Θεοῦ (κοινὸν γὰρ τοῦτο πάντων ἀνθρώπων), ἀλλ' ἐπεὶ μόνος εὐχάριστος διεφάνη· ἔδει δὲ καὶ χάριτος ἀξιωθῆναι θείας τὸν τοῦ νέου γένους κατάρξαντα· μεγίστης γὰρ χάριτος ἀρχὴν καὶ τέλος ἀνθρώπων γενέσθαι· διὸ καὶ ἀπὸ τῶν ἀρετῶν αὐτὸν γενεαλογεῖ· τοῦ γὰρ σπουδαίου τὸ πρὸς ἀλήθειαν γένος ἐστὶν ἀρετή· πρὸς ὃν καί φησι· « Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον ἐμοῦ. » Ὄντως γὰρ οὐδὲν ὡς ἀδικία πρὸς τὸν Θεὸν ἐναντίον.

Et ut videas peccatum esse causam, quæ inter C nos et Deum discordiam pariat, infert terram impletam esse injustitia. Et cum tempus a quibusdam credatur esse Numen, ostendit se esse temporis et occasionis auctorem, sicuti alibi legitur : « Recessit tempus ab eis, sed Dominus in nobis. » Tempora autem et occasiones posuit metas et terminos rerum. Quod inquit : « Tempus venit, » etc., luculenter commonstrat peccata jam in acie esse, et ad summum pervenisse. Proinde in propinquo ultionis esse tempus. Ad eum modum dicitur : « Nondum impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum [15], » id est, nondum sic deliquerunt, ut res ipsis ad restim redierit : sed spes adhuc est pœnitentiæ. Nec idem est, hominem unum et populum impleri peccatis. In populo licet invenire omnia D vitia et peccata. Sed in uno homine reperire diversa vitia impossibile est. Qua ratione namque idem homo fuerit libidinosus et castus? timidus et audax? quæ omnia excessu et defectu censentur. Verum haud impossibile est virtutes omnes cernere in uno eodemque homine sese pulcherrimo ordine consequentes. Quod ait : « Tempus omnis hominis, » etc., sic cape : Omnes deliquerunt,

Ἐπάγει δὲ καὶ τῆς ἐναντιώσεως αἴτιον τὸ πλησθῆναι τὴν γῆν ἀδικίας. Καὶ ἐπεὶ Θεὸς ὁ καιρὸς παρὰ τοῖς φαύλοις νομίζεται, δείκνυσιν ὡς καιρῶν καὶ χρόνων αὐτὸς Ποιητὴς, καὶ τούτοις ὅρον ἐντίθησιν· ὥστε καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἀφέστηκεν ὁ καιρὸς ἀπ' αὐτῶν, ὁ δὲ Κύριος ἐν ἡμῖν· » τὸ δὲ, « Καιρὸς ἥκει, » σημαίνει τὴν οἱονεὶ συμπλήρωσιν τῶν ἡμαρτημένων, μεθ' ἣν ὁ τῆς δίκης καιρός· κατὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ, « Οὔπω ἀναπεπλήρωνται αἱ ἀνομίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων [e*], » τουτέστιν οὔπω τοσαῦτα ἥμαρτον ὡς ἀπογνωσθῆναι αὐτῶν τὴν μετάνοιαν· οὐ ταυτὸν δὲ ἀναπληρῶσθαι ἄνθρωπον ἁμαρτιῶν καὶ ὅλον λαόν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς πολλοῖς, πάσας ἐγχωρεῖ τὰς ἁμαρτίας εὑρίσκεσθαι, περὶ δὲ ἕνα ἄνθρωπον τὰς κακίας ἐναντίας οὔσας ἀλλήλαις ἀδύνατον· πῶς γὰρ αὐτὸς D ἀσελγὴς καὶ ἠλίθιος; ἢ δειλὸς καὶ θρασύς; ὧν τὰ μὲν ὑπερβολῆς, τὰ δὲ ἐνδείας καθέστηκε· δυνατὸν δὲ πάσας εὑρεθῆναι τὰς ἀρετὰς τὰς ἀντακολουθούσας ἀλλήλαις· τὸ οὖν, « Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου, » ὅτι οὐδεὶς τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἔχει ὡς συγχωρηθῆναι αὐτῷ· *παντὸς* δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστόν φησιν· ἦσαν γὰρ η' ἐν τῇ κιβωτῷ· ἴσως δὲ καὶ ἄνθρωπον νῦν φησιν, ἔνθα ἔρις καὶ ζῆλος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· οἷς οὐχ ὑπόκειται Νῶε, ὑπερβαίνων ἐν τούτῳ τὴν ἀνθρώ-

[15] Gen. xv, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[e*] C. N. Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει· σημαίνει τὴν οἱονεὶ συμπλήρωσιν τῶν ἡμαρτημένων ἀνθρώποις, καθ' ἣν ἡ τῆς ἐκδικήσεως ἐπαγωγὴ προσάγεσθαι ὀφείλει, καθὸ λέγεται· Οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων.

που κατάστασιν· δύναται δὲ καὶ τὸ, « Ἐναντίον ἐμοῦ, » ἐπειδὴ μηδενὸς γενητοῦ ὑπάρχει τὸ γνῶναι καιρὸν καθ' ὃν ἄξια πεποίηκεν ὅδε τις τοῦ λοιπὸν ἀπογνωσθῆναι, διὸ εἴρηται· « Ἐναντίον ἐμοῦ. »

A atque adeo graviter deliquerunt, ut nullus veniam mereatur. Sub dictione, *omnis*, per synecdochen intelligit pleramque partem. Erant enim octo in arca, quos diluvium non perdidit. Fortassis hoc loco hominem nuncupat eum, in quo sit contentio et æmulatio secundum Paulum. Sed Noachus his non deditus fuit : et propterea videri potest transgressus esse conditionem humani generis, et quodammodo augustior homine. Quod dicit : « Coram me, » etc., si altius consideretur, indicat neminem mortalem nosse tempus, quo quis suum officium fecerit. Proinde restat, ut postremo ad desperationem inclinet. Et hæc causa est, quare addidit : « Coram me. »

Φησὶ δὲ καὶ τό· « Ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας ἀπ' αὐτῶν. » Οὐ γὰρ ἄλλων ἁμαρτανόντων, ἐπ' αὐτοὺς ἡ τιμωρία ἔρχεται· δῆλον δὲ ἐκ τούτου ὡς οὐχ εἱμαρμένη αὐτοῖς ἐπήνεγκε τὸν τοιοῦτον θάνατον· ἐπεὶ γὰρ ἐπλήσθη ἡ γῆ, φησὶν, ἀδικίας ἀπ' αὐτῶν, ὁ καιρὸς ἧκει, ὅσπερ οὐκ ἂν ἐνειστήκει, εἰ μὴ ἡμάρτανον· « Εἴσελθε δὲ, φησὶ, σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σὲ εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν B τῇ γενεᾷ ταύτῃ· » ὅπερ ἐναργὴς πίστις, ὅτι δὲ δι' ἕνα δίκαιον ἄνδρα καὶ ὅσιον πολλοὶ ἄνθρωποι σώζονται· ἴσως δὲ καὶ ἐπαινεῖ τὸν δίκαιον, ὡς μὴ μόνον ἑαυτῷ περιπεποιηκότα τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ· δι' ἣν αἰτίαν καὶ σωτηρίας ἀξιοῦται· καλῶς δὲ καὶ τό· « Σὲ εἶδον δίκαιον ἐνώπιον ἐμοῦ. » Ἑτέρως γὰρ ἄνθρωποι δοκιμάζουσι τοὺς βίους, καὶ ἑτέρως τὸ Θεῖον· οἱ μὲν ἐκ τῶν φανερῶν, τὸ δὲ ἐκ τῶν κατὰ ψυχὴν ἀοράτων λογισμῶν· καὶ τὸ, « Ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, » ἵνα μήτε τὰς πρότερον κατακρίνειν δοκῇ, μήτε τὰς αὖθις ἀπογινώσκειν· καὶ ὡς τῶν ἄλλων τῶν ἐπ' αὐτοῦ εἰς ἄμετρον ἐπιδεδωκότων κακίαν, πρὸς ἐκείνους τε καὶ τί μέγα τὸ πρὸς τοὺς ἀπεγνωσμένους κριθῆναι; μή ποτε οὖν ὡς τῶν ἐν τῇ κιβωτῷ . . . τέλειος ἦν; εἰκὸς γὰρ, εἰ δικαίους ἐκ τῆς C πρὸς αὐτὸν συνηθείας· λεχθείη δ' ἄν... τοῦ δικαίου ἡ ὁμοιοτροπία ἐστίν· ὥσπερ εἰπών· « Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, » ἑξῆς ἐπήγαγεν· « Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν· » ᾧ ἐναντίον τὸ, « Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, φρονιμώτεροί εἰσι τῶν υἱῶν τοῦ φωτὸς ἐν τῇ γενεᾷ αὐτῶν. »

« Terra impleta est ab illis malitia [16], » etc. Non enim aliis delinquentibus alii plectuntur, sed de sontibus supplicium sumitur. Liquet hinc non fato imputandum esse diluvium, quo homines demersi perierunt. Nam si fatale fuisset diluvium, perperam adjecta esset diluvii causa, videlicet : Terra impleta est ab illis injustitia. Tempus venit, quod non venisset, si peccato abstinuissent. « Ingredere tu, ait, et universa familia tua tecum in arcam. Quia vidi te justum coram me in generatione hac, » etc. Magnum profecto quiddam et efficax est fides, cum ob unum virum pium et justum multorum saluti consulatur. Fortassis hoc loco laudibus evehitur Noachus justus, ut qui non solus adhæserit justitiæ, sed universam suam familiam ita instituerit, ut virtutem toto pectore capesserent. Propterea haud immerito dignus judicatur solus, qui eripiatur impendenti exitio. Eleganter vero positum est : « Te vidi justum coram me. » Nam Deus aliter atque homines considerat vitam humanam. Homines externa sequuntur judicia ; Deus ipsum inspicit cor [17] mentemque invisibilem. « In generatione hac, » inquit, ne videatur confundere et condemnare generationes, quæ antecesserunt, et successuras ad desperationem inducere, quasi cum aliis, qui ex ipso propagati sunt, ad summam accesserint malitiam. Sed quid magni est, justum censeri ex collatione malorum? Fortassis ut unus eorum, qui detinebatur arca, perfectus credebatur. Verisimile siquidem est, et ipsos justitia fuisse insignes, ob continuam vitæ consuetudinem. **105** Nam quoad mores, justi nihil discrepant. Quemadmodum cum prolocutus esset : « Quis ascendit in montem Domini? » continuo subjecit : « Ipsa generatio est, quæ eum exquirit [18]. » Verum huic oraculo contrarium est, quod nunc dabimus : « Filii sæculi hujus sunt prudentiores filiis lucis in generatione sua [19]. »

Τὸ δὲ τέλειον ἀκουστέον ὡς ἐν ἀνθρώποις· ὅπερ ὁ Παῦλος ἐκ μέρους φησί· καὶ ὅμως περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμοίων φησίν· « Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονοῦμεν. » Καὶ, « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. » D Καλῶς δὲ τῆς εὐαρεστήσεως τοῦ Θεοῦ προτάττει τὸ δίκαιον καὶ τὸ τέλειον· οὐ ψεκτῶς δὲ νῦν τὸ ἄνθρωπος ἐπὶ τοῦ Νῶε λεγόμενον, ἀλλ' ὅτι τὸ κατ' εἰκόνα διέσωζεν· ὅθεν οὐχ ἁπλῶς εὐαρεστεῖ· φθορὰ δὲ γῆς, τῶν χοϊκῶν ἡ ἁμαρτία τῶν ὅσοι χρηματίζουσι· τοσαύτη δὲ ἦν, ὡς καὶ Θεὸν αὐτὴν ἰδεῖν τὸν καὶ μεγάλα παρορῶντα πταίσματα· οὐ γὰρ ὀργὴν ἐπάγει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλ' ἐπειδὰν τῇ ἀμετρίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων ἀνέλθῃ πρὸς αὐτὸν ἡ κραυγὴ, ὥς φησιν Ἰωνᾶς, καὶ περὶ Σοδόμων ὁ Μωϋσῆς, τότε

Quod ait perfectum, sic accipiendum est, ut de homine, quatenus conceditur, intelligatur : quod quidem et Paulus quodammodo explicat, inquiens de se et similibus : « Quotquot igitur perfecti sumus, hoc sentiamus [20]. » Et iterum : « Sapientiam quidem loquimur inter perfectos [21]. » Non inepte, antequam placeat Deo, proponit eum fuisse justum et perfectum. Nec reprehensione dignum existimo, quod Noachum appellat hominem. Nam vere fuit homo, quod imaginem Dei, quam reliqui amiserant, detinuit. Unde non ab re gratus et acceptus Deo perhibetur. Quod vero terra corrumpitur et devastatur, nullam aliam afferre potes causam quam iniquitatem, et illorum, qui jus dicunt, in-

[16] Gen. VI, 5. [17] I Reg. XVI, 7. [18] Psal. XXIII, 3. [19] Luc. XVI, 8. [20] Philipp. III, 15. [21] I Cor. II, 6.

justitiam. Verum eo sæculo adeo superabundabat peccatum, ut et Deus, qui etiam in maximis peccatis connivet, peccatum viderit. Haud enim singulis diebus, licet peccemus, nos plectit. Tum demum ulcisci instituit, quando peccatorum magnitudo ad ipsum vociferatur, ut Jonas et Moses de Sodomitis testantur; quamvis jam antea peccatum compertum et exploratum habeat. Corruptionis vero sub vocabulo intelligitur peccatum et peccati pœna. Apparet autem familiam Noachi comprehendi octo hominum numero. Nullum enim induxerant in arcam servum : sive quia servitus eo tempore erat incognita; sive quod nullos servos possederint. Bifariam itaque accipitur domus : uno modo pro ædificio; altero, pro familia, sicuti et civitas quandoque pro ædificiis, et aliquando pro civium congregatione sumitur. Generationem eos vocat, inter quos versabatur, qui omnes uno signabantur charactere : verum ipse inventus est justior omnibus. Imo vere fuit justus, cum coram Deo justus fuerit. Certe magnum quiddam est, coram Deo esse justum, præsertim cum Scriptura testetur, nec astra in ejus conspectu esse munda. Et iterum : « Non justificabitur coram te omnis vivens [32]. » Quam insignis igitur fuerit tum justitia cum pietate Noachus satis patescit ex eo, quod coram Deo justus apparuerit.

A λοιπὸν ἐκδικίᾳ ὁρᾷ, οὐ πρότερον ἀγνοῶν· φθορὰ δὲ λέγεται καὶ ἡ ἁμαρτία καὶ ἡ κόλασις· φαίνεται δὲ ὅτι ἄνθρωποι τὸν οἶκον μόνοι τοῦ Νῶε συνεπλήρουν ὀκτώ· θεράποντα γὰρ οὐκ ἐπήγοντο, ἢ διὰ τὸ μήπω καταδεδουλῶσθαι ἀνθρώπους, ἢ διὰ τὸ ἀκτήμονας εἶναι τῶν τοιούτων· διττὸς δὲ ὁ οἶκος, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ πόλις, ἢ τὸ οἰκοδόμημα, ἢ τὸ ἐν αὐτῷ ἄθροισμα· γενεὰν δὲ, τοὺς σὺν αὐτῷ κέκληκεν, ἅτε τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι χρωμένους, ὑπὲρ οὓς αὐτὸς εὑρέθη ἐναντίον τοῦ Θεοῦ δίκαιος, παντὸς δικαίου ἐναντίον τοῦ Θεοῦ δικαίου ὄντος· οὕτω δὲ μέγα ἐστὶ τὸ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ εἶναι δίκαιον, ὡς λέγεσθαι· Ἄστρα δὲ οὐ καθαρὰ ἐνώπιον αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τὸ, « Οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· » τὸ μέγεθος οὖν τῆς ἀρετῆς τοῦ Νῶε διαδείκνυται ἐκ τοῦ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ εὑρῆσθαι δίκαιον. B

Septem diebus demum post, ubi Noachus in arcam confugit, diluvium exortum est, concedente Deo ipsis et hoc temporis spatium abeundi ad pœnitentiam : imprimis cum cernerent arcam, quæ terram repræsentabat, plenam varii generis animalibus. Æquitas quoque Dei patet, qui paucorum dierum spatio peccata ab rerum primordio commissa diluere volebat, si modo pœnitentiam recepissent. Septenarius est symbolum creationis mundi, Deo ipso aperte docente, se esse conditorem mundi, et omnia ex nihilo composuisse. Docet quoque se mundum constructum diluvio dissipare. Ad condendum mundum sua ipsum traxit bonitas : ad vastandum mundum diluvio ipsum incitavit impietas et ingratitudo hominum, in quos plurima contulerat beneficia. Nec inquit se omnem substantiam ex terra perditurum, sed inquit : « A facie terræ, » ab superficie, ut in profunditate terræ vitalis omnium seminum conservetur vis et potentia. Nam radices terra obteguntur et ex sese alias proferunt. *Abolebo*, ait. Nam qui aliquid delent, obscuritatem inducunt litteris, cæterum tabulæ permanent illæsæ. Quapropter et ipse Deus exscindens impiam generationem hominum, pepercit generis substantiæ. Propterea dicit resurrectionem. Siquidem resurrectioni corruptio contraria est. Cæterum id, quod corrumpitur non prorsus perit. Maximam laudem justitiæ fert Noachus, quod omnia ex præscripto divino, sicuti imperabatur, executus est. Etiam hoc laudi dandum est, quod maluit Deum audire imperantem, quam jubentem. Imperant enim domini, jubent amici. In Deo superat imperium, quamvis et alterum quoque a Deo frequentetur.

Μεθ' ἑπτὰ δὲ τοῦ εἰσελθεῖν ἡμέρας ὁ κατακλυσμὸς γίνεται, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διδόντος αὐτοῖς ἀναχώρησιν εἰς μετάνοιαν ἁμαρτημάτων, ὁρῶσιν αὐτόχρημα πλήρη τὴν κιβωτὸν ἀντίμιμον γῆς· καὶ τὸ ἐπιεικὲς δείκνυται τοῦ Θεοῦ, τὴν πολυετῆ μοχθηρίαν τῶν ἀνθρώπων ἐπιλυομένου τοῖς μετανοοῦσιν ἡμέραις ὀλίγαις· ἔστι δὲ ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς ὑπόμνημα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως· ἐναργῶς δηλοῦντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι Αὐτός εἰμι, καὶ τότε κοσμοποιῶν καὶ τὰ μὴ ὄντα ἄγων C εἰς τὸ εἶναι, καὶ τὰ νῦν ὄντα διαφθείρων· ἀλλὰ τοῦ μὲν, αἴτιον ἀγαθότης ἐμή· τοῦ δὲ, τῶν εὐεργετηθέντων ἀσέβεια· πᾶσαν δὲ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξαλείψειν, ἀλλ' « Ἀπὸ προσώπου, » λέγει, « τῆς γῆς, » τουτέστι τῆς ἐπιφανείας, ἵνα ἐν τῷ βάθει ἡ ζωτικὴ δύναμις τῶν σπερμάτων ὅλων· Ἀπαλείψω δὲ, φησὶν, ἐπεὶ τῶν ἀπαλειφομένων τὰ γράμματα μὲν ἀφανίζεται, αἱ δέλτοι δὲ διαμένουσιν· ὅθεν ἐκτρίβων τὴν ἀσεβῆ γενεὰν, τῆς οὐσίας τοῦ γένους ἐφείσατο· διὸ καὶ τὴν ἀνάστασίν φησιν· ἀναστάσει δὲ ἀντίπαλον καθαίρεσις· τὸ δὲ, καθαιρεθὲν οὐκ εἰς ἅπαν ἀπόλλυται. Ἔπαινος δὲ τοῦ δικαίου τὸ πάντα ποιῆσαι τὰ προσταχθέντα· δεύτερον τὸ, ἐντέλλεσθαι μᾶλλον ἐθέλειν ἢ κελεύειν αὐτῷ τὸν Θεόν· ἐντέλλονται γὰρ μὲν φίλοι, κελεύουσι δὲ δεσπόται· ὑπερβάλλει γὰρ D ἐπὶ Θεοῦ τὸ πρῶτον, εἰ καὶ μέγα τὸ δεύτερον.

At diluvium sævire cœpit in solstitio, quando animalia augentur, et generationi operam dant. **106** Omnia itaque sunt terribiliora, quo magis innotescat et redarguatur hominum impietas. Verisimile est eodem tempore mundi machinam esse

Πλησίον δὲ τοῦ τῆς ἰσημερίας καιροῦ γέγονεν ὁ κατακλυσμὸς ἐν τῇ πάντων αὐξήσει καὶ γενέσει τῶν ζώων· φοβερωτέραν τὴν ἀπειλὴν ἐπάγοντος τοῦ Θεοῦ τῆς ἀσεβείας εἰς ἔλεγχον, τότε δὲ καὶ γεγονέναι τὴν δημιουργίαν εἰκὸς καὶ πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον· τῷ

[32] Psal. CXLII, 2.

οὖν Ἀδὰμ ἐξομοιοῦται καὶ Νῶε, γενεᾶς ἀνθρώπων δευτέρας ἀρχόμενος· καλῶς δὲ καὶ σάρκα κινουμένην λέγει τὴν ἐν φθορᾷ· κινεῖ γὰρ τὰς ἡδονὰς ἡ σάρξ, καὶ κινεῖται ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, ἥτις κίνησις αἰτία γίνεται φθορᾶς ταῖς ψυχαῖς, ὡς ἡ ἐγκράτεια σωτηρίας· πῶς δὲ τοῦ Νῶε μνησθεὶς ὁ Θεὸς καὶ κτηνῶν καὶ θηρίων, γυναικὸς ἢ τέκνων οὐ μέμνηται; Ὅπου συμφωνία πάντων, ὀνομάτων οὐ χρεία πολλῶν· σὺν δὲ τῷ πρώτῳ καὶ τὸν οἶκον ἀνάγκη συνυπακούεσθαι· τοιγαροῦν τῶν συνοικούντων ὡς δεῖ τὴν συμφωνίαν ὁ προφήτης δηλῶν, « Ἀπίδετε, φησίν, εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν καὶ εἰς Σάῤῥαν τὴν ὠδίνουσαν ὑμᾶς. » Καί, « Ἐπήγαγε, φησί, πνεῦμα εἰς τὴν γῆν καὶ κεκόπακε τὸ ὕδωρ. » Οὐκ ἀνέμῳ ὕδωρ μειοῦται, κυμαίνει δὲ καὶ ταράττεται· πάλαι γὰρ ἂν τὰ μέγιστα τῶν πελαγῶν ἐξανάλωτο. Πνεῦμα τοίνυν τὸ θεῖόν φησιν, ᾧ δὴ πάντα καὶ γίνεται καὶ λωφᾷ· οὐκ ἦν γὰρ εὔλογον ὕδωρ τοσοῦτον ἀνέμῳ παυθῆναι, ἀοράτῳ δὲ καὶ θείᾳ δυνάμει· δῆλον δέ ἐστιν ὡς ταῖς μὲν πρώταις μʹ ἡμέραις ἄλεκτος ἡ τῆς ῥύμης τῶν ὑδάτων ὑπῆρχε φορά· ταῖς δὲ ἄλλαις ρʹ καὶ νʹ ἔχουσα πράως οὐκ ἔτι πρὸς αὔξησιν, πρὸς διαμονὴν δὲ τῆς ἀνακαλύψεως καὶ τοῦ ὕψους συνεβάλλετο. Μεθ' ἡμέρας γάρ, φησίν, ρνʹ ἐπικαλυφθῆναι τάς τε πηγὰς καὶ τοὺς καταράκτας· ἐνήργουν ἄρα πρὸ τῆς ἐπισχέσεως· μετὰ νʹ δὲ καὶ ρʹ ἡμέρας ἠλαττοῦτο ὕδωρ· ἄρα τὰς προειρημένας ἐν αἷς ὑψοῦτο τὸ ὕδωρ, ἢ μετὰ τοσαύτας ἑτέρας, οὐκ εὔδηλον· ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονεν ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἡ δὲ μείωσις ἑβδόμῳ μετὰ ταῦτα μηνὶ τῇ μετοπωρινῇ ἰσημερίᾳ, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός· οὗτος γὰρ πέρας μὲν τῆς πρώτης ἰσημερίας, ἀρχὴ δὲ τῆς δευτέρας, ἐν ᾧ καὶ τοῦ κόσμου ἡ γένεσις.

excitatam et hominem fictum. Assimilatur itaque Noachus Adamo, quod secundam humani generis auspicetur generationem. Pulchre vero posuit in corruptione carnem moventem. Voluptates enim movet et concitat caro, et vicissim movetur a voluptatibus, qui quidem motus animas corrumpunt, sicuti continentia eas conservat. Qui fit, quod Deus recordatur Noachi, jumentorum et bestiarum, nec tamen reminiscitur uxoris et liberorum? Ubi omnia conveniunt et bene consentiunt, non multa requirenda sunt verba. Nam sub prædictis quoque familiam totam intelligi oportet. At propheta cohabitantium, ut oportet, consensum seu cohærentiam explicans, ait: « Respicite ad Abrahamum patrem vestrum, et ad Saram quæ vos peperit [23]. » Infert quoque: « Ventum induxit in orbem, et quievit aqua [24], » etc. Aqua nequaquam vi ventorum minuitur et exsiccatur: sed magis conturbatur et æstuat. Nam si ventus abigeret aquas, jam olim maxima maria consumpta essent et aruissent. Spiritum igitur divinum sentit, cujus ope omnia et fiunt et corrumpuntur. Quis enim credat tantam aquarum molem solo vento nec virtute divina sedari? Cæterum neminem dubitare reor, cum aquarum tempestas sævierit sine intermissione quadraginta continuis diebus. Reliquis vero 150 diebus stetit immobilis, nec amplius incrementum sentit, sed subinde, donec decresceret, substitit. Nam ait elapsis diebus 150, revelatos esse fontes et cataractas. Nam ista omnia adjuverant inundationem aquarum, et efficiebant, ut illa diutius terræ immoraretur. Verum decursis 103 diebus aqua diminuta est. An vero illis ipsis diebus quibus intumuit, quoque decreverit vel aliis sequentibus, non satis patet. Initium diluvii fuit 27 die vernalis solstitii. Aquæ recedere cœperunt mense septimo in æquinoctio brumali mensis die 27. Hic enim primi æquinoctii finis et alterius initium perhibetur. Sic septimus ab illo mensis finis est præcedentis solstitii et initium primi, in quo mundi creatio obtigit.

Σύμβολα δὲ κακίας καὶ ἀρετῆς ὅ τε κόραξ καὶ ἡ περιστερά· εἰ γὰρ αὕτη δευτέρας ἐξελθοῦσα οὐχ εὗρεν ἀνάπαυσιν, πῶς ὁ κόραξ; Οὐδὲ γὰρ τὸ ζῶόν ἐστιν ὑδρόβιον· ἀλλὰ γὰρ ἡ κακία τοῖς κυμαίνουσιν ἐφήδεται πάθεσιν, ἡ δὲ ἀρετὴ τούτων ἀποπηδᾷ, πρὸς τὴν πρώτην δυσχεράνασα θέαν, ἀνάπαυσιν καὶ βάσιν ἐν τούτοις οὐκ ἔχουσα· εὐλαβῶς δὲ Νῶε καὶ παυσαμένου τοῦ ὕδατος πρόσταξιν ἀναμένει Θεοῦ πρὸς τὴν ἔξοδον, ὥσπερ οὖν ὑπὸ ταύτης εἰσήρχετο· ἐλέγομεν δὲ ὡς Χριστός ἐστιν ὁ διὰ Νῶε τυπούμενος ὄντως ὢν δικαιοσύνη τε καὶ ἀνάπαυσις ἡμετέρα, « Οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ἃ ἐποιήσαμεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος, » λέγων· « Δεῦτε, πάντες οἱ κοπιῶντες, » καὶ τὰ ἑξῆς. « Ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γῆς ἧς κατηράσατο Κύριος, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα καὶ ποιήσας πάντα καινά. Καὶ ὥσπερ πρῶτον οἱ ἀπὸ τοῦ Ἐνὼς ὃς ἐκλήθη Θεὸς κηδεύσαντες τοῖς ἀνθρώποις γεγόνασιν ἑτερότροποι, οὕτως οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὴν μὲν ἀρχὴν ἁγιοπρεποῦς ἦσαν πολιτείας, ὕστερον δὲ τοῖς ὁμόροις ἀναμιχθέντες, τῆς αὐτῶν ἐνεπίμπλαντο δυσ-

Corvus et columba sunt quasi quædam virtutis et vitiorum symbola. Si columba non inveniebat locum, in quo vestigium poneret, quomodo quæso quiescere quivit corvus? Nec enim corvus inter aquatilia connumeratur. Sed vitia gaudent affectuum perturbatione et æstu. Virtus vero continuo ab his resilit ne primum quidem horum aspectum ferens: siquidem nullam vel quietem in his sentit vel stabilitatem experitur. Noachus admodum caute, cum aquæ fervor sopitus esset, exspectat donec a Deo jubeatur se depromere arca, quemadmodum secundum ejus imperium in ipsam introiit. Verum si rem recte perpendere velimus Noachus typus est Christi, qui revera est justitia et quies nostra, « Non ex operibus justitiæ, quæ ipsi fecimus, sed secundum multam suam misericordiam [25], » inquiens: Venite ad me omnes qui laboratis [26], » etc. Hic nos liberat a terra, quam exsecratus est Dominus, dum pro nobis factus est exsecratio. Omnia præterea nova reddit. Quemad-

[23] Isa. LI, 2. [24] Ibid. 10. [25] Tit. III, 5. [26] Matth. XI, 28.

modum illi, qui ab Enoch ducebantur, Deo ipsos curante, in alios mores et a cæteris diversos abierunt : sic Israelitæ initio tenebantur admodum sancta politia. Deinde finitimis admisti, nonnihil impietate quasi contagio quodam infecti sunt. Nam illarum mulieribus conjuncti spreta circumcisione et sacrificiis contemptis, dæmonibus offerebant quæ Deo debebantur. Cum itaque omnes, qui in terra erant, essent cædi destinati, ne totum humanum genus interiret penitus : per fidem, justificationem : per aquam, peccatorum veniam omnibus in Christo gratificatur. Hic nobis arcam compegit, scilicet Ecclesiam, in quam transilientes exitium evitamus, sicuti octo animæ, quæ incolumes evasere interitum in arca conclusæ secundum testimonium Petri.

A σεβείας, γυναιξὶ μὲν τούτων ἐπιμιγνύμενοι, ἀντὶ δὲ τῆς τῶν τικτομένων περιτομῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ θυσιῶν, τοῖς δαίμοσι τὰ ἐκ τῶν ἡγιασμένων λαῶν ἐπιφέροντες. Καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ὀλέθρῳ κατεγνωσμένων ὑπὸ Θεοῦ, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἀπόληται γένος, τὴν ὡς ἐν πίστει δικαίωσιν καὶ τὴν ὕδατος ἄφεσιν ἐν Χριστῷ πᾶσι χαρίζεται, ὃς κιβωτὸν ἡμῖν τὴν Ἐκκλησίαν ἐπήξατο, εἰς ἣν εἰσπηδῶντες τὸν ὄλεθρον διαφεύγομεν· ὥσπερ ὀκτὼ ψυχαὶ, καθά φησιν ὁ Πέτρος, ἐσώθησαν ἐπὶ Νῶε δι' ὕδατος· ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα.

Vers. 13. *Arcum meum posui in nube, eritque in signum fœderis.* Quæritur an ille arcus fuerit
107 naturalis, sicuti iris apparet : et an eo demum tempore comparuerit, quo Deus inito fœdere promisit Noacho, se non amplius diluvium in orbem inducturum. Et quidem iris non putatur esse naturalis, sed creditur a forma id nomen traxisse : siquidem rotunda est. Ait itaque, nunquam inundationem posthac tantam fore, ut sol nequeat suos radios per humidas nubes transmittere, et irim parere. Et si gens una atque item altera aliaque porro inundatione oppressa fuerit, attamen pura aeris pars irim constituet, transeuntibus solaribus radiis nubium densitatem. Nec tamen semper hoc signum pluvio tempore investigandum est. Nam sæpe 20 diebus continuis nulla visa est iris propter pluviam. At in aliis regionibus, quas squalor et siccitas obtinet, sæpius visitur. Necessum itaque est, si quasdam orbis partes inundatio invaserit, alicubi esse siccitatem, ut iris nasci possit. Et hoc magnum signum est, non ubique inundationes grassari.

Τὸ τόξον μου τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον διαθήκης. Ζητητέον πότερον φυσικόν
B ἐστιν ὡς καὶ ἡ ὁρωμένη ἶρις, ἢ τότε γίνεται ὅτε Θεὸς διατίθεται τῷ Νῶε μηκέτι κατακλυσμὸν ἐπαγαγεῖν ἐπαγγελλόμενος· καὶ οἱ μὲν τὴν ἶριν, φασὶν, οὐκ ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σχήματος· κυκλοτερὴς γάρ. Φησὶν [f] οὖν, ὅτι οὐδέποτε οὕτως ἔσται οἰκουμενικὸς κατακλυσμὸς, ὡς μὴ τὸν ἥλιον ἔχειν ἐπιβάλλειν τοῖς νέφεσιν ὑγροῖς οὖσι τὰς ἀκτῖνας καὶ τὴν ἶριν ἀποτελεῖν· ἀλλὰ κἂν ὁλόκληρον ἔθνος, ἢ δεύτερον, ἢ καὶ τρίτον κατακλυσθῇ, ἀλλὰ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ἀέρος καθαρεῦον νεφῶν καὶ διαπέμπον τὰς ἀκτῖνας εἰς τὴν πυκνότητα τῶν νεφῶν ἀποτελέσει τὴν ἶριν· ζητητέον δὲ τὸ σημεῖον οὐχ ὅπου πάντως ὁ ὑετός· καὶ γὰρ ἐν εἴκοσι πολλάκις ἡμέραις ἶρις οὐκ ἐφάνη διὰ τὴν ὄμβρων συνέχειαν, ἐν ἄλλαις δὲ χώραις ἔνθα τῶν ὄμβρων ἡ χαύνωσις· δεῖ οὖν, τινῶν κατακλυζο-
C μένων, ἀλλαχοῦ χαύνωσιν εἶναι, καὶ φανῆναι τὴν ἶριν, ὥσπερ [g] σημεῖον τοῦ μὴ πανταχοῦ γίνεσθαι τὸν κατακλυσμόν.

VERS. 5, 6. *Et omnem animam, quam ibi acquisiverant*, etc. Duo scilicet illi soli Lot et Abram. Siquidem Nahor, et qui ex ipso erant progeniti, in Charran permansere. « Usque ad locum Sichem, » etc. Sichem, Sicima, et Selom sunt in suburbanis Neapolis. « Ab oriente Bethel, » etc. Bethel prius dicta est Namaus. Si quis proficiscatur a Jerusalem Neapolim, ad lapidem duodecimum dextram versus sita est. Eadem urbs et Luza nominatur : et ponitur inter numerum eorum oppidorum, quæ spectant ad tribum Benjamin. Ibi visus est Jacobo Deus. *Hai*, etc. Locus ille nunc est desertus, spectat orientem, nec multum distat a Bethel.

VERS. 13. *Dic ergo quod soror mea sis.* **116** Non absque divina Providentia accidit, ut in metu esset Abrahamus, talia præciperet Saræ, Sara ei eriperetur. Sic docuit Pharaonem, dum ulciscitur justum eique benefacit, ut una cum gentibus agnosceret Deum. Simul etiam, quasi sub typo indicat pro sua consuetudine, quæ semini ejus ibi essent eventura.

VERS. 17. *Et percussit Dominus Pharaonem plagis magnis.* Satis constat Deum, antequam a Pharaone Sara contrectaretur, pœnas inflixisse. Si enim ulciscitur injuriam justo illatam, multo magis eam conservavit integram et impollutam. Sinit Abrahamum pertentari metu, ut deinde cupidius oblatum auxilium et sentiat, et accipiat : justumque subinde in fide roboret, et ad credendum expeditiorem reddat.

Operæ pretium erit, nunc repetentes prædicta, allegoricum sensum enarrare. Non enim temere jubet Abrahamum relinquere suam gentem : sed quia animadverterat in eo aliquid esse quod æstimabat esse dignum ut vir ille suæ subderetur curæ, id est, fidei, propter quam haud fas erat ut diutius vitam ageret inter idololatras, ne scilicet quid damni pateretur, cum adhuc foret in fide novitius, ex conversatione impia. Hinc et Salvator inquit : « Si quis vult me sequi, et non odit patrem suum et fratres et sorores, uxorem et liberos, non potest meus esse discipulus [23]. » Nec expetit, ut humanam odio insectemur naturam : sed odisse nos vult, quidquid obstare potest nobis, quominus ad virtutem capessendam maturemus iter. Quapropter discipuli dicunt : « Ecce reliquimus omnia et secuti sumus te [24]. » Cæterum nihil eorum, quæ præcipiuntur voce divina Abrahamo, humanum esse dixeris. Qui enim peccatum facit, ex diabolo est, huncque sortitur patrem, et cum eo in idem contrahitur et convolvitur genus et corpus. Ex hoc eripit et educit justum, nominando cognationem cum diabolo terram (nihil enim divini continet

A

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Καὶ πᾶσαν ψυχὴν ἣν ἐκτήσαντο ἐν Χαῤῥάν. Λὼτ καὶ Ἄβραμ, οἱ δύο μόνοι δηλονότι, ἐπεὶ ὁ Ναχὼρ ἔμεινεν ἐκεῖ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ. « Ἕως τόπου Συχέμ. » Συχὲμ καὶ ἡ Σίκιμα καὶ ἡ Σηλὼμ ἐν προαστείοις Νεαπόλεως. « Κατὰ τὰς ἀνατολὰς Βαιθήλ. » Βαιθὴλ ἡ καὶ Οὐλαμμαοῦς καλουμένη πρότερον, ἀπὸ ιβ' σημείων Ἱερουσαλὴμ ἀπιόντων εἰς Νεάπολιν δεξιὰ, ἡ καὶ Λοῦζα, φυλῆς δὲ Βενιαμὶν, ὅπου φαίνεται τῷ Ἰακὼβ ὁ Θεός. Ἀγγαὶ δὲ νῦν ἔρημος τόπος ἐστὶ κατὰ δυσμὰς Βαιθὴλ οὐ πλεῖστον.

Εἶπον οὖν, ὅτι Ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι. Οἰκονομία ἦν τὸ φοβηθῆναι τὸν Ἄβραμ καὶ παραγγεῖλαι τῇ Σάῤῥᾳ, καὶ αὐτὴν παρ' αὐτοῦ ληφθῆναι· ἵνα παιδεύων ὁ

B

Θεὸς τὸν Φαραὼ καὶ τὸν πιστὸν ἐκδικῶν, καὶ τοῖς ἔθνεσι γνωσθῇ, καὶ τὸν δίκαιον εὐεργετῶν μὴ λάθῃ· ἅμα δὲ καὶ διὰ τύπου δείκνυσι τῷ Ἄβραμ ὁ Θεὸς, ὡς ἔθος αὐτῷ, τὰ μέλλοντα τῷ σπέρματι αὐτοῦ συμβῆναι.

Καὶ ἤτασεν ὁ Θεὸς τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις. Ἐκ τούτου δῆλον ὡς πρὶν αὐτῆς ἅψασθαι τὸν Φαραὼ, τοῦτο ποιεῖ ὁ Θεός· εἰ γὰρ ἐκδικεῖ, δῆλον ὅτι φυλάττων καθαρὰν μιασμοῦ. Συγχωρεῖ δὲ τὸν φόβον τῷ Ἄβραμ, ἵνα δείξῃ τὴν βοήθειαν καὶ πιστότερον ἐργάσηται τὸν δίκαιον.

C

Ἄνωθεν [1] δὲ μικρὸν ἀναλαβόντες τὸν τῆς ἀλληγορίας ἐξετάσωμεν νόμον· οὐ γὰρ ἀποκληρωτικῶς τῷ Ἄβραμ ὁ Θεὸς κελεύει ἀποστῆναι τῆς συγγενείας αὐτοῦ, ἀλλ' ἰδὼν ἐν αὐτῷ ἄξιόν τι τοῦ ὑπὸ κηδεμονίαν τὴν ἑαυτοῦ τετάχθαι λοιπὸν, τουτέστι τὴν πίστιν, δι' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰδωλολάτραις ἔτι συνεῖναι, μὴ καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀπολαύσειε λύμης πονηροῖς συνὼν, ἔτι τυγχάνων νεοπαγής. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν· « Εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα, οὐ δύναται εἶναί μου μαθητής. » Οὐ πρὸς τὴν φύσιν τὸ μῖσος κινῶν, πρὸς τὸ ἐμπόδιον δὲ τῆς ἀρετῆς. Διὸ καὶ οἱ μαθηταὶ, « Ἰδοὺ, φασὶν, ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. » Τῶν δὲ τῷ Ἄβραμ ἐπηγγελμένων οὐδέν ἐστιν ἀν-

D

θρώπινον· ὁ γὰρ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶ, πατέρα τε αὐτὸν ἔχει, καὶ συγγένειαν τὴν ἐκ τούτου σύστασιν· ἐξ ἧς τὸν δίκαιον ἐξάγει, γῆν αὐτὴν ὀνομάζων· οὐδὲν γὰρ ἐν διαβόλῳ οὐράνιον. Ἵνα οὕτως ἀποθέμενος τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, ἀναλάβῃ τὴν εἰκόνα ἐπουρανίου· παραγγέλλει δὲ ἥκειν εἰς γῆν ἣν αὐτῷ δείξῃ Θεὸς, οὐχ ὁρατὴν, εἰ καὶ συμβόλου χάριν καὶ τοῦτο παρ-

[23] Luc. XIV 26. [24] Matth. XIX, 27.

NOTÆ.

[1] Retrocedit commentarius.

ἠκολούθησεν· « Ἐλπὶς γὰρ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς. »

A diabolus), et sic paulatim deponat imaginem terrestris, et recipiat imaginem cœlestis. Imperat vero, ut proficiscatur in terram, quam ipsi commonstraturus sit, id est, non visibilem, licet symbolice et hoc consecutum sit. Est enim terra Chanaan typus quodammodo invisibilis terræ, id est, regni cœlorum: « Spes enim cum videtur, non est spes [35]. »

Οὐκ ἀρκεῖται δὲ τῷ εὐλογῆσαι αὐτὸν, ἀλλ' ἐπήγαγε· « Καὶ ἔσῃ εὐλογητὸς, » ἄξιος εὐλογίας γινόμενος διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐπὶ τελείαν ἀρετὴν προκοπήν· εὐλογεῖ δὲ καὶ τοὺς εὐλογοῦντας οὐ ψιλῇ προφορᾷ, ἀλλὰ τῇ αἱρέσει· καὶ ἐκλογεῖ ὧν αὐτὸς ἐκλέγεται, καὶ καταρᾶται διὰ τῶν ἐναντίων ὁμοίως· τοιγαροῦν καὶ καθ' ἱστορίαν ὅσοι μὲν ἀσμένως ὑπεδέξαντο, εὐλογήθησαν· οἱ δὲ ἐναντίοι, ὑπὸ κατάραν γεγόνασιν, ὡς ὁ Ἀβιμέλεχ· καὶ τούτῳ ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐν τῷ Λευϊτικῷ λεγόμενον· « Καὶ ἐξάγαγε B τὸν καταρασάμενον ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ λιθοβολείτω αὐτὸν πᾶσα ἡ συναγωγή, » περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τῆς Ἰσραηλίτιδος καταρασαμένου Ἰσραηλίτην· μή τι διὰ τοῦτο οὐδὲ λοίδοροι τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν κληρονομήσουσι; δύναται δὲ καὶ περὶ ἀοράτων δυνάμεων ταῦτα λέγεσθαι· ἁγίων μὲν ἀγγέλων εὐλογούντων τὸν σπουδαῖον, διαβόλου δὲ καὶ δαιμόνων καταρωμένων αὐτὸν καὶ ὑπὸ κατάραν πιπτόντων· ἕτερον δὲ κατόρθωμα τὸ ἐνευλογηθῆναι αὐτῷ πάσας τὰς φυλὰς τῆς γῆς, ἀπαλλαττομένας τοῦ γῆς εἶναι φυλὰς διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν μίμησίν τε καὶ ἁγιότητα, κἂν μὴ πᾶσαι προσέλθωσι, τῇ προαιρέσει ἑαυτὰς ἀπὸ τούτου χωρίζουσαι· λέγοιτο δ' ἂν διὰ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντας· ἔσθ' ὅτε διὰ τὸν λόγον ἀλλοτριουμένους τῆς ἑαυτῶν γῆς καὶ συγγε- C νείας καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς, υἱοὺς γινομένους Ἀβραὰμ τοῦ ταῦτα ἀκούσαντος καὶ ποιήσαντος.

Nec contentus fuit dixisse: « Benedicam te, » etc., imo addit: « Et eris benedictus, » id est, dignus habere benedictionem ob eximiam præstantiam et perfectæ virtutis profectum. Benedictione illustrat et benedicentes hunc, nec tamen nuda sola verborum prolatione, sed prædestinatione et electione, sicuti et Abrahamus prædestinatus et ad salutem electus est. Exsecrantes hunc talem virum similiter a contrario exsecrationi subjicit, excludendo scilicet eos a prædestinatione et electione, scilicet ut pellantur regno cœlesti. Sed ut illud videamus evenisse manifesto exemplo Scripturæ, sequentia vide. Quotquot Abrahamum libenti et comi exceperunt animo, benedictionem consecuti sunt. Contrarium contraria studia sequentibus contigit, et exsecrationi subjugati sunt, ut videre est in Abimelecho. Nec multum discrepat ab hoc loco, quod dicitur in Levitico de filio Ægyptii et Israelitidis maledicentis Israelitam: « Educ maledicum extra castra et lapidibus eum obruat universus cœtus [36]. » Propterea docet Paulus [37], nec maledicos hæreditario jure assecuturos regnum Dei. Possunt hæc de invisibilibus virtutibus prædicari, sanctis quidem angelis benedicentibus justum; diabolo vero cum suis **117** apostatis spiritibus maledicentibus justum. Quare hi exsecratione prostrati sunt. Alterum quoque quod Dei verba habent, præclarum est, dum pollicetur in ipso benedicendas omnes familias terræ. Desinent enim et hæ esse tribus seu familiæ terræ, cum mutabuntur et aliam vitam auspicabuntur motæ exemplo sancti Abrahami. Etsi non omnes ad hanc vitam animum appellent, nullum damnum sentient boni et pii. Qui hanc vitam aspernabuntur, quam Abrahamus in hoc sæculo sectatus est: sejungunt se ab æterna beatitudine. Accommodari potest hic locus et ad eos, qui ex gentibus fidem Christianam apprehensuri sunt, relinquentes suam patriam, cognationem, patrisque familiam: cum jam sint filii Abrahami, qui similiter fecit.

Τὸ δὲ, « Μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, » πεπλήρωται ὅτε εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· « Ἐγὼ Θεός σου· » καὶ χρηματίζει « Θεὸς Ἀβραάμ. » Μεγάλη δὲ μαρτυρία τῷ πατριάρχῃ ὅτι οὕτως πεπόρευται καθάπερ ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἑαυτοῦ λείψανον ἀφεὶς ἐν Χαρράν· ἔλαβεν γὰρ τὴν Σάῤῥαν, τὸν Λὼτ, τὰ ὑπάρχοντα πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν ψυχὴν ἣν ἐκτήσαντο· ἀποδεκτέος δὲ καὶ Λὼτ συνακολουθήσας τῷ Ἀβραάμ· ἐπάγεται τὴν κτῆσιν Ἀβραάμ, οὐχ ὡς δεδουλωμένος αὐτῇ, ὁ μηδὲ τῷ μονογενεῖ δουλωθεὶς Υἱῷ, ἀλλ' D ἔχων αὐτὰ πρὸς τὰς χρείας· « Καὶ τὰς ψυχὰς δὲ ἃς ἐκτήσαντο, » τοὺς ὁμοτρόπους νοητέον οἰκέτας· οὐδεὶς γὰρ κατὰ τὸ εἰρημένον βραδὺς ἐν οἰκίᾳ σοφοῦ· εἰς δὲ τὴν γῆν ταύτην νεωστὶ μεταστὰς, ἀναγκαίως αὐτῆς τὴν ἰδέαν κατενόει διοδεύων τὸ μῆκος· εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ τὸ πλάτος, τὴν περιοχὴν αὐτῆς καταμανθάνων· ὁ γὰρ ἅγιος μεταστὰς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἃ καὶ αὐτὰ καλῶς μετῄει ἐπὶ προκοπὴν θειοτέραν,

Quod inquit: « Magnum faciam nomen tuum, » etc., ad rem collatum esse experimur, cum Deus dicit: « Ego Deus tuus. » Deinde: « Deus Abrahami. » Verum insigne testimonium obedientiæ patriarchæ est, quod dicto fuit audiens, et egressus est patria nullas sui relinquens reliquias in Charran. Collaudandus est et Lothus, qui se comitem dedit Abrahamo. Secum abducit et opes, non iis serviturus (siquidem nec unigenito filio suo parcere sustinuit audito oraculo divino), sed iis ad res necessarias usurus. Quod inquit: « Animas quas fecerant, » etc., intelligit suos servos, quorum opera et ministerio utebatur. Nullus enim, ut dicitur, ignavus et deses est in domo sapientis. Qui vero nuper admodum pedem in hanc regionem tulisset, necessario ejus longitudinem perambulat deprehensurus regionis formam. Verisimile est Abrahamum et latitudinem peragrasse, ut cogno-

[35] Rom. VIII, 24. [36] Levit. XXIV, 14. [37] I Cor. VI, 10.

sceret regionis ambitum. Sanctus enim ille vir manuductus a sensilibus paulatim progrediebatur ad divina, in quibus maxima capiebat incrementa, cum consideraret longitudinem terræ. Cæterum hoc loco significatur divinarum rerum altitudo, ut et Paulus testatur in Epistola ad Ephesios, dicens : « Quæ sit latitudo, longitudo, altitudo [38]. » Hæc itaque omnia perpendebat, et diligenter rimabatur. Dum enim maxima diligenter scrutatus dicitur, quid prohibet, quominus et parva diligenter examinaverit ?

Venit et ad locum Sychem, ubi fons visebatur, ad quem Christus itineris molestia fatigatus consedit. Hoc sane æquissima ratione accepit. Nam dum vacat studio indagandarum sublimium mysteriorum theologiæ, postremo evasit ad incarnationis orationem, ut patet ex nobili illo Christi testimonio : « Abraham cupivit videre diem meum, et vidit, et gavisus est [39]. » Visus est Deus Abrahæ, cum invisibilis sit humanæ creaturæ, dum in hoc sæculo moramur, mortali corpore amicti. Testatur enim Evangelium : « Deum nemo vidit unquam [40]. » Huic astipulatur Paulus, dicens : « Quem nemo mortalium vidit [41]. » Conspicitur autem pura mente, qua intelligibilia cernuntur. Et tali se exhibet visendum. Nec traditur : Abraham vidit Deum. Id enim impossibile est humanæ creaturæ. Cæterum Dei benignitati tribuit, quod se videndum proponit. Nam Isaias inquit : « Vidi Deum sedentem [42]. » Verum ex his, quæ ad Abrahamum dicta sunt, cognoscimus Dei visionem obtigisse, non citra singularem benevolentiam Dei se videndum pio proponentis. Videre præterea in Scriptura sacra sæpius pro intelligere ponitur. Sic Paulus scribit : « Siquidem quæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, videntur [43]. » Sic et Moses de eo, quem noverat nostræ naturæ invisibilem, loquitur : « Vere video te. » Ea, quæ sensu percipiuntur, in hunc modum venamur. Primo res videtur : visæ rei imago et forma abstrahitur, abstractaque intellectui transmittitur. Verum intelligibilia sese dant intellectui suo marte, modo mens pura et sincera sit, eamque puritatem et sinceritatem afferat ad eas res, quas intellectu capere avet. Interdum Dei notitia nobis innascitur ex pulchritudine creaturarum Dei. Nam, ut perhibet Paulus, modo quodam ex pulchritudine creaturarum ipse perspicitur Creator. Sic nunc apparuit Deus **118** Abrahamo. Nam Dei nomen ubique, ut patet ex hexaemero, connectitur opificio mundi ; at in legislatione nomen Domini usurpari advertitur. Abrahamus ubi cognovit mundum, etiam in Dei cognitionem pervenit, qui mundum condidit. Deinde rejecto idololatriæ furore, quem a majoribus acceperat, Deus consequenter seipsum illi manifestat, prius tamen viva instruitur voce, scilicet divino oraculo, quod sic sonat, « Exi de terra tua, » etc. Cæterum auscultatio, est obediens quædam animi affectio ea exsequendi, quæ oraculum suggerit. Verum per oculum vel visum

κατενόει τὸ μῆκος· δηλοῖ δὲ τῶν θείων τὸ ὕψος, ὡς καὶ Παῦλός φησιν ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους Ἐπιστολῇ· « Τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος· » ταῦτα οὖν ἅπαντα κατενόει, ἀπὸ τοῦ μείζονος καὶ περὶ τῶν ἄλλων μαρτυρούμενος.

Ἔρχεται δὲ ἕως τόπου Συχὲμ, ἔνθα καὶ ἡ πηγὴ ἐτύγχανεν ἐφ' ᾗ ὁ Ἰησοῦς ἐκαθέσθη κοπιάσας· ὅπερ πιθανῶς ὑποβάλλει, ὅτι ἀπὸ τῆς μείζονος καὶ περὶ θεολογίαν ἀσχολίας, ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ μήκους, ἦλθε καὶ εἰς τὸν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον, κατὰ τὸ ὑπὸ Ἰησοῦ εἰρημένον· « Ἀβραὰμ ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη. » Ὤφθη δὲ Θεὸς Ἀβραὰμ, ἀόρατος ὤν· « Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, » ὥς φησι τὸ Εὐαγγέλιον. Καὶ Παῦλος· « Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων » κατὰ νοῦν καθαρὸν ὥσπερ ὁρᾶται τὰ νοητά· οὐ γὰρ εἴρηται, Εἶδεν Ἀβραὰμ τὸν Θεόν· ἀνέφικτον γὰρ γενητῇ φύσει τὸ χρῆμα· Θεοῦ δὲ τοῦτο φιλανθρωπίας· φησὶ μὲν γὰρ Ἡσαΐας· « Εἶδον τὸν Θεὸν καθήμενον. » Ἀλλ' ἐκ τῶν πρὸς Ἀβραὰμ παιδευόμεθα ὅτι Θεοῦ ἑαυτὸν διδόντος εἰς κατανόησιν. Ὁρᾷν γὰρ καὶ τὸ νοεῖν, ὡς ὁ Παῦλος· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. » Καὶ Μωϋσῆς φησι· « Γνωστῶς ἴδω σε, » ὃν ᾔδει κατὰ φύσιν ἀόρατον· καὶ ἐν μὲν τοῖς αἰσθητοῖς πρῶτον ὁρῶντες, εἶτα τὰ ἐκ τῆς αἰσθήσεως τύπου τῇ διανοίᾳ γινομένου νοοῦμεν αὐτά· τὰ δὲ νοητὰ, ἑαυτὰ δίδωσιν εἰς κατανόησιν, τοῦ νοῦ μηδὲν προενεργήσαντος ἢ τὴν ἑαυτοῦ καθαρότητα· γίνεται δέ ποτε καὶ ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων, τοῦ Θεοῦ κατανόησις· ἐκ γὰρ καλλονῆς τῶν κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται τῇ δημιουργίᾳ, ὡς ἐκ τῆς Ἑξαημέρου δῆλον, τῆς τοῦ Κυρίου προσηγορίας ἐπὶ νομοθεσίας λεγομένης· κατανοῶν γὰρ τὸν κόσμον, ἔγνω τὸν ποιητὴν, καταγνοὺς τῆς πολυθέου πλάνης ἣν ὁ Πατὴρ αὐτῷ παραδέδωκε. Καὶ ἀκολούθως ἑαυτὸν ὁ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ πρὸς κατανόησιν, τὴν ἐξ ἀκοῆς παίδευσιν τὴν, « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου. » Ἡ δὲ ἀκοὴ τῶν ὑποβαλλομένων συγκατάθεσις εὐπειθής· ὀφθαλμὸν δὲ νοητέον τὴν μετὰ τὴν προκοπὴν κατάληψίν τε καὶ βεβαιότητα· διαφόρως γὰρ τὰ αὐτὰ γινώσκεται εἰσαγωγικώτερον προκόπτοντος· ἐκ δὲ τῆς κατανοήσεως προκόπτοντι, κατεπαγγέλλεται καὶ « τῷ σπέρματι δοῦναι τὴν γῆν. » Περὶ ἧς εἴρηται· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν, » δηλαδὴ καὶ ἐπουράνιον, ἥτις ἐστὶ γνῶσις Θεοῦ τελειοτάτη· ταύτην δίκαιοι κληρονομήσουσι καὶ κατασκηνώσουσι εἰς αἰῶνα ἐπ' αὐτήν· σπέρμα δὲ τὸ τέκνον καλεῖ· ὅπου μὲν γὰρ τέκνον, καὶ σπέρμα· οὐ μὴν πάντως τοὐναντίον· οὕτω καὶ ἐν τοῖς κατὰ ψυχήν· ἐν γοῦν Ψαλμοῖς φησι· « Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ· » οὐ μὴν ἀνάπαλιν, ὥς φησιν ὁ Παῦλος· « Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι

[38] Ephes. III, 18. [39] Joan. VIII, 56. [40] Joan. I 18. [41] I Tim. VI, 16. [42] Isa. VI, 1. [43] Rom. I, 20.

Ἰσραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ πάντως τέκνα. »

A intelligitur perfecta numinis apprehensio; et ad finem usque perseveratio. Is enim optimus est fructus. Magna differentia est inter eum, qui modo instruitur, atque eum, qui jam intelligit totum negotium, et intellectu profecit. Huic promittitur: « Et semini tuo dabo terram, » de qua dictum est: « Beati mansueti, quoniam ipsi hæreditabunt terram [44], » videlicet cœlestem, quæ sane perfectissima cognitio est. Hanc justi hæreditario jure consequentur et perpetuo incolent. Semen vocat filium. Ubi enim filius, ibi et semen. Nec tamen si convertas præsentem propositionem, veritas semper constabit. Hoc modo sentiendum est et de his, qui secundum animum dicuntur filii. Nam Psaltes canit: « Semen Abrahæ servi ejus, filii Jacob electi ejus [45]. » Nec tamen id eloquium, salva rei veritate, reciprocari potest. Nam secundum testimonium Pauli, « Non omnes, qui sunt ex Israel, hi sunt Israel: nec quod sunt semen Abrahæ, propterea et filii omnino sunt [46]. »

Ὁ τοίνυν Ἀβραὰμ εὐχαριστηρίους προσάγει θυσίας πνευματικὰς εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ· τοιοῦτον οἰκοδομεῖ θυσιαστήριον ὁ προκόψας καὶ ἀκολουθήσας B τῷ καλέσαντι· προκόπτων δὲ ὑψηλότερον ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος κατὰ ἀνατολὰς Βαιθήλ. *Οἶκος* δὲ *Θεοῦ* τὸ Βαιθὴλ· σὺν ἄλλοις δέ· τῷ γὰρ τοιούτῳ ἐμφανίζει ἑαυτόν· μετὰ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐν τοῖς Ἄσμασί φησιν· « Ὁμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῷ δόρκωνι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ. » Πολλὰ γὰρ ὄρη καὶ βουνοὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ εἰσιν. Ὡς ἐκ τοῦ, « Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, » ἁλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς· καὶ καθ' ἑκάστην προκοπὴν ἔστιν εἰς βουνὸν ἀνελθεῖν, ἐκ τοῦ βουνοῦ εἰς ὄρος, καὶ ἐκ ταπεινοτέρων ὀρῶν εἰς ὑψηλότερα· εὖ δὲ καὶ τὸ ὄρος τοῦτο εἰρῆσθαι ὡς κατὰ ἀνατολάς ἐστι· πάντοθεν γὰρ φῶτα ἔχει κατ' ἐνεργείας διαφόρους· τὸ δὲ ὄρος, οἱ μέν φασι τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον εἶναι, οἱ δὲ τὴν Ἐκκλησίαν· κατὰ ἀνατολὰς δ' οὖν C τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ τοῦ διόλου καταυγαζομένου ἦλθεν ὁ ἅγιος ἐκ τῶν ἀρετῶν χειραγωγούμενος. Ἔστι δὲ καὶ τὰ ποικίλα δόγματα τῆς εὐσεβείας ἀνατολὰς εἰπεῖν, δι' ὧν ἐληλυθὼς ὁ Ἀβραὰμ τὴν σκηνὴν ἔπηξεν ᾗ ἐκέχρητο πρὸς τὰς προκοπάς· τοῦτο γὰρ ἡ σκηνὴ δηλοῖ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ μονίμου τυγχάνοντος· « Διελεύσομαι γὰρ ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· » εἰς ὃν οἱ φθάσαντες μακαρίζονται, λέγοντος τοῦ ψαλμοῦ, « Μακάριοι πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, » οὐχ οἱ παροικοῦντες. Δι' ὧν ἡ θεία πολιτεία δηλοῦται, κἂν τὸ πρόσωπον τοῦ Ἀβραὰμ ἔτι τελείωσιν ἐπιδέχηται· οὔπω γὰρ μετωνόμασται· κατὰ δὲ θάλασσαν τὴν σκηνὴν πήγνυσι, βέβαιος ὢν καὶ ἄσειστος διὰ τὸ τελείως [r] ἀντέχεσθαι τῆς ἀρετῆς· ὥστ' D ἂν εἰπεῖν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἅπερ θάλασσαν λέγων, οὐκ ἂν ἁμάρτοις, ὅπου ποτὲ γὰρ ἂν ὁ ἅγιος ἐφεδρεύουσαν ἔχει τὴν ζάλην· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐν Ἀγγαὶ κατὰ νότον πήγνυσι τὴν σκηνήν· οἰκείως τῷ ἐφθακέναι εἰς τὸ ὄρος τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, δι' ὅλων πεφωτισμένος ἐκ τῶν ἀνατολῶν, αἵτινές εἰσιν αἱ κατ' εἶδος ἀρεταὶ, καὶ μηδεμίαν ἔτι τῶν ἀντιστατούντων φροντίδα τιθέμενος· οὐδὲ γὰρ αἱ ἐκ τῆς θαλάττης τρικυμίαι ἀνατρέπουσιν αὐτοῦ τὸ οἰκοδόμημα καλῶς ἱδρυμένον· ἐν ἑορτῇ γινόμενος ὅπερ ἐστὶν Ἀγγαί·

Abraham autem, ut declararet animi gratitudinem, adduxit ad altare victimas gratas acceptasque Deo. Verum illam aram posuit is, qui sequebatur vocantem, et subinde in vera religione incredibiles progressus faciebat. Verum cum amplius incrementum religionis capere vellet, inde se recepit in montem, qui situs erat ab ortu Bethel. Cæterum Bethel, si vocem interpreteris, sonat *domum Dei*. Hic locus cum aliis multis concinit cum isto, qui in Canticis habetur: « Similis est patruelis meus capreæ, aut hinnulo cervorum in montibus Bethel [47]. » Plurimi enim montes collesque in domo Dei sunt, ut liquet ex illo proloquio: « En ille venit, salit ultra montes, et transilit colles [48]. » Verum in religione vera, si quis subinde ad altiora consurgere velit mysteria, licet: possumus enim scandere collem, progressi ex colle superare summum montem; potestas quoque est subinde a planioribus et humilioribus tendere in altiores montes. Eleganter vero situs hujus montis describitur vergere in orientem. Undique enim sic illustratur solari lumine, et undique relucet clara variarum virtutum operatione. Sunt qui montem ferunt esse illum, qui incarnavit Verbum; alii Ecclesiam sub isto nomine teneri autumant. Venit itaque sanctus Dei manuductus, et clara luce refulgens ab orientali tractu domus Dei. Possumus etiam varias religionis institutiones, quibus ille instructus venit et tabernaculum fixit, quo usus est ad profectum pietatis, appellare orientem. Hoc enim versatile tabernaculum, significationem habet ejus, qui usque promovet in religione. Domus siquidem Dei solida et stabilis persistit, nec loco movetur. Sic enim habet Scriptura sacra: « Transibo in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei [49]. » Ad hanc qui accesserint, beatitudinem inveniunt, dicente Psalmo: « Beati omnes, qui inhabitant in domo tua [50]. » Non de peregrinis, sed de civibus et veris incolis id testimonium prolatum est. Nam illo testimonio significatur sancta et pia vita, quamvis Abraham nondum eo tempore ad perfectionem venerit, sed eam exspectaverit. Nomen siquidem ejus postea demum immutatur, ut signum sit perfectionis quodammodo. Versus

[44] Matth. v, 4. [45] Psal. civ, 6. [46] Rom. ix, 7. [47] Cant. ii, 9. [48] ibid. 8. [49] Psal. xli, 5. [50] Psal. lxxxiii, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[r] C. N. τελείας.

mare quoque tabernaculum suum explicat, constans et firmus exsistens cum senserit se perfecte virtutem apprehendisse, secundum quam vere exclamare posset : « Quis nos separabit a charitate Christi [31]? » etc. Pericula omnia, quæ memorat Paulus, **119** mare dicito. Ubicunque enim fuerit sanctus Domini, tempestatis æstum et salum habebit adjunctum. Idem patriarcha tabernaculum suum et in Angæ expandit versus meridiem : nec id immerito, ut qui adierit prius in montem domus Dei per omnia illuminatus orientali splendore, id est, toto virtutum choro, nec amplius formidet adversarios. Nec enim domum ejus bene fundatam tricumanæ et decumanæ procellæ subruere valent. Collocatus fuit fidelis ille revera in festo, quod per dictionem *Angæ* significatur. Nam præclarum festum censetur, virtutibus omnibus esse ornatum et undique absolutum.

A ἡ μεγάλη γὰρ ἑορτὴ, ἡ τῆς ἀρετῆς ἐστι τελείωσις.

VERS. 7. *Et exstruxit ibi ara Domino, et invocavit in nomine Domini*, etc. Aut Domino aram illam inscripsit, aut pluribus verbis consulto usus est, ut ostenderet Abrahamum in spiritu et veritate adorasse Dominum, et nactum esse virtutes dante eas summo et perfectissimo bono, quas quoque vires subministrante Deo in vita sit exsecutus. Hinc sublato tabernaculo in alium migravit locum, et in deserto castrametatus est, etc. Nam etsi quis perfectus sit, tamen nunquam penitus effugere potest hostes. « Non enim est nobis lucta adversus sanguinem et carnem. » Non inquit : Non fuit ; sed : « Non est. » Perfecti itaque est bellum gerere cum hostibus. Bene scribitur : « In deserto tabernaculum extendit. » Nam et Salvator in deserto tentatur. Ibi siquidem plerumque tentationes fervent, quod, qui ibi degunt homines, reliquorum mortalium, a quorum consuetudine se segregarunt, auxilio planissime sunt destituti. Nam frater a fratre adjutus, est ut urbs munita. Anima, quæ in tentationem prolabitur, seipsam cernit ab omnibus desertam, Deo, non citra singularem providentiam id procurante. Si antea mortalibus significaretur victoria, quam in tentationibus superandis essent adepturi, nihil præclari facerent, etsi victoria potirentur. Cæterum Deus sic affectis demonstrat se eum esse, qui opituletur tentatione circumventis. Proinde fortes sint, tentationibus non cedant, nec animos ad deteriorem partem applicent.

Καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ τῷ Κυρίῳ θυσιαστήριον, καὶ ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ἢ ὅτι Κυρίου ἐπωνόμασεν αὐτὸ, ἢ ὑπεραναβεβηκότως εἰπεῖν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἐπεκαλέσατο· οὐ ψιλῇ συλλαβῇ, ἀλλὰ πραγματικῶς τοῦ νοῦ τὴν ἔνταξιν B Θεῷ ποιουμένου· μὴ δι' ἄλλο τὰς ἀρετὰς ἐνεργοῦντος, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ ἀγαθόν. Εἶτά φησιν, ὡς ἀπῆρεν Ἀβραὰμ, καὶ πορευθεὶς ἐστρατοπεδεύσατο ἐν τῇ ἐρήμῳ· κἂν γὰρ τέλειός τις ᾖ, οὐκ ἀπαλλάττεται τῶν πολεμούντων· « Οὐ γὰρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. » Οὐ λέγει, Οὐ γέγονεν, ἀλλ', « Οὐκ ἔστι. » Τελείου τοίνυν τὸ πολεμεῖν. εὖ δὲ καὶ τὸ « ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστρατοπεδευκέναι. » Οὕτω γοῦν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν ἐρήμῳ πειράζεται· ἐνταῦθα γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ πειρασμοὶ, διὰ τὸ ἀβοηθήτους αὐτοὺς εὑρίσκεσθαι ἐκ τῶν ὁμοίων ἀνθρώπων· ἀδελφὸς γὰρ ὑπ' ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ὀχυρά· ἡ γὰρ εἰς πειρασμὸν ἐρχομένη ψυχὴ ὥσπερ ἔρημον ἑαυτὴν ὁρᾷ συμμαχίας, Θεοῦ τοῦτο οἰκονομικῶς ποιοῦντος· εἰ γὰρ προαπεκάλυπτεν αὐτοῖς τὴν C ἔκβασιν, ὅτι νικήσουσιν, οὐ μέγα ἦν τὸ ἀνυόμενον· δείκνυται δὲ αὐτοῖς πάλιν ὅτι καὶ συμμαχεῖ Θεὸς, ἵνα μηδὲ οὕτως ἀποκακήσωσιν.

VERS. 10. *Facta est*, inquit, *fames super terra*, etc. Famem spiritualem hoc loco intelligit quæ ceperat Abrahamum tentationibus sollicitatum. Qui enim caret pane, qui e cœlo descendit, non cessat pergere ad vitia, virtute, quasi propria terra, extorris. Alium sumit habitum quem suppeditant vitia, quæ sequuntur sceptra et auspicia adversariorum. Adversariæ potentiæ conspicatæ præteritam illius virtutem, accurrunt ad suum principem, remque omnem ordine explicant : nec prius absistunt, quam hominem sibi subjiciant, suumque semen infundant, ut inde diabolo fertilis subnascatur proles. Antecedentis virtutis oblivionem inducunt, futurorum securum faciunt : terrenis eum ditare conantur; quibus ceu blanditiis eum illiciunt et suo dominio adjungunt. Solus vero Deus est, qui salvare potest. « Et percussit Pharaonem Dominus plagis magnis et periculosis, » etc. Qua quidem re ceu auxilio usus Abrahamus, fugit servitutem, quam sub illo perpetiebatur. Hanc non evasisset, ni relicta Ægypto rediisset in priorem regionem a Deo oblatam, ex qua abierat cum proficisceretur in Ægyptum. Nam sic ha-

Ἐγένετο δὲ, φησὶ, λιμὸς *ἐπὶ τῆς γῆς*. Λιμὸν φησι τὸν νοητὸν, ὃς κατέλαβε τὸν Ἀβραὰμ πειραζόμενον· τοῦ ἄρτου γὰρ τοῦ καταβαίνοντος ἐξ οὐρανοῦ στερηθεὶς, πρὸς αἰσχίω χωρεῖ· τῆς ἀρετῆς ὥσπερ ἰδίας γῆς πλανηθεὶς καὶ εἰς ἑτέραν ἕξιν ἐλθὼν ὑπὸ σκῆπτρα τελοῦσαν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως· οὗ τὴν φθάσασαν ἀρετὴν αἱ πονηραὶ θεασάμεναι δυνάμεις, τῷ σφῶν αὐτῶν ἀγγέλλουσιν ἄρχοντι, καὶ τοῖς D ἐκείνου σπερματισμοῖς ὑποβάλλουσιν, ὡς ἂν ἐκείνῳ τεκνογονῇ· τῶν δὲ γινομένων τὴν αἴσθησιν ἀποκλείοντες, τοῖς γηΐνοις αὐτὸν καταπλουτίζουσι, τοῖς παροῦσι θέλγειν πειρώμενοι, ἡνίκα Θεὸς ἂν εἴη μόνος ὁ σώζειν δυνάμενος, « Ἐτάζων αὐτοὺς ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς· » ᾧ καὶ συνεργῷ χρώμενος Ἀβραὰμ, οὐκ ἄλλως ἀπέδρα τὴν ὑπ' ἐκείνῳ δουλείαν, εἰ μὴ τὴν Αἰγυπτίων ἀφεὶς πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ θεόσδοτον ἀναπεφοίτηκε χῶρον· φησὶ γὰρ, « Ὡς ἀναβὰς ἐξ Αἰγύπτου παγγενεί τε καὶ πανσκευεὶ ἐπορεύθη ὅθεν ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον ἕως Βαιθὴλ, » εἰς ἀνενόχλητόν τε καὶ καθαρὰν διανοίας κατάστασιν· ἕως τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ ἐν ἀρχαῖς, τουτέστι τοῦ πάλαι προσπεφυκότος ἁγιασμοῦ· τὴν δὲ κάθοδον τὴν εἰς Αἴγυπτον τινὲς οὐ χείρω κατάστασιν ἐμφαί-

νειν λέγουσιν, ἀλλ' ὡς τέλειος, φασὶν, ἀπῆλθε πρὸς A ἀτελεῖς, ἵνα ὠφεληθῶσιν· ἔχων τὴν ἀρετὴν οὐχ ὡς ἀποκληρωτικῶς αὐτῷ προσοῦσαν, ἀλλ' ἅπασιν αὐτὴν ὑποδεικνὺς ὡς ἀδελφὴν συγκατιὼν, ἵν' οὕτω δυνηθῶσι θεασάμενοι ἀγαπῆσαι αὐτήν.

bet Scriptura : « Ascendit itaque Abraham de Ægypto, ipse et uxor ejus, et omnia quæ erant illius, usque ad Bethel, » usque ad locum ubi fuerat tabernaculum ejus a principio, ad locum altaris, id est, in pacatum et purum mentis habitum, et ad sanctificationem, quam jam olim nactus erat. Quod autem descenderit in Ægyptum quidam, non in malam, sed in bonam interpretantur partem. Perfectus abiit ad imperfectos, ut vel sic ejus consuetudine ad virtutem raperentur. Noluit videri solus possidere virtutem. Et reliquis mortalibus eam in medio propositam, ut secundum eam instituant vitam, declarare voluit. Descendens itaque in Ægyptum eos adhortatus est ad virtutis studia, ut quæ omnibus esset et agnata et affinis.

Παρατήρει δὲ, φασὶν, ὅτι οἱ ἄρχοντες αὐτὴν εἶδον· εἰσὶ γὰρ ἐν τῷ τάγματι τῶν κατὰ ἀλληγορίαν Αἰγυπτίων καθαριώτεροί τινες, οἳ καὶ πολλὴν ἔχουσιν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ θεάσασθαι τὴν ἀρετήν. Οὗτοι οὐκ ἄχρι τοῦ θεάσασθαι μόνον ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν πρὸς τὸν ἡγεμονεύοντα αὐτῶν B λόγον μετὰ τοῦ ἐπαινεῖν αὐτήν· καὶ κατὰ ἱστορίαν δὲ ἁρμόζεται συνετῶς πρὸς τὴν τῶν Αἰγυπτίων φιληδονίαν· σωζομένων παρ' Αἰγυπτίοις, ἐλογίζετο Ἀβραὰμ, ὅτι ἵνα μὴ δόξωσιν εἶναι μοιχοὶ, δολοφονήσουσιν αὐτόν· ὅθεν ὡς ἀδελφὴν περιέφερε τὴν γυναῖκα.

Verum, inquiunt, memorabile est, quod principes primi illam conspexere. Per principes allegorice intellige Ægyptios vitæ puritatem sectantes, ex qua majorem **120** aptitudinem sortiuntur ad speculationem virtutis. Hi non contenti sunt virtutem solummodo vidisse, sed eam introduxerunt ad rationem, quæ ipsis imperitat, ubi virtutem recte collaudarunt. Si historiam spectes, elucet Ægyptios admodum proclives fuisse ad voluptatem. Nam cum leges, quæ coercebant adulteros, salvæ et incolumes vigerent apud Ægyptios, existimabat Abrahamus, Certe me ex insidiis periment, deinde uxorem meam rapient, quasi jam evitarint pœnas, quas comminantur leges. Quapropter uxorem suam sororio nomine dignatus est.

Τὸν Σύρον λέγειν φασίν· « Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα Κυρίου, » τουτέστιν, ἐπεκάλεσε τῷ ὀνόματι Κυρίου τὴν γῆν· ὅτι λοιπὸν Θεοῦ ἦν κληρονομία. Ἐῤῥέθη γὰρ αὐτῷ ἐν Συχέμ· « Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. » Καὶ ἐλθὼν ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ καὶ Ἀγγαὶ, θυσιαστήριον ποιήσας ἐκάλεσε τῷ ὀνόματι Κυρίου τὴν γῆν· ὥσπερ ὁ Σὴθ ἤλπισεν ἐπικαλεῖ- C σθαι, οὐχ εὔχεσθαι λέγει, ἀλλὰ *καλεῖσθαι* ὀνομάζεσθαι Θεοῦ ἄνθρωπος· διὰ τί δὲ εἰς Συχὲμ ὤφθη Θεὸς αὐτῷ πρῶτον; Ὅτι, φασὶν, ἐκεῖνος μέσος τῆς κληρονομίας ὁ τόπος.

Quidam aiunt Syrum dicere : *Vocavit nomen Dei*, id est, cognominavit nomine Dei illam terram, quia Dei munere ea terra ceu hæreditas quædam, ipsi obvenerat. Nam in Sichem hujuscemodi audierat vocem : « Semini tuo dabo terram hanc. » Et cum venisset inter Bethel et Ange, altare posuit, et nomine Dei vocavit terram. Sic et Seth speravit vocari. Non inquit, orare, sed *vocari*, id est, nominari homo Dei. Quare se illi videndum obtulit Deus in Sichem? Quia, inquiunt, locus ille medius est inter hæreditatem.

Ζητεῖται δὲ, φασὶν, εἰ ἐκοινώνησεν ὁ Φαραὼ τῇ Σάῤῥᾳ καὶ διὰ τοῦτο δεδώκασι τῷ Ἀβραὰμ δῶρα· εἰ δὲ οὐκ ἐκοινώνησε, τί μή φησιν ἡ Γραφή; Ἀπὸ τοῦ τοίνυν Ἀβιμέλεχ ἔστιν ἰδεῖν ὅτι οὐ συνεχώρησεν ὁ Θεός. Ὁ γὰρ ὕστερον μὴ συγχωρήσας, οὐκ ἂν τὸ πρῶτον ἀφῆκεν· ἡ δὲ Γραφὴ πολλὰ ἐν πολλοῖς παραλιμπάνουσα, ἐν ἄλλοις ἀναλαμβάνει· διὰ τί δὲ τοῦτον ἤτασε, καὶ οὐ τὸν Ἀβιμέλεχ; μή τι ὡς πράξαντά τι; καὶ μὴν τὸν Ἀβιμέλεχ οὐχὶ πταίσαντα ἐμέμψατο, ἀλλὰ πταῖσαι ἐκώλυσεν· ἀλλ' ὁ μὲν Φα- D ραὼ ἁμαρτωλὸς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐτάζεται, ἵνα φανῇ μὲν δίκαιος Ἀβραὰμ, γνωσθῇ δὲ καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ Ἀβραάμ. Ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ δίκαιος, ὡς αὐτός τέ φησιν, « Ἔθνος δίκαιον ἀπολεῖς; » καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς συμμαρτυρεῖ, καὶ ὁ Ἀβραάμ φησι· « Ἔλεγον γάρ· Μή ποτε οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἐν τοῖς τόποις τούτοις. » Καὶ μὴν εἰ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ ἐγνώκει ὅτι ἦν φόβος Θεοῦ, πῶς ἂν τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐπήγαγεν; Ἔπειτα λέγει ὁ Θεὸς τῷ Ἀβιμέλεχ· « Μὴ ἅψῃ τῆς γυναικὸς τοῦ δικαίου καὶ τοῦ προφήτου· » εἰ δὲ μὴ, ἀποθανῇ. Εἰ δὲ τὸν Ἀβιμέλεχ ἀψάμενον ἀνῄρει, πάντως ἂν καὶ τὸν Φαραώ· διὰ τί δὲ καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ ἐτάζει; Ἤτοι καὶ αὐτοὺς ὡς τοὺς ἁμαρτω-

Quæritur (aiunt quidam) an concubuerit Pharao cum Sara, et ob concubitum dona dederit Abrahamo. Si non consuevit cum illa, qui fit quod Scriptura sacra id non docet? Quod ad Abimelechum attinet, satis apparet Deum non permisisse, ut Saram concubitu pollueret. Qui igitur postea non concessit, nec antea permisisse credendus est. Cæterum Scriptura cum multa multis in locis omittat, aliis in locis ut plena rerum sit cognitio, ea abunde repetit. Quare Pharaonem afflixit, nec Abimelecho molestus et gravis fuit? Ne videatur scilicet aliquid, quod parum licebat, cum illa egisse. Abimelechum, non ut errantem et delinquentem incusavit, sed ne erraret et delinqueret, inhibuit. Præterea Pharao peccator erat. Merito igitur plectebatur, ut eluceret Abrahami integritas et justitia, Deusque eo facto cognosceretur. Abimelech cladem nullam expertus est, quia justus erat. Sic enim testatur ipse : « Gentem justam perdes? » Huic testimonio, ut patet ex textu, subscribit et Deus. Abrahamus quoque in istam sententiam loquitur. « Dixi : Ne forte timor Dei non sit in istis locis, » etc. Et sane si hoc cognoverat,

et deprehenderat in Pharaone, qua ratione nunc A istud transfert in Abimelechum? Deinde Abimelechum sic compellat Deus : Non contrectabis uxorem justi hujus et prophetæ. Si attigeris, morte morieris. » Si Abimelechus capitale supplicium effugere nequivisset, si manus admolitus fuisset uxori Abrahami, certe morte afficiendus fuisset et Pharao. Qui fit itaque quod ministri et servi ejus calamitatibus obruuntur? Vel, quia et ipsi peccatis erant infames; vel, quod summis laudibus coram Pharaone mulierem illam extulerant, rapiendæque Saræ regi auctores fuerant.

λους, ἢ ὅτι αὐτοὶ ἐπῄνεσαν τὴν Σάῤῥαν ἔμπροσθεν Φαραώ.

CAP. XIII.

Vers. 7. *Fuitque contentio inter pastores.* Insignis patientia et fortitudo Abrahami hoc loco emicat. Nam is, qui servatus ab illo fuerat, cui illius beneficio tot objecta erant bona, debuerat cedere Abrahamo, et suos graviter objurgare pastores : sed quid fit? Abrahamus eum electione donat. Qua fretus, eligit loca fertiliora : vasta et inculta, si illis conferas, relinquit Abrahamo. Non igitur animum philosophicum ostendit, cum adeo fortiter et familiariter datum damnum et contemptum sui fert? Quamvis autem eligendi copia facta esset Lotho, et meliora suo dominio adjiceret, non tamen (quod observandum reor) quidquam utilitatis ex ea electione cepit : verum is, qui potitus est residuo, benedictionem obtinuit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Καὶ ἐγένετο μάχη ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων Ἀβραὰμ καὶ Λώτ. Πολλὴ τοῦ Ἀβραὰμ ἡ καρτερία· ὅταν γὰρ ὁ διασωσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ τοσούτων γενόμενος κύριος ἀγαθῶν, καὶ ὃν ἐχρῆν ἐκστῆναι πάντων αὐτῷ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ποιμέσιν ἐπιτιμᾷν, οὕτως B προτεινομένης τῆς αἱρέσεως ἐπιτρέχει τοῖς εὐφορωτέροις τῶν χωρίων, καὶ τὰ ἐρημότερα κατέλειπεν αὐτῷ μέρη, πῶς οὐ φιλόσοφον δείκνυσιν, ὁμοῦ τῇ ζημίᾳ καὶ τὴν ἀτιμίαν ἐνηνοχότας γενναίως; Πλὴν εἰ καὶ ἡ αἵρεσις γέγονε συγχωρηθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ Ἀβραὰμ τῷ Λώτ, παρατηρητέον ὅτι ὁ μὲν ἐκλεξάμενος οὐκ ἀπολαύει τῆς ἐκλογῆς ἑαυτοῦ, ὁ δὲ παραχωρήσας εὐλογημένον ἴσχει τὸ καταλελειμμένον.

121 **Vers.** 1-4. *Homines autem Sodomitæ pessimi erant.* In aliis, aiunt quidam, observavimus, quæ sit differentia inter malos et peccatores, sicuti et in isto loco : « Contere brachium peccatoris et mali [51]. » Cæterum, si rem penitius excutere velimus, inveniemus malos esse, qui sua sponte et voluntarii mala patrant. Verum peccatores ab his differunt. Sunt enim peccatores, qui non voluntate, sed voluptate et impotentia tracti in diversum, delinquunt. At observandum est magis incusari malos et peccatores, si coram Deo mali et peccatores sunt. Si his addatur : valde, ut hoc loco cernere est, magis culpandi sunt, sicuti cum his agit Numen, de quibus nunc sermo est.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐν Σοδόμοις πονηροί. Ἐπεί, φασί, καὶ ἐν ἄλλοις τετηρήκαμεν διαφορὰν πονηρῶν καὶ ἁμαρτωλῶν· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ, « Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ [a]. » Σκοποῦμεν μή ποτε πονηροὶ μέν εἰσιν οἱ ἑκουσίως κακοποιη-C τικοί, ἁμαρτωλοὶ δὲ οὐ πάντως τοιοῦτοι, ἀλλ' ἔκ τινος ἀκολασίας καὶ ἡδυπαθείας ἁμαρτάνοντες· ἔτι καὶ τοῦτο σημειωτέον, ὅτι μείζων κατηγορία πονηρῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ὅτι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ λέγονται τοῦτο [1] εἶναι· εἰ δὲ καὶ τὸ σφόδρα μετὰ τούτου προσκέοιτο, ἔτι μᾶλλον κατηγοροῦνται περὶ ὧν ὁ λόγος, ὥσπερ νῦν οἱ ἐν Σοδόμοις ἄνθρωποι.

CAP. XIV.

Vers. 5. *Atque Zuzim in Ham.* [*In Saba urbe* legunt Septuaginta interp.] Saba oppidum beati Job, supra Bethaniam situm. Sunt et alii duo vici isto nomine inter Adaram et Biblupolim. Alter ab altero distat lapidibus quatuordecim. Seir mons est in regione Edom. Ibi sedem habuit scilicet in Gebalena Seir, a cujus hirsuto corpore regio nomen reperit. Pharan nunc oppidum est supra Arabiam respiciens meridiem : abest ab Æla meridiem versus itinere dierum trium. Hac profecti sunt Israelitæ digressi a monte Sina. Conterminum quoque est Saracenis in eremo degentibus, ubi et Ismael habitavit. Cades est urbs extendens se usque ad Petram Arabiæ, ubi fato functa est Maria soror Mosis.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἐν Σαυῇ τῇ πόλει. Αὕτη νῦν ἐστιν ἡ πόλις τοῦ μακαρίου Ἰὼβ ἐπὶ τῆς Βαταναίας· οὕτω καλούμεναι δύο κῶμαι, ἀπέχουσαι ἀλλήλων σημείοις ἐννέα μεταξὺ Ἀδάρων καὶ Βίβλου τῆς πόλεως· Σηεὶρ δέ ἐστιν ὄρος γῆς Ἐδὼμ ἔνθα ᾤκησεν Ἠσαῦ ἐν τῇ Γεβαλανῇ, ἀφ' οὗ ἐκλήθη Σηεὶρ διὰ δασύτριχον αὐτοῦ. D Φανὰν δέ ἐστιν νῦν πόλις ὑπὲρ τὴν Ἀραβίαν ἐπὶ νότον, ἀπέχουσα ἀπὸ Αἰλίας πρὸς νότον ὁδὸν ἡμερῶν τριῶν· δι' ἧς ὥδευσαν οἱ Ἰσραηλῖται ἀπάραντες ἀπὸ Σινά· παράκειται δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς ἐρήμου Σαρακηνοῖς, οὗ κατῴκησεν Ἰσραήλ. Κάδης δέ ἐστιν ἡ παρατείνουσα Πέτρᾳ πόλει τῆς Ἀραβίας, ἔνθα Μαριὰμ ἐτελεύτησεν ἡ ἀδελφὴ Μωϋσέως.

[51] Psal. xxxvi, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. N. add. ἐπιβαίνοντες ταῖς τῶν σημαινομένων ἐννοίαις φαμέν. [1] C. N. τοιοῦτον.

'Απήγγειλεν 'Αβραὰμ τῷ περάτῃ· ἀντὶ τοῦ, τῷ εἰς τὸ μέρος τὸ πέραν οἰκοῦντι. Διηγησάμενος γὰρ τὰ ἐπέκεινα τοῦ 'Ιορδάνου, τότε λοιπὸν περάτην ἐκάλεσε τὸν 'Αβραάμ, ὡς εἰς τὸ πέραν οἰκοῦντα τοῦ 'Ιορδάνου. 'Επάγει γάρ· «Αὐτὸς δὲ κατῴκει πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαβρῇ·» δεικνὺς διὰ τί περάτην αὐτὸν ἐκάλεσεν. «Κατεδίωξεν 'Αβραὰμ ὀπίσω αὐτῶν ἕως Δάν·» οὕτω καὶ νῦν ἔστι κώμη Δὰν καλουμένη ἀπὸ σημείων ιδ' Πανεάδος κατὰ τὴν ἐπὶ Τύρον ὁδὸν, ἥτις καὶ ὅριον τῆς 'Ιουδαίας ὑπῆρχεν, ἔνθεν καὶ ὁ 'Ιορδάνης ἔξεισιν.

Καὶ Μελχισέδεκ βασιλεὺς Σαλήμ. Σαλὴμ ἔστι μὲν πόλις Σικίμων, ἥτις ἐστὶν ἐν Συχὲμ, ὥς φησιν ἡ Γραφή· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κώμη ἐν τοῖς δυτικοῖς Αἰλίας, καὶ ἄλλη ἐν τῷ πεδίῳ Σκυθοπόλεως Σαλουμίας. Ὅμως ὁ 'Ιώσηπος τὴν νῦν καλουμένην 'Ιερουσαλὴμ, ταύτην λέγει εἶναι τὴν Σαλὴμ, ἧς ἐβασίλευσεν ὁ Μελχισέδεκ· καὶ ἐπειδήπερ ἡ αὐτὴ καὶ 'Ιεβοῦς ἐκαλεῖτο, ἡ συνδρομὴ τῶν δύο ὀνομάτων, τοῦ τε 'Ιεβοῦς καὶ τοῦ Σαλὴμ ἐποίησεν 'Ιερουσαλὴμ, τροπῇ τοῦ β εἰς τὸ ρ· πρὸς ὅ, φασί τινες ἀντιλέγοντες, ὡς οὔτε 'Ιερουσαλὴμ ἦν, οὔτε Συχέμ· ἡ Γραφὴ γάρ φησιν, αὐτὴν εἶναι ἐν τῇ κοιλάδι ἐν Σαυῇ εἰς τὸ πεδίον τοῦ βασιλέως· τὸν δὲ Μελχισέδεκ ἀλόγως τινὲς τὸν Σὴμ νομίζουσιν, οὗ καὶ ὁ τῆς ζωῆς ἠρίθμηται χρόνος ἀνωτέρω, μηδὲ ἕως τῶν χρόνων τοῦ Θάῤῥα παρεκτείνων· ἄλλως τε πόθεν Σὴμ τὸ ἀνατολικὸν λαχὼν, εἰς τὴν τοῦ Χὰμ ᾤκει; Ἄλλοι δὲ ἐν φάσματι καὶ ἐν εἴδει μόνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπαντῆσαί φασιν 'Αβραάμ. *Εἰρήνη* γάρ, φασι, τὸ Σαλήμ· Θεὸς δὲ μόνος ἄρχων εἰρήνης, καὶ οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει, ἅπερ ἀνθρώπων ἀλλότρια· ἄλλοι δὲ διισχυρίζονται τοῦτον τῆς τῶν ἀγγέλων πληθύος περιφανῆ τε καὶ ἔγκριτον· καίτοι πόλεως μὲν οὔσης αἰσθητῆς τῆς Σαλὴμ, ταύτης δὲ πολλῶν καὶ μετ' αὐτὸν καὶ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων.

A *Indicavit Abram Hebræo.* [Septuaginta habent: *Trans flumen habitanti.*] Nuntiavit Abraham περάτῃ, id est, trans fluvium habitanti. Nam cum satis commemorasset, quæ citra flumen acciderint, postremo nominare incipit Abrahamum περάτην, id est, trans flumen commorantem. Quod ut evidentius ostenderet ita esse, intulit: « Ipse enim habitabat ad quercum Mambre. Usque ad Dan, » etc. Isto nomine exstat adhuc vicus distans à Paneade quatuordecim lapidibus, qua itur Tyrum. Is vicus sane limes erat Judææ. Ibi quoque Jordanis evolvitur.

VERS. 18. *Melchisedech rex Salem.* Salem oppidum est Sichimorum, ut perhibet Scriptura sacra. Est isto nomine vicus ab occasu Æliæ: et alius isto nomine in campo Salumiæ Scythopolis. Verumtamen B Josephus testatur eam urbem, quæ Jerusalem vocatur, revera esse Salem, et in ea regnasse Melchisedechum. Quia autem et Jebus dicta est, contigit, ut ex concursu duorum istorum nominum Jebus et Salem, exorta sit vox Jerusalem, *b* in *r* converso. His quidam contradicentes inquiunt, Salem neque Jerusalem neque Sichem exstitisse. Situs siquidem urbis in Scriptura sacra perhibetur esse in valle Saba, versus campum regis. Quidam admodum stulte opinantur Sem esse Melchisedechum. Verum **122** id impossibile est. Supra enim, cum ejus genealogiam explicaremus, patuit, quod nec Tharræ tempora assequi potuit. Præterea cum Sem orientalis pars orbis obvenisset, quomodo invasisset terC ram Chamo destinatam? Alii multo absurdius arbitrantur Spiritum sanctum humana sub specie occurrisse Abrahamo. Hanc sequuntur conjecturam: Salem significat *pacem.* Solus vero Deus pacis princeps et auctor est, nec initium dierum, nec vitæ finem habet: quæ omnia Divinitati competunt. Alii porro putant, Melchisedechum exstitisse angelum quemdam cæteros dignitate antecedentem. Nec ab hac opinione revocari possunt, quamvis videant urbem, quam imperio moderatus est, esse terrenam, in qua multi post Melchisedechum reges sceptra tenuere.

Εἰ δὲ τῇ τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείᾳ θρασύνονται, καιρὸς καὶ τοὺς βασιλεύσαντας 'Ιούδα καὶ 'Ισραὴλ μὴ λέγειν ἀνθρώπους. Καίτοι πολλῶν ἐν αὐτοῖς πονηρῶν γεγονότων· ὧν τὸ μὲν ἡρμήνευται, *νοῦς ὁρῶν Θεόν*, τὸ δὲ *ὕμνησις*· Θεὸς γὰρ μόνος βασιλεύειν νοῦ τε βλέποντος καὶ ὑμνήσεως. Ἆρ' οὖν καὶ τοὺς αἰσθητοὺς βασιλεῖς, καὶ μάλιστα πονηροὺς, ἀγγέλους ἢ Πνεῦμα λέξομεν ἅγιον; ἀλλὰ καὶ 'Ιερουσαλὴμ, *μετέωρος θανάτου*, ἢ *ὅρασις τῆς εἰρήνης*, ἡρμήνευται. Πῶς οὖν οὐχ ἑώρακε τὸν Χριστὸν ὅς ἐστιν εἰρήνη ἡμῶν, δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ποιήσαντος ἀμφότερα ἕν; πῶς δὲ ἡ *μετέωρος θανάτου* διόλωλε; πῶς δὲ καὶ 'Ισραὴλ οὐχ ἑώρακε τὸν Χριστὸν, δι' οὗ καὶ αὐτὸν ἐγνώκαμεν τὸν Πατέρα; πῶς δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ Μελχισέδεκ ἱερεύς ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὅπερ κτίσματος ἴδιον; Εἰ γὰρ λειτουργόν ἐστιν, ὑμνήσει μετὰ τῶν ἀγγέλων τὸν Θεόν· «Εὐλογεῖτε γὰρ τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, λει-

Si vero freti nominis interpretatione adeo absurda colligunt audaculi illi, concludetur simili argumentatione, nec reges Israel vel Juda fuisse homines, sed angelos, licet plurimi horum in numero exstiterint improbi et impii. Israel enim, si vocabulum exponas, indicat mentem quæ videt D Deum; Juda, si eam vocem explices, significat *laudem* seu *hymnum.* Solus enim Deus regit mentem, quæ speculatur Deum, et laudem. Itaque, ut præcedentia cogunt, secundum illorum rationem, terreni sive Israelitici reges non homines, sed angeli vel Spiritus sanctus dicentur, quamvis plurimi illorum fuerint sceleratissimi. Præterea Jerusalem, si quis significationem ejus nominis exquirat, sic habet: *sublimior morte*, aut *visio pacis.* Quare igitur non potius aspexit Christum, qui pax nostra est, per quem etiam ipsum cognovimus Patrem, per quem in fidem adducti sumus, facientem utraque unum [33]?

[33] Ephes. II, 14.

Quo pacto ea, quæ morte erat superior, periit? Quomodo Israel non vidit Christum, per quem in Patris notitiam venimus? Præterea si Melchisedech Spiritus sanctus est, qua ratione memoratur esse sacerdos Dei? Esse enim sacerdotem congruit creaturæ. Si Spiritus sanctus est servus et minister quidam, profecto laudabit una cum angelis Deum, cum tradatur : « Laudate Dominum, omnes angeli ejus, ministri ejus, facientes voluntatem ejus [84]. » Præterea cum Spiritus sancti sit sanctificare, secundum illorum rationem una nobiscum sanctificatur. Non enim seipsum poterit sanctificare. Nam quod sanctificat, potentius est eo, quod sanctificatur. Quomodo igitur Deus erit amplius Spiritus, si ab alio sanctificatur [85]? Quod vero Filius, nempe Christus, sacerdos dicitur, intellige eum secundum humanitatem esse sacerdotem. Hinc et Propheta et Apostolus nuncupatur.

τουργοὶ αὐτοῦ ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. » Καὶ ἀντὶ τοῦ ἁγιάζειν, ἁγιασθήσεται μεθ' ἡμῶν· οὐ γάρ που ἑαυτὸ ἁγιάσει· κρεῖττον γὰρ τὸ ἁγιάζον τοῦ ἁγιαζομένου· πῶς οὖν ἔτι Θεὸς τὸ ἁγιαζόμενον; οὐδὲ γὰρ ὁ Υἱὸς ἀρχιερεὺς, εἰ μὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς· διὸ καὶ προφήτης καὶ ἀπόστολος κέκληται

Objiciunt adversarii : In honorem Filii sacerdotium aliquando futurum Spiritus sanctus per se delineavit. Quid igitur Aaron? annon et hic typum Christi gessit? Quid Cyrus Persarum rex? Quid Jesus filius Josedec? Quid Zorobabel? Quid denique Moses, qui suo tempore commonstrans Christum, inquit : « Prophetam suscitabit vobis Dominus, ut me [86]? » Quid, annon Christi typus fuit Jesus Nave, qui Jordanem trajecit copias Israeliticas : Israelitasque inducens in terram promissam lapideis cultris eos prius circumcidit? Nam in Christo baptizati et circumcisi sumus circumcisione, quæ non manibus, sed spiritu peragitur; et successimus in hæreditatem regni cœlorum. Qui proponunt Melchisedechum fuisse angelum, hæc sequuntur argumenta : Scriptura enim perhibet eum esse sine patre et sine matre [87]. Præterea si id, quod majus est, benedicit id, quod minus est, quæ ratio concedit Melchisedechum, si homo erat, benedixisse Abrahamum talem tantumque virum? Et sane, si, ut et ipsi fatentur, Melchisedech Christi typus est, quare non contuentur rerum qualitatem et sacerdotii modum? Quæ enim absurditas committitur, si benedictione prosequatur Abrahamum Melchisedech, licet minor exstiterit Abrahamo? Non hic generationis inspicitur ordo; eorum, qui id faciunt, perpenditur animus hujuscemodi delineamentis adumbratus. Nam si adversariorum firma est argumentatio, profecto aries, cujus **123** sacrificio consecratur Aaron, ipso Aarone pretiosior erit. Proinde hoc loco, quod benedicit, ex figura et typo, non pro rei natura, capiendum censeo. Verum quomodo congruet angelo : « Neque initium dierum neque finem habens? » etc. Paulus Christi typum alio modo accipit. Hinc typum petit, eumque ibi situm diserte ponit, quod dicitur : « Rex justitiæ et pacis. » In Christo enim justificamur peccati onere abjecto. In hoc reconciliamur Deo Patri, quem nobis Christus et peccatum reddit. Quod autem benedictionem impertitur Abrahamo, signum est ejus sacerdotium excelluisse sacerdotium Leviticum. Nam et nos benedicimur a vero Christo, ubi perdomuerimus spirituali militia principes sæculi hujus, non plurimum rebus mundanis, ut quibus omnia sit Deus, addicti : verum omnia præ spiritualibus divitiis contemnentes, quas nobis liberaliter largietur Deus. Victorem enim Abrahamum et recusantem quidquam accipere ex illa præda immensa, benedicit Melchisedech in propria possessione.

Ἀλλὰ, φασὶν, ὡς Εἰς τιμὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τύπον τῆς κατ' αὐτὸν ἐσομένης ἱερωσύνης κατὰ καιροὺς αὐτὸ δι' ἑαυτοῦ διεμορφοῦτο τὸ Πνεῦμα. Τί οὖν οὐ γέγονεν Ἀαρών; τί δὲ μὴ Κῦρος ὁ Πέρσης, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ Ζοροβάβελ, καὶ Μωϋσῆς πρότερον; ὃς ἐφ' ἑαυτῷ τὴν Χριστοῦ μεσιτείαν δεικνὺς, « Προφήτην, φησὶν, ἀναστήσει Κύριος ὡς ἐμέ. » Τί δὲ μὴ γέγονεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ διαβιβάσας τὸν Ἰορδάνην, καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσαγαγὼν, περιτεμὼν πρότερον πετρίναις μαχαίραις; ἐν γὰρ Χριστῷ βεβαπτίσμεθα καὶ περιτετμήμεθα ἀχειροποιήτῳ περιτομῇ τῇ διὰ Πνεύματος· γεγόναμεν δὲ καὶ κληρονόμοι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· καὶ οἱ ἄγγελοι δὲ εἰρηκότες· Εἰ ἀπάτωρ, φασὶν, εἰ ἀμήτωρ, εἰ τὸ κρεῖττον εὐλογεῖ τὸ ἔλαττον, πῶς ἄνθρωπος ὁ εὐλογήσας τοσοῦτον ὄντα τὸν Ἀβραάμ; καίτοι εἰ κατ' αὐτοὺς τύπος ὁ Μελχισεδὲκ τοῦ Χριστοῦ, τί μὴ τὴν τῶν πραγμάτων ὁρῶσι ποιότητα, τὸν δὲ τῆς ἱερωσύνης δοκιμάζουσι τρόπον; τί γὰρ ἄτοπον εὐλογεῖσθαι τὸν Ἀβραὰμ ὡς ἐξ ἀνθρώπου τυχὸν τοῦ Μελχισεδὲκ, κἂν εἰ μὴ νοοῖτο κρείττων αὐτοῦ; οὐ γὰρ αἱ φύσεις ἐν τούτοις, ἀλλ' ὁ τῶν δρωμένων δοκιμάζεται νοῦς διὰ σκιῶν προτυπούμενος· ἐπεὶ εἴη ἂν ὁ τῆς θυσίας κριὸς, δι' ἧς Ἀαρὼν ἁγιάζεται πρὸς τὴν ἱερωσύνην, αὐτοῦ τιμιώτερος Ἀαρών· εἴπερ τὸ εὐλογοῦν μὴ ὡς ἐκ τύπου καὶ σκιᾶς, ἐκ δὲ φύσεως κρίνεται. Πῶς δὲ ἐπ' ἀγγέλου γυνὴ μήτε τέλος ἔχειν ἡμερῶν; Τύπον δὲ Χριστοῦ τοῦτον ὁ Παῦλος ἐδέξατο, διὰ τὸ λέγεσθαι « Βασιλέα δικαιοσύνης τε καὶ εἰρήνης. » Δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποσεισάμενοι· ἐσχήκαμεν δὲ καὶ εἰρήνην τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τε καὶ Θεόν· δέχεται δὲ τῆς ὑπὲρ νόμον ἱερωσύνης σύμβολον, τὸ εὐλογῆσαι τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοιαῦτα προσενεγκεῖν· εὐλογούμεθα γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ, καταγωνισάμενοι τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου, μηδενὸς τῶν ἐν κόσμῳ δεόμενοι, πλοῦτον δὲ μᾶλλον νομίζοντες νοητὸν ὄντα παρὰ Θεοῦ· νενικηκότα γὰρ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ μηδὲν λαβεῖν ἐκ τοῦ Σοδόμων ἀνασχόμενον βασιλέως εἰς κτῆσιν ἰδίαν, ηὐλόγηκεν ὁ Μελχισεδέκ.

[84] Psal. CII, 21. [85] Hebr. VII, 7. [86] Deut. XVIII, 15. [87] Hebr. VII, 3.

Καὶ ὁ μὲν Μελχισεδὲκ εὐλογεῖ τὸν Ἀβραὰμ λέγων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς ἔδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σου. » Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὸ πάντων ἡμῶν ἱλαστήριον, «Πάτερ ἅγιε, φησὶ, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.» Ὅθεν καὶ τὴν ἐν τῇ Γραφῇ τοῦ χρόνου καὶ γένους ἀποσιώπησιν, εἰς ἀληθῶν πραγμάτων σύμβολον ὁ Παῦλος ἐδέξατο· καὶ δείκνυσιν ὅτι καὶ νόμου καινότης καὶ ἱερωσύνης αὐτῆς προανεφωνεῖτο μετάθεσις· ἅπερ ἀδύνατα νομίζοντες ἀντέλεγον Ἰουδαῖοι τοῖς περὶ Χριστοῦ κηρύγμασι· καὶ δείκνυσιν τὴν νομικὴν λατρείαν τε καὶ πολιτείαν σημαινομένην διὰ Λευῒ, ὃς ἦν δυνάμει ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ Ἀβραὰμ, εὐλογηθεῖσαν καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλθοῦσαν διὰ Χριστοῦ, οὗ τύπος ἦν ὁ Μελχισεδέκ· τὸν αἰσθητὸν δὲ πόλεμον τὸν Ἀβραάμ τινες πρὸς Πέρσας ἠγωνίσθαι φασίν. Ὁ δὲ πατριάρχης οὐδὲν λαβεῖν παρὰ τοῦ Σοδόμων βασιλέως ἠνέσχετο, κατὰ τὸ, « Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. » Καὶ ἄλλως· ἐπεὶ μὴ ἠβούλετο τῆς προσούσης αὐτῷ τῶν πάντων ἀφθονίας ἄνθρωπον αἴτιον νομίζεσθαι, ἀλλὰ τὸν Θεόν· ὅθεν ἀποδεξάμενος, εὐθὺς ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καὶ τὸ τοῦ πλούτου διάδοχον σπέρμα ἐξ αὐτοῦ εὐαγγελίζεται κατὰ τὰς διαθήκας[a]. Σύμμαχος δὲ ἐξέδωκε τὸ μὲν Ἐλλασὰδ, *Πόντου*· τὸ δὲ Ἐλὰμ, *Σκυθῶν*· τὸ δὲ τῶν ἐθνῶν, *Παμφυλίας*.

A Et quidem hac benedictionis formula usus est Melchisedech, dicens : « Benedictus Deus altissimus, qui dedit hostes in manum tuam. » At Dominus noster Jesus Christus qui omnia nostra expiavit peccata, inquit : « Pater sancte, serva eos in veritate tua [88]. » Hinc Paulus omissionem generis, ex quo ortus est Melchisedech, et temporis traxit ex umbra et transtulit ad ipsam lucem et veritatem. Ostendit eo symbolo novum sacerdotium legisque translationem jam olim esse prædictam. Cæterum Judæi, cum hæc putarent impossibilia, non cessarunt Christianam religionem oppugnare. Idem Paulus clare edocet legalem cultum jam olim indicatum esse per Levi, qui potentia adhuc detinebatur in lumbis Abrahami ; B illum quoque subinde in melius lapsurum per Christum, cujus typus erat Melchisedech. Quidam auctores tradunt Abrahamum illud prælium commisisse cum Persis. Cæterum patriarcha respuebat quidquam in suos vertere usus ex illa copiosa præda, qua re imitatus est illud præclarum eloquium : « Oleum peccatoris non ungat caput meum [89]. » Potest et alia dari causa, quod illa præda abstinuerit, scilicet noluit hominem divitiarum, quæ aderant, reputari auctorem, sed ipsum Deum. Proinde cum illud factum probaretur Deo, continuo se ipsi videndum exhibet, et pollicetur hæredem, qui amplæ se immisceat hæreditati. Symmachus interpretatus est Ellasad, *Pontum* : Elam, *Scythas* : Gentium, *Pamphyliam*.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ· ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος, *Δαμασκηνὸς Ἐλιέζερ ὁ ἀπὸ Δαμασκοῦ*· τινὲς δέ φασιν, τοῦτον εἶναι τὸν οἰκέτην τὸν πιστὸν Ἀβραὰμ τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Ἐνταῦθα τὸ σπέρμα ἴσως τῆς δευτέρας διαθήκης αἰνίττεται, οὓς παραβάλλει τοῖς οὐρανίοις ἄστροις διὰ τὸ οὐράνιον αὐτῶν πολίτευμα· ἀνωτέρω δὲ τὸ σπέρμα τῆς Παλαιᾶς αἰνίττεται. Διὸ καὶ τῇ ἄμμῳ τῆς γῆς αὐτοὺς ἀπεικάζει, διὰ τὴν σαρκίνην τοῦ νόμου λατρείαν· ἔθος δὲ τῷ Θεῷ διὰ τύπων δεικνύειν τῷ Ἀβραὰμ τὰ μέλλοντα· ὥσπερ οὖν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μέλλοντα διὰ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ προετύπωσε, καὶ τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν διὰ τῆς θυσίας τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τὰ τῆς λατρείας τοῦ νόμου διὰ τῆς προκειμένης τῶν τετραπόδων καὶ πτηνῶν θυσίας. Ἑκατέρας οὖν διαθήκης ἔγνω τὴν δύναμιν διὰ τῶν τύπων καὶ μάλιστα διὰ τοῦ Μελχισεδέκ.

CAP. XV.

Vers. 2. *Hic Damascus Eliezer*, etc. Syrus et C Hebræus legunt, *Damascenus Eliezer ab Damasco oriundus*. Quidam existimant esse fidum illum servum, cui totius rei domesticæ demandarit curam.

Vers. 5. *Sic erit semen tuum.* Ibi semen fortassis describitur secundi testamenti, quod comparatur astris cœli. Quia illi, qui admissuri sunt testamentum secundum, acturi sint vitam piam, eorumque civitas futura sit cœlum ipsum. Supra veteris testamenti semen demonstravit : idque contulit arenæ, quia sequantur terrenum legis cultum. Mos est Dei, ut per similitudines et typos indicet, quæ futura sint Abrahamo. Sic per ea, quæ contigere in Ægypto, docuit quæ eventura sint in suo adventu. Per oblationem Isaaci, præmonstravit se, ut victimam, cædendum pro salute D totius orbis. Cæremonias legis significavit per animalia et volatilia, quæ hoc loco mactari jussit. Abrahamus itaque virtutem utriusque testamenti cognitam et exploratam habuit : et imprimis Melchisedech typus plurimum ipsi ad eam rem contulit.

Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν. Τινές φασιν, Ἠπίστησεν Ἀβραὰμ ἐνταῦθα, καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι « Πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου. » Εἰ οὖν ὀργίζεται, πῶς μετ' αὐτοῦ διατίθεται; Διὰ τί δὲ υἱοὶ τὴν κατάραν τοῦ πατρὸς λαμβάνουσιν; Ἐπειδὴ, φασὶ, καὶ Χαναὰν καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἄλλου ἁμαρτόντος κατήρανται, καὶ οἱ ἄνθρωποι θνητοὶ διὰ τὸν Ἀδὰμ,

Vers. 9. *Tolle mihi vitulam trimam.* Sunt qui memorant Abrahamum hoc loco parum in fide vacillasse. Propterea Deum continuo subjecisse : « Peregrinum erit semen tuum, etc. » Si iratus hæc Deus elocutus est, quare pacem et fœdus init cum Abrahamo? Quare filii plectuntur maledictione, quæ ipsum patrem apprehendere debebat? Respon-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Hæc spectant ad v. 1.

[88] Joan. XVII, 17. [89] Psal. CXL, 5.

dent : Nil novi accidit. Nam hi, qui ex Chamo A prognati erant, quamvis ipse deliquerat, tamen pœnis afficiebantur, sustinentes maledictionem. Similiter totum mortale genus pœnas primorum luit parentum. Non igitur, si exemplum **124** conferendum est, ex contrario cum Abrahamus insigniter foret justus, ejus nepotes, etsi non per omnia observarent vestigia parentis, benedictione refocillari oportebat? Nec transferri Enochum nec rapi Eliam conveniebat, licet forent justi : sed hos ob delictum primævorum parentum affligi decebat. Non igitur absurdum appareat, si injusti, qui ab justis procreantur, a salute repelluntur : et justos ab injustis prognatos salutem consequi sicuti proselytæ.

ἐχρῆν εὐλογηθῆναι τοὺς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἰ μὴ αὐτὸν ἐμιμήσαντο, καὶ τοὺς περὶ Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν μήτε μετατεθῆναι μήτε ἁρπαγῆναι, εἰ καὶ γεγόνασι δίκαιοι, τὰ δὲ τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ πεπονθέναι· οὐκοῦν ἄτοπον τοὺς ἀπὸ δικαίου ἀδίκους μὴ σώζεσθαι, καὶ τοὺς ἀπὸ ἀδίκων δικαίους σώζεσθαι, ὡς καὶ πᾶς προσήλυτος.

Nemo itaque dixerit Abrahami fidem titubasse, sed quia Deum dicentem audierat : « Semen tuum hæreditabit terram hanc, » percontatur successionis et hæreditatis modum, scilicet an uno impetu omnes, vel per partes paulatim incolæ vel veteres coloni ejiciendi sint. Cæterum ante omnia B Deus patriarchæ legem præscribit paucis. Nam fornax repræsentat ignem : significaturque Deum per ignem cœlitus missum suscepturum sacrificia : nec tamen quasi igne opus habeat, quia nondum ignem omnem absumpsit : sed nos informans et instituens talia agit. Ignis, si non addantur ligna, haud fumat, sicut nec sol fumo turbatur. Ipsum vero sacrificium præmonstrabat victimas legis quas ejus posteri oblaturi essent. « Versus occidentem, etc. » Quia non statim, sed aliquanto temporis spatio interjecto, id eveniet. Afflictionem Abrahami nepotibus inferri patitur, ut tandem tribulationum procellis erepti efficacius agnoscant redemptorem : cognoscantur quoque et in uni- C verso orbe propter signa, quorum interventu ex Ægyptiaca servitute manumisit Hebræos semen Abrahami. Abrahamus visa visione obstupuit et timuit, non ut infirmus, sed ut perfectus. « Circa occasum solis, etc. » Quantos in religione progressus fecerit, hic locus insinuat. Præsentis tum vitæ cum conditionis tempus ei præteriit : novus eum manet progressus religionis, quem dabit præveniens ipsum benedictio. Exstasis illa non furor existimanda est, imo est admiratio quædam, et translatio ab visibilibus ad invisibilia, ut arguit Apostolus : « Si insanimus, Deo insanimus : si sapimus, vobis sapimus [60]. » Obscurus ille timor non tenebrarum est particeps, sed sapientiæ nec vulgaris. Cum vero metus ille magnus sit, non parvis objiciatur necessum est. Huic et illud affine est : « Posuit velamentum suum caliginem [61]. » Nam supernaturalium et vere illorum cœlestium dogmatum speculatio et comprehensio nonnihil obscuritatis primo etiam doctis et magnis parit.

Οὐκ ἀπιστήσας οὖν Ἀβραὰμ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, ὅτι « Κληρονομήσει τὸ σπέρμα σου τὴν γῆν ταύτην, » ἐζήτει τῆς κληρονομίας τὸν τρόπον· πότερον κατ' ὀλίγον ἐκκληθήσεται τὰ ἔθνη ἢ ἀθρόως; Θεὸς δὲ αὐτῷ πρότερον προτυποῖ τὰ νόμιμα διὰ συντομίας· ὁ γὰρ κλίβανος, τοῦ πυρὸς τοῦ βωμοῦ διασώζει τὸν τύπον, καὶ δηλοῖ ὅτι διὰ πυρὸς ἄνωθεν καταπεμπομένου, δέξεται τὰς θυσίας Θεός· οὐ χρήζων (οὐ γὰρ ἀνήλωσε τὸ πῦρ), ἀλλὰ παιδεύων· καὶ μὴν τὸ ἄνευ ξύλων οὐ καπνίζεται πῦρ, ὡς οὐδὲ ἥλιος, ἀλλὰ τὴν θυσίαν προτυποῖ τὸ γινόμενον. « Πρὸς δυσμὰς » δὲ, ὅτι μετὰ χρόνον τὸ πρᾶγμα· τὴν Αἰγυπτίων δὲ κάκωσιν συγχωρεῖ, ἵνα δυσχερῶν τοσούτων μετὰ πλεῖστον ἀπαλλαγέντες, γνῶσι μειζόνως τὸν ἀπαλλάξαντα, γνωσθῇ δὲ αὐτὸς ἐν πάσῃ τῇ γῇ δι' ὧν ἐποίει σημείων· ὁ δὲ Ἀβραὰμ ὡς θεῖα θεάματα θεωρῶν, ἐφοβήθη φόβον τελείῳ προσήκοντα· τὸ δὲ, « Περὶ τοῦ ἡλίου δυσμὰς, » προκοπὴν σημαίνει διὰ τὸ παρεληλυθέναι αὐτῷ τὴν τῆς παρούσης καταστάσεως ἡμέραν, ἵνα ἄλλη αὐτὸν προκοπὴ διαδέξηται φθανούσης ἐπ' αὐτὸν εὐλογίας· ἔκστασις δὲ, οὐχ ἡ παραφροσύνη ὁμοία, ἀλλ' ὁ θαυμασμὸς καὶ μεταστῆναι ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἐπὶ τὰ ἀόρατα. Ὡς ὁ Ἀπόστολος· « Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. » Οὐ γὰρ μανίαν δηλοῖ· ὁ σκοτεινὸς δὲ φόβος, οὐχ ὁ σκότους μετέχων, ἀλλ' ὁ σοφίας καὶ μὴ προχείρως γινωσκόμενος· μέγας δὲ ὢν οὗτος ὁ φόβος, οὐ μικροῖς συμβαίνει· τοιοῦτον τὸ, « Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ· » ἡ γὰρ τῶν ὑπερφυῶν δογμάτων θεωρία τε καὶ κατάληψις, καὶ τοῖς μεγάλοις ἴλιγγον ἐμποιεῖ.

VERS 17. *Et lampas ignis transivit inter divisiones illas*, etc. Ut conspicaretur Abrahamus ea, D quæ gerebantur. Lampades quoque significabant majora quædam, quæ patriarcham scrutari oportebat. Nec nunc primo ignis visus est, cum fœdus inter Deum et Abramum pangeretur : lex quoque per Mosen interventu ignis promulgata est. Cum enim lex in medio ignis lata proponat piis præmia, transgressoribus statuat pœnas, merito accessit ignis, ut portenderet impiis confla-

Αἱ δὲ λαμπάδες διῆλθον ἀνὰ μέσον τῶν διχοτομημάτων, καὶ φωτίζουσαι τὸν τόπον πρὸς τὸ ποσὸν πατριάρχην ὁρᾷν τὰ γινόμενα, καὶ σύμβολα μειζόνων ὑπάρχουσαι, ἅπερ ἀναγκαῖον διερευνᾶσθαι· οὐ νῦν δὲ πρῶτον διαθήκης γινομένης πῦρ ἐφάνη, ἀλλὰ καὶ διὰ Μωϋσέως ὁ νόμος πυρὶ δίδοται· ἐπειδὴ γὰρ ὁ νόμος ἆθλα καὶ ἐπίτιμα ἔχει, ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς δοθεὶς ἐδήλου, τοῖς μὲν καῦσιν, τοῖς δὲ φωτισμοῦ δεῖν τοῦ ἀπὸ Θεοῦ, καὶ φόβου, ἃ διὰ τοῦ κλιβάνου σημαίνεται, ἵνα πάντα κατὰ τὸν ὀρθὸν ἐπιτε-

[60] II Cor. XII, 39. [61] Psal. CIV, 39.

λῆται λόγον· τῶν δὲ λαμπάδων διελθουσῶν τὰ διχοτομήματα, ἐβεβαιοῦτο ἡ διαθήκη τοῦ Θεοῦ λέγοντος· « Τῷ σπέρματί σου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εὖ δὲ καὶ τὸ, « Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἕως τοῦ ποταμοῦ. » Ἡ γὰρ πρέπουσα ἐπαγγελία τῷ σπέρματι τοῦ ἁγίου, ἡ ἀρετή ἐστιν, ἥτις μέση τῶν ῥευστῶν ἐστιν· εἰ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι πειρασμοὺς τῷ ἐναρέτῳ τοῦτο εἴρηται, ἐπιστήσεις, μέσου αὐτοῦ ὄντος τῶν θλιβόντων καὶ ὑπερνικῶντος. « Καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς υ′ ἔτη. » Οὐ μάχεται τοῖς ἐνταῦθα τὰ ἐν τῇ Ἐξόδῳ· ἐκεῖ γὰρ εἴρηται· « Μετὰ υλ′ ἐξῆλθεν ἡ δύναμις Κυρίου· » οὐ γὰρ ἐῤῥέθη ὡς πληρωθέντων τῶν υ′ ἐτῶν ἐξῆλθον, ἀλλὰ, « Μετὰ υ′ ἔτη, » ὅπερ ἐμφαίνει καὶ τὰ λ′. » Ἔκρινε δὲ καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἐδούλευσαν, καταποντίσας αὐτούς· καὶ τὴν πολλὴν δὲ ἀποσκευὴν ἡ ἱστορία δεδήλωκε, ἐξ ἧς παιδευόμεθα, ὅτι κἂν ἐν χρόνῳ τινὰ κακώσῃ ὁ Θεὸς, ἐπ' ἀγαθῷ τέλει τοῦτο ποιεῖ.

A grationem, piis illuminationem præberet. Nam illi, qui facienda quæ sunt certo judicio elegit, peropus est illuminatione Dei et timore divino, quæ duo in hoc exemplo manifestantur : ut scilicet omnia peragantur recte. Cum vero perambularet lampas divisiones, pactum confirmabatur Dei dicentis : « Semini tuo dabo, etc. » Eleganter admotum est : « A flumine usque ad flumen. » Nam promissio, quæ porrigebatur ad semen sancti patriarchæ, erat virtus. Hæc inter fluenta moratur. Vel significatur : Infestabunt eos tribulationes, vos, inquam, qui virtuti adhærebitis. Stabitis autem firmi, et ut victores in medio tribulationum salo. « Et affligent eos quadringentis annis, » etc. Præsens locus non pugnat cum eo, quem in Exodo habe- B mus, ubi dicitur : « Post 430 annos egressus est ex Ægypto exercitus Domini [62]. » Nam non scribitur : Decursis vel impletis 400 annis exiverunt, sed ita traditur : « Post 400 annos egressi sunt ex Ægypto, » quibus verbis triginta anni quoque comprehendi possunt. Cæterum judicavit gentem apud quam Hebræi servitutem servierunt, obruendo eos insanis aquis. Verum Scriptura docet magnam cladem illatam esse Ægyptiis. Ex præcedentibus itaque elicitur, etsi Deus tribulationum igne nos adurat ad tempus, tamen ea omnia fieri in bonum finem.

Πῶς δὲ δουλευσάντων αὐτῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη μόνα σιε′, νῦν φησι υ′; Ὅτι καὶ ἐν τῇ Χαναὰν ἦσαν πάροικοι πρότερον, ἕως ἐλθόντες ἐξ Αἰγύπτου ἐξέβαλον τὰ ἔθνη· καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς γάρ φησιν· « Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν τῇ Χαναὰν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. » Ὡς γὰρ ἐν τῇ Ἐξόδῳ φησίν· Ἀβραὰμ οε′ ἐτῶν παρῴκησεν εἰς γῆν Χαναὰν, ἑκατὸν δὲ ὢν ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἀβραὰμ οὖν κε′ ἔτη πάροικος γέγονεν· ὁ δὲ Ἰσαὰκ ξ′ ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· καὶ γεννᾷ τὸν Λευὶ Ἰακὼβ ἐτῶν ὢν πζ′· ὁ δὲ Λευὶ ἐτῶν μγ′ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον· τὰ πάντα ἔτη παρῴκησαν ἐν Χαναὰν σιε′. Ὁ δὲ Ἀπόστολος προσέθηκε λ′, τά τε πρὸ τῆς διαθήκης ἣν ἐποιήσατο Θεὸς μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἐν τῇ ἐρήμῳ μέχρι τῆς τοῦ νόμου δόσεως ἐν τῷ λείποντι χρόνῳ δηλῶν.

Verum quæri potest, quare **125** cum servi fuerunt Hebræi in Ægypto tantum annis 315, nunc referat vel nominet annos 400. Huic quæstioni sic obviam proceditur : In terra Chanaan, antequam ingrederentur Ægyptum Hebræi, fuerunt advenæ et peregrini, donec relicta Ægypto populariter in promissam terram commigrarunt ejectis priscis C terræ incolis. Sic enim regius Psaltes canit : « Nam cum essent numero pauci et exigui, advenæque seu peregrini in terra Chanaan et Ægypto [63]. » In Exodo enim inquit : Abraham natus annos 75 advena fuit in terra Chanaan [64]. Natus vero annos 100 suscepit ex Sara Isaacum. Advena igitur fuerat eo tempore annis 25 in terra promissionis? Si vitæ ejus finem spectes, inhabitavit eam terram annis centum. Isaacus, cum ætatis suæ annum complevisset sexagesimum, genuit Jacobum. Jacobus egressus annum octuagesimum septimum procreavit Levi. Levi ætatis suæ anno quadragesimo tertio profectus est in Ægyptum. Tempus annorum, quibus advenæ fuerunt in terra Chanaan, complectitur annos 115. Sed Paulus adjicit prædicto numero annos triginta, quos Abrahamus ante ictum fœdus in Chanaan exegit. Huc additur profectio in solitudine usque ad legislationem, cujus profectionis tempus quoque computatur.

Τετάρτη δὲ γενεᾷ. Τοῦτο, φασὶ, πότερον μέτρον ἐστὶ μετροῦν, ἕως ὅτε ἄξιοι γένωνται θανάτου οἱ οἰκοῦντες τὴν Παλαιστίνην, ἢ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας; Ἀλλ' εἰ μέτρον τῆς αὐτῶν ἁμαρτίας, πάλαι ἦσαν ἄξιοι· ἡ γὰρ προθεσμία μετὰ τὸ μέτρον δίδοται, ὡς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὰ ρκ′ ἔτη· τούτοις δὲ υ′. Ὡς τὴν μακροθυμίαν βλάπτειν δοκεῖν· ἐπ' ἐκείνων γὰρ συνέτεμεν ἀπαλλάττων πλειόνων ἁμαρτημάτων, καὶ κωλύων εἰς πλείονας γενεὰς ἐπεκτείνεσθαι τὴν τῶν πονηρῶν διαδοχήν· ἐνταῦθα μέντοι τὴν προθεσμίαν ἐξέτεινεν εἰς τὸ πληθῦναι μὲν τοῦ

D Vers. 16. *Quarta autem generatione*, etc. Hæc, ut aiunt quidam, designant tempus, quod destinatum erat, donec Palæstinæ incolæ post multa et horrenda crimina capitali ferirentur sententia. Vel (quod verius arbitror) id tempus erat quasi terminus quidam et meta, intra quam divina se vellet continere longanimitas. Nam si illud tempus esset propositum impiis illis populis ut in eo omnis malitia copiose erumperet, qui deinceps majoribus vindicarentur cladibus; profecto jam tum puniendi fuissent, ut qui fuerant

[62] Exod. xii, 40. [63] Psal. cvi, 39. [64] Imo, Gen. xii, 4.

in omne genus sceleris effusi. Verum tempus illud adjectum est cum conditione, Deo usque captante impiorum pœnitentiam. Sic prisco mundo, qui opprimendus erat diluvio universali, dati sunt anni, quibus pœnitentiam agerent, 120. His, de quibus nunc agitur, assignantur anni 400, ut pateat graviter lædi longanimitatem Dei. Illis, qui diluvio necandi erant, præcisius statutum est tempus, ut cito ipsorum peccatis obviam iretur, ne augerentur, illæque in multas, quasi contagio quodam, serperent generationes. His prolixius determinavit tempus, ut interea Abrahami multiplicaretur mirificis incrementis soboles: signaque, quæ Deus instituerat, interea quoque ederentur.

A Ἀβραὰμ τὸ σπέρμα, γενέσθαι δὲ τὰ γενόμενα σημεῖα.

Quod vero hic scribitur: « Nondum impleta est eorum malitia, » etc., significationem habet illos populos, qui tum tenebant Palæstinam, merito avitis pelli sedibus ob sua enormia scelera. Quod inquit: *Pœnituit*, etc., tu non intellige, quasi Deus patiatur, aut affectibus perturbetur: ab omni affectione summum illud bonum remotum est. Sed hac dicendi formula evidenter peccatorum absurditatem, quam detestatur, prænuntiat. Huic non dissimile est, quod angelus dicit ad Balaamum, in hunc modum: « Si non, certe te interfecissem, et vivam conservassem asinam [65]; » non quasi pro magno reputaverit salutem asinæ, sed ut terrorem incuteret et metum injiceret Balaamo, talia locutus est. Sed nihil obstat, quominus in hunc modum intelligatur, scilicet mensuram peccatorum nondum esse impletam. Non enim dubitamus quin aliquot justi tum temporis morati sint in Palæstina, inter quos eminebat Melchisedech sacerdos Dei. Erant fortassis et alii complures. Nam nisi fuissent, quos regeret, inepte nomen regis et sacerdotis Scriptura sacra huic imposuisset. Cum igitur legitur: « Nondum impleta est, » etc., tu intellige: Nondum eo malitiæ devenerunt, nec adeo deploratæ ipsorum fuerunt res, ut ne unus quidem inter illos exstitisset pius et justus. Nam, ut traditur, decem justi civitatem totam ab impendente ultione divina liberant. Cæterum ea tempestate haud pauci viri sancti intra Palæstinæ limites degebant. Memineris hoc loco generationem significare sæculum, scilicet 100 annorum spatium. Sed quartum sæculum post mortem Abrahami numeratur initio numerandi sumpto ab Levi, qui habitavit in Ægypto. Illa numeratio decurrat incipiens a Levi per Caath, Amram, Mosen. In Exodo quintam enumerat generationem ab Jacob. **126** Eleganter additum est: « Nondum peccata illorum impleta sunt. » Nam in Deuteronomio ait: « Non propter justitiam tuam, aut propter rectitudinem cordis tui tu pergis ut possideas terram illorum: sed propter impietatem gentium istarum Dominus Deus tuus deturbat eas a conspectu tuo, ut scilicet stabiliat verbum, quod juravit Dominus patribus tuis Abraham, Isaac et Jacob [66]. »

Πῶς οὖν τὸ, « Οὔπω γὰρ ἀνεπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων ἕως τοῦ νῦν; » Ἵνα δείξῃ ὅτι εὐλόγως ἐκβάλλονται δι' ἁμαρτίας· καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, *Μετεμελήθη*, οὐ τοῦτο λέγει ὃ πάσχει, οὐ ταυτὸ πάσχει ὃ λέγει, τὴν δὲ τοῦ γενομένου ἀτοπίαν παρ- B ίστησι. Καὶ ὁ ἄγγελος λέγων τῷ Βαλαάμ· « Εἰ δὲ μὴ ἀπέκτεινα ἄν σε καὶ τὴν ὄνον περιεποιησάμην, » οὐχὶ τὴν ὄνον κερδᾶναι θέλων, ἀλλὰ φοβῶν τὸν Βαλαάμ· δυνατὸν δὲ καὶ ὡς μήπω τοῦ μέτρου πληρωθέντος τῶν ἁμαρτημάτων εἰρῆσθαι· ἦσαν γὰρ ἐν Παλαιστίνῃ δίκαιοι ὁ Μελχισεδὲκ ὁ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ καὶ ἄλλοι πολλοί· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἁπλῶς ἱερεὺς καὶ βασιλεὺς μὴ ὄντων τῶν πειθομένων. Τὸ οὖν, « Οὔπω ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων, » οὔπω ἐκλέλοιπεν ὅσιος ἐξ αὐτῶν· δέκα γὰρ δίκαιοι ῥύονται πόλιν, τότε δὲ οὐκ ὀλίγοι ἦσαν. Σημειωτέον δὲ ὅτι ἡ γενεὰ ρ' ἐτῶν· ἡ δὲ τετάρτη γενεὰ ἀριθμεῖται μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀβραὰμ ἀπὸ Λευῒ τοῦ οἰκίσαντος τὴν Αἴγυπτον· Λευῒ, Καὰθ, Ἄμραμ, Μωϋσῆς· ἐν δὲ τῇ C Ἐξόδῳ πέμπτην φησὶ γενεὰν ἀπὸ Ἰακώβ· καλῶς δὲ καὶ τὸ, « Οὔπω γὰρ πεπλήρωνται· » ὡς γὰρ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φησὶν, « οὐχὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ὁσιότητα τῆς καρδίας σου σὺ εἰσπορεύῃ κληρονομῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐθνῶν τούτων Κύριος ἐξολοθρεύσει αὐτοὺς πρὸ προσώπου σου· καὶ ἵνα στήσῃ τὴν διαθήκην ἣν ἔστησε Κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

Vers. 18. *In die illa pepigit Dominus fœdus cum Abram dicens: Semini tuo.* Vides propterea sacrificium adhibitum esse, ut, quemadmodum mos fuit priscis mortalibus, interventu jurisjurandi religionis fœdus cum Abrahamo initum confirmaretur. Quare se nobis decenter attemperavit, dum hominum more nobiscum agit, Abrahamoque animum explet atque satisfacit. Fortassis hic mos fuit Chaldæis, quem observabant in conglutinandis fœderibus. Quapropter jubetur Abrahamus suggerere, quibus ad eam rem opus erat, quasi

D *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ διέθετο Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ διαθήκην λέγων· Σπέρματί σου*, κ. τ. λ. Ὁρᾷς ὅτι ἡ θυσία διὰ τοῦτο προηγήσατο, ἵνα καθὼς ἔθος τοῖς παλαιοῖς, ἐνώμοτον συστήσεται τὴν πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκην, ἀνθρωπίνως τὸν ἄνθρωπον πληροφορῶν καὶ πιστούμενος· τοιγαροῦν ὡς ἐν ἔθει τοῦτο τοῖς Χαλδαίοις, ὅσον τοῦ Θεοῦ μόνον λαβεῖν προστάξαντος, αὐτὸς τὰ λοιπὰ προστέθεικεν· ὁ δὲ Θεὸς ἐν πυρὶ τυπωθεὶς διὰ μέσου διήρχετο· δυνάμει δὲ ὁ ὅρκος, Οὕτω μὴ γενοίμην ὡς ταῦτα· ὅτι δὲ ὅρκου χρείαν ἐπλήρου, δεδήλωκεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰ-

[65] Num. XXII, 33. [66] Deut. IX, 15.

πῶν· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τήρει δὲ μεθ' ὅσα μεμαρτύρηται πεπιστευκέναι τῷ Θεῷ, καὶ μάλιστα τοιαύτην πίστιν, ἥτις ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· « Ὁ γὰρ δίκαιος, φησὶν, ἐκ πίστεώς μου ζήσεται. » Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις ἡ ὡς κόκκος σινάπεως, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, περὶ ἧς πρὸ Ἀβραὰμ οὐδενὶ ἐν τῇ Βίβλῳ μεμαρτύρηται. « Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου· » φαίνεται ἐκ τοῦ προχείρου τὴν ἐκ τοῦ βίου ἀναχώρησιν αὐτῷ ἀπαγγέλλων. Πρὸς δὲ ἀναγωγὴν, ὁ σοφὸς ἐν εἰρήνῃ ἀπέρχεται τοῦ βίου· ὁ δὲ ἁμαρτάνων συγκεχυμένους ἔχει λογισμοὺς, ταραττομένην ψυχήν. Ἄπεισιν οὖν ὁ σπουδαῖος πρὸς τοὺς κατὰ πνεῦμα πατέρας, τῇ ὁμοιότητι τῶν τρόπων υἱὸς ὑπάρχων αὐτῶν· ἐναργῶς δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ἀφθαρσίαν αἰνίττεται, καὶ πρὸς τοὺς πατέρας φησὶν, ὡς εἰρήκαμεν· οὐ γὰρ πάντες οἱ κατὰ σάρκα πρόγονοι τούτου καὶ πατέρες ἐπαινετοί· ἄπεισι δὲ πρὸς ἐκείνους οὐκ ἐν γήρει μακρῷ, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ τῶν πονηρῶν τοῦ σώματος ἀπολύονται, ἀλλ' ἐν γήρει καλῷ.

A cætera suppeditaturus esset Deus. Proinde Deus, ut repræsentatur in igne, per ignem apparuit transiens per divisiones illas. Forma autem jurisjurandi hæc erat, scilicet, Ne fiam ut ista, quæ nunc igne consumuntur. Quod vero jurisjurandi religione per ista se obligaverit Abrahamo Deus, satis evidenter commonstrat Paulus, inquiens : « Deus promittens Abrahæ, cum non posset per majorem jurare, per semetipsum juravit [67], » etc. Cæterum observatu dignum est, quibus testimoniis adductus Abrahamus crediderit Deo; et maxime quod talem exhibuit fidem, quæ ipsi reputata est ad justitiam. Nam sic docet propheta : « Justus ex fide vivit [68]. » Et hæc, de qua nunc dicitur, illa fides est, quæ primo comparata B grano sinapis sic vires assumit, ut montes transferat. Hæc fides ante Abrahamum de nullo prædicata est, etsi omnes evolvas libros sacros. « Tu vero abibis ad patres, » etc. Ut præsentia docent, obiter Abrahamo et vitæ finem prænuntiavit. Verum si respicias sensum anagogicum, intelliges sapientem decedere vita in pace. At peccatis inquinatus, mentem gerit conturbatam confusasque rationes. Qui pius et bonus est, cum obit mortem, proficiscitur ad parentes sui similes. Sub his verbis etiam animæ immortalitas efficaciter annuntiatur. Cæterum non omnes patres, si genus humanum spectes, ejus perhibentur patres et laudem merentur. Abit vero ad probatos in honesta et bona senectute. Multi namque etiam mali canescunt, et annosam consequuntur senectutem.

Κατὰ τί γνώσομαι ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; Οὐκ ἦν κατὰ τὸν πιστεύσαντα πίστιν λελογισμένον αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, ἀπιστεῖν, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ἀλλὰ μή ποτε πιστεύσας πρότερον· νῦν καὶ γνῶσιν αἰτεῖ τὴν περὶ τῶν πεπιστευμένων· πρὸς ἣν δόξει ἀπρόσλογος εἶναι ἡ ἀπόκρισις ἡ ἀπὸ τοῦ, « Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν. » Μή ποτε οὖν ἐμφαίνει, ὡς Εἰ πάντα ποιήσεις ἐφ' οἷς παύεται τὰ ἁμαρτήματα ἐμποδίζοντα, γνώσῃ τὴν κληρονομίαν σου; Τινὲς δέ φασιν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ ἐν ἀρχῇ τῆς πίστεως ὢν, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπηγγελμένων ἠπίστησεν· εἶτα πεισθεὶς ὅτι ἕξει υἱὸν περὶ τοῦ πλήθους τῶν ἀπογόνων διὰ τοῦ τῶν ἀστέρων ἐπείθετο παραδείγματος. Ὁ δὲ Ἑβραῖος ἔλεγε τὰ ζῶα εἰρῆσθαι ἅτινα προσφέρεται ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον μόνα. Ἔφασκε δὲ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖσθαι ἀντὶ τοῦ, τριετίζοντα, τρισσεύουσαν ἢ τρισσεύοντα· ἑκάστου γὰρ τῶν χερσαίων τρεῖς ἡλικίας ἀναφέρεσθαι κατὰ τὴν Γραφὴν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· σαφῶς μὲν ἐπί τε προβάτου καὶ αἰγός· τοῦ μὲν, κριὸν καὶ ἀμνὸν καὶ ἀρνίον· τῆς δὲ, τράγον καὶ χίμαρον καὶ ἔριφον· ἐπὶ δὲ τοῦ βοὸς ἀναλόγως ἂν ὀνομάσαις· τῶν μέντοι πτηνῶν διαφοραὶ οὐκ εἰσὶν ἡλικιῶν· ἀλλὰ δεῖ τὴν τελείαν τρυγόνα προσφέρεσθαι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Ἡ περιστερὰ δέ ἐστιν νεοσσὸς περιστερᾶς· μή ποτε δὲ ταῦτα σύμβολά ἐστι τοῦ τὴν ἁγίαν κληρονομίαν γίνεσθαι διὰ τῶν ἁγίων θυσιῶν, ὧν ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ ἐλάτρευον οἱ παλαιοί; Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ δὲ καθόλου περιστερὰ οὐκ ἔσται· ἔστι μὲν γὰρ τὸ Ἑβραϊκὸν τοῦ περιστερὰ Ἰωνᾶ· τὸ δὲ ἐν τῇ Ἑβραΐδι βίβλῳ γεγραμμένον

VERS. 8. *Quo cognoscam, quod possessurus sim eam?* Hæc verba non ejus sunt, qui ita fidem habuit Domino, ut fides illa reputaretur ad justi- C tiam : quis objicere possit. Sed huic respondemus: satis antea credidit Domino. At nunc quamdam notitiam, vel quoddam experimentum petit eorum, quæ fide perceperat. Ita se rem habere satis evidenter evincit, quod continuo subjungit : « Accipe juvencam triennem. » Quidam putant hic significari : Si omnia peregeris, quibus peccatum reprimitur et fugatur, tum demum cernes et agnosces, quæ tibi obventura sit hæreditas. Alii existimant nihil mirandum, si initio non per omnia credidit, sed paululum addubitavit. Quem enim non transversum abripiat pollicitationis magnitudo et excellentia? scilicet quod habiturus sit filium ; quod tanta sit multitudo futura suorum nepotum, quanta est stellarum. Hebræus inquit D sola hic commemorata esse animalia quæ, ut victimæ, imponuntur altari. Similiter dicit Hebræus, Hebraicam veritatem habere pro τριετίζοντα, τρισσευούσαν, vel, τρισσεύοντα. Nam animalia illa terrestria, non volatilia, secundum trinas suas ætates offerri in altari, ut patet in ove et capra, Scriptura perhibet. Nam temporis respectu, ovis nunc agnus, nunc ovicula, nunc aries est. Similiter et capra ratione temporis nunc hædus, nunc annicula capra, nunc capra dicitur. Eadem ratio est in bove. In volatilibus nullam istiusmodi invenias secundum ætatem differentiam. Proinde

[67] Hebr. vi, 13. [68] Habac. ii, 4; Hebr. x, 38.

integram columbam in ara mactari oportet. Cæterum sub dictione *turturis*, intelligendus est pullus turturis. Fortassis hæc quasi symbola sunt sanctam hæreditatem non obvenire nobis nisi intercedentibus sacrificiis, quorum exemplari et umbræ prisci mortales ancillabantur. Hebræus textus non habet prorsus columbam. Nomen vero Hebraicum, quod columbam seu turturem significat, est *Jona;* sed nomen, quod in Hebræo textu ibi legitur, est *Tobal*, quod **127** ex confesso denotat pullum. At cum pullus etiam aliis avibus conveniat, Aquila (ut apparet) illud nomen interpretatus est, *columbam* seu *turturem*, quamvis nec proprie nec vere. Verum Theodotion eam dictionem exposuit pro pullo columbæ, æquivocationem vitare in animum inducens. Posuit igitur quædam in sua interpretatione hoc loco, quibus Hebraicus textus caret.

A νῦν ἐστι *τωβάλ* (גוזל), ὅπερ σημαίνει ὁμολογουμένως νεοσσόν· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἐπ' ἄλλου νεοσσοῦ ὀρνέου δύναται λέγεσθαι, Ἀκύλας, ὡς εἰκὸς, *περιστερίδια*, ἐκδέδωκεν, εἰ καὶ μὴ φιλαλήθως· Θεοδοτίων δὲ νεοσσὸν εἰπὼν περιστερᾶς, τὸ μὲν ἀμφίβολον ἐξέκλινε, τὸ δὲ μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τέθεικεν.

Non oportet nos existimare, ut quidam impii garriunt, Abrahamum exercuisse hoc loco illicitam et damnatam vaticinandi artem. Non cernis omnia commisceri et confundi, ne vel hujus vel alterius rei observatione videatur contigisse quod factum est? Nec videtur more exta inspicientium sacrificare et hostias cædere: sed animalia illa dividit et dissecat. Satis abunde credidit, ut ostenditur, Deo dicenti: « Filios gignes, magnum et innumerabile tuum erit genus, et acquiret hæreditario jure terram Chanaan. » Modum vero et tempus quærebat nil addubitans de his, quæ dicebantur; sed instrui et edoceri aperte affectabat de his quæ promittebantur. Nam satis cernebat, si ex sese uno tantum esset propagandum genus, opus fore multis ad eam rem annis. Et necesse esse, ut genus incredibili incremento diffunderetur, si modo vellent illam regionem, pulsis incolis, obtinere. Quapropter per tria animalia Deus ostendit tres generationes seu sæcula, quibus gravissimam servituri sint servitutem ejus posteri maximis laboribus affligendi. Animalia enim illa nobis in servitutem et escam attributa sunt. Turtur significat annos, quibus in deserto sint victuri, et tandem reversuri in terram promissam juxta morem columbarum, quæ consueverunt evolare et revolare in sua columbaria. Simul prædicitur, quibus damnis ab Ægyptiis sint afficiendi et malis: nec non omnium adversariorum in ipsos incursiones præmonstrantur. Ne tamen prorsus intereant vel desperent, auxilium promittitur: fore enim ut ipsi curæ sint: seque eos ex ergastulis omnibus educturum, et ex illa intoleranda servitute in libertatem asserturum. Sicuti Abrahamus abigebat alites: sic Deus arcebit hostes, ne vos funditus exstirpent. Sed unde hæc discuntur? scilicet ex eo, quod inquit: « Sciendo scias, » etc. Abrahamus nullam fidem tribuit signis, ut solent arioli, sed Deo credidit promittenti. Præterea ut illa faceret, permisit Deus. Qui vero illicitam vaticinandi sectantur artem, non imitantur Abrahamum, licet ejus exemplo se defendere velint: sed ab externis et accidentibus extrinsecus sua vaticinia captant. Quæ vero eventura erant suis nepotibus non cognovit ex inspectione et consideratione cædis illorum animalium, sicuti solent aruspices. Non igitur quis arbitretur Abrahamum consectatum signa, auguria extaque, intellexisse casus, qui manerent suos posteros. Quatenus fas erat, illis credidit, præcipue tamen auscultavit voci divinæ, quasi externa illa sani nihil portenderent.

B Οὐ δεῖ δὲ νομίζειν κατὰ τοὺς ἀνοσίως τουτο νομίσαντας, ὡς Ἀβραὰμ μαντικῇ τῇ διὰ τούτων ἐχρήσατο· πάντα γὰρ μέμικται, ἵνα μὴ κατὰ ταύτην ἢ κατ' ἐκείνην δόξῃ τὴν παρατήρησιν γίνεσθαι τὸ δεικνύμενον· οὐ μὴν οὐδὲ θυσίαν ποιησάμενος φαίνεται, ἀλλὰ διχοτομήσας· εἰπόντι μὲν οὖν, ὅτι « Παιδοποιήσεις, » ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ὡς ἄπειρον ἔσται τὸ γένος αὐτοῦ, καὶ κληρονομήσει τὴν γῆν. Τὸ δὲ πότε καὶ πῶς, ἐζήτει· οὐ περὶ τῶν ῥηθέντων ἀμφισβητῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν μὴ ῥηθέντων· ἑώρα γὰρ τὸ γένος αὐτοῦ ἐξ ἑνὸς λαμβάνον ἀρχὴν, καὶ πλείστων ἐτῶν εἰς τὸ πληθυνθῆναι δεόμενον, ὥστε οἰκισθῆναι ὑπ' αὐτῶν τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν· ὅθεν ὁ Θεὸς διὰ τῶν γ' αὐτῷ ζώων δηλοῖ τὴν τῶν γ' γενεῶν αὐτῶν ὁμοίως καταδούλωσιν καὶ τιμωρίαν· ἐπεὶ καὶ C τὰ ζῶα ταῦτα πρὸς καταδούλωσιν καὶ βρῶσιν ἀναγκαίαν ἡμῖν παραδέδοται καὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ διατριβὴν, ὡς αἱ τρυγόνες· καὶ τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον καὶ συνοίκησιν εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς αἱ περιστεραί· καὶ τὴν ἐκ τῶν Αἰγυπτίων βλάβην καὶ πάντων τῶν ἐναντίων καταδρομὴν, ὥσπερ τὴν τῶν ὀρνέων· καὶ τὴν ἐκ πάντων τούτων φυλακὴν τοῦ Θεοῦ ἀποδιώκοντος ῥᾳδίως, ὥσπερ τὰ ὄρνεα ὁ Ἀβραὰμ, ἵνα μὴ τούτοις λυμαίνωνται· καὶ ταῦτα δηλοῦται διὰ τοῦ, « Γινώσκων γνώσῃ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πεπίστευκεν οὐ τοῖς συμβόλοις ὥσπερ ἐν μαντικῇ, ἀλλὰ τῷ εἰπόντι Θεῷ· ἐπετράπη γὰρ ταῦτα ποιεῖν· οὐδεὶς δὲ ἐξ ὧν αὐτός τι ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔξωθεν συμβαινόντων κατ' οἰωνοσκοπίαν μαντεύεται· οὔτε μὴν αὐτῆς περὶ ταῦτα κατανοήσεως ἔμαθεν ὡς οἱ λεγό- D μενοι θῦται· οὐκ ἄρα συμβολικὸς ἢ οἰωνιστὴς ἢ θύτης ἦν Ἀβραὰμ, διὰ τὸν Θεὸν δὲ τούτοις ἐπίστευσεν, ὡς ἂν μὴ δηλοῦσι καθ' ἑαυτὰ μηδὲν ὑγιές.

Nec desunt, qui loquuntur Deum concessisse, quia Chaldæus erat, ut de more gentis illiuscemodi uteretur præstigiis. Quapropter cum viderat

Τινὲς δέ φασιν ὡς συνεχώρησεν ὁ Θεὸς αὐτῷ τοῖς συνήθεσιν οἰωνισμοῖς ἀποχρήσασθαι· ὅθεν ἰδὼν ἐπιπτάντα τοῖς θύμασιν ὄρνεα βδελυρώτατα καὶ

σαρκοφαγεῖν εἰωθότα, αὐτῷ τι σημαίνειν νομίσας, ἐπτόητο· ὁ δὲ χρησμὸς εἰς τοὺς ἀπογόνους τὸ δέος μετέστησε· *Δέσποτα* δέ, φησίν, ὡς ἂν τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ πάντων δεσποτείαν δηλῶν· καὶ τὸ λυπῆσαν αὐτὸν ἀπὸ γάμου μέχρι τῆς παρούσης ἡλικίας ἀποκαλύπτει Θεῷ· διὰ βίου γὰρ ὠδυνᾶτο τὴν ἀπαιδίαν νοσῶν· καὶ πλέον ὅτε τὸν πλοῦτον εἶδεν αὐξηθέντα καὶ κληρονόμου δεόμενον. Τὸ δέ, Αἰγύπτου ποταμοῦ, ὀνοματικῶς ἐπ' αὐτοῦ δεῖ λαβεῖν· οὕτω γὰρ ἐλέγετο πρότερον. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ποιητὴς λέγων·

Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

A in omnibus victimis aves infaustas et carnivoras, exhorruit. Cæterum oraculum infausta illa transtulit in illius pronepotes. Quia vero ait : *Domine*, etc., efficaciter commonstrat divino imperio omnia esse obnoxia et subjecta : nec non ingenue fatetur, quid sibi in illis nuptiis ab initio usque ad eum diem molestum exstiterit. Graviter angebat viri animum liberorum inopia. Dolorem animi augebant divitiæ, quibus nullus futurus esset ex sese successor. Nominatim quoque hic intelligi oportet fluvius Ægyptiacus. Sic enim et jam ante memoriæ proditum est. Huc pertinet ille poetæ versus :

Statuere in Ægypto naves quæ utrinque remis concitantur.

Οἱ Κιναῖοι ᾤκουν πλησίον τοῦ Ἀμαλὴκ ἐπέκεινα Πέτρας πόλεως ἐχόμενα Κυδισσοῦ. Κενεζαῖοι καὶ Ἀδνωναῖοι περὶ τὸν Λίβανον καὶ τὸν Ἀμανόν· οἱ Ῥαφαεὶν γίγαντες ᾤκουν τὴν Χεβρών, καὶ περὶ αὐτὴν οἱ Χετταῖοι· οἱ Φερεζαῖοι ἀναμὶξ τοῖς Χαναναίοις τὴν Παλαιστίνην ᾤκουν· οἱ Ῥαφαεὶν περὶ τὴν Φιλαδέλφειαν ᾤκουν, ἥτις ἐστὶν Ἀμμών· οἱ δὲ Ἀμοῤῥαῖοι περὶ τὴν Βαιθὴλ καὶ ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου μέχρι Φιλαδελφείας, ὧν ἐβασίλευεν ὁ Σηών· οἱ Χαναναῖοι τὴν Σιδῶνα καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐξαιρέτως, ᾤκουν δὲ σποράδην καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Παλαιστίνης· ἔνθα οὖν ἰδίως καλεῖ Χαναναίους, νόει τοὺς Σιδωνίους, ὅτι Σιδὼν ὁ πρωτότοκος Χαναὰν κτίζει τὴν Σιδῶνα. Οἱ Εὐαῖοι κατῴκουν περὶ τὴν Συχὲμ εἰς πλάτος. Γεργεσαῖοι κατῴκουν περὶ τὴν Γάδαραν καὶ τὴν Γέργεσαν νῦν ἔρημον παρακειμένην τῇ λίμνῃ Τιβεριάδος· Ἰεβουσαῖοι κατῴκουν τὴν Ἰεβοὺς ἥτις ἐστὶν Ἱερουσαλήμ.

Cinæi finitimi fuere Amelecitis, et tenuerunt regionem ultra Petram Arabiæ urbem, et loca B conterminа Cydisso. Cenezæi et Adnonæi, accolæ fuere Amani et Libani. Gigantes Raphaim sedes suas elegerunt Chebron, quibus vicini fuere Chettæi. Pherezæi admisti Chananæis habitabant Palæstinam. Raphaim incolebant Philadelphiæ, quæ est Ammon, adjacentem regionem. Amorrhæorum habitatio fuit juxta Bethel, seque extendit trans Jordanem **128** Philadelphiam usque. His præfuit rex Seon. Chananæi morabantur in Sidone, et locis huic vicinis. Hi quoque per totam Palæstinam diffusi habitabant. Quapropter hoc loco, cum nominet Chananæos, proprie intelligit Sidonios. Primogenitus enim Chanaan nomine Sidon urbem Sidonem condidit. Evæos tenebat regio circa Sichem, qua in latitudinem patet. C Gergesæi insederant Gadaræ et Gergesæ finitimam regionem, et solitudinem qua prætenditur stagno Tiberiadis. Jebusæis cesserat Jebus, quæ Jerusalem est.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Σάῤῥα δὲ ἡ γυνὴ Ἄβραμ οὐκ ἔτικτεν αὐτῷ. Στεῖρα ἡ τοῦ γένους μήτηρ εἰσάγεται, ἵνα παράδοξος ἡ τῶν ἐκγόνων σπορὰ φαίνηται θαυματουργηθεῖσα, καὶ ἵνα μὴ συνουσίᾳ μᾶλλον ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐπιφροσύνῃ Θεοῦ συλλαμβάνῃ καὶ τίκτῃ· σκόπει δὲ ὡς οἱ ἅγιοι συνῴκουν, ὡς μὴ ἡδονὰς, ἀλλὰ τέκνα θηρᾶν· τοιγαροῦν παραδέδοται ὡς οὔτε κυοφορούσαις, οὔτε θηλαζούσαις οὔτε τρεφούσαις βρέφος συνῄεσαν, ὅτε δὲ μόνον καιρὸν εἶχον συλλήψεως· βεβαιοῖ δὲ καὶ ὁ Ἰακὼβ τὴν παράδοσιν. Μαθὼν γὰρ τὴν Ῥαχὴλ στεῖραν ὑπάρχειν, οὐκ ἔτι προσῆλθεν αὐτῇ· ἐκείνης δὲ τρεφομένης ἐλπίσι τοῦ τίκτειν, εἴ γε ταύτῃ συνέλθοι, καὶ λεγούσης· «Δός μοι τέκνα· εἰ δὲ μή, ἀπόκτεινόν με σύ» (οὐχ ὅτι Δημιουργὸν ἐνόμιζε τὸν Ἰακὼβ, ἀλλ' ὅτι σύνοδον ἀπῄτει ἧς ἦν ἐκεῖνος παυσάμενος), φησὶ πρὸς αὐτήν· «Μὴ ἀντὶ Θεοῦ σοί εἰμι ἐγὼ, ὃς ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας;» Καὶ ἡ Σάῤῥα οὖν σοφὴ καὶ ἁγία οὖσα, καὶ τὴν ἰδίαν στείρωσιν μαθοῦσα τῷ χρόνῳ, ἀπείχετο τῆς πρὸς Ἀβραὰμ κοινωνίας· καὶ ἐπειδὴ ἐγίνωσκεν ἀκόλουθον εἶναι τεκνοποιῆσαι τὸν Ἀβραάμ, τὴν παιδίσκην ἑαυτῆς παρέσχεν αὐτῷ παλλακίδα· κοινὸν ἡγουμένη τοῦ τεχθησομένου τὸ κέρδος, ὡς

CAP. XVI.

VERS. 1. *Itaque Sara uxor Abram non peperit illi.* Sara, quæ erat generis illius scaturigo seu origo, inducitur sterilis, ut instar miraculi appareat copiosa illa soboles : et ut cognoscatur, non tam ex concubitu, quam ex benevolentia et providentia Numinis, illam prolem provenisse. Vides hoc loco sanctos e matrimonii copula non voluptatem, sed liberos esse venatos ? Siquidem antiquo gentis instituto abstinebant gravidis : nec accedebant ad lactantes et nutrientes infantes : D sed eo tantum tempore, quo conceptus non negabatur, se dabant uxoribus. Hanc traditionem confirmat Jacob. Nam cum cognovisset sterilitatem Rachelis, non amplius cum illa concubuit. Illa vero sperans ex concubitu prolem venturam, virum alloquitur, dicens : « Da mihi liberos : sin minus, perime me [69]. » Cum hæc loqueretur, satis illum non esse Creatorem sciebat : verum ad cum modum viri concubitum flagitabat. Siquidem maritus concubitum, ut cum parum fecunda, detrectabat. Proinde irarum plenus respondet : « Num tibi sum pro Deo, qui sterilitatem tibi in

[69] Gen. xxx, 1. [70] ibid. 2.

duxit[70]? » Cæterum Sara mulier sapientia et vitæ sanctimonia pollens cum exploratum haberet suam sterilitatem, consulto vitabat concubitum Abrahami mariti. Cum vero certum esset, sobolem datum iri Abrahamo, ut id aliquo modo fieret, in pellicatum marito ancillam tradidit, existimans filium, qui ex eo concubitu nasceretur, sibi una cum marito communem fore, ut quæ ipsius foret conjux. Observandus est mulieris in maritum animus propensus, et nullius invidiæ livore obfuscatus. Interim nec Abrahamus sua laude defraudandus, est, quod non sua auctoritate aggressus est ancillam, sed exspectavit jussum et imperium uxoris, cui obsecutus est non flagrans malæ libidinis ardore, sed agitatus cupidine prolis. Non more intemperantium, qui negligentia et odio suarum uxorum ancillas luxuriosius contrectant, in ancillæ concubitum ruit: verum quoad fidem maritalem constantior erga uxorem fuit eo tempore, quo se in amplexus pellicis conjiciebat. Præterea ipsius fidem, cum ancillam subagitaret, expertus est firmiorem. Nam cum concumberet cum pellice hunc finem propositum habebat, scilicet ut procrearet liberos. Verum cum uxore ita conjunctus erat, ut unitis animis etiam una caro esset vi divini amoris.

A μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ μία τυγχάνουσα σάρξ· ὁρᾷς ταύτης τὸ σῶφρον καὶ τὸ ἄφθονον προσέτι καὶ φίλανδρον, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ τὴν ἀπάθειαν, οὐκ ἐξ ἰδίας ὁρμῆς ἑλομένου τοῦτο ποιεῖν, διὰ δὲ τέκνων εἴχοντος γένεσιν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἀσελγεῖς ὀλιγωρίᾳ τῶν ἀστῶν ἐπὶ τὰς θεραπαίνας ἐκμαίνονται· ὁ δὲ Ἀβραὰμ τότε βεβαιότερος περὶ τὴν σύνοικον, ὅτε παλλακίδι χρῆσθαι παρήγγελλον οἱ καιροί· καὶ τότε ταύτην εὗρε γυναῖκα παγιωτέραν, ὅτε παρεισῆλθεν ἑτέρα· πρὸς μὲν γὰρ τὴν παλλακίδα μίξις ἦν σωμάτων ἕνεκα παίδων γενέσεως, πρὸς δὲ τὴν γαμετὴν ἕνωσις ψυχῆς ἁρμοζομένης ἔρωτι θείῳ.

Vers. 4. *Et vilipensa est domina*, etc. Opportune eam nominavit dominam. Siquidem ab ancilla, ubi relatio advertitur, spernebatur, in omnibus, quæ agenda forent. Prudens servus quamvis pauper, præstat imprudenti et diviti, contemptus glorioso, infirmus sano. Nam hæc omnia, si prudentiam conjunctam habuerint, mirabili modo contraria antecedunt. Ubi vero imprudentia moratur, nonnisi serviles spiritus et subjectos videre est. Auctor non tradit: Ignominia affecit heram suam, at inquit: « Ignominiose habita et tractata est hera. » Non vult accusare, sed, quid actum sit, demonstrare.

B *Καὶ ἠτιμάσθη ἡ κυρία ἐναντίον αὐτῆς.* Κατὰ καιρὸν κυρίαν ἐκάλεσεν, ὅτε τῆς παρὰ τῆς θεραπαίνης ἠλάττωται· τοῦτο δὲ καὶ εἰς πάντα διατείνει τοῦ βίου τὰ πράγματα· κυριώτερον γὰρ ὁ φρόνιμος πένης ἄφρονος πλουσίου, καὶ ὁ ἄδοξος ἐνδόξου, καὶ ὁ νοσῶν ὑγιαίνοντος· τὰ μὲν γὰρ σὺν φρονήσει πάντα κύρια· τὰ δὲ, « Ἐν ἀφροσύνῃ δοῦλα καὶ ἄκυρα· » οὐκ εἶπε δὲ, Ἠτίμασε τὴν κυρίαν αὐτῆς, ἀλλ', « Ἠτιμάσθη ἡ κυρία· » οὐ γὰρ ἐθέλει κατηγορεῖν, δηλῶσαι δὲ τὸ συμβεβηκός.

Vers. 5. *Injuria afficior ex te*, etc. « Ex te, » inquit, quod non æquipollet ei, ut quidam aiunt, si dixisset, abs te. Haud enim incusat Abrahamum, cui omnem reverentiam detulit, dominum appellitando **129** ipsum. Sed existimat virum bonum etiam erga uxorem debere esse irreprehensibilem. Illa Saræ oratio ex circumstantia temporis judicanda est. Continuo enim infertur: « Ex quo tibi eam dedi. » Abrahamus sapientia et prudentia satis insignis, respondet mulieri indignanti: « Ecce ancilla tua. » Ecce non eam vocare sustinet vel mulierem vel nuptam, sed servili nomine eam nuncupat, quam gravidam fecerat. Vide quomodo ab initio hanc citra libidinis affectum susceperit, sed solum cupidine quærendæ sobolis; nunc haud gravate, cum sic vellet uxor, ab ejus se segregat consortio. Sara vero expellit ædibus, quæ jam paritura erat Abrahamo. Nam Agar fugerat pulsa ab Sara. Haud enim, ut in typo hoc apparet, omnis anima libenter admittit correctionem. Quæ autem benigne admittit correctionem, illa benevole afficitur erga docentes. Quæ vero detestatur admonitiones, odit et fugit bene monentem, præferens blandos et adulatione refertos sermones utilibus.

Ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ. Τὸ, « Ἐκ σοῦ » οὐκ ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ σοῦ, φασίν· οὐ γὰρ κατηγορεῖ τοῦ Ἀβραὰμ, ἣ διὰ πάσης αὐτὸν ἦγε τιμῆς καὶ κύριον ὀνομάζουσα· ἄμεμπτον γὰρ οἴεται δεῖν τηρεῖν τὸν ἀγαθὸν καὶ ὑπὸ τῆς γαμετῆς· ἀλλ' ἔστι χρονικὸν τῷ ἑξῆς συναπτόμενον· C « Ἐξ οὗ σοι καὶ ἀφ' οὗ χρόνου ἐγὼ δέδωκα τὴν παιδίσκην μου· » ὁ δὲ σοφὸς ὄντως Ἀβραὰμ, « Ἰδοὺ, φησὶν, ἡ παιδίσκη σου· » οὐ γὰρ γυναῖκα εἶπεν ἢ γαμετὴν τὴν ἐξ αὐτοῦ κύουσαν. Ὁρᾷς ὅπως ἀπαθῶς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο τὴν παιδίσκην, καὶ νῦν πάλιν ἀφίσταται ὅτε καὶ βούλεται· ἡ δὲ καὶ μέλλουσαν αὐτῷ τίκτειν ἐκβάλλει· δι' αὐτὴν γὰρ ἀπέδρα· οὐ γὰρ πᾶσα ψυχὴ δέχεται νουθεσίαν, ἀλλ' ἡ μὲν ἵλεως ἀγαπᾷ τοὺς ἐλέγχους, καὶ τοῖς παιδεύουσι μᾶλλον οἰκειοῦται· ἡ δὲ ἐχθρὰ μισεῖ καὶ ἀποδιδράσκει, τοὺς πρὸς ἡδονὴν λόγους τῶν ὠφελεῖν δυναμένων προκρίνουσα.

Vers. 7. *Invenit autem eam angelus Domini juxta fontem aquæ in solitudine, juxta illum, inquam, fontem, qui est in via Sur.* Agar gravida cum nonnihil foret itineris molestia divexata ibi quievit, ut refocillaret defatigatas vires. At solitudo Sur est, quo obtendit Ægyptum. Hac etiam Hebræi, transmisso mari Rubro, iter fecerunt, ut patet in

D *Εὗρε δὲ αὐτὴν ἄγγελος Κυρίου ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῇ ὁδῷ Σούρ.* Ὡς γὰρ ἐγκύμων ἀνέκειτο ἀποπνέουσα· ἔρημος δὲ Σοὺρ ἡ κατὰ πρόσωπον Αἰγύπτου παρατείνουσα· ἔνθα καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν Ἑβραῖοι περάσαντες κατήντησαν, ὡς ἐν Ἐξόδῳ φησί. Τὸν δὲ ἄγγελον, τινές φασιν, τὸν μέλλοντα ἐφίστασθαι τῷ ἔθνει τῷ

ἐξ αὐτῆς ἀποτίκτεσθαι μέλλοντι· ἄλλοι δὲ τὸν Χριστὸν εἶναι βουλόμενοι κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, φασί. Καὶ ποῖος ἄγγελος ἐξουσιαστικῶς οὕτω διαλέγεται καὶ εἰς ἐπίδοσιν εὐλογεῖ; δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Θεὸς μὲν ταῦτα περὶ Ἰσμαὴλ λέγων τῷ Ἀβραάμ· «Ἰδοὺ εὐλόγηκα αὐτὸν,» τὴν ἐνταῦθα δηλῶν εὐλογίαν· ἄλλοι δέ φασιν ὡς ὁ ἄγγελος οὐχ ἰδίους λόγους ἀπήγγελλεν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς οἱ προφῆται· ὅθεν αὐτὸν καὶ Θεὸν ὠνόμασε· «Καὶ ἐκάλεσε γάρ, φησὶν, Ἄγαρ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτὴν, ὁ Θεὸς ἐπεῖδέ με.» Δηλονότι διὰ τὸν [v] ἐνοικοῦντα· ὡς τῆς μετουσίας χαριζομένης καὶ αὐθεντίαν, καὶ διὰ τὴν ἐνοίκησιν τοῦ Θεοῦ θεῶν ὀνομαζομένων τῶν μετεχόντων· ἀμέλει καὶ ὁ Μωϋσεῖ λαλῶν ἄγγελος εἴρηται· «Καὶ ἐκάλεσε γάρ, φησὶν, αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου καὶ εἶπεν· Ἐγὼ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ Θεὸς Ἰακώβ.» Ὡς πρὸς τὸ διακονεῖν οὖν, ἀγγέλων εἰσὶ λόγοι· ὡς δὲ πρὸς τὴν δύναμιν, Θεοῦ· οὐχ ἡ τυχοῦσα δὲ Ἄγαρ, ἀγγέλου κηδομένου καὶ λαλοῦντος ἠξιωμένη· εἰκὸς γὰρ εἶναι σπουδαίαν, ὡς αἱρεθεῖσαν ὑπὸ τῆς Σάῤῥας τῆς ἁγίας εἰς συνοίκησιν Ἀβραάμ· καὶ τὸ εὔγνωμον δὲ αὐτῆς παρίσταται ἐκ τοῦ λέγειν, «Σάῤῥαν, κυρίαν» καὶ μηδὲν περὶ αὐτῆς φαῦλον εἰπεῖν. Καὶ τὸ τοῦ ἤθους δὲ ἀνυπόκριτον πῶς οὐκ ἐπαινετόν; Ὁμολογεῖ γὰρ ὃ πέπονθεν, ὅτι πρόσωπον, λέγω δὲ τὴν φαντασίαν τῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας, καταπέπληκται, καὶ τὸ τῆς ἐξουσίας βασιλικόν· οὐ γὰρ ὑπομένει τὸ ὕψος καὶ μέγεθος θεωρεῖν, ἀλλ' ἀποδιδράσκει· ἔνιοι γὰρ οὐ μίσει τῷ πρὸς ἀρετὴν φεύγουσιν αὐτὴν, ἀλλ' αἰδοῖ, κρίνοντες ἑαυτοὺς ἀναξίους συμβιοῦν τῇ δεσποίνῃ.

A Exodo. Quidam aiunt comparuisse eum angelum, qui præponendus erat genti ex ipsa ceu origine processuræ. Alii porro affirmant, illum angelum fuisse Christum, secuti auctoritatem Isaiæ prophetæ. Nam quis angelus tanta auctoritate verba facit? et quis tam fausta et tam magna pollicetur angelus? Imo Deus ipse postea aperit se fuisse, qui benedixerit Ismaelem, inquiens : « Ecce benedixi eum, » etc., ubi illam, quæ angelo accepto fertur, innuit benedictionem. Sunt porro qui loquuntur angelum non de suo illa esse elocutum, sed hujuscemodi deprompsisse imitatum prophetas, qui non sua, at divina profantur oracula. Quapropter ipsum quoque Deum nuncupavit, sicuti ex textu evincitur, qui sic sonat : « Vocavit nomen B Domini loquentis cum ea : Dominus vidit me, » nimirum per eum, in quo inhabitavit, quasi propter participationem Numinis donatus sit auctoritate : et propter inhabitantem Deum dicti sint dii. Denique et is, qui colloquebatur cum Mose, dictus est angelus. Sic enim habet Scriptura sacra : « Et vocavit eum angelus Domini et dixit : Ego Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob. » Quantum igitur attinet ad ministerium, angelorum sunt isti sermones : si species virtutem a qua moventur, Dei sunt. Agar tamen neutiquam vulgaris et extremæ sortis mulier habenda est, cum videamus angelum illam suo dignari alloquio. Verisimile namque est ipsam exstitisse bonam. Alioqui haud esset tradita Abrahamo a domina, ut cum ea concumberet. Illius justitia et æquitas hinc quoque elucet, quod nihil criminatur Saram, sed inquit : « Saram heram meam fugito. » Laudanda igitur est propter morum simplicitatem. Confitetur autem ingenue, quid passa sit mali. Nam perculsa ob virtutem et regiam dignitatem sapientiamque, non sustinet ejus excellentiam et magnitudinem intueri, sed in pedes se conjiciens, fugit. Quidam siquidem fugiunt virtutem non odio vel malevolentia quadam moti, sed pudore repressi se indignos judicantes consortio dominæ, id est, virtutis.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἄβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εὐαρέστει ἐνώπιόν μου, καὶ γίνου ἄμεμπτος· ἢ ὡς μήπω ἀμέμπτῳ, ἢ ὡς τοιούτῳ μὲν, δεομένῳ δὲ ἀεὶ ἐνεργεῖν τὸ ἄμεμπτον, ὡς ἂν διὰ παντὸς ἄμεμπτος ᾖ. Τὸ δὲ, «Θήσομαι τὴν διαθήκην μου,» ὡς περὶ ἄθλου ἐπαγγελία, καὶ αὐτῆς διδομένης τῷ εὐαρεστοῦντι ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ γινομένῳ ἀμέμπτῳ. Ἐπάγει δὲ καὶ, «Πληθυνῶ σε σφόδρα, σφόδρα.» Καὶ μή ποτε [x], φασὶν, οὐ πάντα τὸν πληθύνειν δοκοῦντα πληθύνει Θεὸς, ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῷ; Δοκεῖ δὲ τοῦ πληθύνειν τὸ μέν τι [y] εἶναι ἐφ' ἡμῖν, καθ' ὃ λέγεται τὸ, «Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε·» τὸ δὲ ἐπὶ Θεῷ, διὰ τὸ, «Πληθυνῶ σε.» Γέγραπται δὲ, «Ὁ Θεὸς ηὔξανε.» Πληθύνων μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπους πολλοὺς ποιεῖ· ὅπερ οὐ θαῦμα· καὶ γὰρ ἄλλα ἔθνη πολυάνθρωπα γέγονε· τὸν δὲ Ἀβραὰμ οἱονεὶ πολλοὺς Ἀβραάμ, ὡς πολλοὺς Ἰακώβ· κατὰ τὸ ἅγια τέκνα ἐξ αὐτῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὰ μιμούμενα τά τε ἔργα καὶ τὴν πίστιν τῶν

C

CAP. XVII.

Vers. 1, 2. *Apparuit Dominus Abram et dixit ad eum : Ego sum Deus omnipotens. Ambula coram me et esto perfectus.* Aut apparuit nondum irreprehensibili, aut ut tali, cui necesse esset operari semper id quod est inculpabile, quo semper foret irreprehensibilis. **130** Quod ait : « Ponam pactum meum, » etc., ostendit promissionem dari quasi certaminis præmium, et ut inculpate coram Deo ambularet promissione jam accepta, et sic permaneret irreprehensibilis. Subjicit autem : « Multiplicabo te valde valde, » etc. Fortassis, objiciunt quidam, non omnem multiplicat, qui multiplicatur, Deus : sed saltem Abrahamus suique similes illam multiplicationem experiuntur. Sed quia duplicis D multiplicationis Scriptura meminit, alterius vis in nobis sita videtur, secundum benedictionem Dei, dicentis : « Crescite et multiplicamini, » etc. Altera proprie ad Deum pertinet, de qua dicit : « Multiplicabo te. » Scriptum quoque est : « Deus auxit. »

VARIÆ LECTIONES.

[x] C. N. μήποτε. [y] C. N. μέντοι. [v] C. N. add. τῷ ἀγγέλῳ.

Multiplicans igitur, multos facit homines, quod A minime mirandum est. Nam et aliæ gentes, præter Judæos, exstiterunt populosæ. Verum Abrahamus sic multiplicatur, quasi plurimi futuri sint Abrahami, plurimique Jacobi. Nam ex ipsis prodituri sunt sancti liberi, qui imitabuntur fidem et opera patrum. Quia vero ipsum multiplicandum prædicit, ad maximam claritatem eum provehit; interim tamen diligenter inculcat : « Ambula coram me et sis irreprehensibilis. » Dehinc depromit promissiones dicens : « Ponam pactum meum inter te et inter me; » quod quidem continuo facit, quasi plurimum amaret Abrahamum quod venerabundus in terram procidisset : ceu eo opere gratiam divinam sibi conciliasset, et esset irreprehensibilis. Iterum vero se videndum exhibet Abrahamo, non sine magna vi amoris inquiens : « Ego sum Deus tuus. » Omnium quidem Deus est, quatenus omnium creator est. Præcipue tamen piorum Deus est, et C orum amplectitur cultum. Nunc quoque, quasi hæredem compellans, inquit : « Ponam fœdus meum, » etc. Jam enim placebat Deo ut bonus et inculpatæ vitæ filius.

πατέρων αὐτῶν· αὐξάνων δὲ αὐτὸν, εἰς τὸ μέγεθος ἐπαίρει μέγα. Προειπὼν δὲ τὸ, « Εὐαρέστει ἐναντίον μου, καὶ γίνου ἄμεμπτος, » καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐπαγγελίας διδοὺς ἐν τῷ, « Θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, » εὐθέως αὐτὴν δίδωσιν, ἀποδεξάμενος τοῦ Ἀβραὰμ τὸ, « Ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, » ὡς ἐν τούτῳ πληρουμένου τοῦ εὐαρεστεῖν ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ γίνεσθαι ἄμεμπτον· πάλιν δὲ ὡς φιλάνθρωπος δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ὀρθῆναι τῷ Ἀβραὰμ, καταξιῶν αὐτοῦ εἶναι Θεὸς, λέγων· « Εἰμὶ ὁ Θεός σου. » Πάντων μὲν οὖν ἐστι Θεὸς ὡς δημιουργὸς, τῶν ἁγίων δὲ κατ' ἐξαίρετον καὶ τὴν ἐκ τούτου[a] λατρείαν. Καὶ ὡς πρὸς κληρονόμον δέ φησι τὸ, « Θήσομαι τὴν διαθήκην μου· » υἱὸς γὰρ ἐγίνετο εὐαρεστῶν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ γινόμενος ἄμεμπτος.

Magnitudine vero promissionum et quod non B dedignaretur ipsius esse Deus, obstupefactus, prolapsus est in faciem venerabundus. Cum prolapso humi iterum, quasi cum amanti filio fœdus pangit, dicens ipsum patrem fore gentium in spiritu Deum colentium; quas nunquam a sua cura et providentia segregaverit. Etiam quoad carnem multarum gentium pater fuit. Salvator enim in hunc modum affatur Judæos : « Si essetis filii Abrahæ, Abrahæ opera faceretis [71]. » Nomen quoque proficienti mutatur, quod quidem non temere fit, sed ut sit indicium ad meliora progressuum, quos ipse cœperat confirmando ejus incrementa virtutis. Tunc enim quis se profecisse vere fateatur, si accedat testimonium præceptoris : quanto magis quis dicendus est in religione progressus fecisse, si collaudetur a C Deo? Non autem immerito ad tanta virtutis incrementa promovetur. Nam fundamenta jacienti virtutis Deus cætera adjungit opusque mirabili augmento ad finem perducit, juxta illud proloquium : « Vehementer valde. » Quod vero Deus se nobis adeo humiliter et benigne attemperat et accommodat, nulla alia causa est, quam incarnatio Christi, per quem Deus instituit humanum restaurare genus. Quapropter adjicitur : « Et seminis tui post te. »

virtus non illico ab his, qui ipsam ambiunt, apprehendi potest. Proinde Lotus pedetentim ad altiora et sublimiora conscendit, affectibus paulatim liberatus. Cæterum ea vita, quam lex præscribit, humilior est evangelica, quæ sursum fert. Principium etenim viæ bonæ est facere justa, sicuti mysticæ speculationis vel doctrinæ quoddam quasi principium censetur, catechesis. Nam illi qui affectat evadere in virum perfectum et ad mensuram ætatis implementi Christi, firmior deinceps competet cibus. Hunc ordinem sive dispositionem tradidit Paulus, inquiens: « Bonum est homini non attingere mulierem [1]. » Deinde: Volo omnes esse, ut ego sum [2]. » Vides montem, quem nimirum hic intelligit? Subjicitur, « Et Segor. » — « Propter vitandam scortationem unusquisque suam uxorem habeat [3]. » — « Unusquisque enim (ait) peculiare donum habet, hic quidem sic, alius porro sic [4]. » Ad eum modum inquit et Salvator: « Granum in fecundum agrum jactum, sic fructificat, ut unum triginta, alterum sexaginta, aliud porro centum afferat [5]. » Propterea inæqualiter talentorum fit distributio, sed huic quidem obveniunt quinque, alii dantur duo, porro alii porrigitur unum, secundum inæqualitatem et diversitatem ingeniorum vel animorum. Ita quoque angelus concessit Loto, ut impetraret secundum, quamvis id non principaliter vellet. Hinc patet etiam minimos virtutis successus non absque divina illuminatione innasci hominibus. Siquidem exorto sole ingreditur oppidulum Segor Lotus. Animus Loti erat quidem fortis, nec tamen perfectus. Uxoris animus, quia mollis et imperfectus erat, merito damnum sensit cum ipsa transformaretur in salis statuam. Nam si sal infatuatus fuerit, nulli rei amplius idoneus est, inquit Salvator [6]. Verum animus, qui in religione strenue progrediebatur, quasi per gradus, Segor relicta, in montem se recepit prudentia et spirituali fortitudine, ceu quibusdam filiabus, stipatus. Cum incoleret montem, sublimis erat; ingrediens speluncam, reddebatur humilis. Hinc legimus in Scriptura sacra: « Qui ambulat in justitia, et veritatem loquitur, odit injustitiam et iniquitatem, excutit manum a muneribus, obstruit aures, ne audiant judicium sanguinis, avertit oculos ne videant injustitiam [6*], » is, inquam, habitabit in spelunca et firma petra. Cæterum petra significat Christum propter divinam ejus naturam, quæ nulli mutationi obnoxia est. Spelunca portendit ecclesiam sanctorum diversorium. Hanc incolunt pii auxilio divino satis communiti. Hic degunt quotquot cupiunt effugere judicium Domini, quod in igne revelabitur. Cæterum diligenter observa sensum historicum, et disces quomodo idem atque unum tempus proficientibus ad salutem, insanabilibus ad pœnam vergit. Nam exorto sole, hi servantur, illi objiciuntur igni devorandi.

139 Ex cœlo devolvitur ignis quo capitaliter plectantur Sodomitæ: et ex cœlo salutares stillant imbres, quo cognoscatur nec cœlum nec stellas causam esse fertilitatis frugum, sicuti nec pluviæ illis assignandæ sunt. Unum esse horum omnium auctorem Deum, qui ignem loco pluviæ contra naturam ignis ad inferiora detorsit.

A 'Εξ οὐρανοῦ δὲ τὸ πῦρ πρὸς φθορὰν, ὅθεν ὑετοὶ πρὸς ζωήν· ὡς ἂν δειχθῇ μὴ τῶν καρπῶν αἴτιος ὑπάρχων οὐρανὸς καὶ ἀστέρες, ὡς οὐδὲ τῶν ὄμβρων, ἀλλ' ὁ πέμπων τούτους Θεὸς, ὅς γε καὶ τὸ πῦρ ἀντὶ τούτων ἀπέστειλε, παρὰ φύσιν ἐπὶ τὰ κάτω πεμφθέν.

Angeli edicunt, ne lumina in tergum retorqueant. Noverant enim illos fortassis gavisuros cernentes calamitatem istorum. Lætari calamitatibus et miseriis aliorum, esto, interdum judicetur justum, non tamen humanum reor. Nam futuri ignorantia detinemur omnes. Vel forsitan ad fugam futuri erant tardiores, victi dolore et familiari amicitia, dum aspicerent illos adeo miserandum in morem perire. Vel, ut et tertia assignetur causa, ait: Non vestrum omnia scrupulosius rimari et exquirere si Deus peccatores pœnis implicat. Sufficit nosse Deum illos punivisse, quos pœnas ob scelerum enormitatem dare oportebat. Velle perscrutari modum, secundum quem pœnas luerint, protervia et audaciæ, nec pietatis est.

Vers. 29. *Et factum est, cum perderet Deus civitates illius planitiei, recordatus est ipse Deus Abrahæ et emisit Lot de medio subversionis, cum subverteret civitates illas, in quibus habitabat Lot.* Itaque propter Abrahamum salutem consecutus est Lot. Nam non minima salutis fuit portio, ut patet ex eo quod inquit supplicitur: « Num perdes justum cum impio? »

Cum subverteret civitates illas, in quibus habitabat Lot, etc. Ex quibus verbis conjicitur non unam solam, sed omnes ejus terræ urbes ad habitandum delegisse.

B *'Εν τῷ ἐκτρίψαι Κύριον τὰς πόλεις, ἐν αἷς κατῴκει ἐν αὐταῖς Λώτ.* 'Ως ἐν πλείοσι κατοικοῦντος πόλεσι τοῦ Λὼτ ταῦτα λέγεται.

Ut qui totius fuerit terræ incola. Aquilas sic reddit: *Secundum viam universæ terræ.*

'Ως καθήκει πάσῃ τῇ γῇ. 'Ακύλας οὕτω, *καθ' ὁδὸν πάσης τῆς γῆς.*

Cæterum neminem adhuc invenimus potasse intemperantius merum, cum vellet operam dare liberorum procreationi. De solo Lot Scriptura id

Οὐδέπω εὕρομεν ποτιζόμενον, σπείροντα (13) ὡς Λὼτ, οἶνον. Οὗ οἱ ἀπὸ σπέρματος τῶν υἱῶν οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὴν 'Εκκλησίαν Χριστοῦ ἕως δεκά-

[1] I Cor. VII, 1. [2] ibid. 7. [3] ibid. 2. [4] ibid. 7. [5] Matth. XIII, 8. [6] Matth. V, 13. [6*] Isa. XXXIII, 15.

NOTÆ.

(13) Ποτιζόμενον οἶνόν τινα μέλλοντα σπείρειν· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

της γενεᾶς, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα, « παρὰ τὸ μὴ συναντῆσαι αὐτοὺς τῷ Ἰσραὴλ μετὰ ἄρτων καὶ ὕδατος ἐν τῇ ὁδῷ ἐκπορευομένων ἐξ Αἰγύπτου, » καὶ ὅτι τὸν Βαλαὰμ ἐμισθώσαντο.

A prædicat, cujus de semine filii non ingrediuntur Ecclesiam usque in decimam generationem, et usque in sæculum. Causa subditur : « Quia non occurrerunt ex Ægypto ascendentibus cum pane et aqua [7]. » Deinde quod conduxerunt mercede Balaam.

Noctu patrem vino potarunt. At Joseph in ipso meridie suos fratres ad bibendum vinum invitat. Quod aiunt : « Nemo est in terra, qui ingrediatur ad nos, » etc., satis arguit filias Loti non libidinis tetro igne

Ἐπειδὴ μὴ ἀκολασίας ἕνεκα, ἀλλὰ παιδογονίας τοῦτο πεποιήκασιν.

accensas in hoc nefas proruisse, sed voluisse in hunc modum subventum humano generi, quod perditum credebant. Quapropter veniam merentur

Ἰδοὺ ἐκοιμήθην χθὲς μετὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Καὶ Εὔα ἐκ τοῦ Ἀδὰμ οὖσα, γυνὴ αὐτοῦ γέγονε (14). Καὶ τὰ τέκνα τοῦ Ἀδὰμ ἀλλήλοις ἐμίγησαν. Ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἐκώλυσεν, ἴσως ἵνα μὴ ἀλλοφύλοις δοθεῖσαι, κοινωνήσωσι τῆς εἰδωλολατρείας, ἑτέρου λίαν κακοῦ.

VERS. 34. *Ecce dormivi heri cum patre*, etc. Sic Adami ex corpore Eva erat assumpta, cui matrimonii copula conjungebatur. Sic liberi Adami inter se connubia sociabant. Deus illum connubiorum morem B ea tempestate non prohibuit, scilicet ne alienis gentibus connubii sub prætextu junctæ, idololatriæ crimine, quo non aliud immanius est, involverentur.

Deinde, ut vitent Judæi Moabitas et Ammonitas ex illis natos, et totos idololatriæ immersos, lege cavetur. Nam non tam incestu infames quam idololatria erant. Verum ebrietas Loti imputatur calamitati, quæ afflixit omnem Sodomitarum gentem, quam impatientius senex ille quasi quadam commiseratione tulisse fertur.

Καὶ συνέλαβον αἱ δύω θυγατέρες Λὼτ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Οὕτως ἦν οἰκονομία Θεοῦ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς Θάμαρ.

VERS. 36. *Et conceperunt duæ filiæ Lot*, etc. Sic divina Providentia comparatum erat, ut ex illo concubitu gravidæ fierent : quemadmodum non citra divinam Providentiam etiam Thamar imprægnata est.

Cæterum illud factum quasi sub involucro quodam indicare videtur, duas synagogas ex uno patre Deo concipientes, parere, de quo illud legitur : « Non ille ipse pater possedit te, » ut vitale semen, id est, vivificantem Spiritum in homines effunderet? Edit enim et bibit cum hominibus, sicuti Scriptura docet, dicens : « Venit enim Filius hominis edens et bibens [8]. » Huc aptetur et illud : « Jacui et dormivi [9]. » Et hoc : « Somnus meus mihi suavis fuit [10]. »

VERS. 37, 38. *Hic est pater Moabitarum*, etc. Moabitæ invaserunt Arabiæ regionem conterminam Areopoli, Moabiticæ gentis quondam metropoli. Ammonitæ insederunt Arabiæ partem, qua finitima est Philadelphiæ, et ab incolis Ammon appellatur. « Et nominavit nomen ejus Ammon, etc. Filius gentis meæ, quasi gaudio exsultaret, quod non ex aliena gente facta esset mater.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ἀπέστειλε δὲ Ἀβιμέλεχ βασιλεὺς Γεράρων, καὶ ἔλαβε τὴν Σάῤῥαν. Ζητεῖται πῶς βασιλεὺς τρυφῶν, καὶ ἐπ' ἀδείας ἔχων ὅσας βούλεται καλάς τε καὶ εὐειδεῖς γυναῖκας λαβεῖν, ἔλαβε τὴν Σάῤῥαν ἐννενηκοντοῦτιν οὖσαν· καὶ αὐτὸς γὰρ ἦν πρεσβύτης, καὶ οὐκ ἂν ἀφεὶς νέας, πρεσβυτέρας ἀντεποιήθη μίξεως. Δίκαιος ἦν, καὶ εἶδε δίκαιον τὸν Ἀβραάμ, τοιαύτην δὲ καὶ τὴν Σάῤῥαν, καὶ ἠθέλησεν ἑαυτῷ σπέρμα ἀπὸ τοιαύτης ἐξαναστῆσαι, μέγιστον ἡγησάμενος καύχημα ἐκ τοιαύτης γυναικὸς σπέρμα ἐξαναστῆσαι.

140 CAP. XX.

C VERS. 2. *Et misit Abimelech rex Gerar et tulit Saram.* Quæritur quare rex libidinis stimulis concitus, cum potuerit multas et forma liberali præditas adipisci feminas, potius elegerit Saram anum effetam, quæ jam ætatis annos impleverat centum. Respondetur : Justus erat, et sciebat Abrahamum quoque justi et æqui esse cultorem : cujus haud dissimilem credebat Saram. Magno igitur studio dignum censuit liberos seu semen ex tali quærere muliere.

Quare testatur Scriptura in hæc verba : « Laudarunt illam coram ipso ut pulchram, » etc., scilicet ut ostenderet Pharaonem libidine ardentem ipsam rapuisse : quapropter pœnis afficitur haud vulgaribus. Ibi vero nihil tale commemoratur. Credidit enim rex ipsam esse sororem Abrahami. Nisi enim causa religionis et nanciscendi justi seminis illud facere in animum induxisset, qua ratione audivisset Deum dicentem : « Ego scio quod puro corde feceris hoc, et peperci tibi. » At scortatio nunquam fructus

[7] Deut. XXIII, 3. [8] Matth. XI, 19. [9] Psal. III, 6. [10] Jerem. XXXI, 26.

NOTÆ.

(14) Τὰ ἀπὸ τοῦ, καὶ τὰ τέκνα, ἄχρι τέλους ἐλήφθη ἐκ τοῦ τῆς Αὐγ. κώδ.

perhibetur puri cordis. Licet vero supra omiserit Scriptura eam non esse violatam ab Pharaone, tamen id satis nunc declaratur. Non enim Deus, qui nunc non concedit, tunc concessisset. Quod vero hic diserte additur, eam non esse tactam ab rege, eo fit, quod Abrahamo promissum est voce divina fore, ut ferret filium Isaacum nomine ex Sara. Cum autem post promissionem Sara ab Abimelecho raperetur, ne non omnia congruerent promissionibus, merito adjectum est : « Non tetigit eam, » etc., volens promissionem conservare illæsam et illibatam planissimeque sinceram. Alius aliter præsentem locum et ita exponit : Maxima etiam erat formæ venustas in senili justæ Saræ corpore, quæ regem illum permoverat. Nam gratia, quæ fecunditatem tribuit sterili naturæ, renovavit venustatem ejus instar aquilæ. Alius sic interpretatur præsentem locum.

Quod inquit : « Non tetigit eam, » etc., cum quadam emphasi dicitur, quemadmodum et illud : « Bonum est homini mulierem non attingere [11], » quod quidem citra concubitum fieri potest, scilicet dum nec tactu nec oculis libidinosis mulierem contrectet, Deus non permisit Abimelecho ut Saram contingeret, quia fortassis jam sublimiora mente agitabat. Posse enim abstinere a tactu muliebri, et ut nihil ejus animus ea re commoveatur, vere divinum munus est.

A Ἔμφασιν ἔχει τό· « Οὐχ ἥψατο· » ὡς τό· « Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. » Ὅπερ ἐστὶ καὶ χωρὶς τῆς μίξεως κατὰ μηδὲν ἄλλο παθητικὸν (15), ἤτοι ἐνιδεῖν, ἢ ἅψασθαι γυναικός. Ὁ Θεὸς μέντοι οὐκ ἀφῆκε τὸν Ἀβιμέλεχ ἅψασθαι αὐτῆς· τάχα δὲ πάντα τὸν ἄκρως σωφρονοῦντα. Θεόσδοτον γὰρ τὸ τοιοῦτον.

Notandum est Saram decurso trium mensium spatio post promissam sobolem concepisse, ut gestans uterum mense nono, juxta tempus a Deo præstitutum, illo onere liberaretur.

Vers. 4. *Et ait : Domine, nunquid quoque interficies gentem justam?* Justus censetur Abimelechus non ob ignorantiam, sed ob scientiam. Nunc vero Abimelechum ut ignorantem e medio tollere parat. Quia haud compertum fuit regi, illam exstitisse uxorem Abrahami. Cæterum observandum existimo dictionem, *ignorantem*, obelisco notatam esse, ut quæ in Hebræo textu non sit posita.

Καὶ εἶπε, Κύριε, ἔθνος ἀγνοοῦν καὶ δίκαιον ἀπολεῖς; Ὁ μὲν δίκαιος οὐκ ἐν ἀγνοίᾳ, ἀλλ' ἐν ἐπιστήμῃ. Νῦν δὲ τὸ ἀγνοοῦν καταστρέφει ἐπὶ τῷ μὴ ἐγνῶσθαι τῷ Ἀβιμέλεχ τὴν Σάῤῥαν γυναῖκα οὖσαν τοῦ Ἀβραάμ. Οὐκ ἀγνοητέον δὲ, ὅτι ὠβέλι-
B σται (16) τὸ, *ἀγνοοῦν*, ὡς παρ' Ἑβραίοις μὴ κείμενον.

Vers. 5. *Novi et ego, quod hoc feceris puro animo.* Quia Abimelechus responderat puro animo, et justitia manuum se illud egisse, nempe rapuisse Saram. Sed Deus alterum regi concedit, scilicet cordis vel animi puritatem, quoad illum raptum. Inquit enim : « Scio quod puro animo hoc feceris. » Alterum reticet et ipsi cogitandum remittit, quasi parum juste illam rapuerit. Licet enim ipsum fugeret, quod uxor erat Abrahami, tamen delictum evitare non potuit, quod non abstinuit manum ab sorore peregrini et hospitis, et in hoc non potuit effugere culpam.

Κἀγὼ ἔγνων ὅτι ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ ἐποίησας τοῦτο. Ὁ μὲν Ἀβιμέλεχ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ χειρῶν τοῦτο πεποιηκέναι φησὶ, δηλονότι τὸ εἰληφέναι τὴν Σάῤῥαν· ὁ δὲ Θεὸς, τὸ ἕτερον τῶν δύω μαρτυρῶν αὐτῷ, διὰ τοῦ μὴ φάσκειν καὶ τὸ λοιπὸν, καταλείπει αὐτὸ ἐννοεῖν· ὅτι περὶ ἐκεῖνο ψεκτὸς ἦν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τοῦτο ᾔδει, οὐ δικαίως ἐποίει τοῦ ξένου τὴν ἀδελφὴν λαμβάνων ἑαυτῷ γυναῖκα.

Et peperci tibi ne peccares in me, etc. Qui delinquit in Abrahamum et Saram, etiam in Deum peccat, sicuti et is Deum offendit, quicunque justos lædit.

C *Καὶ ἐφεισάμην σου ἐγὼ τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν σε εἰς ἐμέ.* Ὁ ἁμαρτάνων εἰς Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥαν, εἰς Θεὸν ἥμαρτεν· οὕτω δὲ καὶ ὁ εἰς τοὺς δικαίους.

Vers. 7. *Quia propheta est et orabit pro te et vives*, etc. Abrahamus pronuntiatur ore divino esse propheta. At quæ illa vita est, quæ promittitur Abimelecho? nimirum cœlestis, morti contraria, morique nescia. Observandum est, **141** preces prophetarum esse efficaces, et conferre plurimum ad vitam, si pro aliquo preces ad Dominum fuderint.

Ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ. Προφήτης ὁ Ἀβραὰμ παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖται εἶναι. Ποῖον δὲ ζῆν, ἢ τὸ θεῖον; ὅ ἐστιν ἐναντίον τῷ ἀποθνήσκειν. Καὶ σημειωτέον, ὅτι προφήτης προσευξάμενος συμβάλλεται πρὸς τὸ ζῆν.

[11] I Joan. III, 8.

NOTÆ.

(15) Παθητικῶς· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(16) Τὰ περὶ τοῦ ὀβελοῦ εὑρήσεις ἐν τῷ περὶ μέτρ. καὶ σταθμ. τοῦ Ἐπιφανίου βιβλίῳ.

Ἐφοβήθησαν δὲ οἱ ἄνδρες σφόδρα. Ἦν γὰρ νέα πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ κατὰ Σόδομα. A

VERS. 8. *Timuerunt viri illi valde*, etc. Nam fama oppidorum cœlesti igne devastatorum adhuc omnium hærebat auribus, humanasque mentes ea recordatio terrebat.

Εἶπα γὰρ, Ἄρα οὐκ ἔστι θεοσέβεια ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Ἐκ τούτου ἔνι στοχάσασθαι, ὅτι οὐκ ἦσαν εἰδωλολάτραι οἱ περὶ τὸν Ἀβιμέλεχ

VERS. 11. *Dixi enim : Forte non est timor Dei in loco isto*, etc. Ex hoc loco conjecturam facio, Abimelechum cum suis non adhæsisse idololatriæ.

VERS. 12. *Verum vere soror mea est ex patre*, etc., Congruit illi, quod supra dedimus, scilicet expositioni Aquilæ : *Et dixit Abraham ad Saram uxorem suam : Soror mea*, etc. Manifestum est itaque Abrahamum ad Saram, nec de Sara ista dixisse.

Ἀδελφὴ μὲν ἦν τοῦ Λὼτ, ὡς Ἰώσηπός (17) φησιν (18), ἀδελφιδῆ δὲ τοῦ Ἀβραάμ. Τοὺς δὲ τοιούτους ἀδελφοὺς ἐκάλουν, ὡς (19) καὶ Λάβαν καλεῖ τὸν Ἰακώβ.

Revera siquidem Loti soror erat, et Abrahami consobrina, ut docere videtur Josephus. Cæterum Scriptura consobrinos quoque sub fratris nomine concludit. Sic cernimus Labanum vocasse Jacobum fratrem.

Ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἐξήγαγέ με ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Ἡνίκα ἂν καταλείπωμεν B ἔθη καὶ νόμους, ἐν οἷς ἐτράφημεν ἐκ πατέρων, Θεὸν νομίζομεν εἶναι τὸν ἐξαγαγόντα ἡμᾶς ἐξ οἴκου πατέρων ἡμῶν. Τὸ δ' αὐτὸ νοήσεις διὰ τό· « Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγένηται. » Καὶ ἐπὶ τοῦ καταλιπόντος παντελῶς τὴν ἁμαρτίαν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ὑπὸ Θεοῦ ἐξήχθη ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

VERS. 13. *Et factum est cum Deus me educeret ex domo patris mei*, etc. Quando relinquimus leges et mores, quibus innutriti sumus, et majorum nostrorum salivam, existimare debemus Deum nos educere ex paterna domo. Hoc vel ex illo, quale sit, cognosces : « Omnis qui facit peccatum ex diabolo natus est [11]. » Qui vero peccato renuntiat prorsus, is protractus est de domo patris sui.

Ἰδοὺ δέδωκα χίλια δίδραχμα τῷ ἀδελφῷ σου. Δεινότητι δοκεῖ μοι εἰρηκέναι οὐχὶ τῷ ἀνδρί σου, ἀλλά· « τῷ ἀδελφῷ σου, » καὶ τὸ, Πάντα ἀλήθευσον. Ἤτοι προσκρούει αὐτῇ ὑποκρινομένῃ εἶναι ἀδελφῇ, καὶ οὐ γυναικὶ τοῦ Ἀβραάμ.

VERS. 16. *Ecce dedi mille didrachma fratri tuo*, etc. Videtur cum quadam iracundia dictum esse, non marito tuo, sed : « Fratri tuo. » Posthac vide ne mentiaris, rem, ita ut est, dicito, ne auctor alicui mali sis. Vel irascitur mulieri, quod simularet se esse sororem Abrahami, nec libere confiteretur se esse illius uxorem.

Vel huc omnia tendunt, ut deinceps omnia vere proloquatur.

Ἢ τὸ, Πάντα ἀλήθευσον, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπεὶ C μόνοι γεγόναμεν, καὶ ἔμελλον ἐγὼ γίνεσθαι ὡς μετὰ γυναικὸς, οὐχ ἡψάμην δέ σου, ἀλλ' ἐτήρησα ἐμαυτὸν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ἀλήθευσον περὶ τοῦ μονασμοῦ ἡμῶν (20).

Huic haud dissimile est et illud : « Non contrectavi » sive « tetigi te, licet solus apud te essem. »

Vel ignoravi te esse Abrahami conjugem.

Εἰς τιμὴν, φησὶ, *τοῦ προσώπου σου.* Ἐπειδὴ οὐ μετὰ ἀξίας αὐτὴν ἔλαβεν, ὡς οἱ γαμοῦντες. Καὶ ἔλαβεν ἐπὶ μίξει ἀγνοῶν, καὶ ὕβρισε μὴ εἰδώς.

In honorem vultus tui erunt, etc. Nam non, ut par fuerat, quasi ipsam pro uxore habiturus, raptum commisit : sed ut ejus frueretur concupito concubitu. Inscius itaque mulierem contumelia affecit.

« Ταῖς μετὰ σοῦ (21). » Ἵνα κἀκείνας προτρέψῃ μαρτυρῆσαι παρὰ πᾶσι, τῇ ἀγνοίᾳ καὶ μὴ τὸ ἐναντίον εἶναι (22).

Quare adjunctum est : « His, quæ tecum sunt, » etc. Illas enim quoque cohortatur, ut suæ ignorantiæ sint testes. Nedum contrarium effutiant, ipse injustitiæ reus postuletur.

Ἄλλος δὲ τό· « εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου, » Οὐ μισθὸν, φησὶ, τῆς μὴ γεγενημένης μίξεως, ἀλλ' D ὑπὲρ οὗ μόνον εἶδον τὸ πρόσωπόν σου, ἐτίμησά σε ταῦτα. Καὶ τὸ μέγα, ὅτι οὐκ αὐτῇ δέδωκεν, ἀλλὰ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

Alius sic exponit : « In honorem vultus tui, » etc. Non sint illi argentei merces concubitus, quo non potitus sum : sed quia solum vidi faciem tuam, isto munere te honorandam censui. Illud vero memorabile est, quod illa summa non Saræ, sed marito ejus penditur.

Συνέκλεισεν ὁ Θεὸς πᾶσαν μήτραν, ὥστε μὴ

VERS. 18. *Conclusit Deus omnem vulvam, ut non*

NOTÆ.

(17) Ὅρα τὴν ἐν τῇ 179. σελ. 4 σημείωσ.
(18) Ἱστορεῖ· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(19) Τὰ ἀπὸ τοῦ, ὡς, ἄχρι τέλους ἐκ τοῦ τῆς Αὐγ. κώδ. ἐλήφθη.
(20) Δεινότητι - ἡμῶν anonymi sunt in Catena Lipsiensi.
(21) Διατί δὲ καὶ ταῖς μετὰ σοῦ; ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(22) Τὸ ἐναντίον φημίσαι. ὁ αὐτ.

possent parere. Gravidæ igitur saltem hoc loco intelliguntur. Quod ad conceptus attinet, an vulvæ essent observatæ adeo brevi tempore nemo facile explorare quivisset.

A *τὰς ἐγκυμονούσας τεκεῖν*. Πᾶσαν οὖν κύουσαν ἀκουστέον. Τὸ γὰρ περὶ τοῦ συλλαβεῖν οὐκ ἂν ἐγνώσθη ταύταις ἐν ὀλίγῳ καιρῷ.

CAP. XXI.

VERS. 4. *Circumcidit quoque Abraham Isaac filium suum, cum esset filius octo dierum, quemadmodum præceperat illi Deus.* Isaac primus octavo die circumciditur. Hæc symbola admodum congruunt Christo, in quem omnes typi congeruntur et diriguntur.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περιέτεμε δὲ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, καθὰ ἐνετείλατο αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός. Πρῶτος ἐν τῇ ὀγδόῃ περιτέμνεται Ἰσαάκ. Καὶ πρέποντα Χριστῷ τῷ πρωτοτύπῳ τὰ σύμβολα.

VERS. 6. *Risum mihi fecit*, etc. , gaudium significat, quod quidem statim ipsa explicat, dicens : « Quicunque audierit hoc, congaudebit mihi. »

Γέλωτα ἐποίησέ μοι, ὅτι χαρὰν δηλοῖ, ἐξηγήσατο εἰποῦσα· « Ὃς γὰρ ἂν ἀκούσῃ συγχαρήσεταί μοι. »

VERS. 7. *Quis annuntiabit Abrahæ*, etc. Ipse nomen puero imposuit, ipse **142** pueri suis manibus præputium desecuit. Quidam hoc loco permoti tradunt Abrahamum parum intendisse lactationi et infantili ætati Isaaci. Perfectus enim cum foret, imperfecta parum curare voluit. Verum dictio, *quis*, in Scriptura sacra poni solet de raro contingentibus, et de magnis rebus, quamvis frequenter fiant. Nam magnum et insignem esse oportet, quamvis tales facile nec rarenter inveniantur, qui possit describere, quomodo maternis uberibus nutritus sit Isaac. Vel, quod inquit : « Quis nuntiabit, » etc., pro eo positum est, quod vulgo dicimus : Quis narravit ?

VERS. 8. *Crevit itaque puer et ablactatus est.* Notandum est nullibi de impiis dici : Ablactati sunt. Justus erat Samuel, de quo idem prædicatur. Verum Isaac non depulsus est lacte, quoad spirituale alimentum, alioqui præcessisset quoque, *crevit*. Præterea observandum est, non fuisse consuetudinem, ut convivium celebraretur submoto ab uberibus infante. Convivia frequentantur in natalibus, sicuti fecisse legimus Pharaonem et Herodem, qui mali erant, et generationis negotiis implicabantur. Verum Abrahamus et Anna justitia insignes convivium agitant, ubi infantes avocarunt ab uberibus maternis. Magnum vero convivium et jucundum spectaculum est Deo Patri, videre in Christo regeneratum relinquere infantilia alimenta, et ad perfectionem contendere. Illud non arbitror prætereundum esse silentio, quod Ismaelis ablactatio nullibi in Scriptura comprehenditur. Quapropter natus annos 20 adhuc puer nominatur.

B *Καὶ ηὐξήθη τὸ παιδίον καὶ ἀπεγαλακτίσθη.* Σημειωτέον, ὅτι οὐδενὶ τῶν ἁμαρτωλῶν μεμαρτύρηται τὸ, Ἀπογεγαλάκτισται. Δίκαιος γὰρ ἦν καὶ ὁ Σαμουήλ. Καὶ Ἰσαὰκ δὲ οὐκ ἂν κατὰ τὸ πνευματικὸν ἀπεγαλακτίσθη, εἰ μὴ μεμαρτύρηται πρὸ τούτου, ὅτι *ηὐξήθη*. Ἔτι δὲ τηρητέον, ὅτι παρ' οὐδενὶ ἡ συνήθεια αὕτη ἐστὶ τοῦ δοχὴν ποιεῖν ἐπὶ τῷ ἀπογαλακτισμῷ τῶν παιδίων, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ γενεθλίῳ. Ἐπειδὴ δὲ γνωστικά ἐστι τὰ γεγραμμένα· γενέθλιον μὲν ποιοῦσιν οἱ φαῦλοι, Φαραὼ καὶ Ἡρώδης, τὰ γενέσεως ἀγαπῶντες πράγματα· ἀπογαλακτισμὸν δὲ οἱ δίκαιοι, ὡς Ἀβραὰμ καὶ Ἄννα. Μεγάλης δὲ δοχῆς ἄξια τῷ κατὰ Θεὸν Πατρὶ τὸ ἰδεῖν τὸν ἐν Χριστῷ παρ' αὐτῷ ἀναγεννηθέντα, καταλιπόντα μὲν C τὴν τῶν νηπίων τροφὴν, ἐφθακότα δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τελείων. Σημειωτέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τοῦ Ἰσμαὴλ ἀπογαλακτισμὸς οὐδαμῶς ἀναγέγραπται. Διὸ περὶ τὰ εἴκοσι γεγονὼς ἔτη, παιδίον ὀνομάζεται.

VERS. 10. *Ejice ancillam et filium ejus*, etc. Hæc manifeste ex historiæ cognoscuntur verbis ; nec subintelligenda sunt, ut quidam opinantur. Ob puerorum collusionem non indignata est. Nec dixit solummodo : Ejice, sed « non erit hæres. » Licet illæ voces parum gratæ essent Abrahamo, attamen oraculum divinum sentit cum Sara, Numenque jubet illum præsenti in negotio obtemperare uxori. Quidam existimant Ismaelem, quia admodum malitia depravatus erat, divino judicio pulsum, et ob id nullam paternorum bonorum in partem esse admissum.

Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Εἴπερ ἐν ἱστορίᾳ ταῦτά φασιν ἀναγέγραπται, καὶ μὴ ἐν ὑπονοίαις, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ παίζειν τὰ παιδία οὐκ ἂν ἠγανάκτησε· δεύτερον δὲ οὐκ ἂν εἶπεν ἐκβαλεῖν, ἀλλὰ μόνον « μὴ κληρονομεῖν. » Ὡς καλῶς δὲ εἰπούσῃ Θεὸς αὐτῇ μεμαρτύρηκεν. Ἔδοξε δέ τισι πονηρὸν ὄντα τὸν Ἰσμαὴλ κρίσει Θεοῦ ἀποβεβλῆσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰληφέναι παρὰ τοῦ πατρός.

Horum sententiæ astipulatur Paulus, dicens : « Quemadmodum tunc is, qui erat secundum carnem, persecutus est spiritualem [11], » etc. Itaque non lusit solum, sed forte percussit Isaacum. Nam sub distinctione, *ludere*, Scriptura etiam pugnam vel prælium intelligit. Sic in libris Regum Abner inquit ad Joabum : « Ludant pueri in conspectu nostro [12]. » Quidam vero putant, illum lusum habuisse quamdam fugæ et persecutionis speciem. Abrahamus reliquis filiis, quos ex Cethura tulit, plurima

[11] Galat. IV, 22. [12] II Reg. II, 14.

bona assignavit, at Ismaelem prorsus abdicavit, credens, ut quidam docent, divinæ promissioni, cujus hic tenor erat : « Ismael crescet in gentem magnam. » Cum vacuum dimitteret utrumque, non opus erat, ut jumentum aliquod daret. Nec tamen quis culpet Abrahamum, ut inhumanum, quia modicum viaticum elargitus est illis ; Deo eos commisit, eique eorum curam demandavit. Fortasse non dando jumentum ipsis pepercit, ne ad itineris molestiam etiam cura jumenti curandi accederet. Auctores quidam testantur ancillam non solum ob eam causam, ut ipse cum uxore pacatam agere posset vitam, relegatam esse ab Abrahamo : sed deportatam esse, quod eam malitia infectam cognoverat. Quare igitur ipsi grave et inhumanum videbatur primo ancillam dimittere ? Respondent : Causa filii. Verum tamen jubente Deo utrumque abdicat, modico comeatu, ne scilicet in itinere morerentur, eos adjuvans. Nam exiguum semen legalis justitiæ reliquit Deus Israeli : « Ergo ipsis in sanctificationem parvam in regionibus, in quas dispersi fuerint. » Sed quod Israelitæ exciderunt, non parum doluit Apostolus ; sicuti Agaris et Ismaelis exsilium excruciavit animum Abrahami. Nam Paulus inquit : « Tristitia mihi magna et continua est [14], » etc. Delineat quoque Abraham quem constat oraculo divino esse prophetam, prophetice vitam, quam sectaturi essent Ismaelis nepotes. « Audi vocem ejus, » etc. Ordo propter virtutem conversus est. Sed de Eva aliter loquitur Deus, dicens : « Ad virum tuum erit conversio tua, et ipse dominabitur tibi [15]. » — « Abiens vero errabat in solitudine, » etc. Nam Judæorum mater repudiata longo tempore errat, et in mortis periculum venit. At si Judæi lacrymantes clamaverint ad Deum, aperiam oculos mentis eorum, et videbunt **143** Christum fontem vivum, de quo inquit David : « Quia apud te est fons vitæ [16]. »

Τοῦτο συγκριτέον τῷ · « Ἰσαὰκ δὲ ἐπορεύετο διὰ τῆς ἐρήμου κατὰ τὸ φρέαρ τῆς ὁράσεως. » Ἵνα θεωρηθῇ, ὅτι ἡ μὲν παιδίσκη διὰ τῆς ἐρήμου ἐπλανᾶτο, ὁ δὲ Ἰσαὰκ διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεται ἁπλῶς, καὶ ἀμφότεροι γε κατὰ φρέαρ γίνονται. Ἡ μὲν παιδίσκη, τοῦ ὅρκου · ὁ δὲ δίκαιος, τῆς ὁράσεως. Ἀλλ' ἡ μὲν, πλανωμένη · ὁ δὲ, θεωρῶν. Ἰστέον δὲ, ὡς μετὰ τὰ φρέατα τῆς ἀδικίας, καὶ ἐχθρίας, καὶ εὐρυχωρίας, ὀνομάζεται τὸ Φρέαρ τοῦ ὅρκου. Σύμβολον τοῦ κρείττονος ὄντος (23).

A Cæterum hic collatio quædam facienda est : « Isaac ibat per solitudinem juxta fontem visionis, ut videretur [17]. » Ancilla una cum filio errabunda per solitudinem iter facit. Isaac nullo errore actus, sed simpliciter et sua sponte peragrabat solitudinem. Ambo ad fontem veniunt ; ancilla ad fontem juramenti, justus ad fontem visionis. Illa erroribus jactata, hic speculationi intentus. Sciendum tamen post fontis nomina, scilicet injustitiæ, simultatis et latitudinis, tandem Juramenti cognomen accedere, quod quidem insigne futurarum rerum est symbolum, ut suo loco patebit.

Ἐξέλιπε δὲ τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ἀσκοῦ. Ἐκ τῆς εἰς δουλείαν γεννώσης Ἄγαρ, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγεννημένου τὸ ὕδωρ ἐπιλέλοιπε τὸ συναχθὲν εἰς ἀσκόν. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ὅτε οὔτε προφῆται, οὔτε σοφοί εἰσι παρ' αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν λεγόντων εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, καὶ νηπίων ὄντων ἐν Χριστῷ φοβεῖσθαι δεῖ, μήποτε (24) εἰ μὴ πρόκοψαιεν, ἐκλίποι τὸ ὕδωρ.

VERS. 15. *Defecit aqua ex utre*, etc. Illa, inquam, aquarum sentit defectum, quæ in servitutem generat ; et ille aquæ inopia affligitur, qui ab hac B in servitutem est natus. Quia, ut traditur, aqua in utre defecerat. Utris siccitas videri potest apud Judæos, qui littera non spiritu ducuntur. Quia nec prophetæ nec sapientes inter ipsos sunt. Cæterum et illis timeo, qui testantur se credidisse Christo, et adhuc in Christo rudes et infantes esse deprehenduntur ; timeo inquam ne et ipsorum aqua deficiat, dum non conantur in fide proficere subinde.

Εἰσήκουσε δὲ ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου. Χαριέντως ποτὲ χρησόμεθα τῷ ῥητῷ ἐπὶ τῷ δεῖν τὰ παιδία προσεύχεσθαι, ὡς ἐπακουσθησόμενα. Καὶ ἄλλως δὲ οὐ καταφρονητέον τῶν πευματικῶν παιδίων, εἰ καὶ μὴ τετελείωνται · ὧν τῆς φωνῆς ἀκούσει ποτὲ Θεός. Καὶ τὸ θαυμαστόν γε, ὅτι ἄγγελος Θεοῦ καλέσας τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, μαρτυρεῖ τὸ τὸν Θεὸν ἐπακηκοέναι τῆς τοῦ παιδίου φωνῆς.

VERS. 17. *Et audivit Deus vocem pueri*, etc. Amanter præsens locus excipiendus et tractandus est, cum videamus pueros orantes exaudiri. Et sane neutiquam despiciendi sunt spirituales liberi, etsi nondum perfectionem fuerint consecuti. Si quidem et horum vocem exaudit Deus. Hoc sane C multo mirabilissimum est, quod angelus Dei vocans Agarem e cœlo, testatur Deum audivisse vocem pueri.

Καὶ ἀνέῳξεν ὁ Θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς. Κατὰ ἀναγωγὴν δὲ, οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἰδεῖν τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος τοῦ ζῶντος, εἰ μὴ Θεοῦ ἀνοίγον-

VERS. 19. *Et aperuit Deus oculos ejus*, etc. Impossibile est, ut quis conspicetur fontem aquæ vivæ, nisi Deus discussa oculorum caligine, ipsum

[14] Rom. IX, 2. [15] Gen. III, 16. [16] Psal. XXXV, 10. [17] Gen. XXIV, 62.

NOTÆ.

(23) Τοῦ κρεῖττον ὅσον, ὡς ἐν τῷ τόπῳ φανήσεται · ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(24) Μήποτε καὶ τῶν τοιούτων · ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

nobis videndum proponat. Quidam aiunt mulierem nomen hoc indidisse puteo, fortassis quod puer, ubi bibit, salutem est adeptus, et vitam deperditam recepit.

A τος τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ὀψομένου αὐτό. Τινές φασιν, ὡς αὐτὴ τὸ φρέαρ ἴσως οὕτως ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πιόντα τὸν παῖδα ζῆσαι.

Vers. 20. *Et habitavit in deserto Pharan*, etc. Angelus enim jam olim prædixerat eum acturum vitam agrestem et silvestrem.

Καὶ κατῴκησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ Φαράν. Προεῖπε γὰρ ὁ ἄγγελος αὐτῇ περὶ τοῦ γεννᾶσθαι μέλλοντος, Καὶ αὐτὸς ἔσται ἄγριος ἄνθρωπος.

Vers. 23. *Et nunc igitur jura mihi hic per Deum, ut non inique agas mecum*. Nemini injuriam facit justus. Quamvis Abimelech ne fando quidem audivisset aliquem ab Abrahamo injuria esse affectum, nihilominus tamen inquit: « Jura mihi per Deum, » etc. Nec etiam semen vel sobolem alicujus Abrahamus unquam injuriose tractaverat. Nec præterea injurius fuit nomini Abimelechi. Nomen vero lædit, qui famam alicujus sugillat.

Νῦν οὖν ὄμοσόν μοι τὸν Θεὸν μὴ ἀδικήσειν με. Οὐδένα μὲν ἀδικεῖ ὁ δίκαιος. Μὴ πειθόμενος δὲ περὶ αὐτοῦ ὁ Ἀβιμέλεχ, φησὶν, ὅτι « Ὀμοσόν μοι τὸν Θεὸν μὴ ἀδικήσειν με. » Ἀλλ' οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ (25) ὁ Ἀβραὰμ ἠδίκησεν ἄν, οὐδὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβιμέλεχ. Ὄνομα δὲ ἀδικεῖ ὁ δυσφημίαν καταχέων τινός.

B

Vers. 25. *Et reprehendit Abraham Abimelech super puteis*, etc. Pacto firmato nihil tristitiæ in animo sibi reservat. Non enim ore solummodo, ut cæteri solent, sed animo quoque fœderum religionem inviolatam conservare voluit Abrahamus. Idem facit, cum accipit speluncam duplicem.

Καὶ ἤλεγξεν Ἀβραὰμ τὸν Ἀβιμέλεχ περὶ τῶν φρεάτων τοῦ ὕδατος. Ἵνα μηδὲν ἐάσῃ λύπης ἐχόμενον ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, τῶν συνθηκῶν γινομένων· οὐχ ἀνεχόμενος εἰρηνεύειν, ὡς ἄλλοι, τῷ στόματι. Τοῦτο δὲ ποιεῖ καὶ ὅτε λαμβάνει τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν.

Septem vero, ut aiunt, agnas statuit seorsum in conspectu Abimelechi, scilicet, ut essent pretium loci, hoc modo controversias, quæ inde exoriri possent, reprimens prudenter. Cæterum illi, qui fœdus petiverant, fœderis religionem violarunt tandem.

Τὰς ἑπτὰ δὲ, φασὶν, ἀμνάδας ἴσως τίμημα παρέσχε τοῦ τόπου, τὰς τῶν μετὰ ταῦτα μάχας πρὸς τοὺς ἐξ αὐτοῦ προαναστέλλων. Ἐκεῖνοι δὲ τὰς συνθήκας παρέβησαν.

Vers. 32. *Et reversi sunt in terram Philistinorum*, etc. Dixit enim supra terminos Chananæorum se extendere usque in Gerar.

C *Καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν γῆν τῶν Φυλιστιείμ*. Εἶπε γὰρ ἄνω, ὅτι ἕως Γεράρων ἐξετείνετο τῶν Χαναναίων τὰ ὅρια.

CAP. XXII.

Vers. 1. *Factum est autem post verba ista, ut tentaret Deus Abraham*. Experimentum sumere voluit Deus, an animum appellere vellet ad jussa divina, vel inclinare ad ingenium humanum detrectando imperium Dei.

Sunt qui tradunt Saram ignorasse, quæ mandata marito dederit Deus, **144** videlicet ne muliebri comploratione, et materna commiseratione totum negotium interverteret. Nam nec Eva bene consuluit Adamo: et idem forte et hic evenisset, Dei verbo prorsus Abrahamum adversus humanum ingenium et naturam concitante et stimulante.

Ἠγνοηκέναι δέ τινες τὴν Σάῤῥαν τὴν περὶ τῆς Ἰσαὰκ θυσίας πρόσταξιν ἀπεφήναντο· ὡς ἂν μὴ γυναικὸς καὶ μητρὸς πάθει κλωμένη παρεμποδίσειεν. Οὐδὲ γὰρ Εὔα τῷ Ἀδὰμ σύμβουλος γέγονεν ἀγαθὴ, καὶ μάλιστα τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων ὥσπερ τινὶ κέντρῳ πρὸς τὴν φύσιν διεγειρόντων.

Vers. 3. *Accipe filium tuum amantissimum, quem diligis*, etc. Hæc sane verba præter Abrahamum, virum omnem ad commiserationem et misericordiam movissent. Paternorum viscerum Abrahamum commonuit. Notandum est quod Abrahamus nec Sara tentatur. Quid igitur, aiunt quidam, peregre proficiscentem cum duobus servis et ligna secantem non vidit? Si vero simpliciter, sub obtentu immolandi hostias Domino, iter suscipiebat, quare Sara non sequebatur? Pium et justum censeo in dubiis, et quæ in utramque partem verti possunt, non incusare justos, ut propter imbecillitatem Saræ dicamus Abrahamum illam rem occultam ab ipsa habuisse.

Λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν ὃν ἠγάπησας. Ἅπερ ἂν καὶ ἄνδρα πάντα, πλὴν Ἀβραὰμ, πρὸς οἶκτον ἦγε καὶ πάθος, καὶ σπλάγχνων ἂν ὑπέμνησε πατρικῶν. Καὶ γέγραπται δὲ, ὡς τὸν Ἀβραὰμ, οὐ

D τὴν Σάῤῥαν ἐπείραζεν ὁ Θεός. Τί οὖν, ἄλλοι φασὶν, ὁδεύοντα αὐτὸν οὐχ ἑώρα, καὶ ξένως; Ξύλα γὰρ ἔσχισε, καὶ παῖδας δύο μόνους ἔλαβεν. Εἰ δὲ θύειν ἁπλῶς Θεῷ προὐφασίζετο, διατί οὐχὶ καὶ ἡ Σάῤῥα ἠκολούθει; Εὐσεβὲς οὖν, φασὶν, ἐν τοῖς ἀμφιβαλλομένοις μὴ κατηγορεῖν τῶν δικαίων· ἵνα δι' ἀσθένειαν Σάῤῥας εἴπωμεν κρύπτειν τὸν Ἀβραάμ.

NOTÆ.

(25) Τὸ σπέρμα τινός · ὁ τῆς Αὐγ. κῶδ.

Abrahamus cum sæpius rem divinam fecisse commemoretur Domino, nunquam tamen legimus Deum patriarchæ indicasse sacrificii locum. Nunc vero et locus, ubi Christus, cujus typus erat Isaac, crucifixus est, ostenditur.

Καὶ Ἰώσηπος (27) δὲ ἐν τῷ ζ' λόγῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας* φησὶν, ἐκεῖ τὸν Ἀβραὰμ ἀνενηνοχέναι τὸν Ἰσαὰκ, ἔνθα καὶ ὁ Σολομὼν τὸν ναὸν ὕστερον ᾠκοδόμησεν. A

Josephus quoque lib. *Antiq.* II, inquit Abrahamum illic obtulisse Isaacum, ubi Salomon deinceps templum condidit.

Quia Abrahamus non pepercit suo filio, multa tum ipse cum totum mortale genus accipit a Deo munera, dum nec ipse parcit Filio suo unigenito, ut nos redimeret e tyrannide diaboli. Nam ut aries traditus est, ut agnus tonsus est, ut ovis ad cædem ductus est, ut agnus in crucem actus est. Quapropter Isaac percontatus est : « Ubi est ovis? » Nec dixit : Ubi est taurus, vel aliud animal mundum? Sed hostia, quam Deus objicit, nec agnus nec ovis simpliciter est, sed aries : qua re declaratur Christi perfectio : qui suis humeris subiit infelix lignum, ad cædem ductus, ligatusque est ut Isaac, qui nihil reluctando, sicuti et Christus, se immolari patiebatur. Nam Christus non coactus, sed voluntario animo crucem gestavit. Præterea arietem ostendit Deus, ne munus infrugiferum offerret Abrahamus, sed ipsam hostiam voluit sacrificio inservire. In hoc sacrificio mors versatur, quoad promptitudinem : in illo mors revera est. Nec enim passio Christi imaginaria erat. In sacrificio Isaaci mors quasi figura præcedebat, et forma durabat usque ad finem vel rei exitum. At in sacrificio Christi resurrectionis videtur utilitas, mors vera et resurrectio. Isaac igitur, ut typus, nihil passus est : cæterum ipse typus terrorem et formidinem quamdam importat hominibus. Insolens enim et novum erat mysterium, cernere filium a patre in montem perductum et cædi destinatum. Sed Abrahamus, quem fidei perfectio mentis statu quasi alienaverat et dimoverat, non filium, quod suus esset filius, agnoscit; nec se patrem esse commeminit. Christus enim in utroque adeo radices egerat, ut filius non timeret fieri victima, pater non doleret filium offerendo. Ad hæc animo volvebat illud Pauli : quod Deus, qui pulsa sterilitate fecunditatem Saræ largitus esset, e mortuis suscitare posset Isaacum [18]. Præterea constantior et promptior erat, fretus promissione, quæ sic habet. « In ipso benedicentur omnes gentes [19]. » Sufficiebat ipsum deseri in tentatione tantisper, quanti super manum extenderet ad cædendum filium. Nam si Deus, antequam quidpiam factum esset, a cœptis Abrahamum abstraxisset, fortassis quidam suspicari potuissent : bene est, quod ipsum inhibuit ab illo opere Deus. Nam si ad cædem ipsam ventum fuisset, fortasse manus ad eam rem obtorpuissent animo commiseratione fracto. Ad servos more prophetico inquit : « Ad nos revertemur. » Cum enim se sacra facturum crederet, prophetico spiritu prænuntiavit, quod futurum erat. Sic et Isaac sciscitatur : « Ecce ignis et ligna. »

Οὐκ εἶπε, καὶ ἡ μάχαιρα. Σιωπᾷ δὲ ταύτην, ἀργεῖν ἐπ' αὐτὸν πρὸς θάνατον μέλλουσαν. B

Nec inquit : Ubi est gladius? Reticet gladium prophetico instinctu, quasi non esset eo occidendus.

Præterea inquit : « Ad nos revertemur, » etc., quia credebat id neutiquam Deo esse impossibile. Deinde ait :

Πορευθέντες δὲ ἀμφότεροι ἅμα. Ἰσότης καὶ (28) ἔπαινος ἀμφοτέρων τοῦ μηδένα ὀπίσω πορευθῆναι.

« Et profecti sunt ambo pariter, » etc., quod quidem utrique in gloriam **145** cedit, dum neuter declinat, et se a proposito avertit.

Imprimis vero adolescentis modestiam et prudentiam considera. Parentem, non ceu iracundus stultitiam et oblivionem ei exprobrando, admonet : sed simulans se causam scire expetere : et eo animo, quod a patre omissum existimabat, patri in mentem revocat, dicens : « Ubi est ovis? » Pater sive consolans puerum, sive et vates futurum præcinens, sive confisus Deo. qui ovem subjicere posset, respondet : « Deus sibi providebit ovem in holocaustum. »

Τὸ μόνον ἄξιον πρόβατον τοῦ Θεοῦ. Πάντα γὰρ τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν.

Ovem scilicet Deo dignam non omnia enim quadrupedia ad holocaustum.

Sacra Scriptura eum quem angelum vocat, mox Deum nominat, inquiens : « Quia non pepercisti propter me. » Et iterum : « Per memetipsum juravi. » Quis igitur ille est, qui loquitur? « Nequaquam pater. » Is enim nullibi appellatur angelus. Sed Filius loquitur, scilicet, Magni consilii angelus. Quidam aiunt angelum orationem suam fecisse, quemadmodum Balaam in Numeris : « Audi angelum tibi explicantem mandata Dei [20]. » — « Nunc novi, quod tu times Deum, » id est, nunc specimen ejus rei dedisti eximium. Non inducit Deum ignorantem. Quomodo enim ignorantia foret apud Deum, cum supra narraret : « Novi, quod Abraham præcipiet filiis suis, ut custodiant leges Domini. » Huic affine est et illud : « Ut sciam. » Significatur vero per illa verba exactissimum divinæ sententiæ judicium.

[18] Hebr. XI, 19. [19] Gen. XII, 3. [20] Num. XXIV, 16.

NOTÆ.

(27) Καὶ δύω μὲν ἡμέρας συνώδευσαν αὐτῷ οἱ οἰκέται· τῇ τρίτῃ δὲ, ὡς κάτοπτον ἦν αὐτῷ τὸ ὄρος, καταλιπὼν ἐν τῷ πεδίῳ τοὺς συνόντας, μετὰ μόνου τοῦ παιδὸς παραγίνεται εἰς τὸ ὄρος, ἐφ' οὗ τὸ ἱερὸν Δαβίδης ὁ βασιλεὺς ὕστερον ἱδρύεται· ἐν βιβλ. ι' κεφ. 14.

(28) Ὅπερ ἔπαινος· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Hebræus habet : *Quia ego novi, quod tu times Deum.* A

Ὁ δὲ Ἑβραῖός φησιν, ὅτι *Ἐγὼ οἶδα, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν.*

Vers. 13. *Et levans Abraham oculos, vidit, et ecce aries retro apprehensus tenebatur in perplexu veprium cornibus suis.* Syrus inquit : *Ecce aries suspensus*, nec inquit : « Retentus. » Verumtamen non adjicit : In frutice sabek. Sabek species fruticis est, ex quo pendebat aries. Nam cum fruticetum anterioribus pedibus conscendisset, fruticeto implicitus crucis formam pendens præ se ferebat extensione pedum. Hebræus ait : *Remissionem* significat dictio *Sabek*. Hinc fit ut ea dictio non exponatur. Plurima enim significat. Remissionis crucem vocavit crucem Christi. Sic Ezechiel sub finem suæ prophetiæ [21], appellavit remissionis aquam, quæ quasi in ænigmate baptismi liquorem repræsentavit. Duo igitur quæ peccatorum remissionem donant, passio Christi et baptismus. Aries immolandus apparet vepribus et fruticeto impeditus, ut vincula quibus astrictus jacebat, demererentur Isaaco. Aries mactatus ab interitu redemit Isaacum ; sic Dominus occisus, salvavit nos ab impendente æterna morte. Sic vinculis oneratus est Salvator, ut nostra laxarentur et solverentur vincula. Hic mirabile quiddam observa. Ovem videt Abrahamus, cæterum nullibi conspicit Deum : nec conspicatur quoque angelum de cœlo sermocinantem. Vox sola cœlitus allata est, quam et audivit. Et ait : Hoc non est aliud, nisi verbum Dei, ut et hodie dicant : « In monte visus est Deus. » Verum, o Abrahame, non vidisti, sed audivisti Deum. Sed postquam aspexit imaginem Dei, scilicet ovem, nolens occultum ferre illud mysterium, ait : « Ut et posteri dicant, » etc. (Nam posteros concernit prophetia.) « Hodie in monte visus est Dominus, » nempe unigenitus Dei filius, qui carnem assumpsit. Quapropter inquit Salvator in Evangelio : « Abraham pater vester gavisus est, ut videret diem meum [22]. » Diem hoc loco intelligit mortem. In hunc etenim modum de mortuis Scriptura disserit, cujus rei præsens locus argumentatio sit : « Strinxerunt peccatores gladium, intenderunt arcus suos [23] : » — « At Dominus subsannabit eos [24]. Quia prospicit, quod venit dies eorum, id est, mors vel interitus eorum. Vidit igitur Abrahamus diem, id est, passionem Christi. Et quando? cum ovem vel arietem intueretur. Nam ex ove conspecta cognovit passionem Christi. « Ut ovis enim, inquit propheta, ad cædem veniet [25]. »

Et non pepercisti Filio tuo unigenito propter me, etc. Quasi diceret : Neque ego parcam Filio meo amantissimo propter te : « Sic enim dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [26]. » Hinc Paulus, cum supra modum admiraretur benignitatem Dei, scribit : « Qui suo Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit in mortem [27]. » B

Καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. Ἐμφαίνει ὅτι Οὐδὲ ἐγὼ φείσομαι τοῦ Υἱοῦ μου τοῦ ἀγαπητοῦ διὰ σέ. Οὕτω γὰρ ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δέδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Διὸ καὶ Παῦλος ἀπεθαύμαζεν αὐτὸν, λέγων· « Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων παρέδωκεν αὐτόν. »

146 Duo servi, qui senem comitantur, significant duorum populorum Israelis et Judæ servitutem, in quam detrusi sunt. Nam et hi secuti sunt leges divinas præceptaque divina usque ad tertii temporis adventum, sicuti et hi usque in tertium diem. Servi non ascendunt in montem, sed jubentur considere in radicibus montis. Sic nec illi fide consecuti sunt Christum, qui ad mortem in crucem ascendit pro nobis omnibus, qui peccatis induruimus et occalluimus, sicuti tacite ex asini natura conjicere possumus. Induratio sic colligitur : quia separati sunt Judæi ab illis. Pater enim et filius (ut aiunt) inquiunt : « Revertemur ad vos. » Unde discere licet, futuram eorum ad fidem conversionem in fine sæculi post impletionem gentium. Quapropter celavit eos filii immolationem, imperans ut hic exspectent, donec revertantur. Sic Judæis Christus per parabolas loquebatur, ne his aperiret mysterium. Discipulis vero dicit : Vobis datum est cognoscere mysteria regni Dei. Ad exemplum Isaaci Christus humeris impositam tulit crucem extra portas, ubi passus est volens nec coactus, paterno obtemperans imperio. Proinde sic alloquitur Pilatum : « Non haberes in me ullam potestatem, nisi tibi datum esset e supernis [28]. » Aries cædi subjicitur : sic corpus patitur loco divinæ naturæ pati nesciæ. Nam in hunc modum inquit in psalmis : « Sacrificium et oblationem noluisti : corpus vero adaptasti mihi ; holocausta pro peccatis non acceptasti. Dixi igitur : Ecce venio in primi libri capite de me scriptum est [29]. » Librum autem vocat totum Pentateuchum Mosis. Caput et principium totius operis est Genesis, in qua præsens declaratur mysterium. Quidam universam Scripturam, in qua Christi mysterium adnotatur, unum caput nominant. Siquidem hujus scopus et argumentum Christus est. Plurimi sunt libri hæretici, nec nostra paucitate contenti. De his ait : « Cave possideas multos libros. » — « Per memetipsum juravi, dicit Dominus. » Nam jurata sacrificia Novi Testamenti in forma sui sacrificii confirmavit. Ecce quanta qualiaque bona adeptus sit Abrahamus, relinquens terrenam cognationem, et secutus Deum vocantem. Ex hoc descendunt Apostoli, qui relicto patre et navi sectati sunt verbum Dei. Nos igitur, quibus eadem cum Abrahamo fides est, tollamus crucem, sicuti Isaac ligna, et Christum sequamur. Hoc enim jam ante Abrahami exemplo sumus edocti.

[21] Ezech. XLVII, 1 seqq. [22] Joan. VIII, 56. [23] Psal. X, 3. [24] Psal. II, 4. [25] Isa. LIII, 7. [26] Joan. III, 16. [27] Rom. VIII, 32. [28] Joan. XIX, 11. [29] Psal. XXXIX, 7-9 ; Hebr. X, 5-7.

VERS. 20. *Et factum est postquam hæc gesta sunt, ut nuntiaretur Abrahæ a dicente: Ecce peperit ipsa Milcha.* Tres habuit filios Tharra, scilicet Abrahamum, Nachor et Aram. Abramo nascitur Isaac. Nachor procreat Bethuelem, cujus filiam Rebeccam, quæ ipsius patruelis erat, uxorem ducit Isaac. Nam Isaac et Bethuel patrueles erant, si propinquitatis gradus numeres. Bethuel gignit Labanum, cujus filiæ erant Lea et Rachel uxores Jacobi, ut infra tradetur.

CAP. XXIII.

VERS. 2. *Venitque Abraham ut plangeret Saram et fleret eam.* Commiseratio quædam, quam diutina conversatio pepererat, nec dolor Abrahami per illa significatur verba. Haud enim Abrahamum luxisse inquit; sed venit lamentatum uxorem suam defunctam. Huc facit quod continno infert : « Surrexit Abraham a cadavere, » nec præmisit, quod planxerit et deploraverit sortem defunctæ. « Rex apud Deum tu es inter nos, » etc. Si omnes erant reges apud Deum, ex abundante hic scribitur de Abrahamo, quod sit rex apud Deum.

Ἀβραὰμ ἑαυτὸν (30) πάροικον ὀνομάζει, κἀκεῖνοι (31) βασιλέα. Οὕτως « Ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. » A

Cæterum Abrahamus merito appellatur rex, siquidem solus sapiens liberæ conditionis est, et regnat. Abrahamus autem se nuncupat peregrinum et advenam. Sic, « Qui se humiliat **147** exaltabitur [30]. »

Προσεκύνησεν αὐτοῖς, οὐδὲ θεοσεβέσιν ἴσως ὑπάρχουσιν, ἀκόλουθα πάντα ποιῶν τῷ, « Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός. »

Licet ipsum confiterentur regem, non tamen erubuit illos adorare, qui forsitan impii erant. Sed in hunc modum, dum se in terram usque incurvat, ostendit, sicuti supra commemoraverat, se esse terram et cinerem [31].

Τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν δύο εἰσὶν ἀντρώδεις ὑπώρειαι. Ἡ μὲν, ἐκτός· ἡ δὲ, εἴσω. Ἢ δύω περίβολοι· ὁ μὲν, περιέχων· ὁ δὲ, περιεχόμενος.

Speluncam duplicem, etc., duo sunt promontoria recessus duos cavernosos habentia. Alter foris patet, alter introrsum versus est. Duo sunt ambitus, alter qui continet, alter continetur.

Abrahamus solam petebat speluncam. Ephron cernens viri prudentiam, et agrum dedit, existimans liberaliter beneficia esse præstanda. « Argentum agri accipe a me, » etc.

Ὡς καὶ ἄνω τὰς ζ' ἀμνάδας δέδωκε τῷ Ἀβιμέλεχ, ἵνα πᾶσαν ἀνέλῃ φιλονεικίαν ἴσως μετὰ ταῦτα. B

Ut supra septem dedit agnas Abimelecho, ut prorsus omnes decideret lites, quæ exoriri possent : sic et hoc loco pretium agri numerat, ne postea aliqua controversia inde subnascatur, et agri dominio dejiciatur.

Τοῦ τιμήματος εἶπεν ὁ Ἐφρὼν τὴν ποσότητα, καὶ τιμᾷν ἔδοξε τὸν Ἀβραάμ. Ἣν καὶ παρέσχεν Ἀβραὰμ, φιλονεικήσας μηδέν. Στατὴρ ἐστιν, ὥς φησιν Ὠριγένης, (32) τὸ ἥμισυ τῆς οὐγγίας, ἔχει δὲ δραχμὰς δύω.

Ephron pretii quantitatem judicat, quare non leviter Abrahamum honorare visus est. Abrahamus pretium, nihil tergiversatus, aut pretii magnitudine ictus, persolvit. Stater dimidium unciæ est, et continet drachmas duas.

Pretium sepulcri, erant stateres quadringenti, ut ex textu patet. Numerus enim quaternarius ubique in Scriptura sacra afflictionis symbolum est. Nam omnis moneta probata et examinata; etiam mercatoribus probata et satis examinata est : exactiore, quam reliqua est, pecunia vel moneta negotiantur mercatores.

Δοκίμου ἐμπόροις, ὡς ἂν εἴποι, τις ζυγοστάταις. Ὃ οὐδ' ἂν ἔμποροι ἀπεδοκίμασαν.

Et tali moneta ab Abrahamo comparatur spelunca duplex. Quod autem hic auctor perhibet, hujuscemodi est : pretium tale numeravit pro agro, quale nec publicus minister, qui pecuniam libra examinare solet, reprobaret. Sic in Isaia dicitur : « Argentum vestrum est reprobum [32], » etc., non tamen omnibus, sed quibusdam.

Ἔστη δὲ, φασὶν, ὁ ἀγρὸς Ἐφρὼν, τουτέστι συνεφωνήθη.

Est autem (aiunt) ager Ephron, etc. Magno et publico consensu ager ille traditus est Abrahamo.

Τύπον δὲ τῶν δύω Διαθηκῶν τὸ διπλοῦν σπήλαιον εἶναί φασι.

Duplex vero illa spelunca quodammodo repræsentavit Novum et Vetus Testamentum sub quodam quasi involucro.

[30] Luc. XVIII, 14. [31] Gen. XVIII, 27. [32] Isa. I, 22.

NOTÆ.

(30) Αὐτὸς ἑαυτόν· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(31) Οἱ δὲ, βασιλέα· ὁ αὐτ.

(32) Τὸ, ὥς φησιν Ὠριγένης, ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς τοῦ Ὠριγέν. εὕρηται· ὁ Ἐπιφάνιος δὲ, ἐν τῷ *Περὶ μέτρ. καὶ σταθμ.* βιβλ. φησίν· Ὁ δὲ στατὴρ ἥμισυ μὲν οὐγγίας, ἔχων δὲ δίδραγμα.

CAP. XXIV.

VERS. 1. *Porro Abraham senuit, venitque in dies, et Dominus benedixit Abraham in cunctis.* Hoc de solis piis in Scriptura sacra commemoratur, et impiis non attribuitur.

« Pone manum tuam super femur meum, » etc. Græcus interpres verecundius præsentem locum interpretatur. Nam Hebræus et Syrus nominant membrum viri, quo proles fabricatur. Si quidem viro justo et temperanti membrum nullum turpe est : impii nedum membra turpia censentur, verum etiam anima polluta est. Huic dicit : « Adjuro te, per eum, qui mihi impertitus est hoc circumcisionis signaculum. » Haud latebat Abrahamum Deo displicere, vel imprimis connubii cum gentibus societas.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

A *Καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν· καὶ Κύριος εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ κατὰ πάντα.* « Προβεβηκὼς ἡμερων. » Μήποτε τοῦτο, φασὶν, ἐπ' οὐδενὸς ἀδίκου τέτακται;

« Θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου. » Ὁ Ἕλλην, φασὶ, σεμνότερον ἑρμηνεύει. Ὁ γὰρ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος αὐτὸ λέγει τοῦ ἀνδρὸς τὸ τεκνοποιὸν μόριον. Δικαίῳ καὶ σώφρονι μέλος οὐδὲν αἰσχρόν· τῷ δὲ ἀδίκῳ καὶ ἡ ψυχὴ μεμίαται. Ὅθεν φησίν· « Ἐξορκίζω σε τὸν δεδωκότα μοι τὴν σφραγῖδα ταύτην (33). » Ἤδει γὰρ Ἀβραὰμ ὅσον ἀπαρέσκει τῷ Θεῷ ἡ πρὸς ἔθνη καταφυγή (34).

Nam id non minimam universali diluvio præbuit causam. Quapropter expressis verbis in lege cavetur, ut abstineant connubio gentilium. Vel quia audierat dicentem Deum : « in Isaac vocabitur tibi semen [88]; » voluit claritatem illi semini accedere a paterno et materno genere. Siquidem ipsius postea sibi matrimonio junxit Cheturam. Quidam aiunt juramentum factum esse per eum, qui de suo semine esset proditurus, scilicet Christum. Fortassis servum, quem ad ambiendum uxorem suo filio ablegavit, per membra nuptiis inservientia adjuravit, significare volens puram conversationem et matrimonium inculpatum, quod non voluptatem ceu finem, sed prolem concerneret. Mirum tamen est cum prohibeat ne filio conjungat uxorem Chananæam, eumdem tamen proficisci jubeat ad gentem, quæ idolis inserviebat, et hinc petere filio suo uxorem. Sciebat certe Deum diris exsecratum esse imprecationibus Chananæos; proinde nolebat, ut filius inde duceret uxorem. Præterea **148** noverat (erat enim propheta), quod postea Deus daturus esset legem, quæ vetaret sociare connubia cum Chananæorum gente. Quapropter volentibus negligentius eam exsequi legem, omnem excusationem adimit, dum vident se non delinquere cum idem, quod et Abrahamus, faciant. Haud fugiebat quoque patriarcham fore, ut si puella longius a paterno genere fuerit submota et in piam domum deducta, oblivia faceret paterni erroris : quod sane non fecisset, si fuisset subinde in tutela et quasi gremio parentum. Quare etiam Moses omnes Madianitas contrucidandos edicit, partim interim innoxiis et intactis vel illibatis virginibus. Verum quomodo legem reveretur, dum incolumes servat, quas lex necandas edicit? Lex imperat, ne quis a parentibus alienigenis uxorem petat : nec interim prohibet connubium captivarum, quæ propter simplicitatem levi momento ad veram impelluntur religionem. Amalecitas solos cum universo populo, nullis conservatis reliquiis, exscindi jubet certis de causis : reliquas gentes non item. Verumtamen cum Rebecca a patrio avocetur solo, et inde digrediatur, implevit quoque illud Abrahami · « Egredere de terra tua. » Et illud : « Venit in terram, quam commonstravit Deus Abrahæ. »

Qui fit, quod Abrahamus non præcipit filio Isaac, qui jam erat adultus et nuptiis idoneus, ne se Chananæo matrimonio polluat, sicuti postea parentes Jacobo puero adhuc edixerunt? Et si quidem Isaac monenti pariturus erat, cur non pater jussit ipsi, ut vitaret Chananæum matrimonium? Si autem minus obtemperaturus erat paternæ voci, frustra erat servile ministerium, frustraneus et labor, quem servus capessebat. Cæterum ut ipse testatur, quia oraculo divino vocatus patriam suam deseruit, nec filium eo reverti voluit, hoc quamvis vere et probabili ratione dicatur, tamen quibusdam displicet. Nam si illa causæ redditio esset vera, certe Jacobus deinceps non esset a parentibus eo remissus. Fortassis minister ille dominabatur in universam familiam Abrahami. Erat enim prudentia singulari præditus et consiliis plurimum pollebat, quod et ipsa verba insinuant quæ sic habent : « Dixit Abraham famulo suo seniori qui imperabat domui

B Διὰ τί δὲ μὴ τῷ υἱῷ παραγγέλλει μὴ λαβεῖν Χαναναῖτιν, ὥσπερ ὕστερον τῷ Ἰακὼβ οἱ γονεῖς, ἀλλὰ τῷ παιδὶ, καίτοι τελείου τυγχάνοντος Ἰσαὰκ, καὶ ἡλικίαν ἔχοντος γάμου; Καὶ εἰ μὲν ἤμελλε πείθεσθαι, εἰκὸς ἦν αὐτῷ μᾶλλον παρεγγυᾷν· εἰ δὲ ἀπειθεῖν, περιττὴ τοῦ παιδὸς ἡ διακονία. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι χρησμῷ τῆς γῆς ἐξελθὼν, πέμπειν εἰς αὐτὴν οὐκ ἠξίου τὸν υἱὸν, εἰ καὶ εὔλογον, ὅμως ἀπαρέσκει τισὶ, διὰ τὸ μηδ' ἂν τὸν Ἰακὼβ, εἰ τοῦτο ἦν ἀληθὲς, ὑπὸ τῶν γονέων ἐνταῦθα πεμφθῆναι. Μήποτε οὖν ὁ παῖς ἄγαν ἐκράτει τῆς τοῦ Ἀβραὰμ οἰκίας, συνετός τε ἦν καὶ πρὸς συμβουλὴν ἱκανός; ὅπερ τὸ ῥητὸν ὑπεμφαῖνόν φησι, ὡς « Εἶπεν Ἀβραὰμ τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ ἄρχοντι τῶν αὐτοῦ πάντων. » Τούτοις γὰρ ὡς ἐπίπαν, ὡς συνετοῖς καὶ παιδοκόμοις, καὶ τὸ
C αἰδέσιμον ἐκ τῆς ἡλικίας ἔχουσιν, ἕπεσθαι φιλοῦσιν οἱ νέοι δεσπόται, καθάπερ ἄλλοις πατράσιν.

[88] Gen xxi, 12.

NOTÆ.

(33) Ταύτην τῆς περιτομῆς· ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(34) Συνάφεια· ὁ αὐτ.

ejus universæ. » Tales enim servos plurimum veneramur, ut prudentes et ad liberorum ingenia excolenda natos propter ætatem. His obsequuntur filii familias ceu alteris parentibus.

Καὶ τοῦτο θαῦμα τοῦ Ἀβραὰμ, εἰ τοιοῦτον γενέσθαι παρεσκεύασε τὸν οἰκέτην· ὃν καὶ δεδοικότα τὴν ἀποτυχίαν παραθαῤῥύνει, Θεὸν αὐτῷ μεσίτην καὶ συνοδοιπόρον διδοὺς, τῆς πρώτης ἀναμνήσας εὐεργεσίας, καθ' ἣν ἐξήχθη τῆς γῆς ἐκείνης δηλαδὴ, καὶ τοσούτων γέγονε κύριος, καὶ τοῦ Θεοῦ παραδηλῶν τὴν ὑπόσχεσιν ἐπηγγελμένου τὴν γῆν αὐτῷ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο, καὶ τὴν γυναῖκα παρασκευάσει πρὸς ταύτην ἐλθεῖν.

A Verum alicui mirum videatur, quod Abrahamus servum suopte ingenio prudentem consiliis instruxerit? Consolatus est eum timentem, ne non res ex animi sententia succederet. Arbitrum et comitem illi profecturo junxit Deum. In memoriam ei quoque redigit, quomodo et ipse e paterna terra in hanc, duce Deo, migraverit, et quantis opibus auctus sit. Necnon mentionem fecit promissionis divinæ, quæ pollicebatur ipsi et semini ejus terram hanc. Si hæc promissio vera est, ut falsa esse nequit, profecto Deus ita informabit virginis animum, ut libenter in hanc terram te sit comitatura.

Servus obsequens admonitioni herili, eo adveniens neminem convenit, sed continuo colloquitur cum Deo, quem Abrahamus itineris comitem, et gerendæ rei arbitrum fore pollicebatur. Sic Deum alloquitur : Domine, Deus domini mei Abrahami, sospitato et fortunato profectionem meam hodie. Tu, Domine Deus meus, quamvis ego sum indignus quem in tua sceptra reponas, respice herum meum. Nec peto, ut quasi ex debito huic sis obstrictus; absit! misericordiam tuam imploro, quam in negotio heri mei fac aspiciam. Nam qui plurima bona opera facit, gratia, nec ex operibus salvatur. Quod vero divinæ subjiciat misericordiæ satis magnum **149** signum est, quod non voluptatem, non divitias sectatur, sed investigat virtutem et virginis hospitalitatem. Sciens siquidem Abrahamus illam familiam hospitalitate ornatam, inde uxorem filio suo hospitalitate insignem quærere in animum induxit. Et cum illa educata esset in tam liberali familia, non dubitabat quin et ipsa adventura esset hospitalitatis virtute decenter imbuta. Hospitalitatem quoque noverat non minimam esse suæ felicitatis causam. Cum apposuisset cibum Deo, sub imagine humana terras lustranti, accepit filium. Cum commiscuisset farinam, ut inde placentæ fierent, audivit nepotes suos fore innumerabiles instar stellarum cœli. Continuo autem hospitalitatis specimen dat puella, dum plura, quam rogaretur, præstat. Nam non solum ipsi potum promittit, sed siti se liberaturam pollicetur et camelos.

Κατὰ τό· « Ἔτι σοῦ λαλοῦντος, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι. » Οὕτως ἐνεργεῖς δικαίως εὐχαί.

B « Ipso adhuc loquente accedit, » etc., affine est illi : « Adhuc te loquente, dicam : Ecce adsum. » Vide efficaciam precum, quas justi ad Deum transmittunt; vide quoque quam expedite et prompte penetrent cœlum et exaudiantur.

Διαγράφει τὸ κάλλος, ἵνα μᾶλλον τὴν σωφροσύνην θαυμάσωμεν. Ἀνὴρ γὰρ, φησὶ, τοιαύτην οὖσαν οὐκ ἔγνω. Ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ πεποίηκεν ἡ Γραφή. Οὐ τὸ κάλλος γὰρ πάντως ἀσελγὲς, ὡς οὐδὲ σῶφρον ἡ ἀμορφία. Οὐ σῶμα γὰρ τούτων, ἀλλ' ἡ προαίρεσις αἴτιον. Διπλασιάζει δὲ τὸ, « Παρθένος ἦν, » τὸ κατ' ἄμφω σῶφρον ἐμφαίνουσα. Ἔστι γὰρ ἀσελγείαις διεφθάρθαι ψυχὴν, ἀκεραίου τοῦ σώματος μένοντος. Αὕτη δὲ καὶ προϊοῦσα ἔνθα τοσοῦτοι συνέρχονται, καὶ ὑδρευομένη, καὶ μηδὲ οἴκοι λανθάνουσα, καὶ τοσοῦτον εὐειδὴς, καὶ μόνη, πρὸς ἄνδρα γνῶσιν οὐκ ἔλαβε. Τοιαύτην ὁ Παῦλος ζητεῖ, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι.

Virginis liberalem graphice describit formam, ut magis puellæ admiremur castitatem et temperantiam. Nam licet formæ elegantia facile omnes excelleret, nullius tamen viri concubitu compressa et inquinata est. Similem castitatem Scriptura sacra tribuit Josepho. Nec pulchritudo formæ semper impudicitiæ causa est, ut nec castitatis formæ turpitudo. Non enim corpus, sed animus et vitæ institutum causantur sobriam castitatem. Geminatur vero : « Virgo erat, » scilicet ut corpore et animo eam virginem sinceram exstitisse constet. Est enim et illa virgo parum casta, cujus cum corpus integrum sit, animus tamen fœdo libidinis æstu ardet. Rebecca quæ tanta formæ coruscabat elegantia, nec domi desidebat, sed in publicum egrediebatur et sola aquatum prodibat : non tamen fucum sensit, sed virginitatis florem conservavit. Talem quærit Paulus, quæ scilicet corpore et spiritu casta sit.

Ἄμφω δὲ δηλοῦνται καὶ φιλοξενία καὶ σωφροσύνη. Ἡ μὲν, ἐκ τοῦ μὴ δραμεῖν καὶ προσειπεῖν πρώτην τὸν ἄνδρα· ἡ δὲ, ἐκ τῆς τοσαύτης σπουδῆς, καὶ καρτερίας φιλοτίμου. Καὶ οὐδέτερον ἑτέρῳ γέγονεν ἐμποδών. Ἀξία δὲ τοῦ οἴκου Ἀβραὰμ ἡ τοσαύτη τῆς Ῥεβέκκας σπουδή. Κἀκεῖ γὰρ ἐπὶ τῇ τῶν παραδόξων ξένων ὑποδοχῇ, τοσαύτη ἦν ἡ σπουδή. Εἰ δὲ καὶ ὕδωρ τὸ δοθὲν, ἀλλ' ὅπερ εἶχε, παρέσχετο. Οὐκ ἐν πλήθει γὰρ δώρων, ἐν προαιρέσει δὲ τὸ φιλόξενον. Καὶ ψυχροῦ γὰρ ποτήριον ἐπῄνεσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ

C Tam hospitalitas quam castitas in illa emicant. Castitatis erat, quod non accurrebat et virum prior compellabat. Hospitalitatis erat, quod tanto studio et alacritate hauriebat aquam, ut gratificaretur hospiti. Nec castitati hospitalitas nec hospitalitati castitas obstitit. Sedulitas illa digna fuit domo Abrahami. Quamvis aqua erat, quam suppeditabat peregrino : quod potuit, fecit. Non munerum magnitudine, sed animi affectione judicatur hospitalitas. Poculum aquæ frigidæ collaudavit Deus, et

duos quadrantes viduæ. Dicto et facto miram expeditæ hospitalitatis speciem præbuit. Possumus enim petentibus morem gerere, at inviti et magna cum molestia, quæ aberant ab Rebecca. Imitatur Abrahamum, qui invitans hospites præmittebat nomen, *Domine*. Nec percontatur qui sint, unde venerint. Idem et illa factitabat, nihil percontans, sed quod petebatur, magna promptitudine et alacritate ad rem conferens.

A δύω τῆς χήρας λεπτά. Αὕτη δὲ καὶ τοσαύτην ἐπεδείξατο προθυμίαν ἔργῳ καὶ λόγῳ. Ἔστι γὰρ ποιεῖν μὲν, ἀηδῶς δὲ τοῖς αἰτοῦσιν ὑπηρετεῖν. Καὶ μιμεῖται τὸν Ἀβραὰμ, *Κύριον* εἰπόντα τοὺς ξένους, καὶ μὴ ἐρωτήσαντα πόθεν καὶ τίνες. Ὃ καὶ αὐτὴ ποιεῖ περίεργον οὐδὲν, τὸ δὲ ποθούμενον μόνον ἀνύουσα

Ille rem, quæ gerebatur, observans, obstupuit, plurimùm miratus puellæ virtutem, cernens nihil impudicum, remissum, aut amarulentum.

Ὁ δὲ καταμανθάνων, ἐθαύμαζεν αὐτῆς τῶν ἀρετῶν τὰ κινήματα, οὐδὲν ὁρῶν ἀσελγὲς, ἢ βλακικὸν, ἢ πικρόν.

VERS. 16. *Admirabatur quoque virginis vultum, sermonem et incessum.* Alteram admovet servus Abrahami tentationem, qua perfecte animum virginis explorare conatur, percontans quo genere sata sit, et an in ipsius ædibus commodum nancisci queat diversorium. Illa nequaquam ut curiosum, virum istum aversata est : sed genus commemorat, deinde pabulum et reliqua significat. Nos, si hospitio excipiendi sunt saltem unum diem propinqui et amici, cœlum terræ miscemus, et indignamur.

Admiratione dignus est servus, quod tanta religione mandatum exsequitur. Priusquam cibum capiat, domini mandatum expedit.

B Θαυμαστὸς δὲ πάλιν τῆς εὐσεβοῦς ὑπουργίας ὁ παῖς. Πρὶν γάρ τι φαγεῖν, τὸ τοῦ δεσπότου προβάλλεται πρόσταγμα.

In hoc negotio absolvendo terrena omnia præterit, et sola commemorat divina; scilicet incolis videri Abrahamum regem, et prorsus Numini illum virum curæ esse. Ejus rei signum proponit divitias et mirandum Saræ partum. Exinde verba domini sui explanat, qui fretus favore divino, dixerit virginem libenter secuturam, sicuti inquit : « Locutus est Dominus, » etc., scilicet Dei voluntatem sermonem vocat. Primo quidem inclinato cœli Numen **150** adorat; dehinc munera profert : qua re declarat, se revera pii heri esse ministrum. Nihil enim prius gratiarum actione pius habere debet, qua ostendat se non esse ingratum erga Deum.

Nec audit dicentes : « Maneat puella nobiscum diebus decem. » Siquidem hæc petitio contraria erat illi, quod antea pronuntiaverat : « Ecce Rebecca coram te, accipe eam, et abi. » Cum igitur viri cognosceret constantiam, ut bonus minister festinat, ne is sententiam mutet.

Οὐκ ἀνέχεται δὲ λεγόντων· « Μεινάτω μεθ' ἡμῶν ἡ παρθένος ἡμέρας ὡσεὶ δέκα. » Τοῦτο γὰρ ἐναντίον τῷ· « Ἰδοὺ ἡ Ῥεβέκκα ἐνώπιόν σου, λαβὼν ἄπελθε. » Ὅθεν ἔγνωκε τὸ τοῦ ἤθους ἀλλότριον, ἄλλως τε καὶ ὡς σπουδαῖος ὑπηρέτης ἐπείγεται.

Et sis in mille myriades, etc. Commode additur hæc benedictio. Audierat enim servum commemorantem quanta bona adeptus esset Abrahamus ex divina benedictione, et quanta adhuc sperarentur.

Virgo vehitur asino, nullas expetens, more delicatarum, delicias molles. Solido corpore et bene compacto prædita, asino portatur naturalem habens, non fucatam pulchritudinem. Quapropter ad conspectum sponsi, ex asino desilit.

C Ἐπὶ καμήλου δὲ κομίζει κόρην οὐ τρυφερὰν, ἀλλ' εὐεκτοῦσαν τῷ σώματι, καὶ φυσικὴν ἔχουσαν ὥραν. Διὸ καὶ τὸν νυμφίον ὡς εἶδεν, ἐπήδησεν.

Non igitur abs re Isaacus eam summo amore complexus est. Afferebat enim potentissimum philtrum, quo amor conciliatur, scilicet virtutem. Et amice conversans cum Isaaco ex ejus animo abolebat matris Saræ desiderium. Sed paululum immoremur allegoriæ. Christus sibi despondet non propinquam Judæorum Synagogam, sed peregre profectus remotam sibi jungit et degentem adhuc in cultu idolorum, cui Synagogam Judæorum postponit. Illam Filio connubio jungit Pater. Loco servorum utitur opera apostolorum. Paulus enim ait : « Conjunxi vos uni viro ut virginem castam exhibeatis Christo [24]. » David eamdem in hunc modum alloquitur : « Audi, filia, et vide, inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui. Quia desiderabit rex pulchritudinem tuam [25]. »

Εἰκότως ἄρα ταύτην ἠγάπησεν, ἐξ ἀρετῶν τὸ φίλτρον εἰσάγουσαν, καὶ ἱκανὴν ἐμποιῆσαι λήθην τῆς Σάῤῥας. Οὕτω καὶ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν νυμφεύεται, οὐ τὴν παροῦσαν τῶν Ἰουδαίων προτιμήσας συναγωγὴν, καλέσας δὲ τὴν πόῤῥω τυγχάνουσαν, καὶ ζήσασαν ἐν εἰδώλοις. Ταύτην αὐτῷ κατεγγυήσαντος τοῦ πατρὸς, καὶ διὰ τῶν δούλων ἀποστόλων νυμφαγωγήσαντος. « Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς, ὁ Παῦλός φησιν, ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν, παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Πρὸς ἣν φησι καὶ Δαβὶδ τό· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ D ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅτι ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. »

Ut enim Isaacus in ultima utriusque parentis senectute natus, significat, si nominis significationem

[24] II Cor. XI, 2. [25] Psal. XLIV, 10, 11.

rimeris, delectationem et exsultationem, sic Christus dilectus extremis temporibus exortus est, ut nos magna afficiat lætitia. Servi, qui Isaaco procurat uxorem, nullum legitur in Scriptura nomen. Quare id fit? Quia voluit eum esse typum discipuli fidelis et probati. Et quemadmodum hic occurrit Rebeccæ ad fontem, sic discipuli in extremis temporibus ad aquas spiritualem probant virginem. Hæc idonea erat vivificum haurire sermonem ex salutaribus fontibus, et inde aliis salutares elargiri liquores, sicuti Rebecca servo Abrahami. Dum enim sub umbra quasi tenent illud reconditum mysterium, non prorsus vacant spirituali Israele. Quemadmodum cameli nihil differunt a jumentis, sic nec Judæi ab ethnicis quidquam discrepant. Nam illud animal, si legem species, habetur immundum. Cæterum Ecclesia excipit ab utroque corpore, tam Judæis quam ethnicis adventantes. Hanc ubi conspexere discipuli, aurium et manuum ornamentis ipsam exornare non dubitarunt. Ornamenta sunt, Dei notitia, et sedula virtutis operatio. Annuntiarunt discipuli quoque huic Dei Patris divitias, scilicet spem, vitam, sanctificationemque. Unicus præterea dicitur Christus Filius, quia solus Filius est Dei naturalis, et universorum Dominus et hæres. Rebecca autem interrogata, an parata esset ad iter capessendum, haud gravate annuit. Sic quoque Ecclesia ex gentibus conflata, promptissime ad Christum confluxit. De hac vaticinatur David, dicens: « Promptitudinem cordis eorum attendit auris tua [36]. » Hinc Christus conjunctus oblivia facit Synagogæ Judæorum mortuæ, ut Isaacus obliviscebatur defunctæ matris. Synagoga tamen quoque mater dici potest. Nam Christus ex hac, si humanam naturam intueare, natus perhibetur. Vox prophetica quoque Ecclesiam appellat in hunc modum: « Et erit ut lætatur sponsus propter sponsam, sic lætabitur Dominus propter te [37]. » Recte dicit senior ille et procurator negotiorum et domus Abrahami: « Domine, Deus domini mei Abraham, sospita hodie iter meum coram me. » Similiter et sequens oratio illi servo congruit: « Ecce ego steti ad fontem aquæ, » etc. Quapropter adniti nos summa ope decet, ut quoque consistamus ad fontem aquæ, ne in nos illud competat: « Me deseruere fontem aquæ vivæ [38]. »

Διαδαχθῶμεν δὲ καὶ εὐχόμενοι, μὴ αισθητικὴν ἀφιέναι φωνὴν, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς. « Πρὸ τοῦ γὰρ αὐτὸν συντελέσαι, φησὶ, λαλοῦντα ἐν τῇ διανοίᾳ. » Τὸ δὲ, « ἐν τῇ διανοίᾳ, » ὠβέλισται, ὡς μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ· ὅμως καὶ διὰ τῶν ἑξῆς τοῦτο παρίσταται. Φησὶ γάρ· « Καὶ ἐγένετο πρὸ τοῦ συντελέσαι με λαλοῦντα ἐν τῇ διανοίᾳ. » A

Discamus **151** quoque hinc, quando oramus non sensilem solummodo edere vocem, sed mente adorare illum, qui explorat corda et renes. Nam in præsenti relatione scribitur: « Et antequam cessarem loqui in animo meo. » Quod inquit: « In animo, » etc., scias, ea verba obelisco, ut quæ non reperiantur in textu Hebraico, notata esse. Commode tamen addita sunt, propter sequentia. Nam infra dicit: « Et factum est priusquam finirem sermones, quos animo mecum loquebar, » etc.

Videtur vero sermonem de illis nuptiis habere, quasi loquatur non de spiritualibus, sed externis nuptiis. Cæterum ideo fit, ut ostendat nec se, nec Abrahamum, quoad illas nuptias divinitus comparatas, spe falsos esse. Iter vero illud conveniebat Isaaco, ut quod non multis frequentaretur hominibus, et ab omni strepitu esset segregatum. Et per illud incedens, et speculationi rerum divinarum incumbens pervenit ad fontem visionis.

Νῦν μὲν οὖν πορεύεται κατ' αὐτὸ πρὶν λαβεῖν τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ πρὶν εὐλογηθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἑξῆς δὲ καὶ κατοικεῖ παρ' αὐτῷ. Φρέαρ ὁράσεως καλεῖται (35) ἀπὸ τοῦ τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὴν Ῥεβέκκαν ἀλλήλους ἐκεῖ θεάσασθαι (36). B

Proficiscitur ad illum fontem, antequam Rebecca potiatur, et antequam a Deo benedicatur: ibique habitare non abnuit. Quidam aiunt fontem illum, *Visionis* nomen obtinuisse, quod Isaac et Rebecca ibi primum sese mutuo aspexerint.

Is qui vult in divinarum rerum speculatione versari, de corpore exeat, quod nunc per verbum ἀδολεσχῆσαι, quod significat magno studio et solertia alicui rei esse intentum, indicavit. Merito non adjectum est, cui scilicet rei intentus fuerit; siquidem nec cum homine vel alia cum terrena re colloquium habuit: sed totus speculationi Numinis fuit deditus, vel alicui rei intentus, quæ ad Deum attinere visa est. « Vespere egreditur, » etc., quod signum est vix aliquem corporis contagio semetipsum liberare posse etiam in senectute, ut cum intellectu versetur in divinarum rerum speculatione.

Καὶ ἐξῆλθεν Ἰσαὰκ ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς δείλης. Τὸ, « Ἐξῆλθεν ἀδολεσχῆσαι πρὸς δείλης, » ὁ Σύρος λέγει· *Ἤρχετο ὁ Ἰσαὰκ ἀπὸ τῆς ἀρούρας, καὶ ἦλθεν Ἰσαὰκ ἐκ τῆς γῆς, καὶ πάρεστι δείλη.* » Ὁ δὲ Ἑβραῖος « τὸ ἀδολεσχῆσαι, » *παῖξαι*, φησί· καὶ τὸ χωρίον καὶ τὴν γῆν ὁμοίως λέγει.

VERS. 63. *Vespere egressus est in campum Isaac ut meditaretur.* Venerat Isaac ab agricultura; venerat e terra, et adest vespera. Hebræus interpretatur dictionem ἀδολεσχῆσαι pro *ludere*. Locum et terram similiter dicit.

[36] Psal. x, 17. [37] Isa. LXII, 5. [38] Jerem. II, 13.

NOTÆ.

(35) Τινὲς δὲ οὕτω κεκλῆσθαί φασιν ἀπὸ, κτ. ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(36) Ἰδεῖν· ὁ αὐτ.

Peplum nominat velamen, quo vultum suum obnubebat.

A Θέριστρον δέ φασι τὸ ὁλόστημον.

Cæterum qui fit, quod servus ab altero dimissus seu ablegatus, rediens alteri, quid in ea legatione egerit, enarrat? Textus enim habet: « Et retulit Isaac, » etc. Huic, cui primo in itinere obviam fit, et ob quem legationis munus obierat, bonum nuntium objicit. Dehinc, ne dubites, rem omnem ordine, ut gesta est, explanavit Abrahamo, quamvis id non relatum sit in librorum monumenta.

Διατὶ δὲ ὁ παῖς ὑφ' ἑτέρου πεμφθεὶς ἐπὶ τὴν πρεσβείαν, ἑτέρῳ ἀποπρεσβεύει; « Διηγήσατο γάρ, φησὶ, τῷ Ἰσαάκ. » Εὐαγγελίζεται τούτῳ, δι' ὃν ἐπέμφθη. Καὶ προτέρῳ δὲ ἐνέτυχε κατὰ ὁδόν. Πάντως δὲ καὶ τῷ Ἀβραὰμ εἶπεν, εἰ καὶ μὴ γέγραπται.

Quare dicitur Rebecca in matris et non potius in patris domum inducta? Quia pater, cum complures duxisset uxores, complures quoque habebat domos. Domus enim non solum ædificium significat, sed quoque familiæ significationem habet, quæ nisi accessu liberorum et copula matrimoniali constare nequit. Mansit itaque, quasi videatur unam solummodo habuisse domum, ad vitæ finem in gynæceo.

Διατὶ δὲ οὐκ εἰς τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον, ἀλλ' εἰς τὸν τῆς μητρὸς εἰσέρχεσθαι λέγεται ὁ Ἰσαὰκ ἐπὶ γάμῳ; Ὅτι (37) ὁ μὲν πατὴρ πλείους ἀγαγόμενος γυναῖκας (38), καὶ πλείους ἔσχεν οἴκους. Λέγεται γὰρ (39) οἶκος καὶ τὸ ἐκ γυναικὸς καὶ τέκνων σύστημα.

Aquilas sic vertit præsentem locum: *Et induxit eam Isaac in tabernaculum Saræ suæ matris.*

B Ἀκύλας δὲ ἐξέδωκεν· *Εἰσήγαγεν αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ.*

Quidam servum illum Abrahami crediderunt fuisse augurem superstitiosum, qui ex quibusdam signis futura præsagiret. Sed hi toto errant cœlo. Nam talis, qualem modo descripsimus, augur, inquirit res suo instituto vel proposito affines. Verum potus et bibere quam affinitatem habent cum uxore, quam Abrahami servus investigat? Præterea augur non quiddam determinatum petit, sed postulat infinitum aliquid, quod respondeat suo proposito. Ille vero contrariam ingressus viam, noluit alterum ex altero conjectare, sed illam ipsam affectavit videre mulierem. Ad hæc qui rerum sequuntur symbola, non quærunt rem ipsam contueri, neque sciunt qua ratione visuri sint; imo concupiscunt oculis suis objici aliquid simpliciter, quod præsenti negotio ancilletur. Ille vero perquirit diligenter quam debeat filius herilis ducere uxorem: nec, an possit vel non, explorare superstitiosius aggreditur. Aliud igitur est oratio simpliciter, aliud est oratio cum additione, videlicet conjecturalis oratio, cujusmodi sectantur augures. Illa enim ipsum bonum exposcit: altera exoptat quamdam imaginationem boni, nec ipsum bonum, sed exquirit an habuerit, vel habeat, vel habitura sit bonum per rerum quædam signa et symbola. Non igitur ut vanus augur, **152** sed ut fidelis, qui totus se commisisset Deo, ad Numen preces profundit.

Ἐπειδὴ δέ τινες συμβολικὸν ἔφασαν τὸν οἰκέτην Ἀβραάμ, ἰστέον ὡς ὁ συμβολικὸς, ὅμοιον πρᾶγμα τῷ προκειμένῳ ζητεῖ. Τὸ δὲ ποτίσαι, πῶς ἔοικε τῇ ζητουμένῃ γυναικί; Ἔτι δὲ οὐχ ὡρισμένον αἰτεῖ, ἀλλ' ἀόριστόν τε καὶ ὅμοιον· ὁ δὲ, τοὐναντίον. Οὐ δι' ἑτέρου γὰρ ἕτερον ἤθελε συμβαλεῖν, ἀλλ' αὐτὴν ἐκείνην ἰδεῖν. Πάλιν, οἱ συμβολικοὶ οὐκ αἰνοῦσιν ἰδεῖν τόδε τι, οὐδὲ ἴσασιν ὡς ὄψονται, ἀλλ' ἁπλῶς τι τῷ παρόντι λυσιτελοῦν· ὁ δὲ, ἣν ὀφείλει λαβεῖν, ἢ μή. Ἄλλο γὰρ ἁπλῶς εὐχὴ, καὶ ἄλλο συμβολικὴ εὐχή. Ἡ μὲν τόδε τι, ὡς ἀγαθὸν ἐξαιτεῖ· ἡ δὲ, ὡς ἔσχεν, ἢ ἔχει, ἢ ἕξει, εὔχεται διὰ συμβόλου μαθεῖν. Οὐ συμβολικὸς ἄρα· πιστεύσας δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, C ηὔξατο.

Benedictus Dominus, etc. Hebraicus textus sic sonat: *Benedicte a Domino, quid foris stetisti?* Simili ratione cum quadam asperitate accipiuntur et illa verba, *Pœnituit, iratus est*, si ex Hebraico fonte quis ea interpretetur.

Τὸ, *Εὐλογητὸς Κύριος· ἵνα τί ἕστηκας ἔξω;* τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει, *Ηὐλογημένος ὑπὸ Κυρίου.* Οὕτω καὶ τὸ, *Μετεμελήθη*, καὶ *Ὠργίσθη* ἀπὸ Ἑβραϊκοῦ τύπου ἑρμηνευθὲν, τραχέως νοεῖται.

Ut convertam me ad dextram vel ad sinistram, etc., ut quæram scilicet herili filio uxorem ubi potero. « Non possumus tibi contradicere malum bono, » etc. Syrus sic legit: *Non possumus dicere vel bonum vel malum.*

Τὸ, *Ἵνα ἐπιστρέψω εἰς δεξιὰ, ἢ ἀριστερὰ*, ἀντὶ τοῦ, Ζητήσω αὐτῷ γυναῖκα ὅθεν ἐὰν εὕρω. *Οὐ δυνησόμεθα εἰπεῖν καλὸν, ἢ κακόν.*

CAP. XXV.

VERS. 1, 2. *Adjecit vero Abraham et accepit uxorem, nomine Ketura.* A filiis Cheturæ gentes plurimæ exortæ sunt, quæ inhabitarunt Troglodyticam

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

D *Προσθέμενος δὲ Ἀβραὰμ, ἔλαβε γυναῖκα, ᾗ ὄνομα Χεττούρα.* Ἀπὸ τῶν τέκνων Χεττούρας ἔθνη γέγονε πλεῖστα, ἃ κατῴκησαν τὴν Τρωγλοδύτιν

NOTÆ.

(37) Τὰ ἀπὸ τοῦ διατὶ, ἄχρι τοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ τῆς Αὐγ. κώδ. ἐλήφθη.

(38) Δυνάμει καὶ πλείους. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(39) Οἶκος γὰρ οὐ μόνον τὸ οἰκοδόμημα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ γαμικῆς συζυγίας καὶ τέκνων σύστημα. Ὁ αὐτ.

ἔρημον, καὶ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν, καὶ τὴν δι- A ήκουσαν τήν τε Μαδιανῖτιν, καὶ πόλιν Μαδιὰμ παρακειμένην τῇ ὑπὲρ τὴν Ἀραβίαν ἐρήμῳ, ἀντικρὺ Φαρὰν, εἰς ἀνατολὰς τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ὅθεν τὸ Μαδιανιτῶν ἔθνος ἀπὸ Μαδιὰμ υἱοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Χεττούρας. Ὡς εἶναι δῆλον ἐκ τούτου, ὅτι ὁ Ἰοθὼρ ὁ πενθερὸς Μωϋσέως ἀπόγονος ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ συγγενὴς Μωϋσέως (40).

Ἀπὸ τοῦ Ἀφὲρ τοῦ ἐκγόνου (41) Ἀβραὰμ καὶ Χεττούρας, Ἀφρικὴ κέκληται. Ἱστόρηται δὲ (42) ἐν τῇ πρώτῃ λογίᾳ (43) τῆς *Ἀρχαιολογίας* τοῦ Ἰωσήπου.

solitudinem, et Felicem Arabiam, huicque finitimam regionem, et Madianiticam et urbem Madian junctam solitudini supra Arabiam e regione Pharan ab ortu versus mare Rubrum. Hæc Madianitarum natio initium sumpsit ab Madian filio Abrahami et Cheturæ, ut liquido perspici potest ex hoc, quia Jethro socer Mosis erat nepos Abrahami et cognatus Mosis.

Apher autem nepos Abrahami et Cheturæ Aphricæ nomen dedit, ut docet Josephus in I *Antiq*, testem adducens Alexandrum Polyhistora sic loquentem : « Cleodemus propheta et Malchas scribens res gestas Judæorum, sicuti et Mosen legislatorem ejus populi fecisse scimus, tradit plurimos filios Abrahamum tulisse ex Chetura, inter quos fuere Apherus et Aphratus Assurieimusque. Ab hoc originem traxere Assyrii. Ab reliquis duobus urbem Aphram conditam esse, et Aphricæ nomen inditum testatur. Hi socia arma junxerunt quoque Herculi proficiscenti in Lybiam et contra Antæum. Cæterum cum duxisset Hercules uxorem filiam Aphratis, ex ea suscepit filium nomine Esdorum, qui deinde genuit Sophonem, a quo denominantur Sophæ barbari. » — « In terram orientalem, etc. Quo ablegavit filios Abraham ? Ad filios pellicum in orientalem regionem. « Annis quibus vixit, » etc. Supra traditur Abrahamum, ubi implevisset annos 75, divina visione dignum esse habitum, et digressum Charram, ubi testimonium accepit Dei, se, ut jussus erat oraculo divino, patria exiisse terra. Centenarius igitur annorum numerus ei obtigit postquam audivit primo vocem Dei et profectus est in terram, quam se monstraturum pollicebatur Dominus. Hunc numerum, qui perfectionem tenet, non temere, sed magna et accurata diligentia nos cum animis reputare oportet.

Διαφορὰν δέ φασιν ὑπαρχόντων καὶ δομάτων. Τὸ B μὲν γὰρ σημαίνει τὰ *κτήματα*, καὶ ὅσα βέβαια τῶν κειμηλίων· *δόματα* δὲ, τὰ χειρόδοτα, καὶ ὧν ἡ χρῆσις ἐφήμερος.

Differentiam vero quamdam inter bona et domicilia Scriptura constituere solet. Sub dictione *bonorum*, comprehenduntur bona immobilia : sub dictione *domus* vel *domicilii*, significantur mobilia bona et suppellectilia in quotidianum usum comparata.

Καὶ πλήρης ἡμερῶν. Οὐδεὶς κενὸς, πλήρης ἡμερῶν μεμαρτύρηται εἶναι· ἀλλ' οἵτινες λέγουσιν ἄν· « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. »

VERS. 8. *Plenus dierum*, etc. Nemo, qui vacuus esset, confirmatus est divinæ Scripturæ eloquio, plenus esse dierum. Illis hæc affirmatio cedit, qui vere dicere possunt : « Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus [39]. »

VERS. 9. *Et sepelierunt eum Isaac et Ismael filii ejus in spelunca duplici.* Errorem hic commissum deprehendimus incuria vel culpa librariorum. Differunt enim plurimum Chettæus et Eththæus : nec unam significationem habent. *Chettæus* Græco more denominatus est a *Chetim* dictione Hebræa. Sed *Eththæus* sic nominatus est, denominatione petita ab *Eththi*. Cæterum *Chettim* nomen nihil nisi Chettæos significat. Sed *Eththì*, si interpreteris, habet quamdam significationem peculiarem, scilicet *inhorruit*, *inhorrebit*, etc. « Obsignatus est. Et appositus est ad populum suum, » etc.

Ἀβραὰμ μὲν καὶ Ἰακὼβ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν C αὐτοῦ· Ἰσαὰκ δὲ καὶ Ἰσμαὴλ πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ. Πλὴν καθ' ἑκάτερα φαίνεται, ὅτι Μωϋσῆς οἶδε μάλιστα μέλλοντα αἰῶνα. Οὐδεὶς γὰρ προστίθεται τοῖς μὴ οὖσιν. Ἄλλως δὲ προστίθεσθαι, φησὶ, λέγεται λαῷ μήπω γεγονότι. Ἀρχὴ γὰρ αὐτὸς καὶ προπάτωρ τοῦ γένους ἐστί. Τὸν οὖν μέλλοντα δι' αὐτὸν γενέσθαι, ὡς ἤδη γεγονότα, χαριζόμενος αὐτοῦ τῷ θεοπρεπεῖ τῶν ἀρετῶν, ἱδρύεται· ὡς καὶ λέγεσθαι προστίθεσθαι.

Scriptura sacra docet, Abrahamum et Jacobum appositos esse ad populum suum ; de Isaac vero et Ismaele tradit, quod adjuncti sint ad genus suum. In utroque tamen prospicitur, Mosen æternæ vitæ et futuri sæculi haud exstitisse ignarum. Nemo enim his, qui non sunt, addi potest. **153** Alius quidam aliter hunc locum exponit : Abrahamus adjunctus est populo, qui nondum erat. Ipse siquidem Judaici populi auctor et patriarcha agnoscitur. Populum igitur ex ipso proditurum, quasi jamjam exsistentem, Deus ei assignat, idque ob virtutis claritatem, qua mirum in modum in hac vita coruscaverat. Et huic populo dicitur appositus.

[39] Joan. I, 16.

NOTÆ.

(40) Ἀπὸ τῶν τέκνων. — Μωϋσέως. Hæc Origeni dat Catena Lipsiensis.

(41) Ἐγγόνου. Ὁ αὐτ.

(42) Ὡς Ἰώσηπος ἐν τῷ τῆς Ἀρχαιολογίας. Ὁ αὐτ.

(43) Κεφ. 16.

Ad fontem visionis, etc. Qui revera Deum et sacra dogmata cognoscunt, memorantur habitare ad fontem visionis. Juxta nomina generationum ejus, id est, tribuum. Nam et hi fuere capita et duces tribuum, sicuti a duodecim patriarchis descenderunt Judæi in duodecim tribus discreti, et nomina tribuum a patriarchis sunt mutuati. Ismaelitas esse constat Agarenos hac appellatione ab Agar, quæ Ismaelem peperit, desumpta. Tandem seipsos Saracenos nuncuparunt, ab Sara id nomen deducentes. Occuparunt universam solitudinem, quæ se extendit ab Assyria versus orientem solem usque ad mare Rubrum, et regionem, quæ vocatur Abatene et præjacentem solitudinem usque ad Ægyptum. « Duodecim principes secundum gentes eorum, » etc.

Ismael ut apparet, quemadmodum Agari Deus supra promisit, in conspectu omnium fratrum habitavit. Nam sub Ægypto moratus est in conspectu fratrum, qui ipsum materno genere contingebant : sub Assyriis, in conspectu conversatus est fratrum, qui a paterno genere ipsi sanguine juncti erant. In medio degebant Ismaelitæ, quos hinc attingebant Israelitæ incolentes terram promissionis : illinc filii, quos Chetura pepererat Abrahamo.

A 'Ὡς ἄνω τῇ Ἄγαρ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο, κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ὁ Ἰσμαὴλ κατῴκησεν· ἐπὶ μὲν Αἰγύπτου, τῶν ἀπὸ μητρὸς ἀδελφῶν· ἐπὶ δὲ Ἀσσυρίων, τῶν ἀπὸ Πατρός. Ἦσαν δὲ διὰ μέσου ἀδελφοί· ἔνθεν οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας· ἔνθεν δὲ, οἱ ἀπὸ τῆς Χεττούρας.

Isaac natus fuit annos 40, cum accepisset uxorem Rebeccam. Eam autem uxorem duxit triennio post mortem Saræ. Abrahamus igitur vixit, post nuptias filii sui Isaaci annis triginta quinque.

Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν μ', ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν μετὰ τρία ἔτη τοῦ θανάτου Σάῤῥας. Οὐκοῦν ἐπέζησεν Ἀβραὰμ μετὰ τὸν γάμον Ἰσαὰκ ἔτη τριακονταπέντε.

VERS. 22. *Abiit igitur ut inquireret Dominum.* Abiit sciscitatum nimirum ad Melchisedechum. Vel locum quietum et a strepitu hominum sequestratum petivit, in quo incumbebat precibus, quibus poscebat sibi significari, quid sibi vellent illa in utero infantium tripudia.

Ἐπορεύθη δὲ πυθέσθαι παρὰ Κυρίου. Ποῦ ἐπορεύθη (43*) πυθέσθαι παρὰ Κυρίου, εἰ μὴ πρὸς Μελχισεδέκ ; ἀπελθοῦσα καθ' ἑαυτὴν ἡσύχαζε, καὶ ταῖς δεήσεσι προσεκαρτέρει, παρακαλοῦσα B τὸν Θεὸν ἀποκαλύψαι αὐτῇ, καὶ γνωρίσαι τί σημαίνει τὰ σκιρτήματα τῶν βρεφῶν.

VERS. 23. *Et major serviet minori*, etc. Qui affectat major esse et se majorem esse jactat, subjicietur illi, qui humilia de se sentiendo minor habetur.

Καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Ὁ αὐχῶν εἶναι μείζων, δουλεύσει τῷ ἐκ ταπεινοφροσύνης ἐλάσσονι.

Sed quantum ad historiæ veritatem, scito Idumæos, cujus gentis auctor est Esau, servitutem serviisse Israelitis ex Babylonica captivitate postliminio reversis : quibus urbem et templum restaurantibus resistebant finitimæ gentes ductu et auspiciis Idumæorum in valle Josaphat. Nam ab hoste persecutionem usque in eum locum passi, partim cæsi, partim capti servitutis jugum acceperunt juxta vaticinia prophetarum Amos, Abdiæ, Jeremiæ et Ezechielis. Præterea, qui accesserunt ad fidem Christi, servierunt sanctis discipulis, qui ex Jacobo descenderunt.

Καθ' ἱστορίαν δὲ οἱ ἐξ Ἠσαῦ Ἰδουμαῖοι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ δεδουλεύκασι μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον. Ἡνίκα τὴν πόλιν ἐγείρουσι καὶ τὸν ναὸν ἀντέπραττον οἱ περίοικοι τῶν ἐθνῶν, ὧν ἡγοῦντο Ἰδουμαῖοι ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. Καταδιωχθέντες γὰρ ἕως τῆς χώρας, ἀπώλοντο. Καὶ οἱ περισωθέντες ἠνδραποδίσθησαν κατὰ τὴν προφητείαν Ἀμὼς, καὶ Ἀδιοὺ, Ἱερεμίου τε καὶ Ἰεζεκιήλ. C Ἐδούλευσαν δὲ καὶ οἱ τῇ τοῦ Χριστοῦ πίστει προσελθόντες τοῖς ἐξ Ἰακὼβ ἁγίοις μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, καὶ μέχρι νῦν τοῖς ἐξ ἐκείνων δουλεύουσιν.

VERS. 24. *Et impleti sunt dies pariendi*, etc. Quæstio moveri potest, de quibus mulieribus Scriptura sacra præcedentia verba pronuntiet. Verum, ut quæstioni illico obviam eatur, sciendum est hactenus, nonnisi de sanctis mulieribus illa verba prolata esse.

Καὶ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. Σημειωτέον ἐφ' ὧν εἴρηται τοῦτο, εἰ ἐπὶ ἁγίων μόνον εἴρηται γυναικῶν. Μέχρι γὰρ τοῦ δεῦρο οὐχ εὕρομεν ἐπὶ τῶν μὴ ἁγίων.

Et manus ejus apprehenderat calcem vel plantam fratris sui, etc. Hoc ipsi prædictum erat cum proficisceretur consultum oraculum divinum; et, ut oraculi eventus re ipsa comprobaretur, accidit, ut alter alterius plantam manu teneret. Sed illud prodigium significat Jacobum dominaturum in Esau, ejusque opera ut ministri et servi usurum. Calx enim vel planta proprie denotat servitutem et laborem Vel significatur, fore ut supplantet Jacobus fratrem suum Esau (hoc enim quoque ponitur in supplantatione quam perpessus est Esau), præripiendo jus primogenituræ et benedictionem, quibus adjutus domi-

NOTÆ.

(43*) Ἐπορεύθη πυθέσθαι παρὰ Κυρίου δηλαδὴ πρὸς Μελχισεδέκ· ἢ γοῦν ἀπελθοῦσα, κτ. ὁ τῆς Αὐγ. κῶδ.

nium in fratrem esset habiturus. Qui enim in certamine luctæ calcem vel plantam colluctatoris apprehendit, is citra omnem dubitationem victoria potitur. Hoc verum esse vel ex hoc eloquio patet : « Quia contra Idumæum extendam calceum meum [40]. » Cæterum oraculum illud divinum, quo affirmatur majorem serviturum minori, portendit omnia illa, quæ postea acciderunt, evenisse nutu et voluntate divina. **154** Et quæ sunt illa ? Primogenituræ emptio, et fraude præcepta benedictio. Quapropter non inepte Moses etiam calcem commemorat.

VERS. 27. *Creverunt itaque parvuli, et fuit Esau vir gnarus venandi, et vir campi. Jacob vero fuit vir integer, habitans in tabernaculis.* Isaaco habenti annos quadraginta parit Rebecca liberos. Partus ille mirabilis quindecim annis antecessit obitum Abrahami.

Ἰακὼβ δὲ ἄνθρωπος ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν, τουτέστι μηδὲν ἔχων ἐπίπλαστον, ἢ ἐπείσακτον κακόν. Οὐ γὰρ τὸ μὴ φρόνιμός φησι. Πῶς γὰρ οὐ φρόνιμος ὁ τὴν εὐλογίαν τοῦ πατρὸς εὐμηχάνως ἑαυτῷ πορισάμενος; Καὶ τὴν αἰτίαν τούτου τοῦ ἀπλάστου ἤθους διδάσκει, λέγων ὅτι οὐκ ἐρέμβετο ἔξω. A

Ἴσως δὲ καὶ ἀντιδιαστέλλει τῷ κυνηγέτῃ Ἠσαῦ, καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγοντι.

Jacob erat homo simplex et inhabitans domum, id est, nullo laborabat vel proprio vel alicunde ascititio malo. Pectore aperto omnia, nec quidquam per simulationem faciebat. Nec vult Moses, ut intelligamus Jacobum stultum fuisse, dum simplicitatem ei tribuit. Quo ore enim illum stultum dices, qui tanta solertia paternam benedictionem sibi procuravit ? Causam vero probitatis, quæ in ipso reluxit, imputat viri sinceris et incorruptis moribus. Non enim externas quærebat amicitias. Intra suam se continebat domum. Proinde nihil inquinabatur contagiosa reliquorum familiaritate, quæ plurimum etiam generosos mores inficere consuevit. Nec multum contendero, si quis credat ab Mose Jacobi mores descriptos esse, ut videatur quæ inter utrumque tam Jacobum quam Esau differentia exstiterit. Hic enim sub Jove frigido, ut venator manebat : ille domi morabatur.

Dilexit Isaac Esau, etc. Si Deus oraculo præmonuit minorem imperaturum majori, quare Isaac amore complectitur Esau ? Verum Rebecca amore prosequitur Jacobum ; eum amorem generabat assidua familiaritas. Jacobus enim nunquam deserebat domum : sed usque cum matre in domo conversabatur. Præterea Rebeccæ amorem quoque movebant oracula, quæ de Jacobo prolata erant, cum ipsa Deum consuleret gravida. Præcipua vero fuerit causa, quam justis semper adesse confitendum est, id scilicet evenisse Numinis voluntate. Quod ad Isaacum et Rebeccam attinet, homines profecto erant, licet fuerint justi. Ut vero Jacobi emicans probitas non educationi parentum accepta ferretur, sed appareret eum sua sponte æqui justique fuisse amantem, hæc accidere voluit Deus, ut cognosceretur tandem, etiam ipsam benedictionem, non paternæ educationis, sed divinæ Providentiæ fuisse opus. Hinc factum est, ut Isaacus ignarus doli, qui parabatur, benedictione evexerit Jacobum. Jacobus autem haud inscius primogenitos benedictionem adipisci, plurimum primogenituræ jura diligit et exosculatur. Isaacus cum sentiret Deum consulto opitulari et suffragari Jacobo, voluit ipse Esau juvare oratione et benedictione. Deus autem eleganter permittit ut Isaac, qui totus accurabat Esau, benediceret clam subingressum Jacobum, cum tamen benedictionem Esau impertiri affectaret. Nec tamen, ut malus et fraudulentus quispiam Jacobus primogenituræ privilegia mereatur. Noverat enim fratrem illo privilegio esse indignum, quod adeo despexit et vilipendit, ut illi præferret pultem lentium. At summa et præcipua rerum, quæ hic aguntur, causa Deus est. Noluit is ex Esau primogenito malos posteros promissæ terræ vindicare olim dominium.

Τίς δ' ἂν οὐκ ἀγάσαιτο τό· « Ἠγάπησε τὸν Ἠσαῦ· ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἠγάπα τὸν Ἰακώβ; » τὸ μὲν γὰρ, παρελήλυθε· τὸ δὲ, πάρεστιν ἀεί. Ἡ μὲν γὰρ ἀποδοχὴ τοῦ φαύλου κἂν συμβῇ ποτε, ὀλιγοχρόνιός ἐστι καὶ ἐφήμερος· ἡ δὲ τοῦ σπουδαίου, ἀθανατίζεται. Καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον, οὐ δι' ἕτερόν τι ἀγαπᾶται· τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον, ἐκ τῶν χρειῶν. Ἠγάπησε γὰρ, φησὶν, ὅτι ἡ θήρα αὐτοῦ βρῶσις αὐτῷ. B

Quis igitur non mirabiliter afficiatur audiens illud, quod dicitur, « Isaac dilexit Esau, Rebecca vero dilexit Jacob ? » Patris amor evanuit, at matris adhuc permanet infractus. Proinde si quando contingat, ut malus diligatur et assumatur, ille tamen amor illaque assumptio momentanea est, et continuo tenues abit in auras. Si vero bonus quispiam invitetur et eligatur a Domino, perpetua donabitur immortalitate, nullique exitio succumbet. Bonus vero per se expetitur : sed malus ob commoda, quæ ab ipso proveniunt, amatur : sic Isaacus dilexit Esaum, non ipsum per se, sed ob venationem, qua pascebat et oblectabat grandævum patrem.

Ἦλθε δὲ Ἠσαῦ ἐκ τοῦ πεδίου ἐκλείπων. Ἐπὶ μὲν τῶν σπουδαίων, ἡ ἔκλειψις εἶναι λέγεται πρόσθεσις· ἐκλείποντες γὰρ τὸν θνητὸν βίον, ἀθανάτῳ ζωῇ προστίθενται· ὁ δὲ φαῦλος ἔκλειψιν ἀναδέχεται, λιμὸν

155 VERS. 29. *Venit vero Esau ex campo deficiens*, etc. Bonis hujuscemodi defectus lucro est. Nam morientes in æternas subvolant sedes. Malo autem defectio illa noxia est. Incidit enim in famem vir-

[40] Psal. LVII, 10.

tutis, quæ multo intolerabilior est, quam si quis vel panis, vel vini torqueatur inopia.

A ἀρετῆς ὑπομένων ἀδιάστατον μᾶλλον ἢ σίτων καὶ ποτῶν.

Vers. 31. *Vende mihi hodie primogenituram tuam*, etc. Poterat igitur primogenitus fieri? Sed luce clarius erat primogenitos sortiri benedictionem, et honorari semen primogeniti. Translata igitur primogenitura in Jacobum, simul secutum est, ut et semen ejus secundum jus primogenitorum in honore esset. Præsens vero locus videtur nonnihil avaritiæ crimen Jacobo impingere, quod sane crimen a viro bono alienum esse oportet. Bonus enim paucis contentus est amicusque continentiæ : necnon maximum studium benefaciendi et commodandi omnibus. Sed ut ab hoc crimine absolvatur Jacobus, sciendum est divitias maximum esse momentum malo ad peccata committenda. Maxime igitur necessarium arbitratus est Jacobus bonis illum exuere vitiorumque materiam et fomenta subtrahere, animumque ferocem et intractabile ingenium corrigere et ad meliores reducere mores. Non igitur obfuit fratri, sed magis profuit. Quod vero cessit jure primogenituræ oblectatus lentium esca, satis magnum argumentum est, ipsum merito ut indignum excidisse primogenituræ beneficiis. Judæi autem affirmant constanter Jacobum exstitisse primogenitum, quorum affirmationi ut credatur, aiunt naturaliter evenire, ut, qui primus in utero materno formetur, secundus generationis serie nascatur.

Vers. 32. *Ecce ego vado ut moriar*, etc. Præsens locus oraculum est revera. Sic enim vita mali in mortem festinat.

Vers. 32. Nec inquit simpliciter : Quid mihi cum primogenitura? Sed addit : « Quid mihi cum primogenitura hac? » scilicet quæ ad virtutem ducit et beatitudinem elargitur. Sunt mihi alia his multo (quasi diceret) excellentiora bona : voluptas, cupiditas mala, intemperantia et avaritia, et quæcunque his sunt affinia. Quapropter intulit : Et contempsit, ceu rem malam Esau primogenituram.

B Οὔ φησι δὲ, Ἵνα τί μοι πρωτοτόκια; μετὰ προσθήκης δὲ τοῦ, ταῦτα. Ὅ ἐστι τὰ πρὸς ἀρετὴν ἄγοντα καὶ εὐδαιμονίαν. Ἔχω γὰρ, φησὶν, ἐξαίρετα ἕτερα, τὸ ἥδεσθαι, τὸ ἐπιθυμεῖν, τὸ ἀκολασταίνειν, τὸ πλεονεκτεῖν, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά. Ὅθεν ἐπάγει· Καὶ ἐφαύλισεν Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια.

Aversatur vero hanc ut civilis agrestem, et vicissim ut agrestis civilem, quorum nec consilia nec facta convenire possunt. Nulla enim societas harmoniæ est cum eo, quod harmoniam fugit. Hinc primogenituram ceu rem promercalem fœde nundinatus est. Cæterum hic locus applicandus est illi, quem de Hierosolymitanis et Corinthiis scribit Paulus, dicens : Si enim spiritualia communicarunt eis, debent gentes illis communicare et carnalia. Siquidem et Esau acceptis carnalibus, tradidit spiritualia, scilicet primogenituram Jacobo [61]. Cautiores tamen ad accipiendum erimus, cogitantes quod is, qui capit aliquid terreni, retribuit datori aliquid spirituale. Præterea præsentem historiam si quis typum dixerit utriusque populi tam Christianorum, quam Judæorum, non quidem mea sententia, aberrabit. Sic enim de Isaaco et Ismaele alicubi disputat et Paulus. Senior filius ubique impingit, tandemque abdicatur; junior vero laudatur et hæres scribitur. Quæ abrahamo promissa sunt, concernebant gentium vocationem. Sed lex subingressa est majorum rerum momenta afferens, et eorum qui præcesserant, infirmitatem redarguens, ut sic tandem ostenderetur fides interveniente gratia esse necessaria ad salutem. « Ubi enim, inquit Apostolus, non est lex, ibi non est transgressio [62]. » Et iterum : « Peccatum non cognovi, nisi per legem [63]. » Et iterum : « Veniente lege, peccatum revixit, ego vero mortuus sum [64]. » Et iterum : « Peccatum non reputatur non exsistente lege [65]. » Cum igitur gravissime essemus sauciati morsu antiqui serpentis, peropus habuimus salute, quæ obvenit per Christum, qui nos omni crimine liberat per fidem et suæ misericordiæ ubertatem, cujus quodammodo exemplar est Isaac. Nam ad eum modum Paulus quoque accipit semen Abrahami. Isaac vero (ut supra dedimus) significat *exsultationem* et *gaudium*. Sic et David sub persona illorum, qui desiderant salutem per Christum, ait : Gaudium meum est quod me liberat ab his, qui me hostilem in modum circumvenerunt [66]. » Huc facit propheticum illud oraculum : « Exoriri faciet Dominus justitiam et exsultationem coram omnibus gentibus : et induemur loco mortis et peccati, gaudio et exsultatione [67]. » Quapropter laudantes Deum dicimus : « Exsultet anima mea in Domino [68]. » **156** Nam induit me vestimento salutari, et tunica temperantiæ et lætitiæ. Hujus vestimenti diserte meminit Paulus, inquiens : «Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis [69]. » Et iterum. « Induite Christum Jesum, et carnis curam ne egeritis ad concupiscentiam [70]. »

Et Isaaco data est in uxorem Rebecca, etc. Hæc dictio denotat patientiam, nec immerito. Ecclesiæ enim probatio consistit in tolerandis calamitatibus et perferendis humanis casibus. Nam « In patientia (testatur Scriptura) possidete animas vestras [71]. » Et iterum : « Patientia opus habetis, ut voluntatem Dei facientes participes efficiamini promissionis [72]. » — « Rebecca erat sterilis. » Vix tandem : cum Isaac multis precibus sollicitasset Numen, impetrat fecunditatem mulier et parit duos populos, unum, qui legem respiciebat : alterum, qui pendebat ex mera gratia Christi. Esau exemplar exstitit Judaici

[61] Rom. IX, X. [62] Rom IV, 15. [63] Rom. VII, 7. [64] Ibid. 10. [65] Rom. V, 13. [66] Psal. XC, 3. [67] Isa. LXI, 11; Jerem. XXXIII, 9. [68] Psal. XXXIV, 9; Isa. LXI, 10. [69] Galat. III, 27. [70] Rom. XIII, 14. [71] Luc. XXI, 19. [72] Hebr. VI, 12.

populi. Esau, si quis nomen explicet, designat *quercum*, quo nomine illius durities rigidum quoque et intractabile significatum est ingenium. Proinde ad Israelitas inquit Deus : « Novi quod durus, es, et nervus ferreus est cervix tua, et frons tua est ænea [53]. » Jacobum nominat supplantatorem. Christianus siquidem populus vincit per fidem, et effugit peccatum et mortem. Esau præterea rufus erat. Cæterum rubedo significat iram et furorem propter colorem, qui illi affectui peculiaris est. Adhæc erat hirsutus et hispidus, qua re referebat imaginem belluæ. Judaicus enim populus erat ferociæ et truculentiæ deditus, et propendebat toto pectore ad feritatem. Hac impulsi sanctos et prophetas violarunt, postremo contrucidarunt quoque vitæ auctorem. Verum Jacob typus est populi Christiani, qui placidum et pacatum vitæ sectatur genus in fide. Utriusque una perhibetur mater Rebecca. Sic Dominus conjunxit sibi Ecclesiam virginem castam inservientem sibi ad generationem spiritualem duorum populorum. Quantum enim attinet ad incarnationis scopum, utrumque condidit in novum hominem, inducens pacem, et reconcilians utrosque in uno spiritu. Sed Judaicus populus temporis ratione exsultans jure primogenituræ, parum concordi pace ligabatur cum novo populo Christianorum. Quapropter in utero materno exsiliunt, et quasi dimicant infantes, futurarum inimicitiarum indicia facientes. At oraculum minori victoriam contribuit, quemadmodum responsum est : « Major serviet minori. » Præterea graphice nobis Moses descripsit utriusque mores et vitam. Esau enim horridus ruri agebat, et venatu gaudebat. Jacobus erat civilioris vitæ studiosus, aditu facilis, amicus et benevolus omnibus, sincerus, domum inhabitans. Ille erat intemperantiæ obnoxius, et parva solebat comparare magno. Hic vero erat insatiabilis amator ipsius boni, et ea, quibus quotidie evaderet melior, summo inquirebat studio. Hic vendebat cibaria, quibus venter pasceretur et saturaretur : ille emebat. Quapropter non abs re invenit nomen Esau, utpote terrenus exsistens. Hinc motus magnus Apostolus non dubitat eum appellare scortatorem et profanum hominem [54]. Judaicus quoque populus agrestis est, et terrenis affixus, bellorum sator et properans ad cædem instar Esau persequentis et cædentis feras. Unde in illos congruit illud eloquium, quod sub persona Christi profertur : « Laqueos posuerunt, ut perdant viros [55]. » Et iterum : « Frustra absconderunt mihi interitum laquei eorum. Frustra incessere probris animam meam. Veniat ipsis laqueus, quem non cognoverunt : et insidiæ, quas struxerunt, apprehendant eos [56]. » Subornarunt enim Pharisæos quosdam una cum Herodianis, qui erant tributorum exactores, ut tentarent Christum, liceretne dare censum Cæsari [57], etc., quibus rebus satis constat Judaicum populum esse venatorem, qui usque inhiet cædibus patrandis. Cæterum novus populus, sincerus et placidus est, incolens quasi domum aut urbem optimis legibus excultam ipsam Ecclesiam, de quo canit David : « Dominus habitare facit concordes in domo [58]. » De Judaico populo, conquæritur propheticus sermo : « Fatigatus es multis tuis itineribus. » — **157** At novus populus (ait) exhilaratus est ab his, qui dicebant mihi : « In domum Domini ibimus [59]. » Et iterum : « Unam hanc rem a Domino expetivi, ut habitem in domo Domini [60]. » Cæterum illa habitatio firmiter consistit in fortidudine animi, et in vita, quæ virtute resplendet.

VERS. 28. *Isaac diligebat Esau propter venationem*, etc; populus Judaicus primogenitus exsistens amore dignus judicabatur. quod rectitudinem et probitatem legitimæ vitæ, et hujus labores quasi alimenta offerebat Deo. Fuerunt enim plurimi sancti et in Judæorum gente. Hinc Isaias vitio vertens Hierosolymæ, quod meretrix facta sit, inquit : « Justitia suis temporibus in ea dormivit [61], » id est, quievit et divertit. Cæterum non semper conservavit honorem, qui defertur illis, qui opera virtutis edunt. Proinde cum inclinaret ad terrena, illum honorem concessit novo populo ex gentibus conflato. Hinc Judæi ad nuptias invitati venire recusarunt, ut habet parabola evangelica. Singuli habebant titulum, quem obtenderent excusantes scilicet terrena et carnalia sicuti et Esau. Quare ipsorum loco vocatis cesserunt primogenituræ honore. Hi, quamvis forent primo rudes doctrinæ Christianæ, attamen ad obediendum vocanti erant expeditissimi. Idem hoc prædixit David, dicens : « Populus, quem non cognovi, servivit mihi, ad auditum auris obedivit mihi [62]. » At de Judaico populo vociferatur : « Filii alieni sunt mentiti, filii alieni consenuerunt et claudicaverunt in viis suis [63], » quasi scilicet jamjam prolapsuri in alienorum conditionem, et non amplius per rectas vias incessuri. Viæ enim rectæ et citra errorem in Christum ferentes sunt legis et prophetarum institutiones. Postquam igitur devenere in legis et prophetarum finem, nempe Christum, claudicarunt, morti tradere ausi vitæ Auctorem.

CAP. XXVI.

VERS. 1, 2. *Et abiit Isaac ad Abimelech regem Pelistim in Gerar. Apparuitque Dominus ei, et ait : Ne descendas in Ægyp um, sed habita in terra, quam dixero tibi.* Quandiu Dominus permiserit, habitabit quis in terra. Si vero quis moratus fuerit ubi non oportet, Deus ipsum deserit et avertit suas benedictiones. Et statuam jusjurandum meum, etc.

'Αδιαφοροῦσιν ὅρκων λόγοι Θεοῦ. Καὶ κατὰ τίνος ἂν ὤμοσεν ὁ Θεὸς, ὅτι μὴ ἑαυτοῦ; Λέγεται δὲ

Non sibi repugnant Dei de jurejurando sermones. Per quem enim alium, nisi per se juravit

[53] Exod. xxxii, 1 seqq. 3. [54] Hebr. xii, 16. [55] Psal. lvi, 7. [56] Psal. xxxiv, 7, 8. [57] Matth. xxii, 15. [58] Psal. cxii, 9. [59] Psal. cxxi, 1. [60] Psal. xxii, 6.. [61] Isa. i, 21. [62] Psal. xvii, 45. [63] ibid. 46.

Deus? Verum jurisjurandi religionem adhibuisse fertur propter nostram imbecillitatem, qui putamus, sicuti humani sermones differunt ab his, qui interposita jurisjurandi religione proferuntur: ita etiam divinos sermones judicandos esse, quasi sint majoris aucteritatis si cum juramento proferantur.

A ὀμνύναι διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν τῶν ὑπολαμβανόντων ὡς ἐπ' ἀνθρώπου διαφέρειν λόγων ὅρκους, οὕτως ἐπὶ Θεοῦ.

Collaudatur et filius ut dignus paterna nobilitate. Nequaquam enim paternas benedictiones confirmasset filio per jurisjurandi religionem, nisi vidisset filium iisdem, quibus et patrem, præditum virtutibus.

Vers. 5. *Omnia præcepta mea, justitias meas, et legitima mea,* etc. Si nondum provulgata erat lex Mosaica, quare hic legimus Abrahamum diligentissime eam observasse et coluisse? Eam observavit sicuti gentes, quæ cum legem non haberent, naturaliter opera legis faciebant [64]. Imprimis tamen notandum est, quod inquit, legitima mea, quod reliqui interpretati sunt: « leges meas. » Leges enim Domini semper nimirum exstitere, nec cum tempore demum cœperunt esse.

Καὶ τὰ δικαιώματά μου, καὶ τὰ νόμιμά μου. Εἰ μήπω ἦν ὁ κατὰ Μωσέα νόμος, ἐφύλαξε δὲ Ἀβραὰμ τὰ εἰρημένα, οὕτως αὐτὰ ἐφύλαξεν, ὡς ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, καὶ φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦντα. Μάλιστα δὲ σημειωτέον καὶ τὰ νόμιμα· ὅπερ οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασι, καὶ « νόμους μου, » ὅτι ἦσαν οἱ νόμοι τοῦ Θεοῦ τάχα οὐκ ἀρξάμενοι χρονικῶς.

Vers. 8. *Factum est autem cum ei in longum extenderetur dies in eo loco, ut aspiceret Abimelech rex Pelistim per fenestram, et videret Isaac ridentem cum Rebecca uxore sua.* Qui conspicatur Isaacum colludere cum Rebecca, in hæc verba linguam solvit: **158** Non soror, sed uxor est Rebecca Isaaci. Hinc concluditur, non licitum esse viro cum sorore sua, nec patri cum filia sua, ubi adoleverit, ludicra exercere.

Hebræi autem tradunt, honesto illo vocabulo reverentiæ gratia ipsum significari concubitum.

B Ἑβραῖοι δέ φασιν εὐσχημόνως εἰρῆσθαι τὸ παίζειν, ἀντὶ τοῦ συνουσιάζειν.

Vers. 13. *Et progressus crevit,* etc. Vere magnus habetur, qui in omnibus servat virtutem. Hoc modo nullus malus dici potest magnus. Nec mos est Scripturæ, ut ista magnitudinem seu excellentiam affingat malis. Cæterum Moses, Joannes ipsusque Dominus magni vocantur in Scriptura. Observanda tamen est additio, *valde*, quæ non temere admota est. Nec enim simpliciter, sed respectu gradus id refertur. Nam lubricum est. Præsens autem locus nos admonet, viro bono agriculturam et cætera vitæ studia ex animi sententia succedere: et subinde omnia uberius provenire ultimo successu semper antecedentem excellente, instar hordei quod Isaac centuplum recepit. Quapropter inquit David: « Non confundentur tempore malo, et in diebus famis saturabuntur [65]. »

Καὶ προβαίνων, μείζων ἐγένετο. Μέγας ὁ δι' ὅλου βεβηκὼς πάντη κατ' ἀρετήν· καθὸ οὐδεὶς φαῦλος μέγας, οὐδὲ κατὰ τὴν Γραφήν. Μωϋσῆς μὲν γὰρ μαρτυρεῖται μέγας, καὶ Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος· πλὴν τήρει καὶ τὴν *σφόδρα* προσθήκην, οὐχ ἁπλῶς κειμένην. Κατὰ βαθμὸν δὲ τοῦτο, καὶ οὐκ ἐφάπαξ· σφαλερὸν γάρ. Μαρτυρεῖ δὲ τὸ παρὸν, ὅτι τῷ σπουδαίῳ καὶ τὰ κατὰ γεωργίαν, καὶ τὰ ἄλλα περὶ βίον εὐοδεῖ, καὶ τὰ ἐπιγινόμενα πολλαπλάσια τῶν ἐξ ἀρχῆς γίνεται, κατὰ τὴν ἑκατοστεύουσαν κριθήν. Διό φησι καὶ Δαβίδ· « Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται. »

Vers. 25. *Obturaverunt Philistini,* etc. Hinc colligitur Philistinos temerasse fœdus cum Abrahamo Isaaci patre ictum. Verumtamen intuere sinceritatem et probitatem Isaaci. Nam cum primum audivisset esse discedendum, continuo discessit, nec in jus ambulare instituebat cum his, a quibus injuria fuerat affectus. Quapropter cum ejus patientiam plurimum amaret Deus, ei apparet et promittit terram, ne scilicet tristitia nimia exscruciaretur, ut qui omnium injuriæ, ut peregrinus et advena, esset opportunus et expositus. Huic concinit et illud, quod inquit: « Profectus inde, fodit puteum alium. » Cui admodum affine est illud Christi: « Si persecuti fuerint vos in hoc loco, fugite in alium [66]. » Cæterum affectibus nimium dediti beneficiorum memoriam penitus abolent: potiusque damnum pati, quam ab his, quos oderunt, beneficia accipere velint. Illi putei etiam patebant Philistinis inde haurire volentibus, nec soli sibi eos asserebat Isaac. Deus autem occurrit Isaaco cum jam plurimos fodisset puteos. Isaaci pueri fodiunt. Quapropter in Evangelio dicitur: « Si essetis filii Abrahæ, opera Abrahæ faceretis [67]. » Hinc consequens est: Si filii essetis Isaaci, opera Isaaci faceretis. Unusquisque itaque summa ope nitatur et cupiat esse filius Isaac, et hos puteos vere intelligere et in semetipso usque fodere. Quidam inquiunt Isaacum, ut omnibus

[64] Rom. II, 14. [65] Psal. XXXVI, 19. [66] Matth. X, 23. [67] Joan. VIII, 39.

NOTÆ.

(43) Ἐπορεύθη πυθέσθαι παρὰ Κυρίου δηλαδὴ πρὸς Μελχισεδέκ· ἢ γοῦν ἀπελθοῦσα, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

esset benevolus, nec amplius injuriarum recordaretur, fontes illos obturatos refodisse et repurgasse affectans beneficiis illorum injurias superare. Eadem nomina imponuntur puteis, quod quidem defertur honori parentis. Nec ullum locum invidiæ apud sese relinquit. Abimelechus, cum suo comitatu egreditur ad Isaacum, magis speculandi animo id facit, quam gratia pangendi fœderis, bello scilicet pacique paratus; bello, si Isaacum impotentiorem cerneret: paci, si potentiorem deprehenderet. Isaacus advenientes amice compellat, et comiter invitat, epuloque excipit. Nec tamen vanas admiscet laudes. Non enim adulatur vir prudens, verum hujuscemodi illecebras detestatur. Ubi eorum potentiam perspexit, salis et mensæ eos participes facere festinat. Verum interim notandum opinor, Gerarorum reges dictos esse Abimelechos, sicuti Ægyptii suos reges nuncupabant Pharaones.

VERS. 31. *Et surgentes diluculo*, etc. Non solus Isaac et Abimelech, sed et comites adacti sunt juramento. In facili quidem erat mutuis abstinere injuriis, sicuti nec inter Abrahamum et Abimelechum injuriis certabatur. Sed præsens pactum innuebat, ne, sicuti reliquæ gentes, olim exterminarentur Philistini ab Israelitis. Illam gentem Scriptura sacra nunc Chananæos, nunc Cappadoces nominat. Cæterum interjecto demum tempore translati sunt Cappadoces.

VERS. 33, 34. *Esau natus quadraginta annos duxit uxores*, etc., scilicet 25 annis post obitum Abrahami. At uxores Esau aliter alibi in Scriptura nuncupantur. « Et recesserunt ab eo in pace, » etc. Nam mutuas inter sese timebant inimicitias. Nunc vero quantum ad pacem satis confirmantur fœdere, quasi ea perpetua futura esset.

Διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν ὄνομα τῇ πόλει, Φρέαρ ὅρκου. Ὁ Σύρος οὐκ ἔχει, *τῇ πόλει*· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ κατασχέσει εὑρίσκεται πόλις οὕτω καλουμένη. Τόπου τοίνυν ἦν ὄνομα· ἐπεὶ μηδὲ πόλις ἦν ἐκεῖ.

A *Propterea nominavit nomen civitatis Puteus juramenti.* Syrus non habet: *civitas.* Nec in illo tractu reperitur istoc nomine urbs. Loci igitur fuerit **159** nomen, nec urbis.

VERS. 35. *Et contendebant cum Rebecca*, etc. Syrus habet: *displacebant Rebeccæ.* Hebræus vero: *Non cessabant irritare et ad iram provocare Rebeccam.* Et qua ratione non commovissent et exacerbassent eam, facientes omnia contentiose?

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ἐθάῤῥει μὲν τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ λεγούσῃ, « Ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. » Πάλιν δὲ ἐφοβεῖτο, ὡς ἄνθρωπος, μήπως ἡ εὐλογία τοῦ πατρὸς ὡς δικαίου μεταθήσῃ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Θεοῦ.

CAP. XXVII.

VERS. 13. *Supra me sit maledictio tua, o fili*, etc. Rebecca prorsus confidebat promissioni divinæ, quæ ita sonabat: « Major serviet minori [68]. » Cæterum nonnihil, ut mos est hominum, sollicitudine quadam inquietabatur, ne non benedictio justi parentis mutaret pronuntiatum divinum.

At Isaac non voluit benedicere Esauum, quasi hunc Jacobo præferret (quomodo enim vir bonus pejorem præponeret meliori?) sed cum sciret alterum propria virtute habere Deum benevolum, et alterum collocare omnem spem in benedictione paterna, eum in hunc modum promovere studebat. Cæterum parentum diversa studia et sententiæ non inter sese discrepant, sed in unum eumdemque tendunt finem. Rebecca enim laborabat ut bona, quibus dignus erat, Jacobus adipisceretur. Verum Isaacus deterioris, quoad virtutem, inopiam corrigere conabatur sua misericordia et commiseratione.

Δύο ἐρίφους ἁπαλούς τε καὶ καλούς. Ἐντεῦθεν ἔστι μαθεῖν τὸ τοῦ σώματος μέγεθος, καὶ τὴν ἐκ κατασκευῆς φυσικὴν εὐεξίαν. Ὁ γὰρ ἐν γήρᾳ δύω πίοσιν ἐρίφοις κεχρημένος προσφήμασι, τίς ἂν ὑπῆρχεν ἐν τῇ νεότητι; καὶ ταῦτα ὢν ἐγκρατὴς καὶ οὐκ ἄπληστος.

Καὶ ἐπάξω ἐπ' ἐμαυτὸν κατάραν, καὶ οὐχ εὐλογίαν. Θαυμαστὸς τῆς πρὸς ἄμφω τοὺς γονεῖς εὐσεβείας. Τὸν μὲν, ἵνα μὴ κινήσῃ· τῆς δὲ, μὴ παρακούσῃ. Καλῶς δὲ τὸ, « Ἐπ' ἐμαυτὸν ἄξω. » Κἂν γὰρ ἡσυχάζῃ φιλοστοργίᾳ τῇ πρὸς ἐμὲ, τὸ συνειδὸς ἐπιμέμψεται, ὡς ἄξια κατάρας ἐργασάμενον. Θαυμαστὴ δὲ καὶ τῆς εὐνοίας ἡ μήτηρ.

B VERS. 9. *Duos hædos teneros et pingues*, etc. Ex apparatu hujus cœnæ conjicere possumus magnitudinem et corporis naturalem sanitatem, qua viguit Isaac. Nam si in senectute obsonio utebatur duorum hædorum, et interim temperans prædicatur, cedo qualis erat in juventute?

VERS. 11. *Et inducam super me maledictionem*, etc. Mirabilis est Jacobus ob insignem in utrumque parentem pietatem. Veretur ne patrem ad iram concitet: tum sollicitus est, ne non parum obediens matri videatur. Pulchre vero inquit: « Super me inducam. » Nam etsi pater re cognita secutus patriam charitatem et lenitatem, me non objurgabit, tamen conscientia redarguet me, quod maledictione digna commiserim. Sane etiam matrem nos admirari oportet, ob præclaram benevolentiam, qua filium tutatur.

VERS. 19. *Ego sum Esau primogenitus tuus*, etc. Iterum sane fraudulentiæ crimen objiciat quis Jacobo, si non metiatur id, quod accidit, secundum divinæ Providentiæ tenorem. Verum Providentia huc respicit, ne indignis dentur honesta. Sic dicat explorator comprehensus ab hoste, Non sum hostis, sed transitionem facio, et ad vos transfugio. Sic dicat dux, se per hostilia pacem procurare: aut

[68] Gen. xxv, 33.

se bellum gerere cupidine faciendæ pacis. Nihil obstat, quin et rex aliquando possit assumere habitum hominis privati, ut efficiat, quæ existimat in rem subditorum fore. Paterfamilias, volens nihil se latere eorum quæ domi suæ geruntur, non impeditur induere vestem servilem, et in hunc modum speculari res domesticas. Quidam inquit, Jacobum ista dixisse, ne, si fraudem pater intellexisset, ipse maledictione prosterneretur. Nec mendacii insimulaveris Jacobum, se nominantem primogenitum Esau. Is enim fuit, cum natus esset primogenituræ privilegia interventu jusjurandi. Venationem vero sentit cibum, ut existimavit Isaacus, ex feris captis paratum, per quem Jacob venatur paternam benedictionem. Cum fraude acquisivisset primogenituræ jura, dolo quoque indipiscitur paternam benedictionem, quam largiebatur divina Providentia.

Δεδιὼς (44) μήποτε συνεὶς ὁ πατὴρ ἀράσηται αὐτῷ, οὐχ ἐψεύσατο, αὐτὸς εἶναι πρωτότοκος Ἡσαῦ λέγων. Μετήνεγκε (45) γὰρ εἰς αὐτὸν τὰ πρωτοτόκια τοῦ Ἡσαῦ διὰ τῆς πράσεως τοῦ φακοῦ μεθ' ὅρκων· καὶ θήραν καλεῖ, ὡς μὲν Ἰσαὰκ ἐνόμιζε τὴν διὰ τῶν θηρευθέντων τετραπόδων· ὡς δὲ ὁ Ἰακὼβ ἔλεγε, τὴν δι' ἧς ἐθήρευσε τοῦ πατρὸς τὴν εὐλογίαν. Δόλῳ δὲ ἠγορακὼς τὰ πρωτοτόκια, τὴν περὶ τοῦ πατρὸς ἔλαβεν οἰκονομίᾳ Θεοῦ.

VERS. 20. *Cito invenisti*, etc. Non enim tanto tempore adfuerat, quantum venator ad venationem desiderare consuevit. Pius autem respondens, causam transfert in Deum auctorem. Isaac jubet filium accedere, ut ipsum contrectet. Nemo enim procul submotus a benedicente, benedictionem nancisci potest. Primo igitur accedens contrectatur. Deinde iterum accedens osculatur patrem.

VERS. 22. *Vox quidem est vox Jacob*, etc. Quidam enim admodum inepte testatur, similitudinem quamdam fuisse inter vocem Jacobi et Esaui. Sed Hebræus aliam afferre videtur **160** interpretationem, scilicet pater arbitratur pia illa verba: « Deus præbuit coram me hodie, » non ab Esauo fero homine esse deprompta. Huic sensui videtur consentire Scriptura, quæ de solis manibus loquitur quod fuerint similes manibus Esaui, scilicet hirsutæ. Nihil hujuscemodi de voce tradit. Non enim pater ex pronuntiatione, sed ex sensu verborum utriusque ingenium judicabat. « Tune es filius meus Esau? » Nihil aliud intulit, sed continuo auspicatur benedictionis telam, quasi diceret: « Tu es filius meus Esau. » Et hisce verbis tradit, et quasi confirmat primogenituræ jura Jacobo. Hoc vero divinæ Providentiæ imputandum reor quod nec tactu nec voce nec differentiam hædorum et ferarum esu discernere quivit, et advertere dolum Isaacus.

VERS. 27. *Ecce odor filii mei ut odor agri pleni*, etc. Syrus non agri, sed *telluris*, ait, *consitæ fragrantissimis germinibus et optimis fructibus*. Cæterum, ut dicunt, odor non est sensilis. Quomodo enim posset aliquam tenere similitudinem? Sed nimirum eum commemorat odorem, de quo et Paulus concionatur, dicens: « Christi bonus odor sumus [69]. » Verisimile est singulos habere bonum odorem, nempe virtutis, quæ est quasi complementum eorum quæ sunt in agro. Contra vero vitia sunt teterrimi odoris, juxta eum, qui canit: « Fetuerunt et computruerunt vomicæ meæ a conspectu stultitiæ meæ [70]. » Convenit autem Domino benedicere agrum virtutis optimos profundentem odores. Verum hæc verba accipienda sunt de cœlesti rore, qui ex cœlesti regione piorum animis instillatur. Idem sentiendum est de pinguedinibus terræ, quas habet accipiens semen idque centupliciter reddens. Si odor ejus est odor agri pleni, quem benedixit Dominus, Domini sane erit et benedictio.

VERS. 29. *Et adorabunt te filii patris tui*, etc. Hæc porrigenda sunt ad omnes, qui beatitudine et benedictione digni sunt. Qui vero hos exsecratur, maledictus est. Hinc dicitur [71], maledicum vel conjuratorem non ingressurum in hæreditatem regni. Huc facit, quod in Levitico legitur: « Educ maledicum extra castra, et lapidibus eum obruet universus populus [72]. » — « Filii patris tui, » etc., scilicet geniti ex Esau. Sed quemadmodum David declaratus rex persecutionem patiebatur ab eo, qui Dei judicio pulsus erat regno: sic Jacobus benedictionem assecutus, ut dominium haberet in fratrem, contrarium experitur adorans ipse fratrem. Verum prophetia effectum in semine sortitur.

VERS. 31. *Surgat pater meus*, etc. Hæc omnia pendent ex fide Esaui, sicuti et sequentia, cum ait: « Vociferatus est amarulente et magno clamore, dicens patri suo: Benedic et me, mi pater. » Verum si quis præsentia verba penitus introspiciat, non prorsus excidit benedictione, quod quidem advertant, qui putant Esauum totum immersum fuisse sæculi curis, et ob id alienum a spe in Deum. Vox tamen quædam magna et amarulenta est: alia porro magna interim suavis. Verum hæc amara vociferatio quamdam analogiam habet cum dolore, qui est secundum Deum.

[69] II Cor. II, 15. [70] Psal. XXXVII, 6. [71] I Cor. VI, 10. [72] Levit. XXIV, 14.

NOTÆ.

(44) Ἔφη δέ τις, ὡς δεδιώς. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(45) Ἐπρίατο γὰρ μεθ' ὅρκου τὰ πρωτοτόκια. Ὁ αὐτ.

VERS. 35. *Et benedixi eum*, et *benedictus erit*, etc. Ne scilicet indignaretur et existimaret fraude præreptam benedictionem irritandam esse. Quapropter eamdem hoc loco confirmavit, tantum aberat ut ipsam infirmaret. Nec tamen Jacobum ceu mendacem aspernatus est : verum benedictionem illam Deo imputans omnia æqui bonique consuluit. Hinc infertur, Isaacum admodum obstupuisse. Nemo igitur adeo temerarius sit, ut reprehendat Jacobi solertiam.

VERS. 37. *Dominum eum feci tuum*, etc. Igitur benedictio quædam operatio erat, et Isaacus eamdem operatus est.

Καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Καὶ μὴν ἄλλους οὐκ ἔσχεν υἱοὺς Ἰσαάκ. Τινὲς μὲν οὖν φασιν αὐτὸν λέγειν Ἀμμανίτας καὶ Μωαβίτας. Ἐδούλευσαν γὰρ αὐτοῖς [τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ]· ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ Ἰακὼβ γέγονε ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξ Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Λώτ. Καὶ ἐχρῆν εἰπεῖν, Ἀδελφοὺς τοῦ πατρὸς, οὐκ αὐτοῦ Ἰακώβ. Τινὲς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λέγουσιν. Αὐτὸς γὰρ Ἡσαῦ δυνατώτερος ἦν Ἰακὼβ, καὶ προσεκυνήθη παρ' αὐτοῦ ἐκ Μεσοποταμίας ἐπανιόντος. Εἰ δὲ καὶ λέγει, « Κύριόν σου αὐτὸν ἐποίησα, » περὶ τοῦ σπέρματος ὁ λόγος. Ὡς εἶναι ταυτὸν τὸ, Σοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς σου. Τινὲς δὲ τὸν μὲν Ἰακὼβ, εἰς πρόσωπον Ἰούδα παρειλῆφθαί φασι, τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεγονότος· ἀδελφοῦ δὲ αὐτοῦ, τὰς ιβ'· ἦρξε γὰρ αὐτῶν ἡ τοῦ Ἰούδα φυλή. Ἐξ αὐτῆς γὰρ οἱ βασιλεῖς, ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστός. Ὅθεν τὸ τιμιώτερον τοῦ σπέρματος εἰς τὸ πρόσωπον ἀνήγαγε τοῦ Ἰακώβ. Ὥστε, ὅταν μὲν λέγῃ τὸ, « Κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου, περὶ τῶν υἱῶν Ἡσαῦ φησιν· ὅτε δὲ, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοῦ Ἰούδα δηλοῖ δούλους ἔσεσθαι τοὺς ιβ' φυλῶν

A *Et omnes fratres ejus*, etc. Nullos tamen, præter istos geminos fratres, filios habuit Isaacus. Quidam igitur opinantur, eum ibi intelligere Ammonitas et Moabitas. Servierunt namque his. Verum ante natum Jacobum ista acciderunt, et illi populi non ex Abrahamo prognati sunt, sed Lothus eorum pater erat. Proinde dicendum erat ibidem ab Isaaco : Fratris patris, idest, patrui, nec ipsius Jacobi. Quidam illa verba trahunt ad eos, qui originem generis ex Esauo capiunt. Esau enim, si mundi opulentiam respicias, potentior erat Jacobo. Ab hoc enim ex Mesopotamia redeunte adoratur. Dum igitur inquit : « Dominum tuum eum feci, » semen intelligit, quasi diceret : Omnes fratres tuos. Quidam intelligunt B hoc loco Jacobum **161** poni pro Juda, qui ex Jacobo procreatus est : necnon fratres duodecim, quibus imperitavit Juda tribus. Ex hac quoque secundum carnem prognatus est Christus. Quapropter eam partem generis vel seminis, quæ præstabat, reduxit in personam Jacobi. Itaque cum loquitur : « Dominum eorum feci te, » etc., de Esaui filiis sermocinatur. « Et omnes fratres ejus, » etc. Nam duodecim tribus servituras Judæ significat.

VERS. 39. *Et flevit*, etc. Possunt fortassis hæc esse signa, si amici pœnis corrigantur, meliores fieri.

« Ecce a pinguedine terræ, » etc. Eadem verba pronuntiata sunt a parente ad Jacobum, similiter quoque de rore. Verum ut differentiam aliquam cernas additam esse, conspicis dictionem *Desuper*, ut denotetur Esauum obtemperaturum, Jacobum vero imperaturum. Nihil tamen utriusque benedictiones inter se concordant. Nam inquit Esauum in gladio victurum, cum nihil tale contineat Jacobi benedictio. Omnes benedictiones tradidit Jacobo et semini ipsius; Esaui vero benedictio intra gladii usum coarctabatur. Imo et ad posteros suos eumdem gladii usum transmisit.

Ὡς ἔτι καὶ νῦν Ἄραβες λῃστεύοντες καὶ πολεμοῦντες διαγίγνονται.

Nam etiamnum Arabes latrocinantur, et bellorum avidissimi feruntur.

Jacobo quidem obvenit benedictio ex fertilitate et ubertate glebæ. Esauus vero accepit nullos terræ

Οὐ καρπῶν ἀπόλαυσις, ἀλλὰ κατοίκησις πίονος γῆς. Οὐχ ὥστε ἀπολαύειν τῶν ἐξ αὐτῆς· οὐ γὰρ ἐπήγαγεν ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ πλῆθος οἴνου, καὶ σίτου· ἀλλὰ, Πῶς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τὰ ἑξῆς, λῃστρικὸν ἔχων βίον. Διόπερ οὐκ εἴρηκεν ἐνταῦθα, Δώῃ σοι ὁ Θεός. Οὐ γὰρ ἦν τοιαῦτα Θεοῦ διδόναι (46).

C fructus, sed solummodo terræ ipsi concessa est habitatio, quamvis et ipsa quoque fecunda foret. Latrocinia enim exercuit, nec agriculturæ fuit intentus. Nec benedictionis verba habent : « Det tibi Dominus, ut vivas super gladio tuo, » etc. Nulli siquidem talia elargiri solet cœleste Numen.

VERS. 40. *Et erit quando abstuleris et solveris jugum ejus abs te*, etc. Dixit enim supra : « Super gladio tuo vives. » Gens namque ex ipso originem trahens bellicosissima fuit. Verum Syrus, *erit*, pro *resipiscas*, accipit, dicens : Si resipueris, et vitæ tuæ bellicosum institutum obmiseris, Deique timorem imbiberis, cognosces eum. Quidam simpliciter in hunc modum illa verba accipiunt : Tempus erit, quo jugum ejus excuties, libertateque frueris.

Φωνὴν μεγάλην καὶ πικρὰν σφόδρα. Οὐχ ἐπὶ τῷ μὴ τυχεῖν (47) τῶν εὐλογιῶν οὕτω δυσχεραίνει,

Voce magna et amara, etc. Non tam indignatur quod benedictionem nequit percipere, quam quod

NOTÆ.

(46) Ὡς ἔτι — διδόναι. Hæc in Catena Lipsiensi anonymi sunt.
(47) Φασίν. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

cernit fratrem benedictione dignum habitum: et eam ob rem se illa excidisse. Id facile cognoscas ex vociferationis magnitudine et amarulentia.

A ὡς ἐπὶ τῷ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀξιωθῆναι. Βάσκανος γὰρ ὤν, ἐπιμελέστερον προκρίνει τῆς ἰδίας ὠφελείας τὴν ἐκείνου ζημίαν. Ταῦτα (48) γὰρ ἐμφαίνεται διὰ τοῦ μέγα καὶ πικρὸν ἐκβοῆσαι, καὶ ἐπιλέγειν, Εὐλόγησον δὲ κἀμὲ, πάτερ.

Venit frater tuus cum dolo, etc. Qui fit igitur, quod continuo infert: « Et erit benedictus? » Patet igitur hinc, non omnem dolum vel fraudem culpabilem censeri. Huc refer stratagemata, et athletarum solertiam, qui palmæ honorem capiunt si vicerint astu freti. Huic igitur loco æquipollet, « Cum arte; » ac si dixisset: Venit cum arte. Cæterum vir bonus nihil non artificiose agit. Hæc quidem in hunc modum interpretati sumus simpliciter; paulo vero altius repetamus eumdem textum. Deus cupit videre vivendi rationem in lege absconditam, umbris typisque involutam, scilicet littera: nec secus illam appetit in populo Judaico aspicere quam Isaacus venationem Esaui. Nam Judaicus populus firmaverat fidem in Horebo, inquiens: « Omnia, quæcunque dixerit Deus, faciemus et audiemus [73]. » Cæterum ille populus erat cunctator, nec quidquam, nisi polliceri noverat. Quapropter populus supplantator, id est, novus populus, ipsum prævenit afferendo quæ quærebantur. Nam fidem Deus ceu alimentum introduxit. Proinde Christus Samaritarum fidem significans, ait: « Ego cibum habeo ad edendum, quem vos nescitis [74]. » Hunc cibum, ut, qualis sit, appareat sic enarrat: « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me [75]. » Salvator vero ostendit quasi sub typo proponens duos filios, primum populum non stetisse promissis, at novum populum, licet cunctanter, attamen postremo ad fidei decurrisse opus. Ad eum modum etiam Esau cunctatus est. Jacobus, qui primo moras nectebat, simulans hispiditatem fratris, apposuit patri cupitos cibos. Nam et novus populus imitatur figuram et formam Judaicæ vitæ. Quicunque enim operari quid vult, manus operi admolitur. Quotquot namque fidei sequuntur dictamen, legem spiritualiter implent, fundentes odorem bonæ fragrantiæ, seipsos offerentes Deo Patri. Christus enim, qui tulit leges evangelicas, dicit: « Ne putaveritis quod venerim ad solvendum legem [76]. » Qui autem sectantur Christum, legem adimplent, spiritualem circumcisionem 162
loco carnalis assumentes, et in Christo Sabbatismum vere colentes, Judæumque, qui in occulto est, vere ostendentes. Et hoc proprie est, habere manus Esau, nec ejus vocem. Nolumus enim nos amplecti ineptias et deliramenta Judæorum, nec volumus blasphemare Dominum, ipsum abnegando. Verum si respiciamus benedictionem, non omnia in Jacobo consummata sunt, sed in Christo, et in his qui per fidem justificantur ab criminibus omnibus absoluti. Hi filii facti sunt secundum promissionem Isaaci, ut spirituales in Christo spargant odores, qui in Canticis canticorum inquit: « Ego flos campi et lilium convallium [76*]; » ex terra scilicet prognatus respectu humanitatis, estque odor cognitionis Dei et Patris. Etenim Paulus scribit: « Deo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco [77]. » Nam qui novit Patrem, novit et Filium. Cæterum apostolorum opera venimus in notitiam Filii, qui nobis est ros cœli, et pinguedo terræ secundum participationem divinæ naturæ. Terra enim nobis pinguis est, pluviisque spiritualibus macerata ad producendum spirituales fructus. Nec deest frumenti copia, id est, fortitudinis. Nam panis roborat et firmat cor hominis. Nec abest ubertas vini, id est, lætitiæ. Nam vinum exhilarat seu lætificat cor hominis. Etenim virtutem accepimus calcandi serpentes et scorpiones; speque exsultantes gaudemus exspectando cœlestes mansiones, cupientes conregnare cum Christo. Dictum siquidem est: « Serviant tibi gentes, et adorent te principes, et sis Dominus fratris tui. » Christus namque est, si repules carnem, primogenitus inter multos fratres, conjuncta divina natura humanitati. Quapropter hunc adoramus ut Dominum eorum qui in fraternitatem hanc vocati sunt. « Quis enim, ait, in nubibus assimilabitur Domino? et quis assimilabitur Domino in filiis Dei [78]? » Ipsi enim flectet se omne genu cœlestium, terrestrium, inferorumque. Qui huic maledicit, maledictus est, et excidit Deo. Qui vero benedicit hunc benedictus est, abundatque cœlestibus bonis. Is vero benedicit qui divinam ejus gloriam annuntiat. Esauum vero benedictione quoque dignatur Isaac, typum Christi gerens. Israeli enim data est benedictio, dum lex per Mosen a Christo promulgatur. « Multifariam namque (inquit Paulus) Deus locutus est patribus in prophetis [79]. » Imo et Christus docet suos sermones esse legem. Ait enim: « Ne iota quidem aut apicula peribit a lege, donec omnia facta fuerint. Cœlum et terra transibunt, verba mea non transibunt [80]. » Panis et vini, id est mysticæ benedictionis, expers est Esau. Nam priscus populus non dignus habitus est isto honore. Nos per Christum in pace, Israelitæ autem multis commissis præliis potiti sunt terra Chanaan, quæ typum gerit cœlestis et spiritualis terræ. Hinc dicit Salvator: « Beati mites, quia ipsi hæreditabunt terram [81]. » Nos igitur in veram libertatem asserti, freti Spiritu sancto accedimus ad Christum quasi fratrem, quod humanam naturam assumpsit, et multa patientia ei adhæremus. Verum Israel iterum ceu homo in servitutem retrahitur subjectus legi, ob quam mortem

[73] Exod. XXIV, 3. [74] Joan. IV, 32. [75] ibid. 34. [76] Matth. V, 17. [76*] Cant. II, 1. [77] II Cor. II, 14. [78] Psal. LXXXVIII, 7. [79] Hebr. I, 1. [80] Matth. V, 18, 19. [81] ibid. 4.

NOTÆ.

(48) Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ μέγα τῆς φωνῆς καὶ πικρόν. Ὁ αὐτ.

sustinet, quam pariunt transgressiones. Deus enim inquit ad Mosen: « Abi cito, et descende hinc. Inique enim egit populus tuus, quem eduxisti e terra Ægypti [82]. » Imo ipse Paulus de lege sic loquitur: « Si quis transgressus fuerit legem Mosis, sub duobus aut tribus testibus capitaliter punitur [83]. » Cæterum Israel cunctatus est legis jugum deponere, cum vocaretur a Christo ad fidei gratiam et liberalem fidei conditionem.

Vers. 41. *Dixit igitur Esau in animo*, etc. Quomodo igitur Rebecca, quid animo moliretur Esau, rescire quivit? Liquet satis Esauum jam apud sese constituisse, ut e medio tolleret Jacobum. Nam verbum, *dixit*, satis id significat. Hoc suum consilium quibusdam aperuit. Affectionem seu passionem hoc loco nominat mortem.

Ἑαυτῷ ἐνεπόδισεν Ἠσαῦ τοῦ μὴ τάχιον τῆς εὐλογίας τυχεῖν ἐγκοτῶν τῷ Ἰακὼβ, καὶ μὴ καθαιρῶν τοῦ οἰήματος, ὥστε δουλεῦσαι ἑκουσίως τῷ ἀδελφῷ. Ἃ δὲ (49) ἐν τῇ διανοίᾳ εἶπεν Ἠσαῦ, δῆλον ὅτι ἀπηγγέλη τῇ Ῥεβέκκᾳ οὐκ ἀπ' ἀνθρώπου.

A Verum Esau sibi, non aliis imputare debebat, quod tardius benedictionem assecutus est: quamvis succenseret Jacobo eique invideret, nec ipsum ut dominum agnoscere vellet. Aiunt autem: Si secum hæc locutus est Esau, scilicet ut perimeret fratrem, satis manifestum reor, id consilium non ab homine **163** renuntiatum esse Rebeccæ.

Discimus autem hinc fugere eos, qui nobis insidias struunt et exitium machinantur. Quod enim persecutiones fugiendæ sint, monet exemplum Jacobi fugientis Esauum. Ut autem videas divinum auxilium, Jacobo visiones divinæ observatæ sunt, et duodecim tribuum populi factus est pater in ipsa fuga exsilioque. Reversus postliminio ex fuga pro Jacobi nomen Israelis indipiscitur.

Vers. 45. *Nam utroque vestrum orbabor?* etc., quasi fratricida, quoad destinatam et conceptam cædem, jamjam mortuo. Commodam vero exsilii causam prætendit Rebecca Jacobo, scilicet filias Chettæorum: ne, dum in Mesopotamiam proficisceretur præter sententiam patris, patrem vel irritaret vel in tristitiam conjiceret. Supra enim legimus: « Uxores Esaui rixabantur cum Isaaco et Rebecca. » Hinc quoque docemur, ne despondeamus piis filiis uxores ethnicas. Propterea quoque conqueritur Rebecca, inquiens: « Ad quid mihi vita? » Verum filiæ Chanaam malæ erant, non coram Esauo, sed coram Isaaco ejus patre. » Esau invidebat Jacobo propter benedictionem, » etc. Sic quoque primogenitus Israel invidebat fidelibus, id est, novo populo, siquidem hic, si ordinem respicere velis, primus factus est, et pro primogenito reputatur. Benedictionem autem accipiens ditatus est gratia Christi. At alter exasperatus jam cædes et persecutiones spirare cœpit, nihil non insidiarum subornans. Apostoli vero ex una in aliam fuga contendebant urbem, quemadmodum a Christo erant jussi. Sic et Jacobus se recipit ad Labanum, adjutus Rebeccæ solertia, Isaacique prudentia. Duxit vero uxorem ex his, qui idololatriæ adhærescebant. Sic apostoli pertinentes ad novum populum ex sententia Ecclesiæ ejusque sponsi, fugientes propinquitatem Judæorum, clamitant: « Vobis oportebat primo tradi sermonem Dei [84]; sed quia eum repellitis, et vos indignos censetis vita æterna, ecce convertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus. » Filios igitur ex ethnicis gignere licebat, et fieri patres multorum. Nam Paulus sic compellat eos, quos, cum forent ante gentiles, ad Christianum converterat. « Nam in Christo Jesu ego vos genui [85]. » Jacobus autem, profectionem instituens in Mesopotamiam, benedictionem accipit non secus ac novus populus fidei incrementis auctus. Acceperunt enim quotquot in novo populo continentur, Abrahami benedictionem, cohæredes cum patribus facti. Nam discumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum, secundum Salvatoris vocem [86], qui benedictionem nobis impertiens, ait: « Pater sancte, serva eos in veritate tua [87]. » Propter primitias ex Israelitis Ecclesia intelligitur mater duorum populorum, qui sunt conditi in unum novum hominem. Sic enim et Rebecca duorum mater fuit.

CAP. XXVIII.

Vers. 1. *Vocavit itaque Isaac Jacob, et benedixit ei.* Quæritur, quare Abrahamus non benedixerit Isaacum, sicuti Isaacus fausta et bona imprecatus est Jacobo, Jacobusque duodecim patriarchis? Sed manifestum esse existimo, quod sufficientem habuerit benedictionem, vel sacrosancto Dei testimonio. « Bethuelis Syri, » etc. Quia temporis successu Syrus factus est. « A fonte juramenti, » etc. Nam ad eum fontem Gераritarum principes pacem fecerunt cum Isaaco, quam confirmarunt jurisjurandi religione. Supra vero scribitur: « Nomen urbi, Puteus juramenti. » Sed Jacobo in tristitiam conjecto, quod avelleretur a parentum dulcissima consuetudine, et cogeretur in aliam proficisci regionem, opportune obversantur angeli inservientes humano generi, ut eum consolentur. Sic Deus semper suis, qui adversis premuntur, præsto esse solet. Scalæ significant ascensum et descensum. Verum Jacobus parum augustam **164** de Numine conceperat opinionem, cum putaret ipsum relinquere reliquum orbem, et contrahi et concludi ea sola regione, in quam ab ipso esset vocatus et inductus. Hæc Jacobi opinio idololatriæ adhuc sapiebat reliquias. Alii enim dæmones, more paganorum, alibi operantur et

[82] Exod. xxxii, 7. [83] Hebr. x, 28. [84] Act. xiii, 46. [85] I Cor. iv, 15. [86] Matth. viii, 11. [87] Joan. xvii, 11.

NOTÆ.

(49) Φασὶ δὲ, ὡς εἰ ἐν τῇ διανοίᾳ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

coluntur. Docetur itaque Jacobus præsenti visione Deum ubique esse præsentem, quamvis moretur in cœlo; et administrare universam rerum naturam, imperantem et angelis qui ejus imperium agnoscunt. Quapropter quasi admiratione captus Jacobus, exclamat : « Dominus est in hoc loco, et ego ignorabam. » Eorum vero quæ evenerant, cum lapidem causam esse suspicaretur, lapidem, si non ut voluit, at ut potuit, honoravit. Sic fidelis populus requievit in Christo, qui est lapis electus et angularis et pretiosus. Nec populus fidelis deseritur a Domino; habet quoque, quibus adjuvatur, angelos, juxta Christi pronuntiatum : « Quia videbitis cœlum apertum et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis [88]. » Descensus ille angelorum, qui mittuntur in ministerium his, qui futuri sunt hæredes regni cœlorum, per scalas significatur. Verum angelis ut Dominus præpositus est Christus, quibus, ut testatur David, « Præcipiet de te, ut custodiant te in cunctis viis tuis [89]; a quo accipies virtutem, et calcabis leonem et draconem [90]. » Calcamus enim serpentes et scorpiones et omnem potentiam hostis [91]. Proinde nos, ut olim Jacobum, sic alloquitur : « Ecce ego sum vobiscum cunctis diebus [92]. » Cæterum beati discipuli plurimum in Christo ditati sunt. Nam patres innumerabilium gentium in Christo evaserunt. Sic ait Paulus : « Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui [93]. » Et, ut ad pauca redeam, tam fecunda fuit apostolorum soboles, quam per Evangelii doctrinam pepererunt, ut instar arenæ numero carentis, in omnem sparsa fuerint orbem Christiani.

VERS. 18. *Lapis autem unctus est oleo*, etc. In hunc modum Emmanuel perunctus est oleo exsultationis ultra consortes suos. Præterea Emmanuel suscitatur e mortuis, cujus quidem typus est lapis ille erectus, ut statuæ formam repræsentaret.

A Μήποτε δὲ, φασὶν, ὡς ὁδὸς, οὕτω καὶ τόπος ἐστὶν ὁ Κύριος, ἐν ᾧ ἀναπαυόμενος εἶδε κλίμακα, ὅθεν καὶ φοβερὸν αὐτὸν ἔφη, καὶ πύλην οὐρανοῦ, καὶ οἶκον Θεοῦ. Ὡς γὰρ, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· » οὕτω καὶ τόπος καὶ οἶκος τοῦ ἐν αὐτῷ Θεοῦ » καὶ Πατρὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐστί· καὶ πύλη οὐρανοῦ, εἴγε θύρα· δι' οὗ εἰσελευσόμεθα εἰς τὸν οὐρανὸν, τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ· τούτῳ τῷ τόπῳ, ὡς ζῶντι καὶ ἐρχομένῳ πρὸς αὐτὸν ἀπήντησεν ὁ Ἰακώβ.

Sunt qui asserunt, Deus, ut perhibetur esse via Scripturæ auctoritate, sic quoque dicendus sit locus, in quo quietem capiens Jacobus, vidit scalas e terra in cœlum usque surrectas. Quapropter horrore perculsus, inquit : « Locus ille religiosus est porta cœli, domusque Dei. » Ut enim : « Ego sum ostium [94], » sic quoque et locus et domus in ipso Dei Patris Deus sermo est. Sic quoque et porta nominatur cœli. Per ipsum enim intramus in cœlum summum Dei palatium. Huic loco ceu vivo et ad ipsum venienti occurrit Jacobus.

Huc si aptaveris et illum locum, non inepte feceris. Factum est ut audivit Laban nomen Jacob filii sororis suæ, obviam ei processit. Hebræi annotant Jacobo, cum egressus esset terra sancta, occubuisse solem; sed transeunti Jaboc et venienti ad transitum sanctæ terræ, eumdem iterum illuxisse. Scriptum enim est : « Exortus est ei sol quando præteriit visionem Dei, id est eum locum in quo observaverat divinam visionem, qui locus propter religionem terribilis dicebatur, domus scilicet Dei et porta cœli. Lapides in Scriptura sacra plerumque sanctas denotant virtutes. Christus autem lapis ille pretiosus et excellens supponitur capiti Jacobi. Is vero qui ait : « Ego Dominus Deus Abraham patris tui, » etc., vocatur angelus. Nam Jacobus ipse id satis confirmat, inquiens : « Dixit mihi angelus Dei in somno. » Et paulo post : « Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei, ubi mihi unxisti statuam, et vovisti. » Nisi fortassis Deus in angelo locutus sit, sicuti in rubo cum appareret Mosi. Jacobus domum Dei nominat portam cœli : sed Scriptura isto nomine dignatur locum, in quo scalæ visæ sunt. Cæterum, ut ex præsenti loco erudimur, meditullio Judææ sitam esse Bethel, colligere datur. « Terram enim, in qua tu stas, tibi, inquit, dabo. » Judæa secundum latitudinem in quatuor patet sectiones. Bethel itaque, ut intermedia, sita est, sicut docet LXXVIII psalmus. Non igitur abs re hoc in loco Jacobus somnium videt. Quare oleo perfundit lapidem? scilicet, ut cum oleo, quasi quadam nota a reliquis distingueret, ut eum reversus ex Mesopotamia **165** reperire posset. Sed ad id suffecisset lapidis erectio, et lapidem notasse cultro : rediens vero, si iterum se videndum obtulisset Deus, lapidem erigere et Deo imbuere potuisset. Cæterum, ut mihi videtur, existimo id omne contigisse propter futuram unctionem qua tabernaculum et sacerdotes erant consecrandi. Huic vero qui ait : Illi, qui baculo solo munitus transivit in Mesopotamiam, non fuit culter, quo lapidem signaret ? sic respondetur per aliam interrogationem : Quomodo igitur Deum habuit? Potuisset vel alterius lapidis attritu illum signare lapidem, nec ad eam rem opus fuisset cultello. Quidam interpres inquit, ascensum illum et descensum angelorum significare profectionem Jacobi in Mesopotamiam, et inde ejus reditum. Ipsum vero juvari angelorum auxilio, ut possit incolumis in patriam postliminio reverti. Imprimis tamen per illas scalas ostenditur Christi ex cœlo ad nos descensus et ascensus. « Hic lapis, inquit, erit mihi domus Dei, » etc. Propterea eumdem tanta diligentia obsignavit quasi, et perunxit oleo, ut foret Domus Dei. Quid vere est illa Dei domus? Nimirum domus orationi et precationibus destinata. « Et dederit mihi panem ad comedendum et vestem ad induendum, » etc.

[88] Joan. I, 51. [89] Psal. xc, 11. [90] ibid. 13. [91] Luc. x, 19. [92] Matth. xxviii, 20. [93] I Cor. iv, 15. [94] Joan. x, 9.

Τὸ ἱμάτιον κόσμος ὑπάρχει ὑπὲρ χιτῶνα. Διὸ καὶ A ἡ ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου τοῦ Σωτῆρος τεθεράπευται γυνή. Δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ ἦν. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο οἱ στρατιῶται ἐπεδικάσαντο σχίσαντες αὐτὸν, κἂν μέρος ἔχειν, ὡς χρήσιμον, οὐκ εἰς τὸ περιβαλέσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ θεραπεύειν.

Ἱμάτιον est vestis, qua ornamenti gratia utimur, ea supra tunicam velati. Quapropter mulier illa, quæ attigerat fimbriam vestis Salvatoris, sanata est. Erat enim peculiaris quædam virtus in ipsa. Nimirum ob eamdem causam inter se contendebant milites singuli cupientes, ea divisa, habere partem : quasi utilis foret non ad induendum, sed, quia vis quædam medicata in ipsa esset.

Καὶ ἔσται μοι Κύριος εἰς Θεόν. Τάχα γὰρ οὐδέπω ἦν· ἀλλ' ἤμελλεν ὁ Ἰακὼβ γίνεσθαι ὁποῖος ἦν ὕστερόν ποτε Ἀβραὰμ, ὅτε ἤκουσεν, « Ἐγὼ ὁ Θεός σου. » Οὐκοῦν ἦν Κύριος ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ καὶ οὐδέπω παρεῖχεν ἑαυτὸν, Κύριος ὢν αὐτοῦ, εἶναι αὐτοῦ Θεός· ἀλλ' ὅτε διεφύλαξεν αὐτὸν, καὶ ὅτε δέδωκεν αὐτῷ τὸν ζῶντα ἄρτον φαγεῖν, καὶ περιβαλέσθαι Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ.

VERS. 21. *Et erit mihi Dominus in Deum*, etc. Nuncne demum, post tanta accepta beneficia, Deum tuum Dominum agnoscere volebas? Vel fortassis nondum erat illi Deus, sed futurus erat Deus Jacobi, sicuti Abrahami cum audiret vocem Dei hanc : « Ego Deus tuus. » Necdum enim erat Dominus Deus cum eo, sed tum demum id accidit, cum eum tutaretur per profectionem et reditum, eumque pasceret et potaret » pane vinoque, induceretque Christum Jesum et viscera miserationum.

Vestimentum, quod tunicæ inducitur, erat Dei lux, qua undique muniebatur et amiciebatur. Quod vero vestis vel pallium et tunica differant, patet vel ex hoc tum aliis Scripturæ locis : « Volenti te in jus trahere, et tunicam tuam accipere, relinque et pallium [95]. » Et ex hoc : « Induit me tunica salutis, et pallio lætitiæ [96]. » Præterea et hoc deerat, quominus esset Dominus Deus Jacobo, scilicet ut auxilio Domini Dei instructus rediret incolumis in patriam domum, extra quam cum foret et ambularet in via quæ ad hanc ferebat, defendebatur mirabiliter divino auxilio. Sed eo tempore nondum erat Jacobo Dominus in Deum, nec lapis erat domus Dei. Cæterum id fit, ut cognoscamus præcedentibus posteriora fore perfectiora.

Οἶμαι δὲ ὅτι ὁ πρότερον λίθος, ὕστερον οἶκος B Θεοῦ γίνεται. Ὅτε πρότερον καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὀλίγον ὁ κατ' ἀρχὰς λόγος τῷ μετὰ προκοπῆς τελειωθέντι σαφηνίζει καὶ εἰς γνῶσιν ἄγει τὸν Θεόν. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ Δανιὴλ, ὅτε ὁ τμηθεὶς ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν λίθος ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα.

Sic animum induco meum, quod is, qui prius erat lapis, cedit in domum Dei, nempe quod initio sermo Dei, volenti in divinis eloquiis proficere, parvus et exilis videatur : sed tandem res quædam magna et augusta apparet, ubi pervenerimus sacræ doctrinæ auspiciis in Dei notitiam. Nec multum ab isto loco abhorret, quod in Daniele legitur [97] de lapide resecto de monte absque manibus humanis, qui crescebat in arduum montem.

Alius quidam interpres sic habet : *Erit mihi Dominus in Deum*, etc. Ex his verbis conjicitur, quod prius non fuerit illi Deus. Et Abrahæ dicit Deus : « Ero tibi Deus. » Igitur antea non erat ei Deus. Inquit præterea : « Statua, quam posuisti mihi, statua Dei. »

Πῶς οἶκος Θεοῦ ὁ εἷς λίθος; Καὶ μὴν οἶκον Θεῷ ἐν τῷ τόπῳ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ θυσιαστήριον. Ἀλλὰ τοῦτο λέγει· ὅτι ἐὰν ὑποστρέψω, εὐχαριστήσω τῷ Θεῷ θυσιαστήριον ποιήσας. Ἐὰν οὖν σωθῶ, ἔσομαι τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο γάρ ἐστιν, « Ἔσται μοι εἰς Θεόν. »

Sed quæritur qua ratione lapis unus fuerit domus Dei, præsertim cum nullam domum, sed saltem aram eo loci exstruxerit Jacobus. Verum is sensus est illorum verborum : Cum reversus fuero, gratias agam Deo ponendo aram. Si igitur sospes huc reductus fuero, Dei ero. Id enim significat, quod ait : « Erit mihi in Deum. »

166 CAP. XXIX.

VERS. 1. *Levavit itaque Jacob pedes suos, et pervenit in terram filiorum Orientis.* Supra enarravimus, Jacobum præ se ferre typum novi populi, qui sequitur sacrosancta Christi dogmata ; idem Jacobus quoque gerit personam apostolorum, qui, relicto populo cædibus gaudente, abierunt ad gentes. Nec Mosis exemplum huic dissimile deprehenditur, qui quoque concessit in Madian, et similia cum virginibus et pastoribus egit. Scriptum est : « Populus creatus (*vel* conditus) laudabit Dominum [98]. » Ex illis vero conabantur apostoli quærere filios, formantes et gignentes hos evangelica doctrina, dicentes : « Vos genus electum, regale sacerdotium, populus acquisitus, ut virtutes annuntietis ejus qui e tenebris vocavit vos in admirabilem suam lucem. Qui quondam non eratis populus, nunc vero populus in Christo [99]. » Itaque Christus, ut Jacobus, jubet pastores abire et pascere gregem. Causam subjungit : « Est enim adhuc alta dies nec tempus est ut colligantur pecora. » In hunc modum præcepit Petrus, ut faciant

[95] Matth. v, 40. [96] Psal. XLIV, 8. [97] Dan. II, 34. [98] Psal. CI, 19. [99] I Petr. II, 9, 10.

seniores sive episcopi, inquiens : « Seniores, qui sunt inter vos, hortor, qui et ipse sum consenior, et socius gloriæ, quæ revelabitur, pascite gregem Christi et Dei [1]. » Ubique eos pastores nominat Scriptura sacra, qui homines quasi in herbidum locum ducerent in Scripturam sacram. Hinc dicitur : « Curam habeto graminis in campo, fenumque secato : et collige fenum montanum, ut habeas oves, ex quarum lana tibi vestes compares [2]. » Cæterum sacri doctores docebant gentium philosophos, quæ nequaquam propriis viribus assequi quivissent, potantes eos vivifica cognitionis Christi aqua, submoventes a puteo, sicuti Jacobus, lapidem : quem illi omnes coadunati et aggregati amovere non potuissent. « Hæc enim est, inquit, æterna vita, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum [3]. » Samaritanam ita alloquitur : « Si nosses donum Dei, et quis sit qui tibi loquitur, dicens : Da mihi bibere : tu ab ipso postulasses, et dedisset tibi bibere aquam vivam [4]. » Ad Judæos ait : « Si quis sitit, veniat et bibat [5]. » Per prophetam expostulat cum Judæis, dicens : « Obstupuit cœlum propter hoc, et horruit vehementer valde, inquit Dominus. Quia duo mala fecit populus meus : me deseruerunt fontem vivæ aquæ, et foderuut sibi puteos contritos, qui nequeunt retinere aquam [6]. » Verum Christus in profundo latet lapide, ceu obscuritate quadam obtectus. At Græcorum philosophi garruli, infinitis syllogismis freti et occupati, quibus utuntur in indagando vitæ sacro liquore, ad veritatis profunditatem venire haud potuerunt. Deum quidem esse suis ratiociniis deprehenderunt, at turpiter errarunt dum divinam naturam, quibus volunt, etiam creaturis affingunt. Verum unus pastor, a Christo missus, et sacris dogmatis instructus, lapidem devolvere valet. Hanc aquam Paulus Atheniensibus annuntiavit, dum concionatur de Ignoto Deo [7], et desiderat ex gentibus Ecclesiam, instar Jacobi ambientis Rachelem, quæ exponitur ovis, parare Domino. Christus enim prædicabat : « Et alias habeo oves, quæ non sunt de ovili hoc [8], » etc. Hanc igitur conjunxit Christo virginem castam, non habentem rugam aut maculam [9]. Israelitæ, si primos species ortus, radices ex gentibus habuere. Quapropter Laban salutat et osculatur Jacobum, eumque nominat, quamvis idololatra foret, suam carnem suumque os. Nam Abrahamus in præputio educatus in terra Chaldæorum, et excultus legibus Græcanicis, fidei signaculum accepit circumcisionem. Cognatus igitur est Israel gentili populo, licet lege sit secretus : tandemque in unum ambo convenere corpus. Christus enim interstitium abstulit litteralem legem abolens circumcisionemque, quæ differentiam faciebat. « Volo namque, inquit ad Patrem, ut quemadmodum ego et tu unum sumus, sic et illi **167** in nobis unum sint [10]. » — « Ipse enim est pax nostra, qui maceriem diruit [11]. »

Quidam aiunt greges, qui congregati sunt ad **A** puteum multo adhuc exsistente die, portendere in consummatione etiam gentes salvandas esse concurrentes ad serviendum Domino sub eodem jugo, sicuti habet vaticinium Sophoniæ [12]. Concordantes enim tunc pastores in bono, concordia roborati, poterunt avertere lapidem, et inde potare homines, sicuti fecit Jacob, qui jam olim salutarem fontem pastoribus commonstravit eum retegendo, et inde Labani greges potando.

Lapis autem ille magnus, petra offendiculi erat, quod amoliri oportebat pastores præfectos gregi, singulis suas vires afferentibus, ut contigit sæpissime in synodis et conciliis episcoporum in profligandis hæresibus. Verum enimvero Jacobus solus, nulla externa opera adjutus, lapidem deposuit. **B**

Τινὲς τὰ συνελθόντα ποίμνια, ὡς ἂν ἀποκυλισθέντος τοῦ λίθου ποτισθῇ, ἔτι πολλῆς οὔσης ἡμέρας, τὰ ἐπὶ συντελείᾳ ἔθνη φασὶ σωθησόμενα, ἐλθόντα τοῦ δουλεύειν ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, κατὰ τὸν Σοφονίαν· ὅτε ὁμονοήσαντες εἰς τὸ καλὸν οἱ ποιμένες, δυναμωθέντες ὑπὸ τῆς ὁμονοίας, ἀποκαλύψαι δυνήσονται τὸ ὁραθὲν ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ φρέαρ· ὃν ὁ Ἰακὼβ πρὸ αὐτῶν, ὁ δηλῶν τὸν Χριστὸν, ἀπεκύλισε, καὶ τὰ πρόβατα τοῦ Λάβαν ἐπότισεν, ὅσον οὐδέπω γεννήσοντα ἐπίσημα τῷ Ἰακώβ.

Ὁ μέγας λίθος ἐστὶν ὁ προσκόμματος. Ὃν ἀποκυλίσαι χρεὼν συναχθέντας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τοὺς ποιμένας, ἑκάστου τὴν δύναμιν συνεισφέροντος. Τοιαῦται τῶν ἐπισκόπων αἱ σύνοδοι περὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητήσεων γινόμεναι. Τὸν δὲ λίθον μόνος Ἰακὼβ ἀπεκάλυψε, τὸ πάντων ἔργων ἀνύσας.

Quemadmodum autem thesaurum in agro abditum si quis inveniat, non statim ipsum in propatulum protrahit imprudenter : sic quoque oportebat operculum lapideum puteo impositum auferri, donec sitim, quos decebat, compescerent, et deinde reduci, ne aquæ usus ad indignos promanaret. Indigni vero illi existimantur, qui abnuunt adire laborem, cujus mercedem accipiunt aquam illam salutarem, ut inde potent et alios, quos illo liquore refocillari par est.

Jacobus erat consobrinus Labani. Jacobum enim pepererat Rebecca, quæ erat soror Labani. Vocat igitur Labanum fratrem, cum tamen is foret ejus avunculus. Itaque et Abrahamus cum diceret [13] Saram esse suam sororem, eam consobrinam, ut-

Ἀνεψιὸς δὲ ὢν Ἰακὼβ τῆς Ῥαχήλ· εἴπερ ὁ μὲν Ῥεβέκκας υἱὸς, ἡ δὲ τοῦ Λάβαν θυγάτηρ, ἀδελφῶν ὄντων· τὸν Λάβαν θεῖον ὄντα, καλεῖ ἀδελφόν. Οὐκοῦν ὅταν λέγῃ καὶ Ἀβραὰμ περὶ Σάῤῥας, Ἀδελφή μού ἐστιν, ἀδελφιδῆν λέγει, θυγατέρα Ἀῤῥάν. Οὕτω

[1] I Petr. v, 2. [2] Prov. xxvii, 25, 26. [3] Joan. xvii, 3. [4] Joan. iv, 10. [5] Joan. vii, 37. [6] Jerem. ii, 12. [7] Act. xvii, 23. [8] Joan. x, 16. [9] Ephes. v, 27. [10] Joan. xvii, 21. [11] Ephes. ii, 14. [12] Sophon. iii, 9. [13] Gen. xx, 12.

γὰρ καὶ τὸ, « Ἐκ πατρὸς, » ἐκληπτέον. Ἀῤῥὰν γὰρ αὐτοῦ ἀδελφὸς, υἱὸς Θάῤῥα. Ἀλλ' οὐκ ἐκ μητρὸς, ὥς φασί τινες, ἀδελφὴν αὐτήν φησιν. Οὐδαμοῦ γὰρ Θάῤῥα φαίνεται δευτέραν γαμήσας. Πῶς οὖν ἀδελφὴ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐκ μητρός; Καὶ ὁ Λάβαν δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν λέγει ἀδελφόν. Καὶ τὸν Λάβαν δὲ υἱὸν Ναχὼρ λέγει [ὁ Ἰακὼβ], τουτέστιν ἔγγονον. Ἦν γὰρ υἱὸς Βαθουὴλ τοῦ Ναχώρ.

pote filiam Tharran, suam esse intelligi voluit. Sic enim accipiendum est quod ait : « Ex patre. » Nam Arran ejus frater filius fuit Tharræ. Nec tamen a matre, ut aiunt, eam sororem nuncupat. Nam nullibi liquet Tharran alteram duxisse uxorem. Qua ratione igitur soror censetur solum ex paterno nec materno genere? Similiter et Labanus eum, qui erat consobrinus, appellat fratrem. Præterea Labanus memoratur esse filius Nachor, cum sit, si quis rem altius consideret, ejus nepos. Labanus enim satus fuit patre Bethuele, quem genuit Nachor.

Δείκνυσιν (50) ἡ Γραφὴ, ὅτι οὐ μόνον πλούτου περιουσίαν ἐχορήγει ὁ Θεὸς τοῖς τότε δικαίοις, ἀλλὰ καὶ ῥώμην σώματος καὶ κάλλος, εἰς τὸ παραζηλοῦν τὰ ἔθνη, καὶ ἕλκειν εἰς θεογνωσίαν.

Cæterum Jacobus declarat, dum solus lapidem de puteo volvit, Deum non solum justis suppeditare divitias, sed etiam corporis robur et pulchritudinem, ut aliquo modo ad æmulationem provocet gentes et impellat ad Dei veram cognitionem.

VERS. 15. *Quia frater meus es, servies mihi gratis?* etc. Forsitan alicui absurdum videatur, quod duas ducit uxores Jacobus, et easdem sorores. Sed id sciat, priscis maximum fuisse studium plurimæ procreandæ prolis : quique plurimis abundabat liberis, is inter beatos numerabatur. Quapropter nulli prisco sæculo dabatur vitio, etiamsi quis complures sibi jungebat uxores. Sobolis fecunditatem ante datam legem loco benedictionis suscipiebant prisci mortales. Etiam illi, qui lege regebantur, multos liberos judicabant esse benedictionem Domini. His dicitur : « Si legem custodieritis, non erit inter filios Israel sterilis [14]. » Nec tamen lex, sed promissio elargiebatur fecunditatem. Siquidem non in nobis situm est, ut vel fecundi vel steriles simus. At qui sumus in Christo, ejusque dogmata sectamur, festinemus ad spirituales fructus edendos, nec tamen interim aspernemur nuptias : verum eligamus id quod potius est, scilicet ut adhæreamus Deo, nulloque modo ab eo avellamur, siquidem et Labanus ait : « Non servies mihi gratis. » Etiam apostoli, si magnificos titulos orationis ostendere volebant, mentionem faciunt multitudinis credentium, quibus Paulus inquit : « Gaudium et corona mea [15]. » Docuimus namque supra, Jacobi personam nunc apostolos, nunc vero designare Christum. Erat enim hic primogenitus inter multos fratres, qui e cœlo descendit sponsus. Nec Jacobus citra sudorem filias Labani accepit uxores, sicuti Deus omnia in facili agit. Non esuriet, nec laborabit, testatur Isaias [16]. Si autem quædam habet nomina quæ parum ipsi conveniunt, memineris id fieri propter nos, quibus sese attemperat. Alloquitur enim Judæorum matrem Synagogam : « In his omnibus me tristitia affecisti [17]. » Paulus quoque inquit : « Ne tristitia **168** affeceritis Spiritum sanctum [18]. » Sic quoque laborare perhibetur non laborans, maxima et excellentissima opera peragens quasi laboret, ni divina natura resisteret. Copulavit igitur sibi Christus Synagogam non sine magna mercede magnisque laboribus. Hanc enim quasi sub typo quodam nobis delineat Lea. Nomen vero si interpreteris, significat *laborans*, et *renovata*. Plurimum namque laboravit Ægyptiaca servitute defatigata, superstitionumque tyrannide oppressa. Verum ad paternum splendorem et sacrosanctum Dei cultum retracta et renovata est, rejectis idolis. Hancque sic compellat Moses : « Dominus Deus tuus Dominus unus est [19]. Nec erunt tibi dii alii præter me [20]. » Verumtamen jam olim affectabat sibi parare Ecclesiam ex gentium corpore Deus reprehendens Judaicam Synagogam ut intractabilem. Nam inquit ad Mosen : « Vidi populum hunc, et ecce est populus duræ cervicis. Sine me ipsum exterminare. Et delebo nomen eorum de sub cœlo, teque faciam in gentem majorem et robustiorem, quam illa sit [21]. » Cum autem Judæi tales, quales modo depinximus, exstiterint, necessario his minoribus instruebantur priusquam ad uberrimos Evangelii fructus pervenirent. Quapropter cum desideraret Ecclesiam, quæ ex gentibus conflaretur, prius sibi conjungit Synagogam Ægyptiaca servitute obrutam, quam tota persequebatur rerum natura. Finito autem Synagogæ septenario, Dei ovem, scilicet juniorem et exoptatam Ecclesiam inducit, propter quam quoque gravissimos non abnuit adire labores. Herodes hanc persequitur, insidias machinantur Pharisæi, conviciis non abstinent principes; sputis polluitur, virgis laceratur tergum, militum furorem experitur, cruci affigitur. Lea vero et Rachel procreatæ sunt patre idololatra, quæ res sane docet utramque Synagogam ex gentibus coactam esse. Siquidem et Abraham primæ Synagogæ radix et stirps, gentilis fuit. Oculi Leæ infirmi erant; et de hac sic disserit Christus : « Sinite eos, cæci ductores sunt cæcorum [22]. » Cæterum aliter sermocinatur de Rachele, quæ pulchra erat, dicens : « Vestri autem beati sunt oculi quia vident : et aures, quia audiunt [23]. » Ad Judæorum matrem iterum dicit, ut propheta testatur : « Ecce non sunt oculi tibi, nec cor tuum pulchrum est [24]. »

[14] Exod. XXIII, 26. [15] Philipp. IV, 1. [16] Isa. XLIX, 10. [17] Ezech. XVI, 43. [18] Ephes. IV, 30. [19] Deut. VI, 4. [20] Exod. XX, 3. [21] Exod. XXXII, 9, 10. [22] Matth. XV, 14. [23] Luc. X, 23. [24] Sophon. I, 17.

NOTÆ.

(50) Δείκνυσι δὲ μόνος Ἰακὼβ ἀποκυλίσας τὸν λίθον, ὡς οὐ μόνον, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

At Christus vocans Ecclesiam ex gentibus ait : « Oculi tui oculi columbæ [25]. — « Cupivit enim pulchritudinem tuam, » ut habet Psaltes [26]. Synagogam despondent Moses et angeli; Ecclesiam vero despondet Joannes, qui sequester et arbiter adhibitus est spirituali huic matrimonio, clamans : « Qui habet sponsam sponsus est. At amicus sponsi, stat : et audiens eum, gaudet gaudio propter vocem sponsi [27]. » Donatio autem propter nuptias est fides et misericordia. Nam inquit per prophetam : « Despondebo te mihi in justitia, in judicio, et in misericordia et miserationibus. Et despondebo te mihi in fide et cognitione Domini [28]. » Præterea dicit : « Despondebo te mihi in sempiternum [29]. » Sed, ut differentiam cernas inter utrumque, audi quid loquatur de Synagoga : « Quia ipsa non est uxor mea, nec ego sum maritus ejus [30]. » Et iterum : « Dedi ei libellum repudii in manus ejus [31]. » Abjecta enim est, ut adultera. Nam alibi de ea proloquitur : « Si quisquam dimiserit uxorem suam, et illa abiens ab eo, facta fuerit uxor alterius viri, numquid ille revertetur ad eam iterum? annon pollutione polluta est terra illa? Et tu fornicata es cum pastoribus multis, sed revertere ad me, dicit Dominus. Subleva oculos tuos in loca excelsa, et vide ubi non sis constuprata. Juxta vias sedisti, illos exspectans quasi Arabs in deserto, et polluisti terram in fornicationibus tuis, atque in malitia tua. Facta est tibi frons mulieris meretricis, et noluisti erubescere. Annon clamabis deinceps ad me, Pater meus et dux adolescentiæ meæ tu es [32]? » Hæc ad seniorem pertinent. At juniori annuit clamanti : « Ostende mihi faciem tuam, et emitte ad me vocem tuam [33]. » Nam propter hanc homo factus est, siquidem per semetipsum, nec per alium, in extremis temporibus locutus est. Ubi enim tempus huic rei præstitutum præteriit, sponsam accepit. Jacob non revera, sed quadam præsumptione
169 dicebat, quod esset Rachel. Ubi dies illuxit, Lea erat. Dolus enim Labano patebat. Nec scribitur de Lea : Dedit filiam suam Leam ei in uxorem. Quod vero dicitur : « Dilexit magis Rachelem, » etc., non videtur significare, quod propterea odio insectatus sit Leam. « Aperuit vero vulvam ejus, etc. » Dominus aperit matricem in generatione sanctorum. Similiter et mentis reserat matricem, ut generet sermonem Dei, cujus quasi mater censeatur.

Cæterum observa hoc loco idem accidisse, quod supra Jacobo et Esauo. Jacob, qui minus amabatur, potitur benedictione : sic et hoc loco, quæ minus diligebatur, hæredem benedictionis, scilicet Judam, ex quo Christus, partu enititur. Ne dilectæ filii præferrentur omnibus, ejus inhibuit fecunditatem, ut non solum quod nascendi ordine forent priores, sed quod forent multo priores, sine ullo impedimento primogenituræ honores consequerentur. Hæc vero magis disponebantur per Judam, qui ordine generationis quartus erat inter filios Leæ. Nam Ruben exutus est honore primogenituræ : nec secundas post primogenituram ferre poterant Simeon et Levi, ob delicta quæ Scriptura commemorat. Quapropter in benedictionibus Judas reperitur promogenitus. Filii autem Jacob tam ex uxoribus quam ex ancillis nati, ex æquo inter se distribuunt paternam hæreditatem. Præterea permittit Deus, ut ex ancillis quoque liberos susciperet Jacob, ut ostendat, sicuti docet Paulus Galatas [34], quod apud ipsum non sit servus, non liber, etc.

A "Ορα δὲ ὡς καὶ Ἰσαὰκ ἠγάπα τὸν Ἡσαῦ μᾶλλον ἢ τὸν Ἰακὼβ, καὶ ὅμως ὁ ἔλαττον ἀγαπώμενος, ἔλαβε τὴν εὐλογίαν. Ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα ἡ μισουμένη γεννᾷ τὸν κληρονόμον τῆς εὐλογίας, Ἰούδαν, ἐξ οὗ ὁ Χριστός. Ἵνα δὲ μὴ τῆς ἀγαπωμένης οἱ υἱοὶ πάντων προτιμηθῶσιν, ἐπέσχον αὐτῆς τὴν κύησιν· ὡς ἂν μὴ μόνον τῷ πρότεροι εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ πολὺ πρότεροι οἱ τῆς Λείας υἱοὶ, ἀνελλιπῶς ἔχωσι τὰς τιμάς. Ταῦτα δὲ ᾠκονομεῖτο μᾶλλον διὰ τὸν Ἰούδαν.

Nunc diliget me maritus meus, id est, vere et proprie. Vel, ut supra exposui, diligebatur a marito, sed se invisam existimabat, quod mariti studia magis in Rachelem accensa sentiret. Nomen ejus nominavit Ruben. Si quis historiam recte perpendat, invenit illud nomen magnam habere emphasim, quasi diceret (ut nomen indicat) videte filium, charissimi, quem quæ amatur non præbet amanti, utpote sterilis exsistens.

B Νῦν ἀγαπήσει με ὁ ἀνήρ μου, τουτέστιν ἀληθῶς καὶ κυρίως. Ἢ διὰ τὸ ἀνωτέρω, δύναται μὲν ἠγαπῆσθαι ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ, νομίζειν δὲ μισεῖσθαι ἐκ τοῦ τὴν Ῥαχὴλ μᾶλλον ἀγαπᾶσθαι. Ἐκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα τούτου Ῥουβίν. Ἐπιτεταμένην ἔχει τὴν ἔμφασιν τοὔνομα καθ' ἱστορίαν. Ἑρμηνεύεται γὰρ, *Ἴδετε υἱόν*. Τοῦτο γὰρ ὡς πρὸς τοὺς φιλτάτους φησὶ, τουτέστιν ὃν οὐ παρέχει τῷ φιλοῦντι ἡ φιλουμένη, στεῖρα τυγχάνουσα.

VERS. 33. *Quia audivit Dominus quod invisa sum*. Non tamen quod Leam oderit ista verba accipienda sunt. Verum Scriptura habet : « Videns autem Dominus, quod invisa esset Lea. » Lea, quæ infirmos habet oculos, « audivit (inquit, Dominus) quod invisa sum. » Existimavit enim, quod non per se vidisset Dominus. Sed, ut videat iterum atque iterum rogat ut audiat dicentem. « Vel ne forte id audierit (inquit) me dicente : invisa sum. » — « Videns autem Rachel, quod non peperisset Jacob, etc. » Videtur hoc loco supervacaneum esse, quod inquit, *Jacobo;* sicuti et supra in relatione rerum ges-

[25] Cant. I, 14. [26] Psal. XLIV, 12. [27] Joan. III, 29. [28] Osee II, 20. [29] ibid. 19. [30] ibid. 2.
[31] Isa. L, 1. [32] Jerem. III, 1-4. [33] Cant. II, 14. [34] Galat. III, 28.

tarum Abrahami, cum scriberetur : non peperit Sara Abrahamo. Non tamen superfluum est, quod dicitur, si quis intueatur sensum anagogicum.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Καὶ εἶπε Λεία, Εὐτύχηκα. Ἄλλος δέ τις φησι (51)· « Μὴ εἰσέλθῃς εἰς οἶκον τοῦ ἀδελφοῦ σου ἀτυχῶν. »

CAP. XXX.

A Vers. 11. *Et dixit Lea* : *Cum fortuna*, etc. Siquidem et proverbium habet : « Ne ingrediaris in domum fratris tui, si adversa jactaris fortuna [35]. »

Sic et in Luca disserens de parabola peccatoris, inquit : « Forte fortuna, sacerdos quidam descendit in illo itinere [36]. » Et Paulus : « Assecuti sunt promissiones [37]. » Sæpius quoque idem Paulus ista dictione usus esse cognoscitur. Quæ vero significatio ejus dictionis sit, vel ex illo testimonio Scripturæ liquet : « Erat Joseph vir assequens [38-39], id est, prospere ei omnia succedebant, et in omnibus fortunatus erat, Deo ipsum in omnibus sospitante. Huic affine est et illud : « Multum valet oratio justi operans [40], » id est, assequens.

Εἰκότως τότε σπείρει τὸν γεωργὸν Ἰσσάχαρ, κατὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ εὐλογίαν.

Vers. 16. *Venit autem Jacob de agro ad vesperam*, etc. Convenienter eo tempore serit Issachar agricolam, sicuti monet benedictio Jacobi, qua hunc beat.

Cæterum memoratu dignum est, quod uxores patriarchæ ubique commemorantur **170** fideles et agnoscentes Deum bonorum omnium auctorem. « Dedit enim (inquit) mihi Deus mercedem.»

« Ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς Λείαν, » ἀπαθῶς καὶ διὰ παιδοποιίαν συνιούσης τῷ ἀνδρὶ, ἐφ' ᾧ καὶ ηὔχετο.

« Audivit autem Deus Leam. » Non enim mala libidine flagrans, sed agitata cupidine prolis, concubitum viri poscebat. Siquidem, ut prolem adipisceretur, precibus sollicitaverat Deum.

Et aperuit vulvam ejus, etc, Leæ vulvam aperuit prius Dominus. Nunc nec Rachelem negligit, sed fecunditatem fugata sterilitate ei tribuit. Quæstio moveri potest : « Omne primogenitum (tradit Scriptura) adaperiens vulvam [41]. » Si Ruben et Joseph, hic Rachelis, ille Leæ aperuit vulvam, Dominus, quo claudente et obstruente, vulvam aperuisse dicitur? Sed huic quæstioni occurritur per illud, quod supra traditum accepimus : « Concludens conclusit omnem vulvam in domo Abimelech [42]. » Verum enimvero non abs re fuerit ab initio repetere generationem Jacobi. Senior, id est, Synagoga Deo prior parit. Nam Moses dicit : « Filius meus primogenitus est Israel [43]. » Isaias quoque vociferatur : « Filios genui et exaltavi : et ipsi me spreverunt [44]. » Sed tamen liberæ conditionis et ingenui fuere illi filii propter patres, quibus nequaquam legis jugum impositum erat, quod quidem et Paulus subindicat his verbis : « Ego vero vivebam quondam absque lege [45]; » ego pronomen addens generis radici. Nec tamen perpetuo liberos eos mansuros, verum legis servitutem subituros edocebant filii quatuor ex ancillis nati. Dan et Naphthalim, quos peperit Balla, assignabantur Racheli. Gad et Aser, quos Zilpha enixa est, ascribebantur Leæ, et erant juniores illis, qui ex Balla nati ferebantur. Verum Rachel Ecclesiæ ex gentibus congregandæ typum gerens, sibi filios ex ancilla ortos vindicabat. Siquidem et prophetæ connumerantur inter liberos Jerusalem servientis, filii quodammodo exsistentes Ecclesiæ ex gentibus constituendæ, cujus mysterium jam antea prædictum erat, dum quasi oculis subjiciunt priscorum mortalium Christum. Qui vero his succedentes in servitutem sunt geniti, Christum libertatis auctorem spreverunt. Potiores enim sunt primi his, qui insecuti sunt, ut relucet ex isto prophetæ oraculo : « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, et plena judicio? in qua pernoctavit justitia, nunc homicidæ [46]. » Ostenditur vero ipsis nominibus, quæ imposita sunt filiis Ballæ, ipsos fuisse alumnos Ecclesiæ, cum filii Zilphæ fuerint Ecclesiæ hostes. Dan enim *judicium*, Naphthali *latitudinem* denotat. At prophetæ omnes huc incubuerunt, ut prædicarent Christum judicaturum orbem in justitia. Satanam, quod nos perdidit, condemnabit, et nobis salutem restituet. Et nos in magno exsistentes luctu, ex mœrore et gemitu in lætitiam conjiciet cor nostrum dilatando.« Nam, ut habet Scriptura, per iter mandatorum tuorum cucurri, hinc cor meum dilatasti [47]. » Et : « Cor nostrum dilatatum est erga vos [48], etc., » ait alicubi ad Corinthios. Et iterum : « Dilatemini et vos, nec jugum cum incredulis traxeritis [49].» David, loquens sub persona eorum qui injuriis affecti sunt, clamat : « Excitare, et intende judicio meo, Deus meus et Dominus meus, ad judicium meum [50]. » Similiter et Dominus inquit : « Judicium nunc est mundi hujus. Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras [51]. » Ex Zelpha nati sunt Gad et Aser. Gad, si nomen explices, significat *tentationem*, et Aser *divitias*. Tales erant Judæorum novissimi. Nam tentaverunt Christum cum Herodianis ob censum, quasi vero nec ficto animo interrogationem facerent. Alii, studio lucri capti, respuerunt Filium, dicentes secum : « Hic est hæres, venite, occidamus eum, ut nostra sit hæreditas [52]. » Præterea Christum docentem, divitias terrenas venden-

[35] Prov. xxvii, 10. [36] Luc. x, 31. [37] Hebr. xi, 39. [38-39] Gen. xxxix, 2. [40] Jac. v, 16. [41] Exod. xiii, 2. [42] Gen. xx, 18. [43] Exod. iv, 22. [44] Isa. i, 2. [45] Rom. vii, 9. [46] Isa. i, 21. [47] Psal. cxviii, 32. [48] II Cor. vi, 11. [49] ibid. 13. [50] Psal. xxxiv, 23. [51] Joan. xii, 31. [52] Matth. xxi, 38.

NOTÆ.

(51) Καὶ ἡ παροιμία φησί. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

das et erogandas in pauperes esse, audientes Scribæ et Pharisæi tantum abest, ut bene monenti paruerint, ut vitæ æternæ Auctorem naso suspenderint. Postulabant decimas exactissime, ut etiam anisi, cumini et feniculi decimæ solvendæ essent, semper sonantes legem Domini. Verum hæc omnia fieb at eo tempore, quod præcessit Christi incarnationem, quo Rachel adhuc sterilitate impediebatur. Sed pariet, et erit alumna **171** multorum et innumerabilium.

Nam Isaias clamitat : « Lætare, sterilis, quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis. Quia plures filii sunt desertæ, quam habenti maritum [53]. » Huic assentitur et David, canens : « Qui habitare facit sterilem in domo matrem cum liberis lætantem [54]. » Hanc sic affatur Deus : Leva oculos tuos, et circumspice omnes [55]. » Et iterum : « Ecce illi a longinquo veniunt, hi ab septentrione, alii ex regione Persarum [56]. » De mandragora sic quidem sentiunt. Mandragora est soporifera quædam herba, et capitis gravedinem excitat. Hanc accepit Rachel ab Lea, cum allata fuisset ab hujus primogenito Ruben. Illa herba quoque Christi mysterium explicat. Nam propter nostram salutem dormivit, dum pro nobis occumbit certæ morti, in qua non est derelictus, utpote Deus existens, ut Sermo. Somnum enim esse mortem satis declaravit, cum nobis resurrectionem donasset. Quapropter Paulus quoque mortuos appellat dormientes. Mandragoras invenit primogenitus Ruben, inventas attulit ad matrem, hæc eas cum sorore partita est. Primi namque, qui descenderunt ex Israele primogenito, inciderunt in thesaurum mysterii Christi ; idque, cum perfecte intellexissent, adduxerunt ad matrem Jerusalem, eamque bono esse animo et salvere jusserunt. Nam antequam ad gentes proficiscerentur, apostoli Judæam imbuerunt Christiana doctrina, licet non omnes fidem receperint. Lea, ubi accepit mandragoras, duos peperit filios, Isacharum, qui merces exponitur, et Zabulum, id est, bonam fragrantiam et benedictionem. Nam accipiens ab sanctis apostolis, quasi a suis filiis, Synagoga Christi mysterium, effecta est mater illorum, qui mercede et benedictionibus promoventur a Deo. Fides enim haud caret mercede. « Qui in me credit, inquit, habet vitam æternam [57]. » Et Paulus : « Si confessus fueris ore tuo, quod Dominus sit Jesus, et credideris in corde tuo quod Deus eum suscitaverit a mortuis, salvabere [58]. » Ecce, quid excellentius homini evenire potest æterna salute? « Quid prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, et animæ suæ jacturam fecerit [59]? » Quod vero benedictio sequatur credentes, satis locuples testis est David : « Benedictio Domini super vos [60]. » Et iterum : « Benedicti vos Domino, qui fecit cœlum et terram [61]. » Et Isaias ad Ecclesiam dicit : « Effundam spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos [62]. » Huc respexit Paulus, dicens : « Qui benedixit vos omni benedictione spirituali [63]. » Quid igitur obstat, quin fideles in omnibus prosperentur? Nam « via, inquit, piorum, recta erat [64]. » At de Judæorum Synagoga sic vaticinatur Deus : « Obstruam semitas ejus spinis, et destruam vias ejus [65]. » Nos vero transportans in suprema tabernacula, alloquitur sanctos ministros, dicens : « Aperite portas, ingrediatur populus custodiens veritatem [66], » apprehendens veritatem, et conservans pacem. Et iterum : « Viam parate populo meo, et lapides e viis abjicite [67], » nimirum offendicula, quæ pigritiam et socordiam generant. Rachel accipit ab Lea propinqua et consanguinea mandragoras : sic mysterium Christi offerunt Synagogæ sancti apostoli. Ecclesia ex gentibus conflata accipit a Synagoga mysterium Christi, et parit Josephum, declaraturque mater populi populosissimi, et semper incrementa capientis. Nam Josephi nomen, si interpretari velis, sonat *additionem.* Siquidem gregibus Israeliticis aggregata est, et addita Ecclesia ex gentibus. Quapropter concionatur Christus : « Et alias oves habeo, quæ non sunt de hoc ovili [68]. » Augescit igitur ille populus, donec in extremis temporibus exoriatur Benjamin, id est, doloris filius, scilicet ille populus, qui erit sub universale judicium, quando iniquitatis filius, qui effertur super omne quod dicitur Deus aut Numen, revelatus fuerit. « Tunc erit tribulatio magna, quanta non fuit a condito mundo, nec erit. Et nisi dies illi abbreviati fuissent, non salvaretur omnis caro. » Nam accommodat se misericors Deus nostræ imbecillitati, dum invehit tribulationes secundum hoc eloquium : « Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari **172** supra vires vestras [69]. » Nato igitur Benjamin, id est, populo, qui sub finem sæculi erit, et multis arietabitur tribulationibus, defuncta est et Rachel, id est fidelium Ecclesia in meliorem translata est vitam. Quod quidem suo continget tempore. Dum autem in hoc agimus mundo, morimur carni et mundo, ut vivamus Deo. « Mortui enim estis, ait, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo [70]. » Oportet namque nos mortificare membra terrena, ut et ipsus alicubi præcipit, dicens : « Scortationem et immunditiem [71], » etc. Tunc nos, qui sumus caducæ et fragilis nunc conditionis, induemus immortalitatem, abolita morte vestiemur æterna vita, infirmitas cedet in virtutem, infamia abibit, et in ejus locum succedet gloria, tempus mensuræ obnoxium commutabitur cum æternitate.

VERS. 27. *Si inveni gratiam coram te, auguratus sum*, etc. Videtur hic aliquid omissum : et ut sensus sit perfectus, meo videre, dicendum erit :

Τὸ, Εἰ εὗρον χάριν, δύναται μὲν κατὰ παράλειψιν τοῦ, Μεῖνον σὺν ἐμοί· πρὸς ὃ ἔοικεν ἀποδίδοσθαι τὸ, Ἐὰν ποιήσῃς μοι τὸ ῥῆμα τοῦτο, « Πάλιν ποιμανῶ

[53] Isa. LIV, 1. [54] Psal. CXII, 9. [55] Isa. XLIX, 18. [56] ibid. 13. [57] Joan. VI, 47. [58] Rom. X, 9. [59] Matth. XVI, 26. [60] Psal. CXXVIII, 8. [61] Psal. CXIII, 24. [62] Isa. XLIV, 3. [63] Ephes. I, 3. [64] Isa. XXVI, 7. [65] Osee II, 6. [66] Isa. XXVI, 2. [67] Isa. LVII, 14. [68] Joan. X, 16. [69] I Cor. X, 13. [70] Coloss. III, 13. [71] ibid. 5.

τὰ πρόβατά σου. » Δύναται δὲ ἀποδίδοσθαι πρὸς τὸ, « Διάστειλον τὸν μισθόν σου. » Τὸ δὲ, « Εἰ εὗρον χάριν, » τουτέστιν, Εἰ ἀρέσκει σοι τὸ λεγόμενον παρ' ἐμοῦ. Μεταξὺ δὲ τὴν αἰτίαν ἀπέδωκε τῆς περὶ τὸν μισθὸν προδοσίας τὸ, « Οἰωνισάμην ἄν· » ὡσεὶ ἔλεγε, Καὶ γὰρ ὀφείλω τοσοῦτον εὐλογηθεὶς ἐπὶ σοί. Ὡς μὲν οὖν περὶ τὴν πίστιν ἀλλόφυλος, οἰωνίζεται· οὐκ ἔτι γὰρ οἰωνισμὸς ἐν Ἰακώβ· ὡς δὲ ἐκ μέρους ὠφεληθεὶς, τὸ, « Εὐλόγησε γάρ με, φησὶν, ὁ Θεός. » Τῷ μὲν γὰρ μηδὲν ὠφεληθέντι, ἤρκει τὸ, « Οἰωνισάμην, » εἰπεῖν· τῷ δὲ τελείως ὠφεληθέντι, μόνον τὸ, « Εὐλόγησέ με ὁ Θεός. »

Si inveni gratiam coram te, mane apud me. Similiter defectus animadvertitur in his verbis : « Iterum pascam oves tuas ; » quasi diceret : Si feceris hanc rem, iterum pascam oves tuas. Vel huc respexit : « Distingue, quæ sit merces mea. » — « Si inveni gratiam, » id est, si placet tibi, quod dico. Interim causam mercedis persolvendæ ariolatus est, dum inquit : « Auguratus sum, » etc., quasi protestaretur : Debeo tibi merito mercedem, cum adeo benedictus sim tui causa. Cæterum Labanus auguratur ut alienigena, qui necdum exploraverat veræ religionis vires. Non enim est augurium in Jacob. Verum ut significet se nonnihil commodi percepisse, inquit : « Benedixit mihi Deus. » Ei enim, qui nullam adeptus fuisset utilitatem, suffecisset dicere : « Auguratus sum. » Verum cum sentiret se admodum esse collocupletatum, ait : « Benedixit mihi Deus. »

Et benedixit te Dominus super pede meo, etc. Non tamen spirituali benedictione, neque in cœlestibus, neque in Christo. Apostolus enim illa enarravit, ut pateat benedictionum differentia. Novit enim Scriptura consuetudinem, secundum quam supra pede quis benedicitur. In primis tamen benedictionem depromit Deus super speciosis pedibus annuntiantium pacem. Benedictione quoque recreavit Ægyptum ob adventum Josephi. Quapropter haud immerito imperavit discipulis Salvator ingredientibus in domum aliquam, ut dicerent : « Pax huic domui [72]. » Quando mihi parabo domum, scilicet si gratis curavero greges tuos.

Καὶ διαχώρισον ἐκεῖθεν. Δὸς ταῦτα, φησὶ, τοῖς υἱοῖς σου νέμειν, ὅσα νῦν ἐστι πρόβατα μέλανα, καὶ αἶγες λευκαὶ, ἢ ποικίλαι· καὶ δός μοι τὰ λευκὰ πρόβατα, καὶ τὰς μελαίνας αἶγας. Καὶ τὰ γεννώμενα τοῦ λοιποῦ πρόβατα μέλανα ἐκ λευκῶν γονέων τικτόμενα, καὶ αἱ γεννώμεναι αἶγες τοῦ λοιποῦ λευκαὶ, ἢ ποικίλαι, ἐκ μελάνων τῶν γονέων τικτόμεναι, ταῦτα ἔσται μοι πρὸς μισθόν.

Ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν γεννωμένων λάβω ἄλλο τι παρὰ τὰ φαιὰ καὶ τὰ διάλευκα, ἔχε με κλέπτην. Ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τῶν σῶν λευκῶν, ἢ φαιῶν τῶν νῦν χωριζομένων ἀπόληταί τι, ἐγὼ αὐτὸ κέκλοφα, καὶ ἀποτίσω.

VERS. 32. *Et segregato ea inde*, etc. De illa pecora, inquit, filiis tuis pascenda, scilicet oves nigras et capras albas et varias. Mihi trade albas oves et nigras capras. Quæ deinceps nascentur oves nigræ ex nigris parentibus, et quæ provenient albæ et varii coloris capræ ex atris matribus, hæ, inquam, mihi mercedis nomine debebuntur.

Si vero aliam, quam præscriptæ conditionis ratio concesserit, apud me repereris vel ovem vel capram, furti me jure insimulabis. Aut si quid ab albis aut fuscis, jam separatis, interciderit, me id surripuisse putato, et pro eo tibi satis faciam.

Labanus facile hanc conditionem admisit. Haud enim putavit dissimiles et diversi coloris oves pariturus fetus. Nec præterea tot editurus judicavit, ut merito sui filii dicere possent : Accepit Jacob omnia, quæ sunt patris nostri.

Οὐδὲν ἐνυπόστατον ἔλαβεν Ἰακὼβ ἐν μισθῷ, ἀλλ' ἐλπίδα τοκετοῦ παραδόξου.

At Jacobus, quæ nondum in rerum natura erant, sed a Deo danda exspectabantur, præferebat.

Non igitur, si verum fateri velimus, quidquam a Labano postulat, sed magis a Deo poscit. Justitia vero nostra Christus vivens audit in die, quæ succedet sæculo huic, nempe cras, ibique erat mercedis retributio. Inquit autem : Quæ hodie fuerint maculis respersa vel fusca, vide ut submoveantur ab his, ex quibus ego mercedem mihi parabo. At quæ deinceps punctis signatæ et fuscæ exstiterint, mercedis nomine mihi debebuntur. Deus enim elargietur mihi cras, id est, deinceps, quæ tales gestabunt colores, licet patres et matres colore a fetibus differant. Ad eum modum fideles ex gentibus, non eumdem salutis colorem (ut sic dicam) cum primo populo retinent. Sufficit his, ut tales sint, salutaris Christi potentia. Separantur enim ab semine Abrahami, nec una cum illis pascuntur, **173** qui ex non exsistentibus nascuntur Christo. Quando pastor potat oves baculo reprehensionis, tunc nascuntur insignes et præclari filii Jacobi, scilicet ex incredulis fideles Deo, sicuti scriptum est [73]. Ex lapidibus suscitanti semen Abrahamo. » Nihil vero quod jam esset, accepit Jacobus nomine mercedis : sed spe inopini fetus recreatus est. Interim tamen incredibilia sensit incrementa illud, quod nondum erat in rerum natura, sed spe præripiebatur.

Christus deseruit patrios penates, scilicet cœlum, et delabitur in terram, nempe in mundum, quemadmodum Jacob accedit ad Labanum propinquum sanguine et religione alienum. Propinquus erat Labanus, si generis seriem spectes : alienus erat, si cum animo reputes ejus vanam superstitionem. Sic mundus quidem, si consideres creationis negotium, Dei erat proprius : sin intuearis ejus impietatem,

[72] Matth. x, 12. [73] Matth. III, 9.

jam alienum a Deo cognosces. Nam inquit : « In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit [74]. » Præterea antequam ad nos adveniret carne amictus, et adhuc ignoraretur, nostri tamen curam gessit, benigne omnia, quibus præsens vita alitur, donans, et humanæ naturæ prudentiam instillans, illuminansque omnem hominem venientem in mundum, quemadmodum Jacobus pascebat gratis oves Labani, nullam capiens mercedem, sed saltem sperans fieri pater legitimorum liberorum ex duabus uxoribus, sicuti Deus ex duabus Synagogis fideles sibi parans. Lea parit ante Rachelem. Exinde pariunt ancillæ. Necdum rei domesticæ cura tangit Jacobum, sed ea tum demum exoritur, cum Rachel generat Josephum, qui additio Dei dicitur. Generavit enim Judæorum Synagoga in servitutem sub lege. Necdum Christus domum propriam confitetur manifesto. Non enim gratum erat Leæ lapideum templum, cujus cultu magnifice se efferebant. Quapropter Judæis ait : « Cœlum mihi thronus est [75]. » Ubi vero fecunditatem suam exhibuit Ecclesia ex gentibus collecta, peperitque novum et quasi ex additione populum, tum demum sibi domum construxit, de qua loquitur : « Dans leges meas in mentem eorum, et in corda eorum inscribam eas, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum [76]. » In nobis enim habitat per spiritum, qui prius non erat, ut testatur Joannes : « Quia Jesus nondum erat glorificatus [77]. » Ubi vero ex mortuis resurrexit, tum demum cœpit nos reformare, et inflavit in discipulos, dicens : « Accipite spiritum sanctum [78]. » Paulus quoque alicubi testatur, inquiens : « Sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus : Abba, pater [79]. » Spiritus enim servilis erat in Judæis. Hinc oculi Leæ infirmi perhibentur, et juxta eloquium Pauli : « Velum oculis illorum impositum est, quando legitur Moses. Nos vero revelata facie gloriam Domini cernimus, quasi in speculo [80]. » Sic enim et Rachel oculos habuit nitidos, qua pariente, Jacob in patriam redire maturat. Mutatus vero est Labanus nonnihil, cum dicit se a Deo benedictum esse. Nam mundus, nolit velit, citra divinam opem vivere nequit, licet non confiteatur bona, quibus affluit, ab ipso descendere Deo. Jacob poscit mercedem. Nam et Deus permittens mundum suo more vivere, nato novo populo, postulat a mundo providentiæ suæ mercedem. Mercedem autem judicat eos homines, qui ad credendum sunt procliviores. Hos, quasi in typo, præ se ferunt pecora maculosa et diversi coloris oves præponi solent propter lanam, quæ gratior est, cum unum ostentat colorem, nec maculata et fœdata visitur. In hunc modum et Christus, non sapientia et nobilia, seu stulta et infirma mundi delegit, ut demoliretur contraria. Præterea mirabiles et varii sunt tum factis cum verbis, qui sectantur dogmata Dei. Tenent quoque mysterium Christi obscuratum, et quasi tenebris involutum, sicuti elucescit ex illo dicto : « Posuit enim caliginem per circuitum [81]. » Ad hæc Sapientia pollicetur se daturam ut capere possis obscuriores sermones, responsa sapientum et ænigmata. Cæterum pii suis in operibus splendorem et candorem ostendunt. « Nam si **174** fuerint peccata, inquit Dominus, vestra ut coccinum, quasi nix albescent. Etsi rubuerint ut vermiculus, erunt alba quasi lana [82]. »

VERS. 38. *In canalibus*, etc. Da operam, ut possis hos canales intelligere spiritualiter, sicuti inscriptiones psalmorum, qui pro populis inscribuntur.

VERS. 39. *Et oves pepererunt albicantes fetus.* Intellige tu capras. Nam arbitror abusive oves hic pro capris positas. Quia pactum inter ipsos conventum diserte docet, albas capras, quæ deinceps nascerentur, reddendas esse nomine mercedis Jacobo. Nisi forte alius contractus, priori contrarius, intervenerit, cujus hic mentio fortassis fit, scilicet ut ex atris ovibus albos fetus accipiat Jacob. Nam Labanus cum conspexisset atras capras candidos edisse fetus, et inde multum lucri accessisse justo pastori, non dubitavit solvere fidem prioris pacti, et a priore diversum cum Jacobo iniit pactum, quo cavebatur ut ab atris ovibus albos fetus mercedis nomine Jacobus acquireret. Et hæc ratio magis apparet verisimilis. Nam ipse Jacobus postea reprehendens versatile Labani ingenium et mutabile pectus, in hæc verba abit : « Si dixeras : Maculis conspersæ tua merces erunt [83], » etc.

A *Καὶ ἔτικτον τὰ πρόβατα διάλευκα.* Ἢ τὰς αἶγας καλεῖ πρόβατα καταχρηστικῶς ἐνταῦθα· τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν αἰγῶν λευκὰ συνεφώνησε λαμβάνειν λόγῳ μισθοῦ, οὐ τὰ τῶν προβάτων· ἢ ἕτερον σύμφωνον, ἐναντίον τοῦ πρώτου ὑπαινίττεται ἐνταῦθα γενόμενον· ὥστε τὰ ἀπὸ τῶν μελάνων προβάτων λευκὰ λαμβάνειν τὸν Ἰακὼβ λόγῳ μισθοῦ. Θεασάμενος γὰρ ὁ Λάβαν τὰς μελαίνας αἶγας, λευκὰς τικτούσας, καὶ πολὺ κερδαίνοντα τὸν δίκαιον, παρέβη τὸ πρῶτον σύμφωνον, καὶ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἦλθεν· ὥστε ἀπὸ τῶν μελάνων προβάτων λευκὰ λαμβάνειν τὸν Ἰακὼβ λόγῳ μισθοῦ. Καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀληθές ἐστιν. Αὐτὸς γὰρ Ἰακὼβ μετὰ ταῦτα τὸ εὐμετάθετον τῆς γνώμης τοῦ Λάβαν διαβάλλων, φησίν· « Ἐὰν οὕτως εἴπῃ, Τὰ ποικίλα ἔσται σου μισθὸς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Quod ad virgas attinet, tradunt pecuariæ rei periti oves et capras, si tempore coitus intueantur aliquem colorem, huic colori similes ipsas eniti fetus. Sed quidam respondent horum assertioni : Si naturale hoc erat, qui fit, quod et Labanus eo astu et solertia non est usus? Verum hoc loco nequaquam illud stratagema naturale dixeris. Quia angelus Jacobo apparuit, et præmonstravit usum virgarum, quæ hunc effectum habeant procreandarum ovium non ex sese, sed occulta quadam virtute divina.

[74] Joan. I, 10. [75] Isa. LXVI, 1; Act. VII, 49. [76] Jerem. XXXI, 33. [77] Joan. VII, 39. [78] Joan. XX, 22. [79] Rom. VIII, 15. [80] II Cor. III, 15-17. [81] Psal. XCVI, 2. [82] Isa. I, 18. [83] Gen. XXXI, 8.

Quando vero oves parere cessabant, non amplius ponere solebat virgas. Est enim tempus pariendi, et est tempus concipiendi.

Ὁ ἐξ ἐπισήμου πλοῦτος, οἷος ἦν ὁ τοῦ Ἰακὼβ, ἀληθινός ἐστι πλοῦτος· ὁ δὲ ἐξ ἀσήμου, οἷος ἦν ὁ τοῦ Λάβαν, κἂν πάνυ πολὺς ᾖ, οὐ κυρίως ἐστὶ πλοῦτος.

Opes vero, quas insigni illa solertia sibi peperit Jacob, vero nomine opes censentur. Cæterum quæ divitiæ obscuris quæruntur artibus, sicuti opes Labani, licet magnæ et immensæ fuerint, non tamen proprie merentur divitiæ dici.

Quod vero Christus per virgas sit significatus, satis idoneus testis est Isaias, dicens : « Et egredietur virga ex radice Jesse, et flos ex radice ascendet [84]. » David quoque canit : « Virga tua et baculus tuus, ipsi quoque consolati sunt me [85]. » Nam consolationem accepimus in Christo, et ipsum firmissimum nobis fecimus fulcimentum. Scriptum enim est : « Dominus fulcit justos [86]. » At nobis omnibus, qui pecoribus per universum orbem sparsis comparamur, firmissimum fulcimentum est. Et styracina, scilicet propter mortem. Nam aromatibus conditur cadaver. Sed virga de nuce vigiliæ symbolum est. Nux siquidem naturaliter vigilias inducit, et somnos fugat. Hinc Jeremias habet : « Quid tu vides, Jeremia? Et dixi : Virgam amygdalinam. Et dixit ad me : Recte vidisti. Nam evigilavi ego super sermones meos, ut eos exsequar [87]. » Christus autem pro nobis resuscitatus est. Platanus est e numero illarum arborum quæ in proceram altitudinem excrescunt. Cæterum indicat Christi in altum et in summum æthera cursum et assumptionem. Petrus namque ait : « Dextra igitur Dei exaltatus [88]. » Sic Paulus testis est, eum esse exaltatum et accepisse nomen super omne nomen [89]. Platanus vero dicta est, quod una cum ligno dilatetur folium. Sic nos dilatamur per fidem et charitatem, quasi insiti Christo. Angusta enim est lex, et conturbata admodum idololatrarum mens, quos per prophetam alloquitur Deus : « Discite audire angustati [90]. » Paulus quoque Corinthiis post latitudinem fidei ad pristinum errorem declinare volentibus, scribit : « Cor nostrum dilatatum est. Non estis angusti in nobis. Angusti estote erga illos, qui vos seducunt [91], » etc. Sic Christum affatur David legis angustias taxans : « Latum est mandatum tuum valde [92]. » Et iterum : « In via mandatorum tuorum cucurri. Quapropter dilatasti cor meum [93]. » « Et ambulavi in latitudine, quia justificationes tuas exquisivi [94]. » Igitur Christus in specie virgæ intellectus, seipsum nobis proponit mortuum, resuscitatum, et in cœlos evectum, dilatantemque **175** corda fidelium. Cæterum canales et vasa, ex quibus bibit rationalis grex, intellige Scripturam Mosis, propheticas conciones, scaturientes nobis Patris Sermonem. Nam ait : « Haurite cum lætitia ex fontibus salutis [95]. » Ibi enim reperiemus Christum virtutis baculum, pro nobis occisum, et primogenitum e mortuis, et exaltatum in gloria, et dilatantem eos qui inde potaverint. Nam finis legis et prophetarum est Christus, qui pellit legis umbram, et prophetiæ operculum vel velum adimit : et candidum visuque facilem in ipsis nobis pronuntians sermonem, ad partum spiritualem nos promovet, concipiendique ardorem excitat, dum quis varie ornatus videri avet, quoad virtutem opere scilicet et sermone. Siquidem in persona fidelium dicitur : « Propter timorem tuum in utero concepimus et parturivimus et peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terra [96]. » Et iterum : « Ecce Dominus cum virtute venit, et brachium dominationis; ut pastor pascet gregem suum, et brachio suo congregabit agnos, et in utero habentes consolabitur [97], » id est, spirituale solatium erit iis, qui divinum sermonem parturiunt. Jacobus autem segregavit suas oves ab ovibus Labani. Sunt enim fideles soli, nec volunt una cum his, qui mundi vanitatem sequuntur, inquinari. Jacobi namque oves insignes sunt, et notarum distinctione nitent.

CAP. XXXI.

VERS. 1. *Audivit autem verba filiorum Laban, dicentium : Tulit Jacob totum quod habet pater noster.* Ecce quanta sit abundantia illorum bonorum, quæ, quamvis nondum essent quo tempore merces constituebatur, tamen brevi tanta copia provenerunt, sic justum Deo prosperante et fortunante. Sic et Christus admodum ditatus est in mundo, nactus plurimos cultores et adoratores, qui clamant : « Nos sumus populus pascuæ tuæ, et oves manus tuæ [98]. » Cæterum mundi filii videntes patrem suum esse spoliatum pulcherrimis ovibus, scilicet hominibus, qui sub Christo degentes jam exornati sunt variis virtutibus, indignissime eam rem ferunt, garrientes : « Jacob accepit ea, quæ sunt patris nostri. » Vere quidem hæc conqueruntur. Nam Christus fideles, ceu peculiares opes, ex mundo hoc colligit, dicens ad Patrem : « Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et in his sum glorificatus [99]. » Verum nunc inspiciamus Jacobi divitias. « Erant ei, inquit Moses, pecora plurima, necnon boves, servi et ancillæ, cameli et asini. » Nam, ut docet Scriptura sacra, regnum cœlorum simile est verriculo jacto in mare, quod ex omni genere capturam facit [1]. Vocat enim servos ad libertatem animæ : illis, qui sunt sub lege, loco umbræ, donat veritatem, ipsosque quasi vivum sacrificium constituit. Profanum quoque genus suscipit, quod sub asinis et camelis insinuatur, dum profanos repurgat ab errore credendi multos esse deos,

[84] Isa. XI, 1. [85] Psal. XXII, 4. [86] Psal. CXLV, 8. [87] Jerem. I, 11, 12. [88] Psal. CXVII, 16. [89] Philipp II, 9. [90] Isa. I, 17. [91] II Cor. VI, 11, 12. [92] Psal. CXVIII, 96. [93] ibid. 32. [94] ibid. 45. [95] Isa. XII, 3. [96] Isa. XXVI, 18. [97] Isa. XL, 10, 11. [98] Psal. LXXVIII, 13. [99] Joan. XVII, 10. [1] Matth. XIII, 47.

eosque revera associat sanctorum choro. Iniquo autem animo ferente Labano cum suis filiis Jacobi felicitatem, Jacobus in patriam maturat profectionem Deo ipso præcipiente : « Revertere in terram patris tui, et ad genus tuum, » id est, ubi tu es natus, siculi postea id latius explicat Jacobus. Deus vocat Jacobum, Jacobus vocat uxores, unde magnum solatium adhibetur Ecclesiis, quas mundus propter Christum persequitur. Verum hoc illud solatium est : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui. Quia desideravit rex pulchritudinem tuam [2]. » Jacobus quoque injustitiæ crimine defert Labanum harum patrem : sic Christus injustitiæ accusat mundum, quod non fidem, quæ debetur Christo ut merces, affert. At omnia subjecta sunt Christo, cum Deus Pater ea ceperit, Filioque mancipaverit. **176** Proinde Filius ad Patrem ait : « Quos dedisti mihi e mundo, tui erant, et eos mihi dedisti [3]. » Hoc illud est, quod inquit : « Accepit Deus omnia pecora patris vestri, et dedit ea mihi. » Cæterum venerandæ Salvatoris sponsæ parato animo sequuntur vocantem, quasi ipsi sint a mundo venditæ. Nam non interveniente pecunia, sed suo sacrato cruore Ecclesias eruit Christus. Proinde sibi eas vindicat, et quasi divitias acquirit illas una cum liberis divino sermone. Scias tamen Labanum satis perspectum fuisse prudenti Jacobo, quod esset lætus et hilaris antequam ipse divitiis afflueret, licet id dissimularet. At filii animo superbo ista exprobrant petulantius.

Si quis vero hic ditescat separatus a suo genere, divitiasque bonis artibus reperiat, audiet in exitu : « Redi in terram patris tui. »

A Πλουτῶν δέ τις ἐνταῦθα κατὰ Θεὸν, ἔξω τῆς γενεᾶς αὐτοῦ ὑπάρχων, ἀκούσεται πρὸς τῇ ἐξόδῳ· « Ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν τοῦ πατρός σου. »

VERS. 13. *Ego sum*, profatur Deus, *qui visus tibi sum in loco Dei*, etc. Vides quem hoc loco angelum sonet? nempe magni consilii Angelum Filium Dei. Hic is erat, quem in scala conspexerat Jacobus dantem signum sui in terram descensus. Hic etiam postea colluctatur cum Jacobo : illumque et angelum et hominem ibidem vocat, ipse vero se nominat Deum. « Pater vester decepit me, » id est, inique mecum egit : quibus verbis incusat Labani inconstantiam, qua sæpius pacta conventa violavit, ut sequentia declarabunt : « Mutavit mercedem meam decem agnis. » Infra ipsus dicit ad Labanum : « Defraudasti mercedem meam decem agnis, » etc. ; quasi extenuans rem, ut qui etiam minima et vilissima illa inviderit. Aquilas reddit : *Decem numeros*. Symmachus vertit : *Numero decies*. At Hebræus sic legit : *Decies irrita fecit pacta cum Jacobo Labanus*, quia cernebat fetus, qui jure mercedis debebantur Jacobo, subinde fecundius nasci. Syrus inquit : *Mutavit mercedem meam decies ;* id est, sæpius. Dixit enim Labanus ad Jacobum : « Fetus maculis respersi et fusci tui erunt. » Deinde cum animadverteret tales in maxima nasci copia, promissis non stetit, et his dissimiles pollicetur fetus. Qua iniquitate et intemperie decies usus perhibetur. Quapropter inquit Deus : « Vidi quæ tibi fecerit Laban, » licet nihil alioqui fecisse dicatur Labanus, quo molestus esset Jacobo. Ait Jacob : « Quæ pactus est mihi dare. » Ubi pactus est? Noli esse molestus. Mos est Scripturæ, ut sæpius quædam, dum fiunt, non narret, sed suo loco per alia quædam illa explicet, ut patet in Lamecho, qui ait : *Interfeci*, etc., quamvis Scriptura sacra nullibi indicium ejus homicidii faciat. *Mutavit* pro *privavit* positum est.

VERS. 17. *Surgens autem Jacob accepit uxores suas*, » etc. Hinc proficiscitur Jacobus, quemadmodum Christus migravit e mundo cum sponsis et tota familia, dicens : « Surgite, eamus hinc [4]. » Sed profectionis modus non sensibilis, verum spiritualis est. Non enim loci fit permutatio, sed ita transformamur, ut qui hactenus sapuerimus ea, quæ sunt mundi, nunc sæculi præsentis delicias repudiantes, ea facere instituamus, quæ grata et accepta sunt Deo.

B Ἀποδιδράσκειν δεῖ ἀπὸ τοῦ χείρονος, λαμβάνειν δὲ παρ' αὐτοῦ τὰ χρήσιμα, ὡς Ἰακώβ.

« Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram quærimus, » Paulus testatur [5]. Alius vero sic docet : « Hortor vos, ut advenas et peregrinos, abstinete a carnalibus cupiditatibus [6]. » Et Paulus iterum inquit : « Ne conformes reddamini sæculo huic [7]. » Ne scilicet dum conformes mundo fieri studemus, Deum nobis inimicum capiamus. Quapropter concionatur Salvator : « Mundus vos odit [8]. » Cæterum mundum nos occidentem et persequentem inhibet Deus, edicens minitabundus : « Cave tibi, ne forte loquaris cum Jacobo mala. » Haud dissimilia dicit Abimelecho. Nam ad deteriores semper procedit per sanctos, ut et ad Balaam per Israelem. Objicit autem Labanus Jacobo crimen sacrilegii, ut qui ipsius surripuerit deos. Sed sublatio idolorum non erat opus Synagogæ Judæorum, nec eorum qui lege gubernabantur : sed Ecclesia sustulit idola et falso nominatos deos. Non enim Lea nec hujus ancillæ furto subtraxerant idola, sed Rachel id furtum commiserat. Ecclesia notat infamia, ut docet Isaiæ eloquium, idola : « Tolles e medio argentea et aurea simulacra, comminues et separabis ea ut aquam immundam, et ut stercus [9]. » At mundus non habens falso nomine appellatos deos, accurrit ad Christum, si Labanus fœdus pepigit cum Jacobo non repertis suis diis. Vinculum vero fœderis et **177** pacis firmiter duraturæ adhibetur, lapis scilicet angularis, pretiosus, qui cedit in caput anguli et in fundamenta Sion. Nam statua Jacobi typus est Christi. Coacervantur et alii lapides complures, qui quasi sub typo demonstrant apostolos et universum cœtum illorum qui in Christo justificati sunt. « Lapides enim

[2] Psal. XLIV, 12. [3] Joan. XVII, 6. [4] Joan. XIV, 31. [5] Hebr. XIII, 14. [6] I Petr. II, 11. [7] Rom. XII, 2. [8] Joan. XV, 18. [9] Isa. II, 20.

sancti (habet propheticus sermo) volvuntur super terra [10]. Nam discipuli Christi peragrarunt universum orbem, objicientes evangelicam lætitiam gentibus. Sed et ad eos, qui fide intercedente justificationem invenerunt, scribit Paulus : « Super quo et vos construamini in habitationem Dei in spiritu [11]. » Lapidum congeriem nuncupat Labanus collem testimonii. Sed Jacob eam vocat : « Collis testis, » omnia in Christum reducens, cujus illa typus erant. Ipse enim est caput et fundamentum omnium qui credunt. Christo autem servanti suos et educenti e mundi peccatis semper præsto sunt angeli ministrantes. Hæc angelorum castra speculatus est Jacobus. Nam ceu munitissimis castris undique circumdat angelus Domini pios, et eos liberabit ab omnibus malis. Scriptum enim est : « Angelis præcipiet de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis [12]. »

Ὡς αἰχμαλωτίδας, φωνὴ φαύλου, ταῦτα περὶ τῶν ὠφελουμένων νομίζοντος· οὕτω καὶ πολλοὶ πεπιστευκότων πατέρες. A

Vers. 26. *Ut captivas*, etc. Vox hæc malum redarguit hominem. Quomodo namque non malus foret, cum impie admodum sentiat de his, qui ipsi plurimum profuere? Sic et multi eorum, qui crediderunt patres.

Παρ' ᾧ ἐὰν εὕρῃς τοὺς θεούς σου, οὐ ζήσεται ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰωνάθαν ὁ Σαούλ· καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσὴφ περὶ τοῦ κλέψαντος τὸ κόνδυ. Τοῦτο δὲ ἔδοξεν εἶναι ἀπειλῆς καὶ ὅρου· τὸ δὲ ἀληθὲς, προῤῥήσεως ἦν· ἐπειδὴ ἤμελλεν ἡ Ῥαχὴλ ἀποθνήσκειν ἐν τῷ τίκτειν τὸν Βενιαμίν.

Vers. 32. *Apud quem inveneris deos tuos, non vivet coram fratribus nostris*, etc. Similis locutio hæc illi, qua Saulus usus est in Jonatham : et illi, qua usi sunt fratres Josephi cum poculum surreptum ipsis imputaretur. Cæterum verba Jacobi cum comminatione pronuntiata sunt, et quasi definierunt supplicium, quo fur ille afficiendus esset. Rachel enim, quæ id furtum commiserat, tandem mortua est cum pareret Benjamin.

Postquam excusavit crimina quæ objiciebantur ipsi, et evidenter comprobavit se nullam injuriam fecisse Labano, ira utitur consultore et judice. Quare non imitatus est cæteros mortales, qui iracundia ardent antequam crimina, quorum accusantur, diluant : adeo nequeunt resistere tentationi.

Vers. 38. *Oves tuæ et capræ tuæ non fuerunt steriles*, etc. Huic haud dissimile fertur illud Christi dictum : « Omnes, quos dedisti mihi, conservavi, et nullus ex iis periit [13]. » Hæc vox convenit episcopis sanctis, ut sint imitatores Christi, quemadmodum et illa vox iisdem congruit. « Arietes ovium tuarum non comedi. » Hæc historia docet, pastoris esse quasi peculiarem virtutem, ut magna utatur dicendi libertate. Edant igitur fetus spirituales, quotquot sunt in gregibus ovium et caprarum. Nec devoremus divites, qui sunt in grege.

Αἱ θυγατέρες, θυγατέρες μου. Λάβαν ἴδια λέγει τὰ τοῦ Ἰακὼβ, ψευδόμενος. Οὐκ ἂν δὲ Ἰακὼβ εἶπεν αὐτὰ εἶναι τοῦ Λάβαν. Διὸ θαῤῥῶν ὡς μηδὲν ἐπαγόμενος τῶν τοῦ Λάβαν, φησίν· « Ἐπίγνωθι τί ἐστι τῶν σῶν παρ' ἐμοί. » — « Καὶ τὰ κτήνη, κτήνη μου· » καίτοι προσεμαρτύρησεν ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐγένετο τὰ ἄσημα τοῦ Λάβαν, τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ἰακώβ. Ψεύδεται οὖν τὰ ἐπίσημα λέγων ἑαυτοῦ εἶναι. « Καὶ πάντα ὅσα σὺ ὁρᾷς ἐμά ἐστιν. » Ἀξίως τοῦ Ἰακὼβ νοῶν, ὅσα ἑώρα ὁ πατριάρχης ἐν ὀπτασίαις, καὶ προφητείαις, καὶ γνώσεσι, καὶ σοφίᾳ, καταγελάσεται τοῦ Λάβαν λέγοντος, « Ὅσα σὺ ὁρᾷς ἐμά ἐστι. » B

Filiæ hæ filiæ meæ, etc. Labanus mentitur dum sua esse dicit, quæ erant Jacobi. Quapropter Jacobus ingenue et libere ejus mendacium redarguit, ostendens, se nihil ipsi abstulisse. Hæc autem sunt verba, quibus reprehendit eum : « Cognosce, quid de tuis bonis sit mecum. » — « Et pecora, pecora mea, » etc. Satis supra edocuit Scriptura, quæ carerent maculis, subesse dominio Labani : maculis distincta pertinere ad Jacobum. Mentitur itaque dum maculis signata sua esse fatetur. « Et omnia quæ vides mea sunt, » etc. Si quis digne, quemadmodum patriarcha, illa perspiciat, quæ ipse vidit in somniis, et prophetiis et cæteris cognitionibus, profecto contemnet et irridebit Labanum, illa omnia sibi vindicantem, cum dicit : « Omnia quæ vides mea sunt. »

Ὃν ἐφοβήθη Ἰσαὰκ φόβον πρὸς Θεὸν, τοῦτον καὶ Ἰακὼβ αὐχεῖ πεφοβῆσθαι. Καὶ κάτω δέ φησιν· ὅτι ὤμοσεν Ἰακὼβ κατὰ τοῦ φόβου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Vers. 42. *Et timor Isaac erat mihi*, etc. At quis ille timor erat Isaac? nempe is quo timuit Deum. Hunc et se diligenter observasse gloriatur Jacobus. Infra quoque legitur : quia juravit Jacob per timorem patris sui. C

Et laborem manuum mearum vidit Deus, et redarguit te heri, etc., scilicet cum tibi dormienti obversaretur. — « Comportate lapides, » etc. In Ecclesiaste scriptum est : « Tempus est jactandi lapides, et tempus est congregandi lapides [14]. » Lapides vero comportantur ex præcepto Jacobi, qui Christi typus erat, ut ædificium consummetur in fundamento apostolorum et prophetarum ex vivis lapidibus posito

[10] Zachar. IX, 16. [11] Ephes. II, 22. [12] Psal. XC, 11. [13] Joan. XVII, 12. [14] Eccle. III, 5.

angulari lapide Jesu Christo Domino nostro. In hunc modum ædificanda erit domus spiritualis, sacerdotium sanctum, quando impletur illud, quod ab Isaia prædictum est : « Ille exstruet urbem meam [15]. »

Verum fratres Christi, id est apostoli ad id ordinati, colligunt lapides, exsequentes illud prophetæ præceptum. « Accipite vobiscum sermones multos, **178** et convertite ad Dominum [16]. »

Si quis vero conferat lapides collectos, de quibus modo disseruimus, et ex quibus constructus est tumulus : si, inquam, quis conferat cœlesti et spirituali ædificio, et his, quæ in Ecclesiis ubique actitata et annuntiata sunt, sive spectes potum vel cibum, cognoscet profecto quomodo congesti sunt lapides, et constructus collis, supra quo curaverunt corpora.

A Συλλέγουσι λίθους ἀδελφοὶ Χριστοῦ ἀπόστολοι, καὶ οἱ τετάγμενοι, νοήσαντες καὶ ποιήσαντες τὴν λέγουσαν ἐν τῷ προφήτῃ ἐντολήν· « Λάβετε μεθ' ἑαυτῶν λόγους πολλοὺς, καὶ ἐπιστρέψατε πρὸς Κύριον. »

Εἰ δέ τις συμβάλοι, μετὰ τὸ συναχθῆναι τοὺς προειρημένους λίθους τὸν ἐξ αὐτῶν βουνὸν τῇ ἐν οὐρανοῖς οἰκοδομῇ, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἐπαγγελλόμενα ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐν ἐδωδίμοις καὶ ποτίμοις λόγοις, εἴσεται πῶς τε συνελέγησαν οἱ λίθοι, καὶ ἐγένετο βουνὸς, καὶ ἔφαγον ἐκεῖ ἐπὶ τοὺς βουνούς.

Quid faciam his hodie? Si te, inquit, *læsero aliquo modo, et mihi incommodavero.*

Ecce nemo nobiscum est, etc., *alienus*. Supra enim intelleximus : « Statuit Labanus fratres suos seorsim in monte Galaad. »

Collis testis, etc. Hebræi tradunt Syriacum nomen Labanum dedisse colli, et Jacobum Hebraicum. Quapropter bifariam exponitur, modica facta mutatione. Ea autem ratione dicitur : « collis testis, » etc., qua supra dictum audivimus : « Arbor scientiæ boni et mali [17]. »

Et visio, quam vidi, inspiciat Deus inter me et te, etc. Videtur sane hoc loco parum congruenter invecta esse mentio visionis, de qua Jacob sermocinatur. Quæ enim, quæ huic orationi subserviat, exstat visio? Fortassis prophetico more observavit mysterium sui et Labani, et retulit orationem ad eum, cujus symbolum perhibebatur Labanus, et ad Dominum, cujus typus erat Jacobus. Nisi forte in hunc sensum loquatur. Somnium, in quo visus Deus, dixit : « Cave tibi, ne cum Jacobo loquaris mala. » Hoc, inquam, somnium et hæc visio, satis sufficiens testimonium est inter me et inter te.

B *Ἰδοὺ οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστιν, ἀλλότριος*, φησίν. Εἶπε γὰρ ἄνω· « Λάβαν δὲ ἔστησε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἰδίᾳ ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ. »

Ὁ βουνὸς τῆς μαρτυρίας. Ἑβραῖοί φασιν, ὅτι ὁ μὲν Λάβαν, Συριστὶ ἐκάλεσεν αὐτόν· ὁ δὲ Ἰακὼβ, Ἑβραϊστί. Διὸ καὶ διssῶς ἑρμηνεύεται κατά τινα βραχεῖαν ἐναλλαγήν. Ἔστι δὲ ὡς « Τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, » καὶ τὸ, « βουνὸς μάρτυς. »

Καὶ ἡ ὅρασις ἣν εἶδον, ἐπίδοι ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Δόξει ἀπροσλόγως ἐνταῦθα ἡ ὅρασις παῤῥερίφθαι, ἣν εἶπεν (52) Ἰακώβ. Ποίαν γὰρ ὅρασιν, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ; Μήποτε οὖν ὡς προφήτης συνεῖδε τὸ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸν Λάβαν μυστήριον, ἀναφέρων τὸν λόγον ἐπὶ τὸν, οὗ σύμβολον ἦν
C ὁ Λάβαν, καὶ τὸν Κύριον, οὗ τύπον ἐπλήρου ὁ Ἰακώβ; Εἰ μὴ ἄρα τοῦτό φησι, καὶ τὸ ἐνύπνιον· ἐν τῷ, Ὀφθεὶς ὁ Θεὸς εἶπέ μοι· « Φύλαξαι τοῦ μὴ λαλῆσαι μετὰ Ἰακὼβ πονηρά. » Ἱκανὸν ὑπάρχει καὶ ἀξιόπιστον μαρτύριον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Et juravit Jacob per timorem patris sui Isaac. Jurans enim id, per quod jurat, Deum facit. Talis igitur erat is Dei timor Isaac, qualis erat illa gloriatio Corinthiorum, quam jurat Paulus. In hæc igitur verba juravit Jacobus : Hæc servabo constanter; testis sit timor patris mei Isaac, quo timuit Deum. Alioqui enim Salvator semper nobiscum est. Isaias ait : « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit tibi timor [18]. » Sed perpulchre jurat ei, qui timore Dei vacabat, per timorem patris sui, incusans ejus impietatem, ut qui non esset Dei metuens.

Ὥσπερ καὶ Παῦλος ὄμνυσι τὴν Κορινθίων καύχησιν. Εἶπεν οὖν Ἰακὼβ, Νὴ τὸν φόβον, ὃν ἐφοβήθη Ἰσαὰκ ὁ πατήρ μου τὸν Θεὸν, ἄλλως τε ὁ Σωτὴρ μεθ' ἡμῶν ἐστι. Καὶ Ἡσαΐας φησί; « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος. » Εὐλόγως δὲ τῷ ἀφόβῳ ὄμνυσι κατὰ τοῦ φόβου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἀφοβίαν.

VERS. 55. *Et conversus, abiit in locum suum.* Locus mali propter malitiam in propinquo est. Sed locus ejus, qui subinde quoad virtutem proficit, licet dissitus sit, non tamen bonus sicut malus in

D *Ἀναστὰς δὲ Λάβαν ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ*. Τοῦ διὰ προκοπῆς ὁδεύοντος ἐπειδὴ μακράν ἐστιν ὁ τόπος, διὰ τοῦτο οὐκ ἀπέρχεται μὲν ὡς ὁ φαῦλος εἰς τὸν τόπον ἑαυτοῦ· ἀγαπητὸν δὲ, εἰ εἰς

[15] Isa. XLV, 13. [16] Osee XIV, 3. [17] Gen. II, 17. [18] Isa. VIII, 13.

NOTÆ.

(52) Τὸ, εἶπεν, ὡς ἐπιδιορθώμενον, εἶδε, γράφει ὁ αὐτ. τῆς Αὐγ. κώδ.

τὴν γῆν ἑαυτοῦ. Ἥτις οἴσει αὐτόν ποτε ἐπὶ τὸν τόπον ἑαυτοῦ.

A suum locum proficiscitur. Utinam malus possit pervenire in suam regionem, quæ ipsum aliquando deferret in locum suum.

CAP. XXXII.

Is vero, qui per suam incedit viam, videlicet per eum, qui dicit : « Ego sum via [19], » etc., obvios habet angelos Dei.

Συναντῶσιν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ὡς ἀρχιστρατήγῳ δυνάμεως Κυρίου Χριστῷ, ἐν Ἰακὼβ τυπουμένῳ, παρεμβολὴ λεγόμενοι. Τήρει δὲ, ὅτι ἀπιὼν μὲν, ὄναρ ὁρᾷ τὴν κλίμακα καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ ποιμαίνων πάλιν ὁρᾷ ἀγγέλους, καὶ ἀκούει Θεοῦ· ἐπανιὼν δὲ, ὕπαρ βλέπει τὴν παρεμβολήν. Καὶ πάλιν, ὅτε οὐκ ἔτι συνῆν Λάβαν τῷ Ἰακὼβ, τότε συνήντησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Παρεμβολὴ δὲ λέγεται τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν τοῦ ἀλλοτρίου παρεμβολῶν, ὁποῖα τὰ πολλὰ δαιμόνια, τὰ ὡς ἐν παρεμβολῇ οἰκοῦντα τοῖς τάφοις.

Angeli autem occurrunt : ut summo imperatori virtutum Domini Christo, quem in typo nobis repræsentat Jacobus. Illi angeli dicuntur castra Dei. Verum diligenter attende; cum iter faceret in Mesopotamiam, vidit in somno scalas in cœlum surrectas et angelos; cum pasceret greges, denuo videt angelos, et audit Deum. Rediens vero in patriam conspicit castra. Deinde cum esset penitus separatus ab Labano, cernit occurrere sibi angelos Dei. Dei vero castra appellantur discretio- B tionis causa. Sunt enim et alia castra plurima, ut dæmonum et contrariarum potentiarum. Sic cernimus quasi in castris dæmones habitare in sepulcris.

Vide autem hoc loco aliud benedicendi genus. Nam deterior benedicit meliorem [20]. Citra omnem etiam controversiam, id, quod deterius est, benedicitur a meliore. Quidam vero aiunt, castra illa apparuisse Jacobo, ne reformidaret Esauum fratrem, scilicet cogitando quod Dominus exercituum ipsum protegat, ejusque sit adjutor et auxiliator Deus Jacob. Quapropter inquit : « Excitare in occursum meum, et vide. » Hæc eadem causa assignant luctæ, qua colluctatus est usque ad matutinum tempus cum angelo. Castra vero hoc loco vocantur exercitus cœlestium virtutum, quibus præfectus est Michael archangelus, ut tueatur et gubernet populum Israel, quemadmodum patet ex Daniele. Præmisit Jacob nuntios ante se, etc., Jacobus ubique excellentior **179** habetur jure primogenituræ tutusque auxilio divino. Non tamen abnuit se insinuare fratri ejusque captare benevolentiam, dominum eum absque turpi adulatione vocans. Reipsa igitur illud divinæ Scripturæ oraculum explevit : « Quantum in vobis est, pacifice cum omnibus viventes [21]. » Et illud quoque : « Servum Domini, non oportet pugnare [22]. » Nam, ut habet proverbium, « responsum blandum mitigat iram [23]. » Sed non omnia accepto fert blandulæ illi insinuationi : convertitur ad preces, et Deo gratias agit, quem suorum bonorum confitetur auctorem, ob accepta beneficia. Ubique autem Jacobus illud salutare præceptum servare cognoscitur : « Quanto majores, tanto magis te humilia, et invenies gratiam apud Dominum [24]. » Pacem quoque omnibus anteponit bonis. In hunc modum Esaui iram et invidiam debellavit, ipsumque ad lacrymas, nec fictas, sed veras, compulit. Sic et Christus præter opinionem passus persecutionem inter Judæos, profugit peregre profectus in gentium regionem, dicens : « Reliqui hæreditatem meam, et deserui domum meam. Dedi dilectam animam meam in manus hostium. Facta est mihi hæreditas mea, ut leo in silva, emisit ad me vocem suam. Quapropter ego ipsam odi [25]. » Huic loco et ille congruit : « Abite, nuntiate fratribus meis, ut abeant in Galilæam : illic me videbunt [26]. » Cum itaque venisset in Galilæam, quemadmodum Jacobus in Charran, pavit oves Labani, id est mundi, qui idolorum servitute occupatus erat. Duplicem ibi construxit synagogam, et plurimos regeneravit per gratiam, ut adoptione fierent filii Dei. Affligitur a mundo et nobilibus mundi. Tandem interveniente divina gratia, ad pacem concordem conveniunt ex diversis studiis Christus et mundus, sicuti pax constituitur inter Jacobum et Labanum.

Et iterum in novissimis temporibus Israelem sibi junget Christus fœdere, scilicet persecutorum ad exemplum Jacobi et Esaui. Hoc per prophetam prædicavit : « Quapropter diebus multis sedebunt filii Israel absque rege, absque principe, absque sacrificio et altari, absque sacerdotio et absque manifestatione. Et postea convertentur Israelitæ, et inquirent Dominum Deum suum, et Davidem regem eorum. Et obstupescent in Domino et bonis ejus in extremo tempore [27]. » Nunc enim omnibus, qui sub lege sunt, carens, exspectat ab gentium vocatione redeuntem Christum, ut ipsis copuletur.

Vide quomodo gaudeat fecunda filiorum sobole sub exemplo multorum gregum. Jacobus revertitur ex Charran. Propter missos nuntios comiter excipitur a fratre Esauo. Hic iterum et illud notandum est, quod dicitur per prophetam : « Ecce ego mitto vobis Eliam Thesbiten, priusquam veniat dies Domini magnus et clarus. Hic convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum, ne veniens terram percutiam funditus [28]. » Ille reconciliabit Israelem Christo, pulso prisco odio. Offeretque hospitalia munera Christo, nempe spem non amplius in longa tempora dilatam. Gratia enim e vestigio sequetur venientem Christum e cœlis una cum sanctis angelis.

Δόξει ἐπίληπτος εἶναι ὁ φόβος τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλ'

C Videtur autem metus Jacobi fuisse admodum

[19] Joan. XIV, 6. [20] Hebr. VII, 7. [21] Rom. XII, 18. [22] II Tim. II, 24. [23] Prov. XV, 1. [24] Eccli. III, 20. [25] Jerem. XII, 7, 8. [26] Matth. XXVIII, 20. [27] Osee III, 4, 5. [28] Malach. IV, 5, 6.

vehemens. Verum si rem penitius aspiciamus, contrarium apparebit. Timebat enim, ne repente semen Abrahami intercideret in quo exspectabat, ut promissiones Dei eventum sortirentur. Præmisit vero nuntios Jacobus ad fratrem, ne fortassis Esauus existimaret ipsum adventare ut hostem, quod tanto tempore moratus esset inter alienigenas.

A οὐχ οὕτως. Ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ ἄρδην ἀπόληται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, ἐν ᾧ προσεδοκῶντο πληρωθήσεσθαι αἱ ἐπαγγελίαι. Προέπεμψε δὲ, καὶ ἵνα μὴ νομίσῃ τυχὸν, ὅτι παρ' ἀλλοφύλοις ἦν, ὡς ἐχθρῷ κατασκευάζων τῷ Ἠσαῦ.

Licet ut homo metuerit, attamen ut fidelis nequaquam sibi fuga consulere decrevit. Iter facit per omnia confisus Deo, Esauumque placat fretus temporis prolixitate, quæ odii vires imminueral. Viginti enim annis, præter dies quos in profectione assumpsit, exsulavit a patria et parentibus.

Nunc vocat Deum angelum, a quo acceperat: « Revertere in terram nativitatis tuæ, » etc., qui et ipse Deus erat Abraham et Isaac. Quamvis duo sint, quorum dicitur Deus, tamen Deus unus est [29]. Quod quidem monendi sumus propter similitudinem phrasis.

Θεὸν νῦν καλεῖ τὸν ἄγγελον τὸν εἰπόντα αὐτῷ· « Ἀπότρεχε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου. » Καὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντος Θεοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, ὡς περὶ δύω φησί. Καὶ σημειωτέον τοῦτο διὰ τὰ ὅμοια τῇ B φράσει.

Pro eo, quod scribit: « Sufficit mihi ab omni justitia, » etc., Aquilas vertit: *Elougatus sum supra omnes misericordia et omni veritate.* Verum illa verba sunt gratitudinem declarantis, ac si diceret: Satis mihi est, et abundat.

Ἀντὶ τοῦ, « Ἱκανοῦταί μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης. » Ἀκύλας ἐξέδωκε, *Μεμάκρυμαι παρὰ πάντας τοῦ ἐλέους, καὶ ἀπὸ πάσης ἀληθείας.* Ὡς εὐχαριστῶν δὲ λέγει· Ἱκανόν μοί ἐστι, καὶ γέμει μοι.

Intervallum fac inter gregem et gregem, etc. Sic duces militares facere solent, quando **180** incedit agmen, ne confundantur exercitus et turbentur ordines.

Καὶ διάστημα ποιεῖτε ἀνὰ μέσον ποίμνης καὶ ποίμνης. Ὡς οἱ ὁδοιποροῦντες στρατηγοὶ πρὸς τὸ τῶν στρατευμάτων ἀσύγχυτον.

Surgens vero nocte illa, accepit duas uxores, etc., usque ad eum locum, qui sic habet: *Ipse claudicabat altero femore.* Iabok Arabiæ fluvius est, qui hodie Jambyces appellatur. Quis vero fuit ille simul homo et Deus in Scriptura vocatus, qui cum Jacobo colluctatus est? Is nimirum fuit, qui « multifariam multisque modis locutus est patribus [30], » scilicet sacrosanctus Dei Sermo, qui est homo et Deus magnique consilii Angelus [31], quem conspexere sancti Dei homines, sicuti et is, qui inquit: « Quod erat ab initio, quod vidimus oculis nostris, et manus nostræ contrectarunt de sermone vitæ [32]. » Quem sermonem et vitam cum conspicatus esset Jacobus, exclamat: « Vidi enim Deum facie ad faciem, et salvata est anima mea. » Is tum visus est, et luctæ certamen cum eo subiit. Solus enim relictus est in altera ripa, nec dum transierat flumen, quod dicitur, si nomen interpreteris, *lucta*. Nam cum his, qui trajecerunt fluvium, non luctatur Christus suorum in numero ipsos reputans, et ut mundi victores ipsos coronans. Nomen autem torrenti est, *Lucta*. Quia regnum cœlorum violenter rapitur [33]. Et arcta nimis est porta, et stricta via quæ adducit ad vitam [34]. Præsagia autem hæc erant, qui ex Jacobo descendentes repudiarent baptismi gratiam, hostem forent habituri Christum Emmanuelem. « Qui enim non est mecum, is contra me est [35]. » Qui in nocte et ignorantiæ tenebris dimicant, inevitabiliter vincuntur. Inierunt enim consilium, ut testatur David, quod non possunt exsequi. Non illuminati sunt, nec lucis splendore fruuntur. Sed nec lucifer exortus est in cordibus eorum. Quapropter propheta vaticinatur: « Exspectantibus ipsis lumen, exortæ sunt tenebræ. Exspectantes eam, ambulaverunt in caligine [36]. » Hinc Paulus de fidelibus scribit: « Non sumus noctis neque tenebrarum, sed filii lucis, filii diei [37]. » Quod vero hi meliores fuerint, quam Judæi indociles, idem Paulus commonstrat, addens prædictis verbis: « Abjiciamus itaque opera tenebrarum et induamus opera lucis, et honeste quasi in luce ambulemus [38]. »

Judæi itaque in nocte ambulantes tenebris involuti, infirmati et victi sunt, cum nequirent erecti incedere. Et hoc illud est, quod ait: « Femur ejus emarcuit, » id est, illi, qui ex ipsius stirpe provenere, obtorpescentes claudicarunt. Nam femur designat semen, secundum quod adjuravit servum suum in Mesopotamiam profecturum Abrahamus. Huic concinit et illud oraculum: « Non deerit dux ex Juda, nec princeps ex femoribus ejus [39]. » Claudicaverunt igitur ab Jacobo geniti, sicuti Christus per Davidem enarravit: « Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni consenuerunt, et exorbitaverunt claudicantes [40]. » Ideo Paulus præcipit: « Remissas manus et soluta genua surrigite, et semitas rectas facite pedibus vestris, ne claudicatio subinde augeatur, sed potius sanetur [41]. » Cæterum claudicatio pristinam valetudinem recuperat per fidem in Christum et charitatem. Qui has virtutes imis animis recondunt, diluculum verum veramque lucem habent: quibus nec amplius reluctatur Christus, utpote in luce versantibus. Hoc docetur per ista verba: « Dimitte me, aurora enim ascendit. » Hi quoque dicunt: « O Deus,

[29] Deut. vi, 4. [30] Hebr. i, 1. [31] Isa. ix, 6 sec. LXX. [32] I Joan. i, 1. [33] Matth. xi, 12. [34] Matth. vii, 14. [35] Luc. xi, 23. [36] Isa. lix, 9. [37] I Thess. v, 5. [38] Rom. xiii, 12. [39] Gen. xlix, 10. [40] Psal. xvii, 46. [41] Hebr. xii, 12.

Deus meus, ad te diluculo accedo [43]. » Et hoc : « Mane audies vocem meam. Mane coram te apparebo, et videbis me [43]. » Docet vero brevibus Jacobum, ut se teneret et salutem posceret. Quid enim obstabat quo minus victor abiisset? aut quo modo victus Jacobum ne iret, inhibere potuisset? Quapropter Jacobus justus præsentiens ejus animum, petit benedictionem, cognito quisnam ille esset. Huic astipulatur illud ad Mosen dictum : « Sine me, delebo eos, et te faciam in gentem magnam [44]. » Moses sentiens bonitatem Dei servare volentis, respondet : « Remitte eis peccatum. Sin minus, et me expunge vitæ libro, quem scripsisti [45]. » Benedicit vero Jacobum mutando ex alio in aliud nomen, faciensque e practico speculativum : eumque, qui olim fuerat supplantator et fortis, facit videre Deum. Israel enim, si nomen explicetur, significat *mentem* quæ Deum cernit. Cognovit enim tandem Israel, cui primo non **181** obtemperasset.

Quamvis initio non omnes crediderint, attamen reliquiæ secundum electionem gratiæ, secundum tenorem Scripturæ [46], scilicet discipuli, et quotquot eorum doctrinæ fidem habuerunt, qui fuerant supplantatores et in lege firmi, salutem sunt consecuti. Nam cum essent irreprehensibiles in justificationibus legis, Christi cognitionem sumpsere, quam cognoverunt præstantiorem et potiorem esse cultu legali. Nam per quemdam prophetam loquitur Deus : « Misericordiam volo, non sacrificium [47]; » cognitionem Dei magis quam holocausta. Idcirco Paulus, cum esset inculpabilis quoad legis justitiam, id existimavit damnum propter excellentiam cognitionis Christi. Timotheo imperat : Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio parum conducit. At pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis et futuræ [48]. » Imo et Christus inquit : « Hæc est æterna vita, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum [49]. » Is apud Deum hominesque plurimum poterit. Nam animi potentis et vincentis est cognoscere Deum, licet in speculo et ænigmate nunc videat. Nam transilit carnalia, qui ad Deum festinat. Nec tamen suum nomen indicat Jacobo Deus. Omne enim nomen revera significat rei substantiam et naturam. Cæterum Dei natura a terrenis comprehendi nequit, sicuti sensibilia a Deo creata. Proinde nullum eorum nominum, quibus appellatur, ejus substantiam significat, sed saltem quasdam operationes ejus erga nos commonstrant. Sic nominatur : Exsistens vel(ficto nomine) Esto. Nam ex ipso entia omnia derivantur. Lux, vita, potentia et virtus nuncupatur, ut qui illorum sit elargitor. Sic vocatur unigenitus, character, et splendor Patris, scilicet ut ex humanis vocabulis aliquam ejus venemur notitiam. Appellatur et misericordia, justitia, redemptio : quia nostri miseretur, nos redemit, nos justificat, nostræque saluti consulit. Jacobus, comperto quod nullum nomen Dei exprimat substantiam, nec sit nomen aliquod peculiare Deo, sicuti homini, locum, in quo illa contigerant vocat : « Figuram Dei. » Proinde et David canit : « Domine Dominus noster, quam mirabile est nomen tuum in universa terra [50]. » Quod de se dictum ait Christus, cum sacram linguam in hæc, quæ sequuntur, resolveret verba : « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem [51]. »

Vidi, inquit, *Deum facie ad faciem*. Hinc comprobatur possibile esse ut homo conspiciat Deum, sed eo modo, quo ipse se videndum offert. Siquidem in Exodo ad Mosen profatur Deus : « Nemo videbit faciem meam, et vivet [52]. » Si vero Jacobus, postquam vidit Deum, vixit, id Dei beneficium esse constat, sicut et in Gedeone acciderat. Exorto sole, narrat, evanuit forma Dei. Ipsus vero violato femoris nervo, claudicavit. Illuminatis enim Judæis cessatum est a lucta ; et in cœlos ascendit Christus. Verum Israelitarum claudicatio non sublata est. Quod vero in universum claudicant, nec recto corpore incedunt, fit ex eo, quod parum Deo obsequuntur. Quidam, ut ex docto quodam viro accepimus, profitentur cum Jacobo concertasse diabolum in specie Esau volentem devincere ipsum. Cæterum ab Jacobo stetisse angelum auxiliarem, ob cujus auxilium nihil diabolus quiverit efficere. Ne igitur putaret Jacobus propria virtute, multo externo auxilio adjutus, se debellasse (quod absurdum fuisset) adversarium : sed ut cognosceret angeli præsentiam, tactus est nervus. Quo contacto, claudicatio insecuta est. Cæterum præsens locus, cum nonnihil obscuritatis habeat, sic explanatur.

Et certabat angelus cum eo usque ad ascensum auroræ, id est, angelus auxiliator. Nam utuntur nomine viri quoque in angelis. « Et vidit quod non prævaleret ei : » id est, Jacobus vidit quod non prævaleret ei diabolus. Et tetigit femur ejus angelus volens seipsum significare præsentem. Cujus præsentiam ut animadvertit Jacobus, non prius eum dimisit, quam præter victoriam etiam parta benedictione. Quod vero scribitur : « Vidit quod non prævaleret ei, » etc., non caret amphibologia. Quis enim vidit? et quis non prævaluit? Si homo scivit quod nihil posset adversus **182** Jacobum, non Christus homo tetigit femur Jacobi. Si vero homo scivit quod non posset Jacobus quidquam adversus ipsum, potest esse Christus. Quidam existimant angelum nec Deum, ut arbitratus est Jacobus, cum illo esse collectatum. Nam postea infert : « Angelus, qui liberavit me ex juventute mea. » Norat quidem, quod angelus erat colluctator. Nec tamen ignorabat Deum per angelum operari. Igitur, ut quidam objiciunt, discedere nequibat, nisi diceret : « Dimitte me. » Occasionem dat dicendi ea, quæ postea dicta sunt. Avebat enim Jacobus illa proloqui, verum cunctatus est parumper. Accepta autem confidentia, benedictionem petit.

[42] Psal. LVI, 9. [43] Psal. V, 4, 5. [44] Exod. XXXII, 10. [45] ibid. 32. [46] Isa. X, 21; Rom. IX, 27. [47] Osee VI, 6. [48] I Tim. IV, 7, 8. [49] Joan. XVII, 3. [50] Psal. VIII, 2 [51] Psal. VIII, 3; Matth. XXI, 16. [52] Exod. XXXIII, 20.

Ob hanc fidem invenit nomen Israel, ut qui contueretur Deum. « Deum enim nemo vidit unquam. Imo et alio in loco, cum deos Labani una cum inauribus obruisset humo, Jacobus audit : « Israel erit nomen tuum. » Ecce ob pietatem inaures, licet harum materia pretiosa foret, Jacobus abominatus est, quas una cum idolis opacæ commisit telluri. Inaurium enim recordata est Scriptura, ut puritatem et sinceritatem religionis Jacobi significaret. Percontatus vero est Jacob, et dixit : « Nuntia mihi nomen tuum. » Non de angelo, ut, qui interrogaverit, Scriptura loquitur. Sed inquit : « Quod tuum est nomen ? » Jacobus petit sibi nomen ejus significari. Que pacto enim ignorasset angelus nomen Jacobi, cum pateat auctoritate Scripturæ, angelum sæpius inclamasse nomen Jacobi. Certamine luctæ propterea congressus est angelus cum Jacobo, ut inde audacior et animosior redderetur minus formidando Esavum, quem maxime metuebat. Ideo subjicit : « Quia valuisti contra Deum, valebis et adversus homines. » Hominem nominat angelum. Quia sub humana specie visus erat. Deum vero appellat ob Dei præceptum, quod apportabat et annuntiabat. Sic legimus et Mosen vocitatum esse Deum Pharaonis[54]. Sed Aaron erat intermedius ut propheta. Moses enim cum esset voce gracili, utebatur Aarone uti propheta, qui a Mose accepta nuntiabat Pharaoni. Proinde prophetæ loco Aaronem habuit Moses. Ipsus vero erat Pharaoni loco Dei per prophetam Aaronem Numinis voluntatem explicans Pharaoni. Quantum autem conjicere licet ex præsenti loco, apparet Jacobum in ambiguo fuisse, an hostili vel pacato animo adventaret Esauus. Proinde cum transmisisset in alteram ripam omnia sua, solus ipse in citeriore ripa stetit, intentus, si pacatus occurreret frater, ut celeriter ad suos, quod in proclivi erat, transiret. Sin vero hostiliter obviam procederet, voluit, ut in se expleret et satiaret iram, a quo fuerat læsus : et inviolatas dimitteret uxores una cum liberis.

VERS. 32. *Propterea non edunt filii Israel nervum, qui obtorpuit*, etc. Non propterea abstinent nervo, quod is emarcuerit. Sed ob id ejus esum in vetitis habent, quod is nervum tetigerat, qui apparuerat in humana specie : ut semper meminerint, quod Deus in humana specie luctatus sit cum Jacobo ; nec in posterum diffiderent audientes eumdem in novissimis temporibus esse incarnatum, ut humanum genus ab æterno conservaret exitio. Nam difficulter excessus ab mortalibus creduntur, nisi certissima veritatis exstent vestigia.

A *Ἕνεκεν τούτου οὐ μὴ φάγωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον, ὃ ἐνάρκησεν.* Οὐχ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐνάρκησεν ὁ μηρὸς τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἥψατο ὁ ὀφθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἵνα διὰ παντὸς μεμνημένοι, ὅτι Θεὸς ὡς ἄνθρωπος ἐπάλαισε τῷ Ἰακὼβ, ὅταν ἴδωσι τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων, ἐρχόμενον σῶσαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, μὴ ἀπιστήσωσι. Φιλεῖ γὰρ ἀπιστεῖσθαι τὰ τῶν ὑπερβολῶν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἐὰν μὴ τῆς οἰκείας ἀληθείας ὕστερον ἴχνος καταλιμπάνῃ.

CAP. XXXIII.

VERS. 10. *Quasi viderim vultum Dei*. Propterea namque septies adoravit eum, quasi coram Deo in genua procumberet.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Ὡς ἂν εἴ τις ἴδοι πρόσωπον Θεοῦ. Ἑπτάκις γὰρ προσεκύνησεν, ὡς ἐνώπιον Θεοῦ.

B

VERS. 14. *Donec venero ad dominum meum in Seir*, etc. Jacobus cum festinaret ad patrem, ne iterum invidiæ causam præberet fratri, ut qui patri futurus esset gratior et acceptior, quod facere decrevit, silentio præterit : quod vero non facit, admodum prudenter sermone prætendit.

Πρὸς τὸν πατέρα βουλόμενος ὁρμῆσαι ὁ Ἰακὼβ, ἵνα μὴ πάλιν πρὸς φθόνον κινήσῃ τὸν ἀδελφὸν (53), σιωπᾷ μὲν ὃ βούλεται, λέγει δὲ ὃ μὴ πράττει, πάνυ σοφῶς.

Sic Abrahamus, volens immolare Isaacum, inquit ad pueros vel servos, quos rem totam celare instituerat **183** : « Manete hic. » Ego et puer, ubi adoraverimus, huc revertemur[55]. » Nec tamen exspectabat se una cum filio rediturum, licet id præter spem tandem evenerit. Ille vero respondit.

Pueros, ob quos mei misertus est Deus, etc. Aquila interpretatus est : *Quod dedit Deus servo tuo.* Symmachus : *Quos donavit.*

Τὰ παιδία, οἷς ἠλέησέ με ὁ Θεός· ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν, *Ἃ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς τῷ παιδί σου·* Σύμμαχος δὲ, *Ἃ ἐδωρήσατο.*

VERS. 17. *Jacobus proficiscitur in Succhot*, etc. Symmachus exponit Succhot *tabernacula*. Jacobus, aiunt, ex Mesopotamia postliminio reversus habitationem suam extendit a mari mortuo Scythopolim usque et Dadanim, et usque ad silvam Acrabith. Inde misit parentibus suis munera, quæ elegit de omnibus suis bonis. Cum vidisset Deum, cœpit habitare in tabernaculis ut peregrinus et advena in hoc

[53] Joan. I, 18. [54] Exod. VII, 1. [55] Gen. XXII, 5.

NOTÆ.

(53) Φθόνου δίκην παράσχῃ τῷ ἀδελφῷ, ὡς μέλλοντι παρευδοκιμεῖσθαι, σιωπᾷ, κ. τ. λ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

mundo, sicuti alicubi testatur David : « Remitte mihi, quia peregrinus ego sum et advena quemadmodum omnes patres mei[56]. » Sic Paulus scribit perfectis : « Non habemus hic manentem civitatem; sed futuram inquirimus[57]. »

Καὶ ἐκάλεσε τὸν Θεὸν Ἰσραήλ. Ἐν πρώτοις Θεὸν Ἰσραήλ. A

VERS. 20. *Et invocavit Deum Israel*, etc. Præcipue implorat auxilium Dei Israel, præter quem non est Deus alius.

CAP. XXXIV.

VERS. 1, 2. *Egressa est autem Dina filia Leæ, quam peperit ipsi Jacob, ut videret filias illius terræ. Quam ut vidit Sichem, filius Hæmor Hivei, principis illius terræ, tulit eam, et dormiens cum ea*, etc. Venit et in Salem urbem Sichimorum, etc. Hinc egreditur Dina visum regionis virgines, sicuti solent se mutuo visitare æquales virgines. Sed Emoris filius Sichem intendit animæ Dinæ, id est amavit eam.

Καὶ ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου, τουτέστι τὰ ἀρεστὰ αὐτῆς· ὡς εἶναι δηλονότι, Οὐχ ἄκουσαν ἐβιάσατο, ἀλλὰ θέλουσαν ἔφθειρε. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς βδελυξάμενος αὐτῆς τὸ εὐχερὲς, οὐ προέστη αὐτῆς καθάπερ τῆς Σάῤῥας καὶ τῆς Ῥεβέκκας.

VERS. 3. *Locutus ad animum virginis*; id est, solatia et blanditias adhibuit animum ejus consolando. Vel ea dixit, quæ scivit puellæ fore gratissima : unde liquet, quod non invitam, nec per vim, sed quasi consentientem oppresserat. Quapropter Deus exosus ejus in libidinem proclive ingenium, non ipsi adfuit ut Saræ et Rebeccæ a Pharaone et Abimelecho adamatis.

Dina vitiata est ubi primum exivit paterno tabernaculo. Quapropter fidelis anima diligenter caveat, ne egrediatur domo Dei. Alioqui polluetur et contaminabitur peregrinis religionibus, quæ corrumpunt animas nostras. « Rem enim, inquit David, unam expetivi a Domino[58], » etc. Si vero evenerit alicui fideli, ut seduceretur perversa religione ubi deseruisset domum Dei, non decet nos occidere illos, qui deceperunt, etiamsi fuerimus sacerdotes, ut Levi, vel subditi, ut Simeon. Hoc enim nomen, si exponas significat *obedientiam*. Meminisse nos oportet ejus, qui dixit ad Petrum : « Converte gladium tuum[59], etc. Opera quoque danda est, ne Christus ad nos loquatur, sic uti ad filios suos locutum esse constat Jacobum : « Invisum me fecistis, ut malus appaream habitantibus terram. » Forti animo in tribulationibus perdurandum est, benedicendum maledicentibus : patientes nos esse oportet in quavis tribulatione, nec minas ingerere. Causam nostram referamus ad Deum ; illi vindictam, et retribuet, juste judicando. Cæterum hoc enormius flagitium et piaculum est, si pœnitentes odio insectemur ad exemplum Levi, qui debacchatus est in Sichimitas, qui jam susceperant tesseram, ut essent sub iisdem sacris et religione cum Israelitis, scilicet circumcisionem.

Τὸ Παλαιστιναῖον (54) οὐκ ἔχει, « υἱὸς Ἐμμὼρ, » B ἀλλ' « Ἐμμὼρ » μόνον· ὑπαινιττόμενον, ὅτι πρὸς τῷ υἱῷ καὶ ὁ πατὴρ ἐμίανε τὴν παρθένον (55), καὶ αὐτῆς τῆς Γραφῆς πληθυντικῶς τὸν μιασμὸν ἐμφαινούσης. « Καὶ ἐμίαναν αὐτὴν, » φησί.

VERS. 5. *Jacob vero audivit, quod polluisset filius Hæmor, Dinam*, etc. Hebraicum exemplar non habet : filius Hæmor, sed sola dictio, Hæmor, in Hebræo ponitur. Unde conjectare possumus non filium solum, sed et patrem cum Dina concubuisse, quod quidem gravissimum piaculum censebatur. Huic sensui videtur congruere, quod infra dictum est : « Responderunt filii Jacob Sychem et Hæmor, et collocuti sunt cum illis dolo, quia polluerant sororem ipsorum ? »

Ecce ibidem ponitur pluralis numerus, quasi uterque **184** objecerint fucum virgini. Et iterum : « Num ut scorto utentur sorore nostra? »

Ὡς δὲ ἤκουσαν, κατενύγησαν· τουτέστιν ἥψατο αὐτῶν. Καὶ « Οὐχ οὕτως ἔσται, » οὐ προβήσεται αὐτοῖς ὁ σκοπὸς αὐτῶν.

Ut audierunt, tristitia affecti sunt, id est, rei indignitas ipsos permovit. « Non sic erit, » id est, nequaquam succedet, quod proposuere.

Καὶ περιετέμνοντο. Οὐδὲν ὠφέλησεν αὐτοὺς ἡ περιτομή. Οὐ γὰρ θεοσεβείας ἕνεκεν περιετμήθησαν. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄρχοντες, ἡδονῆς χάριν· οἱ δὲ ὑπήκοοι, διὰ φόβον. Ἄλλως τε καὶ τύπος ἦν τὰ γι-

Et circumcidebantur, etc. Quidam aiunt ipsis propterea non profuisse circumcisionem, quod non religionis gratia, sed principes ob voluptatem, subditi metu, circumcisionis signaculum suscepe-

[56] Psal. XXXVIII, 13. [57] Hebr. XIII, 14. [58] Psal. XXVI, 4. [59] Matth. XXVI, 52.

NOTÆ.

(54) Τὸ Παλαιστῖνον. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(55) Ἀντὶ τῶν ἑξῆς ὁ αὐτ. κώδ. τάδε ἔχει· « Ὅπερ ἦν ἀσεβέστατον. Καί μοι δοκεῖ τούτῳ συναγωνίζεσθαι τὸ κάτω εἰρημένον· Ἀπεκρίθησαν οἱ υἱοὶ Ἰακὼβ τῷ Συχὲμ, καὶ ἐλάλησαν αὐτοῖς μετὰ δόλου, ὅτι ἐμίαναν τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν. Πληθυντικῶς γὰρ εἶπε. Καὶ πάλιν, Ἀλλ' ὡσεὶ πόρνῃ χρήσονται τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ; »

runt. Verum ista sunt typus excidii Hierosolymitani, quod postmodum accidit.

A νόμενα τῆς ὕστερον πάντων τῶν Παλαιστίνων ἀπωλείας.

At filii Jacob irruere in saucios, etc. Scilicet omnes filii Jacobi.

Verumtamen Jacobus deinde indignatur ob crudele illud facinus. Existimabat enim illos, quia recepissent circumcisionem in gratiam regis, religiose victuros.

Ἠγανάκτησε δὲ Ἰακὼβ περὶ αὐτῶν. Ἐνόμιζε γὰρ αὐτοὺς εὐσεβεῖν (56).

CAP. XXXV.

Vers. 2. *Amovete deos alienos*, etc. Auferte deos alienos, scilicet quos Rachel surripuit, et quos cepistis in destructione urbis Sichimitarum. Docet præsens exemplum veræ religionis asseclas, quo modo eundum sit in domum Domini, maxime eo tempore, quo lavamur baptismi sacro liquore. Quapropter ibi dicimus: « Indico tibi, o Satana, tuæque pompæ et omni tuo cultui bellum. » Vestitum quoque mutamus scilicet exuentes veterem hominem, et induimus novum, qui subinde renovatur ad imaginem ejus scilicet Dei, qui ipsum condidit. Etiam omnia carnis studia, sicuti inaures, deponimus.

Quod ait: « Surgentes ascendamus in Bethel, » etc. prophetia est vocationis gentium ascendentium in domum Dei. Id enim portenditur sub vocabulo *Bethel*.

B Τό· « Ἀναστάντες ἀναβῶμεν εἰς Βαιθὴλ, » προφητεία τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, ἀνιόντων εἰς οἶκον Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Βαιθήλ*.

Illic cognoscemus lapidem electum, qui factus est in caput anguli, nempe Christum. Videbimus vero hunc unctum a patre ad lætitiam et exsultationem omnibus, qui sunt sub cœlo.

Vers. 16. *Ultra turrim Gadar*, etc. Non continuo fortassis in eum locum migravit, sed intercedente aliquanto temporis spatio. Deus enim præceperat, ut moraretur in Bethel.

Ἐπέκεινα τοῦ πύργου Γαδέρ. Οὐκ εὐθέως τυχὸν, ἀλλὰ μετὰ χρόνον. Ὁ γὰρ Θεὸς εἶπεν αὐτῷ οἰκῆσαι ἐν Βαιθήλ.

Vers. 18. *Vocavit vero Rachel nomen filii sui, Filius doloris mei. Cæterum Pater nominavit eum Benjamin.* Paulus, cum prius persecutus esset Ecclesiam, postea factus est filius potens. Benjamin enim sonat *filium virtutum*. Sed Symmachus reddidit: *Filius dextræ*.

Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Υἱὸς ὀδύνης μου· ὁ δὲ πατὴρ ἐκάλεσεν αὐτὸν Βενιαμίν. Ὁ μακάριος Παῦλος πρότερον μὲν πορθῶν τὴν Ἐκκλησίαν υἱὸς ὀδύνης ἦν, ὕστερον δὲ γέγονεν *υἱὸς δυνάμεων* (57).

Vers. 22. *Hi filii nati sunt Jacob in Mesopotamia Syriæ*, etc. His connumeratur et Benjamin, qui, quamvis non in Mesopotamia, sed in Ephrata foret natus, attamen in Mesopotamia satus et conceptus erat.

C Συναριθμεῖ καὶ τὸν Βενιαμὶν μετὰ τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ. Σπαρεὶς γὰρ ἦν ἤδη ἐκεῖσε.

CAP. XXXVI.

Vers. 8. *Et habitavit Esau in monte Seir*, etc. Ex prædictis videre est Esauum ante adventum Jacobi, habitasse in monte Seir. Sed quare nunc legitur: « Abiit in montem Seir? » Fortassis domicilium habuit in monte Seir, nec tamen per omnia ibi habitabat ob patrem, apud quem plerumque conversabatur. Cæterum ubi advenisset ex peregrino orbe Jacobus, alio domicilium transtulit.

Ὤκησε δὲ Ἠσαῦ ἐν τῷ ὄρει Σηείρ. Φαίνεται Ἠσαῦ πρὶν τὸν Ἰακὼβ ἐπανελθεῖν οἰκῶν ἐν ὄρει Σηείρ. Πῶς οὖν νῦν, « Ἀναχωρεῖ εἰς τὸ ὄρος Σηείρ; » Ἢ ᾤκει μὲν ἐν Σηείρ, οὐ τέλεον δὲ διὰ τὸν πατέρα· ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰακὼβ, παντελῶς μετῳκίσθη.

Verum Scriptura aliter supra atque aliter hic uxores Esaui appellavit. Illic enim posuit Judi filiam
185 Beeri Chettæi: et Bassemath filiam Edom Evæi. Hic vero scripsit, Adan filiam Edom Chettæi et Elibaman filiam Ænan filii Sebegon Evæi: Et Bassemath filiam Ismaelis et sororem Nabæoth. Alicubi vero vocat filiam Ismaelis, Maelleth.

Vers. 20. *Filii Seir Chorræi*, etc. quos expulerunt filii Esau ad Petram sedes habentes. Verum Eusebius, in libro *De nominibus locorum* tradit, Ænan nunc esse desertum locum vastumque humano cultu inter Æliam et Diospolim: et fontem in eo scaturire, ad quem indigenæ venerati sunt idolum quoddam.

NOTÆ.

(56) Τοὺς πρὸς χάριν τοῦ βασιλέως περιτμηθέντας. Καὶ ταῦτα πρόκειται ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.
(57) Anonymi in Catena Lipsiensi.

Οὗτός ἐστιν Αὐνὰν, ὃς εὗρε τὸν Αἰαμὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ὁ Σύρος ἀντὶ τοῦ Αἰαμὶν, *Ὃς εὗρεν*, ἔχει, τὸ ὕδωρ. Ὁ δὲ Ἑβραῖος αὐτὸ σχεδὸν τὸ Αἰαμὶν, ὕδωρ, σημαίνει. Αὕτη γὰρ ἡ λέξις κατελείφθη, καὶ ὀλίγον παρηλλάγη.

Καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδὼμ, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι βασιλέα ἐν Ἰσραήλ. Ζητητέον ἀποπότε λέγει βασιλεῦσαι τοὺς βασιλέας ἐν τῇ Ἐδώμ. Ἆρα εὐθὺς μετὰ τὸν Ἐδώμ; ἀλλ' ὀκτὼ μόνους λέγει πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι βασιλέα ἐν Ἰσραὴλ, ἐν Ἐδὼμ βασιλεῦσαι. Πολλαὶ δὲ γενεαὶ ἀπὸ Ἡσαῦ, ἕως τοῦ βασιλεῦσαι βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ. Παρατηρητέον δὲ, διατί καταριθμεῖ τοὺς βασιλέας Ἐδὼμ ἕως ὅτε βασιλεὺς ἀνέστη ἐπὶ Ἰσραήλ. Ἆρα ὅτι ὁ Σαοὺλ πρῶτος βασιλεύσας, ἐξήλειψε τὸν Ἀμαλήκ; τί οὖν πρὸς τὰ ἄλλα ἔθνη τὰ ἐκ τοῦ Ἡσαῦ; τοῦ γὰρ Ἀμαλὴκ ἐξαλειφθέντος, τοῦ Ἐδὼμ ἔθνος μετὰ ταῦτα ἀναγέγραπται. Δῆλον δὲ, ὅτι τοὺς βασιλέας λέγει τοὺς ἕως τότε βασιλεύσαντας, ἕως ὅτε ἀνέστη βασιλεὺς ἐν Ἰσραήλ. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἦν δυνατὸν εὐθέως τοὺς ἐξ Ἰακὼβ πληθυνθῆναι, οὕτως οὐδὲ τοὺς ἐξ Ἡσαῦ. Βασιλέας δέ φησι τοὺς καθόλου. Οἱ γὰρ κατὰ μέρος ἡγεμόνες ἦσαν, καὶ τάχα τοὺς βασιλεῖς ἀριθμεῖται τοὺς ἐν γῇ Ἐδὼμ βασιλεύσαντας, ἀφ' οὗ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πληρώσαντες μ' ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐπέβαινον τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας. Καὶ γὰρ ὁ πρῶτος βασιλεὺς, Βαλὰκ εὑρίσκεται, καὶ ἴσως ὁ μετακαλεσάμενος Βαλαὰμ τὸν μάντιν καταράσασθαι τοὺς Ἰσραηλίτας. Πρὸς τὸ ἄνω δὲ εἴρηται· « Οὗτοι οἱ βασιλεῖς. » Ἔφη γὰρ ἤδη, Ὀκτὼ βασιλεῖς αὐτοκράτορες ἦσαν τοῦ σπέρματος Ἡσαῦ.

Ἐν ταῖς κατῳκοδομημέναις. Σημειωτέον τὸ, *Ἐν ταῖς κατῳκοδομημέναις πόλεσί τε*, τοπάρχαι, οὐ βασιλεῖς καθόλου.

VERS. 24. *Hic est Ana, qui invenit Æamin in deserto*, etc. Syrus loco *Æamin* habet: « Qui invenit aquam. » Sed Hebræis propemodum vox *Æamin*, aquam significat. Ipsa vero hic sumitur ad designandam aquam, licet paulum detorta sit a sua origine.

VERS. 31. *Et hi fuerunt reges, qui regnaverunt in terra Ædom, antequam regnaret rex super filios Israel*, etc. Quæritur ex quo tempore cœperint reges regnare in Ædom. Quid? num illico post Esauum regia dignitas stabilita est? Sed ait duntaxat octo reges fuisse in Ædom, antequam fierent primordia Israelitici regni. Cæterum plurimæ generationes intervenere ab Esauo usque, donec regia dignitas exoriretur in populo Israelitico. Cæterum res perpendenda est, quare enumeret reges Ædom, donec surrexerit rex in Israel. Fortassis quia Saul primus rex Israeliticus delevit Amalekitas. Quid igitur hæc pertinent ad reliquas gentes, quæ ex Esauo propagatæ sunt? Nam deletis Amalekitis, gens Ædomea postea annotatur. Liquet igitur, mea quidem sententia, eos hic scribi reges, qui regnarunt, donec exortum sit regnum Israeliticum. Ut enim neutiquam possibile erat, quod continuo multiplicarentur hi qui descendebant ex stirpe Jacobi : sic nec fieri poterat, ut proles Esaui brevi temporis spatio augeretur. Dicit igitur hoc loco eos reges, qui imperitarunt genti universæ. Qui vero imperarunt particulæ gentis, verius duces, ut in textu habetur, dicuntur. Fortassis catalogum eorum regum recenset qui in terra Ædom regnarunt donec filii Israel, expleto numero annorum quadraginta quos in solitudine egerunt, pervenerunt in promissionis terram. Primus enim in numero invenitur rex Balak, nimirum is, qui accersivit vatem Balaam, ut diris devoveret Israelitas. Dictum est autem : « Hi sunt reges, » etc., respectu præcedentium. Ostendit enim octo jam fuisse reges, qui referebant genus ad Esauum.

VERS. 43. *In conditis urbibus*, etc. Notandum est in urbibus, quæ habitabantur, exstitisse toparchas 305, nec tot reges, qui universam gentem gubernaverint.

CAP. XXXVII.

VERS. 3. *Quia erat ei filius senectutis*, etc. Si propterea tenerius amabatur Josephus, certe magis fuisset amandus Benjamin, qui natu erat minimus. Verum constat eum fuisse minorem illis decem, quorum invidia premebatur. Deinde erat primogenitus respectu illorum, qui postea ex Rachele processere. Præterea, ut verisimile est, non illis solum de causis merebatur paternum amorem, sed hunc augebant prudentia pietasque juvenis. Boni enim repræsentabat imaginem. Quapropter nihil pacati poterant reliqui fratres cum eo colloqui. « Quando enim (ut testatur David) his loquebar, oderant me gratis [60]. » Cæterum ex illis, quæ hic commemorantur, pauca quædam ad Josephum, at plurima ad Christum spectare videntur. Nam pater nequaquam Josephum adoravit, licet adhuc puer maxima coruscaret gloria. Imo, ut perhibet Scriptura, ipse fertur adorasse patrem. **186** Sed nec mater istum honorem detulit filio. Siquidem jam ante decesserat vita. Nec criminari possumus Jacobum, quia in eum modum interpretatus est somnium. Itaque omnia illa erant typus Christi, quem cum matre et undecim discipulis adoravit Josephus, assignatus ei pater sed putatitius, quoad carnem. Idque accidit post resurrectionem, quando uterque parens et discipuli, quos fratres nominat, ipsum isto honore venerati sunt. Ideo dixit : « Annuntiabo nomen tuum fratribus meis. » Nimirum undecim ex professo posuit, ut proditoris rejectionem insinuaret. Hi vero, quasi luciferi, vitæ puri-

[60] Psal. LXVIII, 5.

tate resplendentes, digni habiti sunt, qui referrentur in gregem discipulorum, primique genua flecterent Christo post resurrectionem. Qui vero fratrem leto dare furiis perciti decreverunt, haud decenter astris comparari potuerunt. Judas et Ruben, quibus juvenis salus curæ erat, bona proferebant consilia. Nam alias reliquorum fratrum mores aspernabantur. Siquidem Symeon et Levi, cum jam antea nonnihil cæde essent imbuti, facile ad cædem movebantur. Nam insigni audacia impulsi, soli vulnerarunt et contrucidarunt Sychimitas. Quapropter Jacobus illico eam rem culpavit, et sub vitæ finem eosdem ob illam cædem maledictioni subjecit. « Et detulerunt diffamiam malam in Josephum, » etc. Symmachus habet : *Et tulit Joseph calumniam adversus eos malam;* cui interpretationi assentitur et Syrus ; et ut paucis dicam, fratres suos ut malos et inconditos non cessabat accusare apud patrem : qua ex re non mediocrem sibi conflavit invidiam. Sed Aquilas vertit : *Detulerunt*, id est, fratres subinde comminiscebantur falsa crimina, quibus adolescentem invisum facerent tum patri cum inimicis. Deus vero ad virtutem capessendam ipsum provocans, futuræ splendorem dignitatis prædicit; qua re magis lætari decebat fratres. Non enim Deus injuste erat facturus, quod ipsum esset honoraturus. Verum cum illi fratrem odio se insectari putarent, etiam Deum ipsum odio prosecuti sunt. Nam ipse somnii haud erat causa. Deus illud juveni objecerat. Et si vera prædixit, veritatem quomodo tu opprimes? sin mentitur, et non somnium, verum figmentum recitat : quid invides ob rem vacuam? Sed, ut rem evidentius oculis subjiciamus, Caini laborarunt morbo, quem invidia ad parricidium perpulit. Hunc morbum auxit commemoratio somnii. Cæterum mergites significant tempus. Unius surrectio indicat gloriæ splendorem. Prædixit igitur tempus, quo ista futura sint.

Mergites in nocturna visione oculis ipsius observantur. Quia propter sterilitatem futuram vaticinium accepit, confore, ut universæ imperaret Ægypto, et a fratribus adoraretur.

A Δράγμα εἶδεν, ἐπειδὴ δι' ἀφορίας αὐτῷ γέγονε τοῦ κατάρξαι τῆς Αἰγύπτου, καὶ προσκυνηθῆναι παρὰ τῶν ἀδελφῶν.

Jacobus, dum adolescentem reprehendit, nonnihil infregit fratrum invidiam : adolescentulique generosos spiritus et superbos, quos conceperat ex nocturna visione, contudit, ostendens id quodammodo esse impossibile, cum mater ipsius sit defuncta. Verum senior, ut monet Scriptura, rem illam imis recondit præcordiis, nihil de eventu etiam addubitans.

Fratres consilia tractabant, ut sanctum Josephum occiderent. Sed Deus non solum nobis bona elargitur, sed quoque nostram malitiam ad bonum finem sua providentia deducere novit, ut malitia nolit velit laudare cogatur Josephum. Omnis enim plagiarius laudibus extollit eum, quem vendere parat, ut majus accipiat pretium.

Βουλεύονται μὲν οὖν κατὰ τοῦ ἁγίου θάνατον. Ὁ δὲ Θεὸς ἔργον ἔχει οὐ μόνον τὰ παρ' ἑαυτοῦ διδόναι ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμετέραν κακίαν εἰς ἀγαθὴν χρῆσιν μετενεγκεῖν, καὶ τὴν κακίαν εἰς οἰκονομίαν μεταχειρίζεται. Ἥτις δὴ κακία ἐπῄνει καὶ μὴ βουλομένη τὸν Ἰωσήφ. Ἅπας γὰρ πωλῶν ἐπαινεῖ τὸν πωλούμενον διὰ πλείω τιμήν.

Cisterna carebat aquis; sic sepulcrum Salvatoris, quem Judas vendidit, ut Judas Josephum, vacuum erat cadavere.

Ruben autem obnixe omnia agebat, omnemque adeo movebat lapidem, ut præsenti discrimini eriperetur adolescentulus. Sic enim sperabat se reconciliatum iri patri ob injuriam, quam fecerat Ballam concubinæ patris.

B Ῥουβὴν δὲ σώζειν ὁρμήσας, ᾤετο διὰ τοῦτο διαλλάττεσθαι τῷ πατρὶ διὰ τὴν εἰς Βάλλαν παρανομίαν, τὴν παλλακίδα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ.

Vers. 34. *Filii ejus et filiæ*, etc. Hinc elucescit et alias filias, præter Dinam, fuisse Jacobo : nisi neptes quis appellatione filiarum teneri contendat.

Υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες. Ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι καὶ θυγατέρας εἶχεν ἄλλας· ἢ μᾶλλον τὰς ἐκγόνους οὕτω καλεῖ.

Nec voluit consolationem admittere, dicens : *Descendam*, etc. Rachel deplorans liberos suos, « et noluit consolationem admittere : quia non sunt [63]. »

Nec interim revelat **187** Deus Jacobo Josephum in Ægyptum perductum adhuc vitali vesci aura : ne forte miserabilis et æger luctu, obstet divinæ Providentiæ, quæ confecit deinceps quæ in Ægypto, et in exitu contigisse legimus. Denique tamen innotuit Jacobo Josephum adhuc esse superstitem. Nam Deus in visione occurrens Jacobo, inquit : « Bono animo sis; atque inanem

Οὐκ ἀποκαλύπτει δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰακὼβ, ὅτι ζῇ ὁ Ἰωσήφ, καὶ ὅτι εἰς Αἴγυπτον κατήχθη· ἵνα μήπως οὗτος λυτρούμενος τὸν υἱὸν, ἐμποδίσῃ τῇ ὕστερον οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ (58), κατά τε Αἴγυπτον αὐτὴν καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ γεγενημένην. Ἀμέλει ὅτε λοιπὸν C ἐγνώσθη τῷ Ἰακὼβ ὕστερον, ὅτι ζῇ Ἰωσήφ, τότε αὐτῷ ἐπιφαίνεται ὁ Θεὸς θαῤῥεῖν παρακελευόμενος, « Ὅτι Ἰωσὴφ ὁ υἱὸς ἐπιβαλεῖ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς

[63] Psal. xxi, 23.

NOTÆ.

(58) Τὰ ἑξῆς ἐκ τοῦ τῆς Αὐγ. κώδ. ἐλήφθη.

ὀφθαλμούς σου. » Ὥσπερ δὲ Ἰωσὴφ εἰ ἔμενε παρὰ τῷ Πατρὶ, ἡ Αἴγυπτος τὸν τοῦ λιμοῦ θεραπευτὴν οὐκ ἐδέχετο· οὕτως ὁ Μονογενὴς, εἰ ἔμενε παρὰ τῷ Πατρὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ δόξῃ κρυπτόμενος, τὴν οἰκουμένην οὐκ ἔσωζε.

A luctum obmitte. Quia filius tuus Josephus tibi morienti claudet oculos [63]. » Quemadmodum Josephus, si mansisset in paternis penatibus, Ægyptus non habuisset hominem, qui impendenti famis necessitati obviam solerter processisset; sic, si unigenitus Dei Filius mansisset in gloria Patris nobis inconspicuus, universus orbis salutis jacturam fecisset.

Cæterum speculatio historiæ, quæ de Josepho relata est, sic habet, si quis exquirat sensum allegoricum. Filius natus est ex Rachele, quæ erat natu minor : nec laborabat ex oculis, sicuti Lea. Lea significabat Synagogam priscam. Sunt enim oculi eis, sed non vident, secundum Prophetæ vaticinium [64]. « Nam haud conspexere Christum multifariam, multisque modis in lege annuntiatum. At hunc vidit pulchris ocellis prædita, scilicet junior Synagoga Rachel : quod nomen, si Latine reddas, denotat *gregem*. Est enim boni pastoris sponsa, dicentis : « Oves meæ vocem meam audiunt [65]. » Judæos autem sic per quemdam prophetam affatur : « Non pascam vos : quod moritur, moriatur : quod deficit, deficiat [66]. » Ipse itaque est pastor bonus, in omnibus primatum gerens et primas ferens. Dicitur vero Christus etiam ovis relatione ad carnem vel humanam naturam facta. Traditur enim : « Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [67]. » Differt siquidem ab animalibus, quæ in lege immolabantur. Nam, ut docet Scriptura, sanguis taurorum et hircorum nequit abolere peccata. Cum igitur sit primogenitus inter multos fratres, Ecclesiæ ovis appellatur, ut qui aucturus sit Ecclesiam. Nam nomen Joseph designat Dei additionem. Ad Ecclesiam dicitur : « Tolle oculos tuos, et in orbem circumspice, videque omnes. Ecce collecti sunt et venerunt ad te [69]. » Et iterum : « Ecce illi a longinquo veniunt, hi a septentrione, alii a mari, alii porro ex regione Persarum [70]; » Lucas quoque in Actis perhibet : « Dominus vero addebat quotidie ad Ecclesiam, qui salvi fierent [71]. » Et iterum. « Apponebatur quotidie multitudo, tam virorum quam mulierum credentium Domino, Ecclesiæ [72]. » Christus autem, si temporis rationem ineas, erat secundum humanitatem junior prophetis et Mose, quemadmodum Josephus, si ætatis respectum agas, minor erat fratribus. Natus enim erat annos septemdecim. Verum numerus hic, qui compositus est, etiam Christi compositionem designat. Hic enim numerus, ubi decada complevit, reciprocatur, et ad unitatem numeros reducit. Hinc appellatur numerus reciprocus : et in Scriptura signum perfectionis est. Quapropter illum, qui cæteris eminebat in opere divino, decem talenta accepisse testatur Scriptura : et deinde, quia rem præclare gessisset, eadem Scriptura testis est eum accepisse mercedis nomine decem urbes juste Deo omnia compensante [73]. Quidam e grege sanctorum inquit sterilem peperisse septem, id est, multos. Is numerus mensurare solet numeros perfectos. Ille numerus hoc loco denotat Christum esse perfectum quoad deitatem et humanitatem. Nam denarius Divinitatis symbolum est : septenarius repræsentat humanitatem. Verum is numerus distat ternario a denario. Sed denario additus septenarius secundum compositionem septemdecim, in excessu quidem triadis, id est, Deitatis, hic ex Patre Deus Sermo; in altero humanitas, quæ in minoribus computatur. Quoad divinam naturam, Christus æternus est : respectu humanitatis, scias ipsum humanam naturam novissimis assumpsisse temporibus. Idem quoque, Christus æternus, comprobatur per illud verbum, *erat*, sicuti videre est apud Joannem : « In principio erat Sermo [74]. » Sub tempore quoque fuit Christus **188** secundum humanitatem. Legimus enim : « Erat Annorum duodecim. Et patris greges una cum fratribus ex Zilpha et Balla ancillis natis pascebat, » etc. Circuibat enim Christus universam Judæam colligens perditas oves Israel. Nam Deus (docet sanctissimus Paulus) erat in Christo mundum sibi reconcilians [75]. Sub rege Jeroboam a vera religione defecerunt Israelitarum decem tribus, eligentesque Samariam, adorarunt vitulos aureos. In hunc modum gens tota divisa, abiit in duas factiones.

Quapropter Deus incusans illam gentem per prophetam Ezechielem, vociferatur invehens in duas mulieres scortatione pollutas. « Fili hominis, mulieres duæ ex una natæ sunt matre : et scortatæ sunt in Ægypto cum adhuc forent adolescentulæ : illic mammæ earum sunt contusæ : illic earum pudor est læsus. Nomen majoris Aolla est, et alterius Oliba. Hæ in meum concessere jus pepereruntque filios et filias. Samaria est Aolla, et Jerusalem Oliba [76]. » Filius autem, qui nobis natus est, pascit una cum his qui in servitute et scortatione nati sunt. Nam adhuc Israelitæ regebantur ab his, qui illis ratione legis præerant, licet Christus sacrosanctam suam doctrinam publicaret eosque vera religione imbueret, dum omnes in viam rectam revocabat. Cæterum ipsus erat via. Dicebat enim : « Ego sum via. [77] » Verum legis doctores exorbitaverunt a vera via, suosque discipulos pascebant tribulis et spinis, nec ipsos in læta compellebant pascua, scilicet ad Evangelii doctrinam. Præterea Christum incessebant maledictis nominando eum, Samaritanum, bibulum, dæmoniacum, utentem familiaritate et opera Beelzebub principis dæmoniorum. Quapropter Deus illos

[63] Gen. XLVII, 4. [64] Psal. CXXXIV, 16. [65] Joan. X, 16. [66] Zachar. XI, 9. [67] Joan. I, 29. [68] Hebr. X, 4. [69] Isa. XLIX, 18. [70] ibid. 12. [71] Act. II, 14. [72] Act. IV, 32. [73] Luc. XIX, 13, 26. [74] Joan. I, 1. [75] II Cor. V, 19. [76] Ezech. XXIII, 2-5. [77] Joan. XIV, 6.

per Isaiam in hunc modum affatur : « Væ ipsis, quia recesserunt a me. Infelices et miseri sunt : quia impie in me egerunt. Ego ipsos redemi, et ipsi locuti sunt contra me mendacia [78]. » Et iterum : « Cadent gladio principes eorum ob imperitiam linguæ [79]. » At Pater supra modum dilexit Christum venientem post tot prophetas et viros bonos in extremis diebus, sicuti innuitur per senectutem patris. Verum odio erat Pharisæis ob gloriæ varietatem, qua Pater ipsum vestivit, ut varia vel diversi coloris tunica, qua velatus est Josephus, perhibere videtur. Nam erat vita, lux, purificans mortuos, mari imperans, et in summo mari obambulans. Quæ parum æquis animis ferentes Judæi, dicebant : « Quid faciemus? nam homo ille multa edit signa, miraculaque [80]. » Cæterum invidiæ ignem succendebant, quod noverant fore tempus, quo adorandus esset Christus universo populo Judæorum, imo universæ terræ. Quapropter clamabant : « Hic hæres est, venite, occidamus eum, et occupemus ejus hæreditatem [81] » Horum iram ostendens David, inquit : « Dominus regnavit, irascantur populi [82]. » Quemadmodum Josephus missus est a patre suo spectatum fratres suos pastores : sic et Christus a Patre jussus est ire visum Israelitas, quomodo partim pascant partimque pascantur. Josephus non reperit fratres in Sichem, sed in Dothaim. Sichem, si quis nominis significationem proponat, significat *humerum*. At hoc corporis membrum indicat vehementem et magnum laborem corporis, sicuti et illud : « Da cor tuum in humeros tuos; id est, ad cupiditatem laborandi. Præterea eadem dictio *robur* significat. Dothaim vero nomen, si quis ejus significationem exquirat, est defectus. Judæi igitur deprehensi sunt a Christo non in laboribus vel operibus legis aut virtutis : sed in multo justitiæ et virtutis defectu. Non enim erat justus, ne unus quidem. Non erat qui faceret quod bonum est, ne unus quidem [83]. Sola enim voce, ut illis a propheta exprobratur [84], honorabant Deum : cor eorum procul ab eo recesserat. Adhærebant siquidem solis præceptis et constitutionibus humanis, neglecta auctoritate divina. Verum cognovere illum, qui spiritualiter per Josephum annuntiabatur. Nam hæc sunt verba beati Joannis, quibus illud evincitur : « Multi ex principibus crediderunt in eum [85].» Sed mussitabant **189** propter Pharisæos. Quamvis vero illum cognovissent, nihilominus violentas manus illi intulere trucidantes auctorem vitæ, et quasi in cisternam eum conjecerunt, scilicet in mortis barathrum. Proinde canit David : « Reduxisti ex inferno animam meam. Salvasti me ab his, qui descendunt in lacum [86]. »

Quemadmodum Josephus quasi mortuus lugebatur in domo patris, et interim vivebat in Ægypto et regia potestate præfulgebat : sic Christus quidem inter Judæos mortuus esse putatur, sed inter gentes creditur vivere et regnare in æternum. A

Κἀκεῖνο πάλιν σκοπήσωμεν, ὅτι ὥσπερ ὁ Ἰωσὴφ ἐν τῇ οἰκίᾳ (59) τοῦ πατρὸς ἐπενθεῖτο ὡς νεκρὸς, ἦξε δὲ (60) ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐβασίλευεν· οὕτω Χριστὸς, παρὰ μὲν Ἰουδαίοις νεκρὸς εἶναι νενόμισται, ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι πιστεύεται ζῶν καὶ διαμένων καὶ βασιλεύων εἰς τοὺς αἰῶνας.

Vers. 24. *Lacus* (sive *cisterna*, inquit, *aqua caruit*, etc. Aqua signum est vitæ. Fuit itaque cisterna, quæ exaruerat, symbolum inferni. Cæterum puer inde exemptus est, quemadmodum Christus e mortuis. Josephus ex cisterna protractus venditur Ismaelitis, quorum negotiatio versabatur circa aromata, et in Ægyptum profectus est. Oportebat enim inter cætera aromata temperantiæ unguentum in illam regionem importari. Sic Christus reviviscens in gentium pervenit regionem circumferentibus ipsum spiritualibus Ismaelitis, id est, his, qui per omnia Deo obsequuntur. Hi enim Christi censentur unguentum, qui virtutum fragrantia redolent, illudque unguentum non habentibus apportant, qui quodammodo Christum emerunt, relinquentes omnia, et sectantes Christum mercaturi pretiosam illam margaritam. Primi vero in illo grege fuerunt sancti discipuli, qui et ad gentes apportaverunt Christum servi habitu indutum. Fratres, ne illud indignum facinus committerent, inhibuit primogenitus Ruben. Judas regiæ tribus caput illam rem quoque indignissime tulit. Sic quotquot primogeniture dignitatem sunt assecuti etiam inter Judæos, et vocati sunt ad regnum cœlorum, certe admisere doctrinam Christi, et ægre tulerunt illa, quæ temeraria. Judæorum turba in ipsum deliquerunt. Quemadmodum Jacobum credita filii cædes in tristitiam conjecit, sic Christi occisio tristitia affecit Patrem cœlestem : atque adeo exasperatus fertur Pater cœlestis, ut nullius sancti precibus flecti potuerit, sicuti sæpe accidit ob cæsos prophetas, ubi interdum precibus remollitus legitur. Imo iram inexorabilem ob peremptum unigenitum præ se tulit.

CAP. XXXVIII.

Vers. 9. *Ingredere ad uxorem fratris tui*, etc. Deus postea, cum legem ferret per Mosen Judæis, idem sancit, præscribens fratri mortuo suscitandum esse semen. Quia eo tempore nulla dum certa resurrectionis ferebatur promissio, eos, quos lugere solebant, hujuscemodi prolis suscitatione solabantur. Vel nimirum Deus Abrahamo hanc legem communicaverat, ad quem in hunc modum locutus

[78] Imo, Osee VII, 13. [79] ibid. 16. [80] Joan. XI, 47. [81] Matth. XXI, 38. [82] Psal. XCVIII, 1. [83] Psal. XIII, 1-3. [84] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8. [85] Joan. XII, 42. [86] Psal. XXIX, 4.

NOTÆ.

(59) Ἐν μὲν τῷ οἴκῳ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(60) Ἔζη δέ. Ὁ αὐτ.

traditur : « Novi enim, quod præcipiet liberis suis Abraham, et domui suæ post se, ut servent vias Domini Dei, ut faciant justitiam et judicium. »

Vers. 18. *Torquem et baculum*, etc. Aiunt priscos illos mortales patrio more hujuscemodi ornatum collo et manibus gestasse. Et jam capillos sæpius coronare soliti fuerunt, quod nobilitatis et fortitudinis inter illos signum habebatur. Syrus *horarium* interpretatus est. Baculum antiqui tenebant prisca quadam lege. Imprimis tamen Babylonii reges sceptrum sive baculum portabant. Sic hoc loco baculus ille vel sceptrum erat symbolum **190** regni ex ipso proditruri. Nam in psalmis canit David : « Judas rex meus [87]. » Nemo tamen offendatur, si audit Scripturam sacram commemorare aliquem enormia commisisse scelera. Magis nostrum est admirari providentiam Dei : quamvis illa deliquerit cupida liberæ prolis post mortem ejus, cui legitimo matrimonio copulata fuerat. Sic quoque ille, uxore defuncta, quærebat sobolem. In Testamento, aiunt, attestatur ei Deus, quod diu eam, cum adhuc esset virgo, Judas habuerit : luxitque iniquitatem ejus. Illos, qui non suscitant semen Christo, interficit Deus, ut filios Judæ, quos ex Chananæa suscepit.

A *Καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ.* Οὕτως οἰκονομία τις ἦν καὶ ἐπὶ τῶν θυγατέρων τοῦ Λώτ· ἐπειδὴ μὴ δι' ἀκολασίαν, ἀλλὰ παίδων ἐπιθυμίαν, τὸ γεγονός.

Et concepit illa ex eo, etc. Sic non citra divinam providentiam gravidæ fuerunt ex patre Lotho filiæ. Verum non libidini, sed prolis cupidini incestus ille imputandus est.

Quapropter continuo habitum, qui decebat viduam, et quem deposuerat, recipit. Quod ait : « Educite eam, ut concremetur, » etc., evidenter oculis nostris subjicit, quam horrendum crimen apud priscos mortales, imprimis pios, scortatio exstiterit.

Νύμφην εἶναι μαθὼν, οὐ προσέθετο ἔτι τοῦ γνῶναι αὐτήν. Ὃ καὶ ὁ Δαβὶδ ἐποίησε μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὸν Ἀβεσσαλὼμ πρὸς τὰς παλλακὰς αὐτοῦ. Τὸ γὰρ πρᾶγμα μετὰ γνῶσιν ἀσεβὲς καὶ ἀθέμιτον, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ προφήτης Ἀμὼς, λέγων· « Καὶ υἱὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ, εἰσεπορεύοντο πρὸς τὴν αὐτὴν παιδίσκην, ὅπως βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ αὐτῶν. »

Verum Judas, cum sciret eam esse suam nurum, ejus concubitu deinceps abstinuit. Hujus exemplum deinde imitatus est David, cum suæ pellices a filio Absalone essent constupratæ. Nam si quis sciens prudensque talia fecerit, nefario et impio scelere semetipsum commaculat, ut patet ex Amos propheta, dicente : « Filius et pater ingressi sunt ad eamdem puellam, ut profanent nomen Dei sui [88]. »

Ne forte irrideamur, etc. Nempe illa rem hanc proferente, vel ne pro deridendo habeamur delusi dolis a muliere. Quomodo propter te sepes intercisa est? Cum dissipatur sepes, ut omnes per ipsam transeant, illa dissipatio nominatur intercisio : quod quidem et hoc loco evenit, dum primus manum retrahit, ut secundus egrediatur in hanc lucem. Quidam ariolantur ad priorem dictum esse. « Quia interrupisti sepem, fratri ad exeundum viam faciens. »

B Τί δὲ νῦν ὁ φραγμὸς δηλοῖ; Φασὶ τοίνυν, ὡς διδύμων τικτομένων, μετὰ τὸν τοῦ πρώτου τόκον διαλιπὼν ὁ δεύτερος ἐξέρχεται. Τί οὖν φησι· « Διατεμὼν τὸν φραγμὸν, » τουτέστι, τὸ διάστημα, μεθ' ὃ ἤμελλες ἐξιέναι μετὰ τὸν τὴν χεῖρα προεξενεγκόντα, φθάσας αὐτὸς ἐξῆλθες; μήποτε δὲ τὴν εἴσοδον τῆς χειρὸς οὕτως ἐκάλεσε;

Quid autem sibi vult sepes? scilicet, quasi gemellis natis, primus cesserit secundo, hicque primogenituræ jus sit assecutus. Quid est, quod ait : « Interrumpens sepem, id est, interstitium faciens? scilicet, tu debebas nasci in hunc mundum secundus nascendi ordine, sed prævenisti fratrem, qui protulerat manum. Fortassis isto nomine appellavit introitum manus, quam in uterum retraxerat.

Vers. 27. *Coccinum alligavit*, etc. Quia gemelli nequeunt facile separari et dinosci ob similitudinem, et ob id ignoraretur primogenitus. Naturalis nascendi ordo primogenitum declaravit Zaran, qui protenderat manum ; sed Deus primogenitum pronuntiavit Phares, ex quo exortum est Davidis regale genus. Etiam Christus ex hoc genere secundum carnem natus est. Hic mirabilis partus est symbolum vocationis gentium, scilicet, Judæos primo quidem esse vocatos, at primogenituræ jura nactas esse gentes. Verum et Israelitæ tandem agnoscent Christi sacrificium. Siquidem sacrosanctus Christi cruor demonstratur per coccinum.

CAP. XXXIX - XLVII.

Vers. 2. *Et Dominus adfuit ipsi Joseph, ut esset vir, cui omnia prospere caderent, eratque in domo domini sui Ægyptii.* **191** [Vers. 7.] *Ut levaret uxor domini sui oculos suos in Joseph*, etc. Juventus facit, ut magis nobis admirationi sit Josephi castitas. Verisimile est libidinosam illam mulierem externis adjumentis et fuco formam adjuvisse, quo magis capere posset florentem ætate juvenem. Fuit et Christus inter gentes sub persona apostolorum, qui stigmata ejus circumferebant in suis corporibus, non existentes conformes mundo, sed procul submoti a carnalibus affectibus. Verum falsis

[87] Psal. LIX, 9.

circumveniebantur criminibus, et quasi seditiones concitarent in vincula subinde conjecti sunt. Verum memori mente tenebat illud Christi: « Si ex mundo essetis, mundus sane quod suum est diligeret. Sed quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus [89], » sicuti improba illa mulier odio insequebatur postremo Josephum. Attamen inter gentes dilatabuntur, gratia Christi conciliante ipsis illos, a quibus erant amplius tribulationibus divexandi. Sic custos carceris oblectabatur Josephi industria. Nam apostoli in ipsis periculis et laboribus, ut sapientes et cæteris mysteria sacra explicantes, innotescebant magistratibus et provinciarum præsidibus. Qui persuasi, quod et spiritu Dei notitiam futuri haberent, quasi quibusdam frumentatoribus et procuratoribus permisere objicere escas iis, qui laborabant divinæ cognitionis fame. Hoc sancto divini verbi pabulo Christus Deo et Patri gentium acquisivit regionem: sicuti Pharaonis dominio Josephus universam adjecit Ægyptum. Quod vero non adulterabat uxorem domini sui, inhibitus est lege divina, quæ insculpta erat suo animo, et monebat, non committendum esse adulterium. Præterea, ut videtur, metuebat virum, qui junctus erat matrimonio mulieri salacissimæ. Cæterum quæ ratio permittit, ut eunuchus cum uxore, more veri conjugis, concumbere possit? Sed, ut mihi videtur, cum esset præpositus familiæ regis, id nomen obtinuit ob officium, cum neutiquam alioqui spado vel eunuchus foret.

Præterea quidam docet in Scriptura sacra interdum dici eunuchos et spadones, qui revera non sunt castrati, sed illius conditionis esse existimantur, quemadmodum beatus Isaias tres familiares Danielis more prophetico spadones et eunuchos nominat, dicens ad Ezechiam: « De filiis tuis, qui ex te egredientur, quos gignes, accipient et facient eunuchos in domo regis Babyloniorum [90]. » Sic Christus vocat unctos, qui unctionem externam non habebant, sed tamen unctorum pietatem possidebant. »

A 'Αλλ' ἡ θεία Γραφὴ σπάδοντας καὶ εὐνούχους καλεῖ καὶ τοὺς μὴ ὄντας εὐνούχους· καὶ τὸν τόπον δὲ τούτων καὶ πίστιν ἐπέχοντας. Ὥσπερ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας τοὺς περὶ Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας προφητικῶς σπάδοντας καλεῖ, λέγων τῷ Ἐζεκίᾳ· « Καὶ ἀπὸ τῶν υἱῶν σου τῶν ἐξερχομένων ἀπὸ σοῦ, ὧν γεννήσεις, λήψονται ἀπὸ σοῦ, καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως Βαβυλωνίων. » Καὶ χριστοὺς ὁμοίως καλεῖ, καὶ τοὺς μὴ ἔχοντας μὲν χρίσμα, τὴν δὲ τοῦ Χριστοῦ εὐσέβειαν κεκλημένους, ὡς ἐν τῷ ρδ' ψαλμῷ (31).

Archimagirus scilicet satelles et quasi spatharius.

'Αρχιμάγειρος ὁ παρασπιστὴς, καὶ οἷον σπαθάριος.

Quod ait: « Erat vir assequens, » etc. Syrus reddidit: *Erat vir prospere agens*, sicuti paulo inferius inquit: « Cognovit dominus ipsius, quod Deus sospitaret quæcunque ageret; « magis vero prosperando et dirigendo, sicuti de Samsone memoriæ proditum est: « Direxit super eum spiritum Domini [91]. » Quod quidem hoc loco magis proprie positum est.

B Τὸ δὲ, *ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων*, ὁ Σύρος κατευοδῶν ἔχει, ὡς μετ' ὀλίγα φησίν· « Ἔγνω ὁ Κύριος αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς εὐοδοῖ ὅσα ἂν ποιῇ· » μᾶλλον δὲ, κατευθύνων, ἔχει, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Σαμψών· « Κατηύθυνεν ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου. » Καὶ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα οἰκειότερον.

Josephus descendit in Ægyptum. Siquidem Christus gentibus traditus est. « Ecce enim, inquit, ascendimus Hierosolyma, et Filius hominis tradetur in manus gentium [92]. » Josephus primo cum in Ægyptum venisset, graviter vexatus et afflictus est. Sic Christus non solum ab Judæis, sed etiam ab gentibus persecutionem passus est. Deinde illum, quem ut hostem erant persecuti, religiose adoraverunt. Quemadmodum mancipatur Ismaelitis Josephus: sic Christus traditus est in manus gentilium. Uterque falsis criminibus appetitus est. Retentus Josephus a muliere, intemperanti mulieri reliquit pallium. Sic Salvator, cum esset mortuus et sepultus, resurgens vestimenta reliquit in sepulcro. Josephus in carcerem conjicitur: Christus sepulturæ mandatur. Josephus imperat vinctis: Christi imperium se in vivos et mortuos extendit. Cæterum vide, quali constantia animi fuerit præditus Josephus. Quamvis esset in carcere et servitute oppressus, animo tamen possidebat veram libertatem. In carcere moratur, qui regia dignitate, si insomnia intuearis, **192** erat honoratus. Nec dubitatione ejus fides violata est, ut impie vociferaretur. Ubi nunc illa magnifica insomnia? Si Josephum in fide hæsitasse credis, toto aberras cœlo. Nam cur interpretatur somnium servis Pharaonis, si diffidit oraculis divinis: et non potius persuadet illis suo exemplo nihil sani continere insomnia. Nemo poterat discere ex fratribus Josephum. Nam invidia celabat veritatem, et ingenium ad servilem deducebat conditionem. Nec licebat ex domina, uxore Putipharis, cognoscere Josephum. Nam hæc illum, ut impudicum et obsessorem alienarum nuptiarum falso criminabatur. Sed quis Josepho luculentum testimonium perhibuit? Pater; cum subinde diceret et ingeminaret « Filius meus dilectus [93]. » Sic nec Christi in notitiam venire licebat ob invidiam Judæorum. Nec apud gentes ille agnoscebatur ob odium Græcorum, quo Christum prosequebantur. Nam Christus erat

Κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον Ἰωσήφ, ἐπειδὴ καὶ ὁ Σωτὴρ τοῖς ἔθνεσι παρεδόθη. « Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, » καὶ τὰ ἑξῆς.

[89] Amos. ι, 7 [90] Isa. xxxix, 7. [91] Judic. xiv, 6. [92] Matth. xx, 18.

NOTÆ.

(31) 'Αλλ' ἡ θεία — ψαλμῷ. Hæc Anonymo ascribit Catena Lipsiensis.

demolitor idolorum, quam rem indignissime Græci ferebant. Nec etiam agnitus est ab his, qui in hæresum luto hæsitabant. Nam his incognitus erat, sicuti ignorabatur et Ismaelitis quisnam esset. Utrique crediderunt illum esse servum, qui tamen, si natales respicias, erat liber et ingenuus. Cæterum hæretici vivunt, gladio victum quærentes dum animabus insidias struunt pestiferas : sicuti et Ismaelis habet benedictio. Nihil, quod cœlum et cœlestem doctrinam sapiat, penes istos reperire est, sicuti apud illos, qui e libera nascuntur, sicuti nos, quorum typus est Jacobus, qui benedicitur a rore cœli et fertilitate terræ. Ismaelitæ negotiationibus occupantur, gladio sæviunt, cædesque patrant. Sic hæretici, cœlestem doctrinam aspernantes, ad cædem animarum infelicium approperant. Si tu autem vis certam venari notitiam Christi, audi Salvatorem dicentem : « Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite [94]. »

Ἐῴκει δὲ Ἰωσὴφ ἔνδον ἔχων τὴν τῆς νεότητος A φλόγα, δι' ἣν καὶ μᾶλλον θαυμάζεται, καὶ ἔξωθεν τῆς Αἰγυπτίας τὰς προσβολὰς, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἐκείνης ἀλγεῖν, πρὸς τοσοῦτον κρημνὸν ἐπειγομένης ἐλθεῖν. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ἐπιεικείας ἐχόντων δύναμιν συμβουλῆς. Οὐδὲν γὰρ ἔφη τραχὺ πρὸς αὐτήν· καίπερ εἰδὼς, ὅτι πλὴν τοῦ μὴ τυχεῖν, πάντα φέρει ῥᾳδίως διὰ τὸν ἔρωτα· ἀλλ' εὐσεβείας αὐτὴν καὶ δικαιοσύνης ὑπέμνησε. Τὴν μὲν, ἐξ ὧν εὖ πάσχει παρὰ τοῦ δεσπότου· τὴν δὲ, ἐξ ὧν Θεὸς ἐφορᾷ ὁ καὶ τῶν λανθανόντων κριτής· ἅμα δὲ καὶ ταπεινῶς ὑπεμφαίνων, ὅτι μὴ ὡς φιλοσώφρων ἠρνήσατο τὴν πρᾶξιν, ἀλλ' ὡς πιστὸς καὶ θεοσεβής.

Verum, si consideremus ætatem Josephi, erat adhuc flos ipse, et juventutis quoque flagrabat igne. Quapropter ejus castitas majorem apud omnes meretur admirationem. Foris arietabatur intemperie libidinosissimæ mulieris. Dolebat animo propter Ægyptiam, quam videbat in exitii barathrum, plenis et effusis decurrere habenis. Et quidem hoc ex verborum comitate, quæ plurimum consolationis et consilii præ se fert, elici quit. Non enim aspere et iracunde in eam debacchatus est : quamvis sciret ipsam omnia potius quam repulsam, æquo animo ob ignes medullis receptos, laturam. Proinde non cessavit eam pietatis et justitiæ admonere. Pietatis eam admonebat ob beneficia, quæ plurima a Deo accepisset; Justitiæ, quod Deus omnia videt, etiamque occultorum judex est. Simul demonstrat, se non solum castitatis amore id nefas abnuere, sed ratione pietatis, quod esset fidelis et pius.

« Nam si Abraham (ut docet Scriptura) justificatus est ex operibus, habet quod glorietur, sed non apud Deum [95]. » Quæ cum sic habeant, haud ab re dicitur : « Dominus erat cum Josepho. » Hinc Putiphar, ut sentias divinam opem, non continuo, ubi rei indignitatem audivit, barbaro more ipsum contrucidavit : verum in carcerem ipsum conjicit, ut in hunc modum examinaretur et probaretur a Deo, et probatus ad maximam proveheretur dignitatem. Supra quoque legimus de Josepho quid senserit Putiphar. « Noverat dominus ejus, quod Dominus erat cum eo, et quæcunque agebat, ea Dominus prosperabat. »

Πανταχοῦ τὴν τοῦ κρατεῖν ἐδείκνυεν ἐπιτηδειότητα, κρείττων ἀδελφῶν γεγονὼς, καὶ μετὰ τὸν B δεσπότην τῆς οἰκίας τῆς ἐκείνου κρατῶν· καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, σώματι μὲν δουλεύων τῷ δεσμοφύλακι, ψυχῇ δὲ κρατῶν.

Δύω ἔτη ἕτερα, φασὶν, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πεποιηκέναι τὸν Ἰωσὴφ, ἐπειδὴ καταλιπὼν τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, ἐπὶ τῷ οἰνοχόῳ τὴν ἐλπίδα πεποίηται, τὴν αὐτοῦ προστασίαν αἰτῶν. Ψευδὲς δὲ τοῦτο. Γέγονε γὰρ οἰκονομικῶς, ὡς ἂν λύσας τῷ Φαραὼ τὰ ἐνύπνια, πρὸς βασιλείαν ἐξέλθῃ.

Præterea reipsa comprobat se magis ad imperandum esse idoneum quam fratres, dum gubernat Ægyptii universam familiam et in carcere, custodi carceris servit, animo vero libertatem retinet et reliquis imperitat.

Quidam asserunt Josephum duos alios annos præter priores in vinculis fuisse, quod deserto auxilio divino spem collocaverit in regio pincerna auxilium ab ipso expetens. Cæterum hoc falsum reor. Non enim absque Numinis providentia illud gestum est, ut interpretans somnia, sic e carcere ad regnum egrederetur.

Ἄνευ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀποκριθήσεται τὸ σωτήριον Φαραώ. Ἀκύλας οὕτως· *Ἄνευ ἐμοῦ, οὐκ ἀποκριθήσεται τὸ σωτήριον*· ὁ δὲ Σύρος· *Οὐκ ἀποκριθησόμεθα.* Τήνδε τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν πρὸς σωτηρίαν C Αἰγύπτου, σωτήριον εἰκότως καλεῖ. Τοῦτο γὰρ τῶν ἐνυπνίων ἡ ἑρμηνεία. Συμφωνεῖ δὲ τῷ εἰρημένῳ· Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν;

VERS. 14. *Absque Deo non respondebitur salus Pharaonis*, etc. Aquilas in hunc modum vertit : *Absque me non respondebit Deus salutem.* Syrus ita habet : **193** *Non respondebimus.* Non immerito vocat Dei erga Ægyptum providentiam, salutem. Ea enim est quasi scopus interpretationis illius insomnii. Verum sensus convenit cum illo, quod dictum est : Annon a Deo manifestatio illorum

Ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων. Τῇ πίστει προλαμβάνει τὸ μέλλον. Οὔπω γὰρ ἦν ἡ γῆ αὕτη τῶν Ἑβραίων.

VERS. 15. *Quia furto sublatus sum ex terra Hebræorum*, etc. Hebræorum terram nominat, quæ nondum concesserat in dominium Hebræorum. Verum fide, quod futurum erat, anticipat.

[a] Matth. III, 17. [94] Matth. XVII, 15. [95] Rom. IV, 2.

VERS. 23. *Non recordatus est pincerna Josephi*, etc. Et id non citra divinam providentiam accidit. Voluit enim Deus Josephi fieri mentionem tunc, quando regnandi tempus adforet.

A *Οὐκ ἐμνήσθη δὲ ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ Ἰωσήφ.* Καὶ τοῦτο οἰκονομικῶς, ἕως ἂν εὐκαίρως αὐτοῦ μνησθῇ, ὅταν ὁ καιρὸς φθάσῃ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Somnium Pharaonis complectitur vaccas et aristas. Nam per animalia, quorum ministerio utimur in colendis agris : et per fructus, quos terra producit, significabatur regi *Psomphthonphanech* fertilitas aerisque commoda temperies.

Psomphthonphanech interpretatur *abdita*, id est, revelavit latentia fata. Syrus legit : *qui novit occulta*. Philo Judæus inquit, lingua Ægyptiorum uno nomine ipsum dici ὀνειροκρίτην, id est, somniorum interpretem et judicem.

Ψομθονφανὴχ ἑρμηνεύεται, *κεκρυμμένα ἀνεκάλυψε*. Παρὰ δὲ τῷ Σύρῳ, *Ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά*. Ὁ δὲ Φίλων ὁ Ἑβραῖος Αἰγυπτίων φησὶ φωνῇ, *ὁ ὀνειροκρίτης*.

[XLI, 51] *Quia Deus oblivisci me fecit omnium laborum meorum*. Pii et justi homines, quasi statuam ponentes Deo, semper gratias egerunt ob accepta beneficia, quem morem Josephus et hic in impositione nominum imitatus est, sicuti et Moses in Exodo. Josepho filii duo nati sunt ex filia sacerdotis. Manasses oblivionem malorum et periculorum, Ephraim significat *incrementum* et *latitudinem*. Nam quasi ex sancta matre Ecclesia gentiles, qui inter filios regni censi sunt, procrearunt fructus, et oblivio rerum adversarum illis inducitur. Quia ait : Obliviscentur enim tribulationis suæ primæ, nec ascendet in cor ipsorum. Nam supra caput eorum est laus, exsultatio, et lætitia apprehendit eos. Profugit dolor, tristitia et luctus. » Venient igitur procedente tempore in oblivionem malorum, et accipient incrementum, ex terrenis in cœlestia, ex corruptione in immortalitatem, ex ignominia in gloriam, ex infirmitate in fortitudinem translati. Illis postremo applicabitur reliquus Israel pressus intelligibili fame, et posita arrogantia contendent ad Christum petentes ab ipso pasci, sicut fratres venere ad Josephum frumentaturi. Christus adventantes suscipiet, nec tamen sine Benjamin, id est novo populo. Exceptos unanimi consensu quasi in suam domum scilicet Ecclesiam inducet, abluturus eos regenerationis lavacro, pane et vino mystico eos recreabit et pascet. Ne gleba quidem terræ ipsis assignata est prius quam apportassent patrem Jacobum. Sic Christus accipiet cum novo populo Israelitas, sed non absque sanctis Patribus. Sors, quam speramus, dabitur nobis quemadmodum illis. Quemadmodum illi, quamvis secundum fidem mortui, non assecuti sunt promissiones secundum divum Paulum Deo aliquod majus de nobis providente, scilicet ne absque nobis consummentur : sic nos exspectabimus vicissim Patres. Una enim omnes potiemur regno cœlorum, quamvis diversi simus temporibus et plurimum distemus. Secundum alium sensum, Pharao hortatur incolas terræ sanctæ ut ad se in Ægyptum commigrent, multaque, ut persuadeat illis, pollicetur. Cæterum illi, licet perdurandum in adversis, et permanendum esset in terra sancta a Deo oblata, in mundi delicias illapsi terrena æternis præferentes, cum existimarent se evasisse res adversas quæ domi impendebant, imprudenter in servitutem fœdam detracti sunt, cum fuissent nobiles et ingenui, ut pote nobilibus et liberis parentibus prognati. Cito igitur pede fugienda est mundi voluptas, quæ plerumque ad deteriorem partem nos applicat.

[XLII, 7.] *Et locutus est illis dura*, etc. Fortassis, quia Benjamin nusquam inter fratres comparebat, existimavit ipsos et in hunc deliquisse. Ob id iracundius ipsos compellandos censuit. Hinc cum audiret ipsum adhuc superstitem et incolumem, ipsius visendi cupidine flagrabat. Quod vero inquit. In conspectu eorum vinculis oneravit Simeonem, » etc., tacite indicat, quod postea, ubi illi fuerunt digressi, eum honoraverit. Nam isto facto nonnihil terrere voluit fratres.

Fratres cum enarrarent **194** Jacobo patri, quæ locutus fuerit Josephus, silentio præterierunt carcerem. Et pro eo, quod dictum erat a Josepho. « Teneatur in carcere, » etc., ipsi inquiunt : « Relinquite eum hic apud me. » Quasi addidisset : Sin minus, moriemini. Ne autem pater cunctaretur mittere Benjamin in Ægyptum, adjecit : « Fratrem vobis restituam, et negotiabimini tuto in terra. »

B Διηγούμενοι δὲ τῷ Ἰακὼβ τὰ παρὰ τοῦ Ἰωσήφ, τὸ τῆς φυλακῆς ἐσιώπησαν· ἀντὶ τοῦ, « Κατασχεθήτω ἐν τῇ φυλακῇ, » εἰπόντες· « Ὧδε ἄφετε μετ' ἐμοῦ. » Ὥσπερ καὶ ἀντὶ τοῦ, Εἰ δὲ μὴ, ἀποθανεῖσθε, τό· « Καὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν ἀποδώσω ὑμῖν, καὶ ἐν τῇ γῇ ἐμπορεύσεσθε· » μὴ καὶ ποιήσωσι τὸν Ἰακὼβ ὀκνηρὸν πρὸς τὸ πέμψαι Βενιαμίν.

Verum majore tentabatur et sollicitabatur formidine Jacobi animus, cum cerneret argentum, veritus ne quis subesset dolus malus.

Πλέον δὲ ὁ Ἰακὼβ ἐφοβήθη θεασάμενος τὸ ἀργύριον, μὴ δόλος ἐστί.

Simeonem lege nascendi secundum, constringi jubet Josephus, quasi sibi secundum aliquam proportionem ætatis respectu habito respondentem. Qui enim inter multos est secundus, aliquo modo respondet penultimo. Siquidem et novissimo opponitur primus. Vel, ut opinor, illi vincula injecta sunt,

[96] Isa LXXV, 9, 10. [97] Rom IX, 31.

quod pleraque, quæ attinebant ad tragœdiam Josephi, ipsius impulsu et suasu acta essent. Si enim, cum foret ætatis respectu, inter fratres secundus, se conjunxisset natu maximo bona consulenti, consentientibus inter sese primis et præcipuis, certe id scelus impeditum fuisset.

[XLIII, 11] *Afferte ei munera*, etc. Quasi vero Ægyptia tellus hujuscemodi non profundat fructus? Imo maxime. Nam Ismaelitæ, qui emerant Josephum, illos fructus in Ægyptum importare solebant.

[32] *Est enim abominatio Ægyptiis*, etc. Est enim pietas impio abominatio.

Βδέλυγμα γὰρ ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια.

Josephus sapienter instruit suos fratres, ut dicerent Pharaoni, se esse pastores. Qui timentes ut mendacii insimularentur fortassis, sicut jussi erant, omnia eloquuntur, seque pastores confitentur.

Καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ· ὡς εὑρεθῆναι τὸν Βενιαμὶν ἐγγὺς τοῦ Ἰωσήφ.

A [33] *Et junior secundum ætatem suam*, etc. Ita eos collocaverat, ut Benjamin inveniretur prope Josephum.

[34] *Et aucta est pars Benjamin*, etc. Hæc verba Paulum apostolum nobis sub typo quodam prænuntiant.

Καὶ μὴν οὐχ οὕτως εἶπον ἐκεῖνοι, ἀλλ', Ἀποθνησκέτω. Τὸ οὖν κατὰ τὸ κόνδυ καὶ τὸν Βενιαμὶν οἰκονομεῖ Ἰωσήφ, ἐξετάζων τῶν ἀδελφῶν τὴν διάνοιαν, ὅπως ἔχῃ πρὸς τὸν Βενιαμίν. Εἶτα γνησίαν διάθεσιν καὶ ἀδελφικὴν θεασάμενος, τότε γνωρίζεται αὐτοῖς.

[XLIV, 10] *Et nunc ut dicitis, sic erit: apud quem scyphus fuerit inventus, erit meus servus*, etc. Fratres non dixerant: Servus tuus erit etc., sed, moriatur. Quod autem attinet ad scyphum, non sine singulari prudentia Josephi peragitur, ut exquirat et exploret animos fratrum, quomodo affecti sint erga Benjamin. Ubi comperit fraternam et genuinam benevolentiam, non amplius se continet, sed quis sit, ingenue aperit.

Ὅτι οἰωνισμῷ οἰωνιεῖται ἄνθρωπος, οἷος ἐγώ; Ἀντὶ τοῦ, ἕκαστος. Ἀσφαλῶς δὲ, οὐδὲ μέχρι ῥήματος, τὸ, *οἰωνίζομαι*, λέγειν ἠνέσχετο.

[15] *Quod auguratur homo, qui est qualis ego sum*, id est unusquisque. Cæterum perquam caute nec verbo quidem dicere sustinuit: *auguror*.

[16] *Non audemus aperire os*, etc. Sic ad Christum dicent: « Deus invenit injustitiam servorum tuorum, » etc. Subindicat ea, quæ Josepho acciderant: nec non somnia, quæ præcesserant.

[XLV, 16] *Gavisus vero est Pharao et servi ejus*, etc., scilicet cognito non servum, sed nobilem nobili stirpe exortum, ipsis imperitare.

Καὶ φάγεσθε τὸν μυελὸν τῆς γῆς. — *Τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς*, ὁ Σύρος ἔχει. Τοῦτο γὰρ καὶ ὑποκατιὼν φησι.

[18] *Et comedite medullam terræ*, etc. *Bona terræ* legit Syrus. Hæc ait, quo efficacius persuadeantur.

Καὶ μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν σκευῶν ὑμῶν, πάντων καταφρονήσατε.

[20] *Sed et oculus vester non parcat vasis vestris*, etc. Scilicet omnia contemnite.

Πέντε ἐξαλλασσούσας στολὰς, ἀλλασσομένας, διαφόρους. Ὁ δὲ Σύρος, *Πέντε ζυγὰς*, φησὶν, ὡς καὶ ἄνω τὴν *μερίδα ἐπλεόνασε πενταπλασίως*.

[22] *Quinque mutatorias stolas*, id est, varias. Syrus habet, *libras*, sicuti supra, ubi ait Josephum fratri Benjamin submisisse partem, quæ quinario reliquorum fratrum superaret portiones.

Μὴ ὀργίζεσθε ἐν τῇ ὁδῷ, ἐγκαλοῦντες ἀλλήλοις, φησὶν, ἕνεκεν τῶν εἰς ἐμὲ γενομένων· φοβούμενοι καὶ αἰσχυνόμενοι ποίῳ τρόπῳ λέξομεν τῷ πατρί;

[24] *Non contendatis in itinere*, etc., scilicet mutuo vosmetipsos incusantes et culpantes, propter ea, quæ crudeliter in me patrastis, timentes quo C ore, quave fronte illa enarrare velitis parenti.

Καὶ ἐγὼ ἀναβιβάσω σε εἰς τέλος, ἕως τῆς συντελείας· ὅ φησιν ὁ οβ' ψαλμός· « Διὰ τοῦτο ὁ λαός μου ἐπιστρέψει ἐνταῦθα, καὶ ἡμέραι πλείους εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. »

[XLVI, 3] *Et ego reducam te inde*, etc. In fine vel consummatione, sicuti suggerere videtur psal. LXXII. « Propterea populus meus revertetur huc, et dies plurimi reperientur in eis. »

[7] *Sed et filiæ ejus et filiæ filiorum ejus*, etc. Accersi jubebat has et generos, veritus ut laberentur in idololatriam.

[8] *Ista autem sunt nomina filiorum Israel*, etc. Nomina recitantur, ut cognoscamus deinceps, ubi egressi Ægypto censentur, quam incredibilia sumpserint incrementa, ex virtute Dei, qui eos in hunc modum auxit.

Ἰαμεὶν, ὅθεν Ἰαμεναῖοι. « Υἱοὶ Φαρὲς, Ῥὼμ, ἐξ οὗ ὁ Χριστός. »

[10] Jamin. Hinc derivantur Jaminæi. « Filii Phares Rom, » ex quo descendit secundum carnem Christus.

Ἐκ τῆς φυλῆς Βενιαμὶν (61), Ῥώς· ἀφ' οὗ

[21] *Aroiles et Arieles*, vici Palæstinæ. Filii Ben-

[e] Psal. LXXII, 10.

NOTÆ.

(61) Υἱοὶ δὲ Βενιαμίν. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

jamin Ros, ex quo manant ceu capite Romani. A Quapropter inquit beatus Paulus, fortassis in hunc genus referens : « Ego vero et natus sum. » Arad; unde Aradus.

Ῥωμαῖοι. Διό φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ἴσως ἐκ τούτου καταγόμενος, « Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. » Ἀρὰδ, ὅθεν Ἄραδος.

[23] *Filii Dan, Asim.* Serpentis enim semen exiguum et modicum esse conveniebat. Judas præmissus **195** est potissimum, ut qui specimen dederit suæ probitatis et prudentiæ in defensione, quam peregit pro Benjamin. Deinde quod longo gratissimus foret Josepho, quod jam olim, reliquis fratribus vim parantibus, ipse salutaria suaserit et Josephi salutem tutatus sit.

[28] *In Heroum urbe*, etc. Fortassis est illa Heroum urbs, cujus mentionem facere Manethonem tradit Josephus. Nam in Exodo patet filios Israel Ramessen urbem condidisse. Verumtamen, quæ postea evenere, hoc loco anticipat.

Καθ' Ἡρώων πόλιν. Μή τι αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν Ἡρώων πόλις, ἧς μεμνημένον τὸν Μανέθωνα ἀναφέρει Ἰώσηπος (62); Καὶ γὰρ καὶ τὴν Ῥαμεσσῆ ἐν τῇ Ἐξόδῳ φησὶν, ὅτι Ἰσραὴλ αὐτὴν ἐκτήσαντο (63).

[32] *Viri pastores sunt*, etc. Quapropter, teste Josepho, Manethon Judæos pastores nominat.

[xlvii, 4] *Venit Jacob in Ægyptum ad Joseph*, etc. Ab Gosen se receperunt in interiora regni Ægyptiaci, ubi morabatur Pharao.

Ἦλθε δὲ εἰς Αἴγυπτον πρὸς Ἰωσὴφ Ἰακώβ. Ἀπὸ Γεσὲμ εἰσῆλθον εἰς τὰ ἐσώτερα τῆς Αἰγύπτου, ὅπου ἦν Φαραώ.

[9] *Pauci et mali*, etc. Pharaoni admiranti longævitatem Jacobi, respondet Jacobus : « Dies mei pauci et mali, si comparentur cum diebus patrum meorum. » Tales enim tantasque tribulationes nemo ante ipsum perpessus est. Voluit ut hinc diceret Pharao illam gentem a Deo esse bene- B dictam, propterea ejus gentis homines esse annosos, et affluere omnibus terræ opibus propter pietatem, quam supremo Numini deferant.

Μικραὶ καὶ πονηραί. Ἐπειδὴ πολλάκις ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς τῆς ζωῆς τοῦ Ἰακὼβ ἐθαυμάζετο τῷ Φαραὼ, προστίθησιν Ἰακὼβ, « Αἱ ἡμέραι ἐμοῦ μικραὶ καὶ πονηραὶ, τοῖς τῶν πατέρων παραβαλλόμεναι. » Τοιαύτας γὰρ θλίψεις οὐδεὶς ὑπέστη τῶν πρὸ αὐτοῦ πατριαρχῶν· ἵνα μάθῃ, ὅτι παρὰ Θεῷ ηὐλόγητο τὸ σπέρμα, καὶ πολυετὲς ὂν, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν μετέχον δι εὐσέβειαν.

[16] *Adducite jumenta vestra, et dabo vobis panes*, etc. Non iracunde hæc loquitur Josephus, sed ne famis periculo inquietentur, dum pecora alunt, et exinde gratiam inveniant in conspectu Pharaonis, et laudentur ob bene curata pecora.

[21] *Populum sibi servos fecit*, etc. Universum populum terramque, excepta terra sacerdotum, acquisivit Pharaoni.

Κατεδουλώσατο αὐτῷ εἰς παῖδας. Ἐναπογράφους ἐποίησε.

Terram sacerdotibus destinatam non adjecit dominio Pharaonis. Quia sacerdotibus in Dosi dedit domos, id est diaria. Nam Symmachus interpretatus est, *constitutionem* sive *dimensum* aut *tributum*. Perbelle tributo subjicit Ægyptios et servos facit, C scilicet ut deinceps nulla agitentur seditione in eo regno, et in pace conserventur. Quintæ autem partes depositæ et reservatæ sint ipsis in solatium, si vel fames vel bellum grassetur.

Ἐν δόσει γὰρ ἔδωκε δόματα τοῖς ἱερεῦσι, τουτέστι διάρια. Καὶ γὰρ ὁ Σύμμαχος, *σύνταξιν*, ἐξέδωκε. Καλῶς δὲ φόρου ὑποτελεῖς τοὺς Αἰγυπτίους ποιεῖ, καὶ δούλους, ὡς ἂν ἀστασίαστος μετὰ ταῦτα φυλάττοιτο ἡ ἀρχή· ἔχοιεν δὲ καὶ τὰς ἀποπεμπτώσεις ἀποτιθεμένας ἐν λιμῷ, ἢ ἐν πολέμῳ παραμυθίαν.

[31] *Et adoravit Israel ad summitatem virgæ ejus*, id est, adoravit insignia regni, quod administrabat Josephus. Alii aiunt, Jacobum more senum tenuisse scipionem. Adeunte igitur Josepho caput inclinavit, et speciem præbuit adorantis. Capite igitur inclinato peracta est Ægyptiaca adoratio in summitate scipionis. Nam scriptum est : « Adoravit ad summitatem virgæ ejus. »

Vers. 5. *Erunt mihi ut Ruben et Simeon*, id est, tribuni et principes.

CAP. XLVIII.

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Vers. 6. *In nomine fratrum suorum vocabuntur*, id est, non habebunt tribus proprias et quasi peculiares, sed ex his oriundi reducentur in tribus Ephraim et Manasse.

Ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν κληθήσονται ἐν τοῖς ἐκείνων κλήροις, τουτέστιν οὐχ ἕξουσιν αὐτοὶ φυλὰς ἰδίας, ἀλλ' εἰς τὰς φυλὰς Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆ ἀνενεχθήσονται.

Igitur quasi duplicatus seu geminatus est Josephus Ephraim et Manasse pro ipso in tribus receptis.

** Act. xxii, 3.

NOTÆ.

(62) Ἐν τῷ κατὰ Ἀπίων, ι, λόγ σελ. 1039.

(63) Ὡς ἔκτισαν υἱοὶ Ἰσραήλ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Ἰδὼν δὲ Ἰσραὴλ τοὺς υἱοὺς Ἰωσήφ. Δῆλον ὡς A διὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, δίχα τῶν ὀφθαλμῶν, ἤγουν διανοίᾳ προφητικῇ.

VERS. 8. *Cum autem vidisset Israel filios Josephi*, etc. Nimirum oculis cernere nequivit: quia præ senectute cæcutiebant. Vidit igitur animo prophetico.

Ubique autem pietas præfertur naturæ. Sic Isaac Ismaele primogenito, sic Jacobus Esauo primogenito, sic Josephus fratribus, sic Ephraim antefertur Manasse. Extendens Israel manum suam dextram, eam injecit in caput Ephraim, ut capite sustinere videretur dextras duas, alteram patris et avi alteram. Sed frater ejus junior eo major erit. Nam videmus postea Ephraim imperio rexisse decem tribus.

VERS. 19. « *Et semen ejus erit in multitudinem gentium*, etc. Ex ipso enim processit **196** Jesus Nave, qui verus exstitit Christi typus, ut in Numeris perhibetur. Quapropter benedictio Josephi in hunc dirigitur. Jacobus in animum induxerat benedicere filios Josephi. Nam putabat reliquos abominaturos istos, ut ex alienigena natos. Et ut declaret se benedictione imbuere illos auctoritate et jussu Numinis, commemorat ea, quæ in Luza viderat. Simul quoque ad pietatem cohortatur et instruit filios. Præterea demonstrat gentis augmentum accepto ferendum esse divinæ benevolentiæ. In hunc modum et Christus fideles apportavit ad Patrem, jusque filiorum Dei sumus adepti, et sanctorum nominamur fratres, in patriarcharum chorum allecti. Primogenituræ dignitatem consecuti sumus sicuti Ruben, quia obedientes fuimus divinæ voluntati ad exemplum Simeon. Nam novissimi primi facti sumus Christo obsequentes. Siquidem magnus David ostendit: « Populus quem non cognovi, servivit mihi, et ad auditum auris obtemperavit mihi [1]. » Hi sunt, qui nati sunt ex Ecclesia gentium, ceu ex matre alienigena: et connumerantur sancto generi ob dilectionem qua pater complexus est filium, sicuti Jacobus Josephum. Et quamvis simus filii Dei, nihilominus sumus et Christi, qui nos, ut dictum est, ad Josephum adducit.

Filii, qui nascuntur, tui erunt, etc. Quapropter ad Patrem inquit Christus: « Quos dedisti mihi ex mundo erant; et mihi eos dedisti, et glorificatus sum in illis [2]. » Cæterum de sepulcro Rachelis scilicet Ecclesia, supra verba fecimus. Quod ait: « In Bethlehem, » etc., significare videtur, ut consepeliamur cum Christo, qui ibidem natus est: et ad meliorem festinemus vitam, liberati corporis corruptione, de qua re ad Patrem inquit in psalmis: « Præcipe Deus potentiæ tuæ, perfice Deus hoc, quod fecisti nobis [3]. » Verum enimvero potentia Patris est Filius, per quem immortalitatem nanciscimur, per quem nos agnovit Pater, quemadmodum filios Josephi cognovit Jacobus pater, cum Josephus responderet interrogatus: « Duo filii mei. » Pater insigni amore nos complexus est, nec non dignatus spirituali unione, sicuti Jacobus suos nepotes, ubi appropinquassent, osculatus et amplexus est. Quapropter divinus Paulus inquit: « Qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis [4]. » Et iterum: « Nunc vero cognoscentes Deum, imo magis cogniti a Deo [5]. » Respicit enim et cognoscit eos, qui familiariter afficiuntur erga Filium, quemadmodum se exhibuit placidum in Ægypto perunctis sanguine agni. Ait namque: « Videbo vos, et tutabor vos. » Jacobus vero in hunc modum alloquitur filium: « Ecce vultu tuo non sum privatus. Imo Deus oculis meis subjecit semen (sive filios tuos). Quemadmodum Josephus, quantum ad fratres, penitus perierat: sic Christus, quantum ad Judæos, ad quos venerat, plane mortuus, ut ultimo supplicio affectus, credebatur. Sic enim opinabantur. Sed ascendit ad Patrem virtute Deitatis resurgens, qua re suum conspicuum factum est genus, sicuti traditur: « Gens sancta, regale sacerdotium, populus in acquisitionem [6], de quibus loquitur sicuti Josephus: « Ecce ego et liberi, quos mihi dedit Deus. More puerorum illorum adducti, adoravimus. Manassen natu majorem sua dextra dextræ Jacobi applicavit, ut esset in conspectu avi. Cæterum hoc fecit, quærens majore benedictione insuper et avi dextra Manassen fortunari; et contrarium accidere volebat juniori. Avus autem in crucis formam permutans manus, juniori dextram, seniori sinistram imposuit. Sunt enim adoratores tam primus, quam qui huic successit populus, adducente nos in hanc gratiam non Mose, non prophetis (lex namque parum efficax est ad salvandum) sed ipso Christo, per quem in gratiam hanc adducti sumus. Decreverat quoque gentibus præferre Israelitas, quemadmodum Manassi primas dari voluit Josephus. Ait enim: « Non missus sum, nisi ad perditas oves domus Israel [7]. » Cum vero Israelitæ per omnia dediti essent impietati, prætulit his Pater eos, qui temporis ratione erant secundi. Et facti sumus novissimi primi, et primi in **197** novissimorum locum redacti sunt. Jacobus autem cum benediceret adolescentulos nominavit Deum, qui ipsum aluit, et angelum qui ipsum in omnibus periculis servavit, semper conjungens Deo Patri et Filium, qui apud prophetam Magni consilii angelus vocatus est [8]. Iniquo autem animo ferenti Josepho majoris contemptum Jacobus mysterii virtutem aperit, scilicet et ipsum in magnos honores et dignitates provehendum. Nam et Israel exaltatus est in iis, qui conservati sunt secundum prophetam, dicentem: Reliquiæ salvantur [9]. Verum frater natu minimus superabit natu maximum multis modis. Sed quasi sub involucro portenditur, gentes superaturas infinita multitudine, si fidei sinceritatem spectes, Israelitas. Si externam pompam et magnificentiam intuearis,

[1] Psal. XVII, 45. [2] Joan. XVII, 9, 10. [3] Psal. LXVII, 29. [4] Ephes. II, 13. [5] Galat. IV, 9.
[6] I Petr. II, 9. [7] Matth. XV, 24. [8] Isa. IX, 6 sec. LXX. [9] Isa. X, 21; Rom. IX 27

Ephraim præfertur Manassi. Illius enim regnum sub se continuit decem tribus. Accepit quoque Sichima, quasi quamdam prærogativam. Inquit enim Jacobus : « Et ego dedi tibi partem unam supra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi, in gladio meo atque in arcu meo. » In superioribus Chorræum vocavit Emor principem ejus regionis. Cæterum ex libro Judicum patet, omnes, qui ex stirpe Chananæi propagantur, dici Chananæos. Amorræi autem et Chorræi erant finitimi. Quare ait : « Gladio meo, et arcu meo, » etc., cum tamen non consenserit in factum Levi et Simeonis, et postea eos ob id in benedictionibus reprehendat et incuset? Respondeo : Quamvis nollet id facinus commissum, attamen cum factum fieri infectum nequeat, merito filiorum factum in se transtulit. Nam quod acquisiverunt, patris dominio accrescebat jure. Imo et Sichimitarum cædem sibi imputat, et quidem hac de causa, ut quidam perhibent. Imploravit enim Numinis auxilium, cujus præsentiam expertus est vel ex eo, ut patet, quod horror gelidus finitimos invaserat, nec audebant arma capessere, et hostes qui pauci erant persequi, quod futurum rebatur Jacobus, et nonnihil timebat. Quantum attinebat ad Levi et Symeonis crudele facinus, si id vindicare voluissent finitimi, perisset quidem Jacobus cum suis. Quomodo enim multis restitissent pauci? Servatus igitur divino auxilio, merito sibi ascripsit Sichimorum acquisitionem : quibus profecto excidisset, si a finitimis fuisset cum suis occisus.

A Ὁ μὲν Ἰωσὴφ λαμβάνει τὰ Σίκιμα κατ' ἐξαίρετον, ὁ δὲ Χριστὸς ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτοῦ ἐστι πάντα, αὐτοῖς ἐλθὼν διαμερίζει ταύτην τοῖς πιστοῖς ἔθνεσιν, ὡς ὁ ψαλμός πού φησιν· « Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω, » ὡς ἰδίαν δηλονότι, καὶ ὡς κληρονόμος πάντων. Πᾶσαι γὰρ αἱ κληρονομίαι εἰς αὐτὸν μετῆλθον. « Ἡ γὰρ κληρονομία αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ κατάσχεσις αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ὅθεν μετὰ ταῦτα φησὶν ὁ Δαβὶδ ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ, « Ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσήφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραὶμ οὐκ ἐξελέξατο. Καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα, τὸ ὄρος Σιών. »

Josephus igitur accipit Sichima, quasi præ aliis isto munere honoratus. Sic Christus, ut evidenter doceat omnia suo dominio esse subjecta, venit ut distribuat inter omnes veram Sichimitarum regionem. In hunc enim modum testatur psalmus : « Exaltabor, et dividam Sichima, et vallem tabernaculorum metiar [10], » scilicet ut suam et ut hæres ex asse. Nam hæreditario jure bonorum omnium factus est hæres. « Hæreditas ejus, ut habet Scriptura, gentes omnes, et dominium ejus fines terræ [11]. » Quapropter in sequentibus canit David : Repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit, et elegit tribum Juda montem Sion [11*].

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

B *Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Συνάχθητε, ἵνα ἀναγγελῶ ὑμῖν, τί ἀπαντήσει ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε, υἱοὶ Ἰακὼβ, ἀκούσατε, Ἰσραὴλ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν.* Καὶ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες τελευτᾷν μέλλοντες, τὸν ἴδιον τοῖς παισὶ παραπέμπουσι κλῆρον· καὶ οἱ πνευματικοὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ κόσμου μεθίστασθαι μέλλοντες, τὸ δοθὲν αὐτοῖς ἀγαθὸν ἐκ Θεοῦ τοῖς παισὶ παραπέμπουσι διὰ τῆς εἰς αὐτοὺς εὐλογίας. Οὕτως ὁ Ἰσαὰκ γηράσας, ἠθέλησεν εὐλογεῖν τὸν Ἠσαῦ, ὁ Ἰακὼβ τοὺς ἐκγόνους τοὺς ἐξ Ἰωσὴφ προσαχθέντας αὐτῷ. Νῦν δὲ περὶ πάντων τῶν παίδων προὔλαβε τὰ ἀποβησόμενα. Καὶ οὐκ εὐλογίας καλεῖ, τὰς προφητείας τὸ Γράμμα, ἐπειδή τινες τῶν φυλῶν ἐπετιμήθησαν μᾶλλον ἤπερ
C εὐλογήθησαν.

CAP. XLIX.

VERS. 1, 2. *Vocavit autem Jacob filios suos, et ait : Congregemini, ut indicem vobis, quid occurret vobis in novissimo dierum. Congregemini et audite, filii Jacob, audite Israelem,* etc. Patres terreni, si moriuntur, bona sua ad filios transmittunt : at spirituales patres volentes migrare ex hoc mundo in æterna tabernacula, bonum a Deo oblatum in filios interventu benedictionis transfundunt. Sic Isaac extremæ jam senectutis parabat benedicere Esauum. Sic Jacobus nepotes ex Josepho coram adductos benedictione beare **198** instituit. Nunc vero, quæ omnibus suis filiis eventura sint, prophetico more prædicit. Nec benedictiones, sed potius vaticinia nominat Scriptura, quæ hic dicuntur. Nam quædam illarum tribuum magis reprehenduntur quam laudentur.

Qui uni imperant familiæ, uni familiæ relinquunt bona, si moriantur. Qui vero universam gubernant gentem, benedictionem impertiuntur universæ genti, ut comprobatur exemplo Mosis. Omnis enim vult successoribus bonorum tradere hæreditatem. At ex uno principio in plurimos gratiam derivat Deus. Et quæ hic gesta leguntur, fuere typus veri principii, quod est Christus, qui ex semetipso in suos transmittit bonum : et in cœlum transgressus suis, quemadmodum jam ante ordinaverat, communicat spiritualia dona. Hisce muneribus fecit homines Dei filios in suam imaginem ipsos reformando, sicuti ex illo, quod ad apostolos ait, liquido conjicitur : « Qui vos excipit, me excipit [12] ; » cujus sane rei Moses fuit manifestior typus, non imperium exercens in carnales homines, sed magis spirituales et obsequentes. Prænuntiantem hæc Jacobum tetigit quoque futurorum cognitio : et per accidens quoque commemorat ea, quæ facta sunt, et per hæc futura, quasi delineat. Ruben itaque conscendit paternum

[10] Psal. LIX, 7. [11] Dan. VII, 14; [11*] Psal. LXXVII, 67, 68. [12] Matth. X, 40.

cubile, quod fœdavit, etc. Sic et gens Judaica incestum commisit. Deus enim Synagogam ex Ægyptiaca servitute manumissam, quasi contemptam mulierculam prius sibi despondit divinæ legis communione. Fecundam eam fecit adeo, ut plurimos pepererit liberos. Verum hanc corruperunt fœdantes alieno semine, qui tradunt præcepta Dei, admiscentes sacrosanctis oraculis humanas sanctiones et constitutiones. De his in hunc modum loquitur Isaias: « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion? In qua pernoctavit justitia, nunc autem homicidæ. Argentum vestrum est reprobum. Caupones tui miscent vinum aqua [11**]. » Diversorium in ea habuit et quievit justitia, id est, Deus. Sed corrupta est aliorum adulterinis doctrinis, qui solent deterius admiscere meliori. Quapropter ut meretricem eam accusat per Jeremiam prophetam, dicens: « Polluisti terram tuis scortationibus. » Et iterum: « Frons meretricis tibi facta est; ecquid te pudet? » Et iterum: « Tu scortata es cum pastoribus multis [12]. » Verum scortationis modum exponit Salvator Pharisæis accusantibus discipulos, quod illotis manibus cibum caperent, inquiens: « Quare vos transgredimini præceptum Dei? Nam Deus edixit: Honora patrem tuum, et matrem tuam, ut bene tibi sit. « Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri vel matri, Corban (quod est donum) quodcunque ex me, in tuum cedet commodum. Et præterea non sinitis eum quidquam facere patri suo aut matri suæ, et irritum facitis verbum Dei per constitutionem vestram, quam tradidistis [12*]. » Hinc Ecclesia incorrupta et quæ penitus abominatur scortationem, ait: «Patruelis meus mihi, et ego ipsi. » Ruben itaque incestavit Ballam. Primogenitus populus, qui profanationis exponitur filius, Judæorum Synagogam incestu fœdavit, quæ nuncupatur Ballam, id est, antiquata. Nam rugis deturpata est. Sed novus hic processit populus, de quo inquit David: « Populus, qui creatur, laudabit Dominum [13]. » Nova enim creatio in Christo secundum Scripturæ testimonia [14]. Jacobus vero alloquitur Ruben: « Tu robur meum, et initium liberorum meorum. » Robur quidem, quia in ipso erat fundamentum fidei: initium vero liberorum, qui promissi erant Abrahamo. Ipsi enim promissio et semini ejus, nec per Ruben promissionis semen, quod est Christus. Aut dicit: « Robur meum, » etc., quia in primogenito et ex Ægyptiaca servitute erepto populo, multæ et magnæ fortitudinis signa edita sunt. Verum ille populus erat durus et contumax, partim quidem ad obediendum Deo, partim vero, quod manus intulerunt Christo, quod hic nominavit contumeliam patris. Merito itaque audiunt: « Duræ cervicis homines, et incircumcisi cordibus et auribus, vos semper repugnatis Spiritui sancto [15]. »

Christus quoque exprobrat Judæis: « Quem prophetarum non occiderunt patres vestri? et vos implete mensuram patrum vestrorum [16]. » Audax igitur et præfractus populus et contumeliis afficiens instar aquæ, id est, intolerabilem habens, adversus quoscunque instituerit, incursum et impetum. Permanens autem in metaphora, ne adversus multitudinem efferatur Ruben, inquit: « Non fervesces. » Nam aqua fervescens exaltata effunditur, et videtur quodammodo multa esse. Siquidem Israelitarum numerus facile iniri potest, respectu eorum qui ex gentibus adepti sunt fidem. Aut fortassis consolationis gratia Spiritus sanctus ea verba protulit, ne scilicet penitus fervore correptus profundatur, dans scilicet ei spem salutis. Aqua enim fervida et effusa perire solet. Et nunc quoque insidias tendit thoro paterno, satagens circumvenire sponsam Ecclesiam, eique fucum facere, blasphemans ipsam, docensque dogmata quæ adversantur sanctæ doctrinæ. Quapropter inquit Salvator: « Scrutamini Scripturas: quia videmini in ipsis habere vitam æternam. Et hæ testantur de me, et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis [17]. » Et iterum: « Si credidissetis Mosi, credidissetis et mihi. Nam de me ipse scripsit [18]. » Et iterum: « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ! Quia clauditis regnum cœlorum coram hominibus. Vos non intratis, nec volentes intrare, sinitis introire [19]. » Quod ait: « Polluisti lectum, » etc., interpretantur quidam, quod pupugerit carnem Domini nostri Jesu Christi, super qua quievit Spiritus Patris, ut testatur propheta: « Quiescet super eo spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus cognitionis et pietatis, spiritus timoris Dei implebit eum [20]. »

Quod vero nec Ruben exclusus sit a salute, satis locuples testis est Moses, dicens: « Vivat Ruben et non moriatur. » Noluit enim vel in cædem vel in venditionem Josephi consentire. Salutem vero consequetur, ut in Ægypto, scilicet si mundus famelicus expetiverit spirituales dapes, quas accipiet a Christo, cujus typus est Josephus partiens frumentum in Ægyptios et gentiles, et ex circumcisione fratres. Alius vero docet, in Paralipomenis significari, primogenituram Ruben transmotam esse in Josephum. Sed Aquila sic hunc locum explicat, incipiens ab: *Durus et contumax*, etc. *Abundantiora accipiendo et ex abundante imperando, ferbuisti ut aqua. Non eris abundantior.* Quibus verbis significat Rubenitarum tribum nunquam potituram summa rerum, neque aliquam præ cæteris prærogativam habituram. Sic quoque præter vitam et regnum pollicetur Dominus, dicens: « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant [21]. » Hoc omittens Moses, quasi sub figura illi vitam exoptat, inquiens: « Vivat Ruben, » nec sequatur peccati labem ex Adami peccato contractam, Deo illi parcente et ignoscente. Adulterium autem commisit superflua usus voluptate. Hinc dicitur superflua accepisse, et ex abundante impe-

[11**] Isa. I, 21, 22. [12] Jerem. III, 2. [12*] Marc. VII, 11. [13] Psal. CI, 19. [14] II Cor. V, 17. [15] Act. VII, 51. [16] Matth. XXIII, 31, 32. [17] Joan. V, 39, 40. [18] ibid. 46. [19] Matth. XXIII, 13. [20] Isa. XI, 2. [21] Joan. X, 10.

rasse. « Symeon et Levi fratres, » etc. Post prophetarum frustra susceptas admonitiones, jamque deficientium et dicentium : « Domine, quis credidit auditui nostro [22]? » Nam Judæorum Synagoga scortationi dedita fuit, cum sequeretur diversas doctrinas. Proinde Deus per prophetam Judæis exprobrat, dicens : « Populus ille labiis me honorat, sed cor eorum procul abest a me [23]. » Præterea sermo Dei ad nos descendit. At parricidæ illi, qui letho dederunt sanctos, exclamant : « Hic est hæres, venite interficiamus eum, et hæreditas ejus nostra erit [24]. » Deinde, non contenti peremisse prophetas, etiam apostolos necant. Hæc itaque omnia nobis per præsentem demonstrantur prophetiam. Dina filia nata est ex Lea novissimo. Sic Synagogæ novissima multitudo, in qua extremis temporibus carne vestitus est Christus, parum excedens, sicuti Dina, paterno tabernaculo, id est, moribus legalibus, indigenis, nempe sanctis apostolis quoad doctrinam admista est; apostolis inquam haud amplius viventibus more Judaico, sed qui reputabantur ut alienigenæ. Ab his accipiens Synagoga evangelicæ doctrinæ **200** semina, a pulchro quodammodo sponso Christo oppressa quasi est, scilicet a Christo, qui per apostolos loquebatur. Ob quam rem indignabatur genus sacerdotale, scilicet Levi, id est, populus adjunctus sive electus. Populus præterea, qui sacerdotibus per omnia addictus erat et obsequebatur, qui quidem designatus est per dictionem Symeon. Sacerdotes enim et populi, qui hisce adhærebant, fidelium conversionem et sanam doctrinam non cessabant appellare, morum corruptelam, dicentes : « Ecce complevistis Jerusalem doctrina vestra [25]. » Deinde piis vitio vertentes, quod non ritu Judaico vitam agerent, cognoverunt circumcisionem a piis in summo honore haberi. At quam? nempe illam quæ spiritu constat nec littera. Demonstrabant enim Judæis, se spiritualem circumcisionem et Judæum, qui in occulto est, circumferre. Quamvis autem hæc scirent, non tamen illorum cæde abstinuerunt. Sicuti sanguine prophetarum et apostolorum manus profanarunt, sic etiam cruore Christi. Consulto igitur injustitiæ adhæserunt. Consensere enim et conspirarunt inter se, nec obiter et imprudentes ignarique rerum ista perpetrarunt. Horum igitur conjurationem pestiferam animo prævidens Jacobus, inquit : Absit, ut consiliis illorum obsequar; absit, imo absit ne mentem quidem illius conscelerati consilii cogitatione polluam. Nec quidem mente concipiam illorum scelerata consilia. Proinde Isaias inquit : « Væ animæ illorum. Quia inierunt consilium malum contra semetipsos, dicentes : Constringamus vinculis justum : quia nobis inutilis est [26]. » Et David ait : « Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit [27]. » Et iterum : « Principes in unum convenere contra Dominum, et contra Christum ejus [28]. » Et iterum : « Odi cœtum malignantium, et cum impiis nequaquam sedebo [29]. »

Homines itaque hoc loco propheta dicit sanctos. Christum vero sub tauri appellatione nobis indicat. Furiis agitati contrucidarunt sanctos Judæi : cupiditate invadendæ hæreditatis illius, Christum occiderunt, ut supra dedimus. Cædis hujus non minima causa fuit, quod Christus illos a fœdis cupiditatibus dehortatus est. At Christus appellatur taurus, quod istud animans sit robustum, et cultui divino deputatum ob puritatem et munditiem. Dominus vero virtutum est filius, qui nullum, inquam, admisit peccatum : at semetipsum obtulit sacrificium pro peccatis nostris. Quod vero inquit : « Succiderunt nervos, » etc., id accidit aut cum in cruce nervos ejus transfixerunt : aut cum sanctos ejus trucidarunt, manentque mortui usque ad resurrectionem. Christus quasi vitulus, cujus nervi succisi sunt, lapsus est humi, sua voluntate, ut nos redimat, sustinens et tolerans carnis mortem. Nec tamen a morte est retentus. At Judæi patriæ fugerunt fines, et dispersi sunt in Israel, gentibus cernentibus Deum, cujus alma luce ipsi carent. Hoc vero dicitur de iis, qui poplites tauri inciderunt, nec de omnibus. Possumus enim de his dicere, qui non se dedere socios ad hanc iniquissimam cædem perpetrandam, quod legitur in Deuteronomio : « Manus nostræ non fuderunt sanguinem hunc, nec oculi nostri viderunt [30]. » Hæc verba jussit Deus dicere illos, qui non cædem commisissent, in valle lavantes manus super mactata juvenca : nempe illos, qui proximi essent oppido, in cujus finibus homicidium esset perpetratum, et cui proximum jaceret cadaver. Cæterum juvenca illa, quoque Christi typus censetur. Judæi huic voci emisere vocem contrariam, clamitantes : « Sanguis ejus super nos, et super liberos nostros [31]. » Verum Moses ademit Levitis maledictionem, cum in Raphidim ob defectionem populi et formationem vituli ceperunt arma, et nec fratribus nec filiis pepercerunt. Hinc maledictio, qua dispergendi erant, conversa est in benedictionem, accipiuntque Levitæ ab aliis tribubus urbium primitias : quas inhabitabant ceu hospites et peregrini, non secus ac in hoc mundo commorantur perfecti Christiani et veri adoratores Numinis. **201** Cum enim in lege sint duo principalissima munera, scilicet sacerdotium et regnum, sacerdotium sortitur Levi, cui destinatus erat antequam nasceretur, dicente Jacobo patre : « Omnium, quæ mihi dederis, tibi decimas dabo [32]. » Verum decimus invenietur Levi inter filios Jacobi, si numerandi initium feceris ab ultimo. Sed is numerandi modus recipiendus est propter Christum, qui in extremo sæculo finem declaravit esse principium, veniens et benedictionem in sæculi extremi fine demum apportans. Conversa autem in benedictionem maledictione Levi, dubio procul et maledictio Simeonis in benedictionem conversa est. Nam communi consilio et opera ceciderunt Sichimitas, ob quam rem meruerunt communem maledictionem. Quapropter eosdem

[22] Isa. LIII, 1. [23] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8. [24] Matth. XXI, 38. [25] Act. V, 28. [26] I mo, Sap. II, 1, 12. [27] Psal. I, 1. [28] Psal. II, 2. [29] Psal. XXV, 5. [30] Deut. XXI, 7. [31] Matth. XXVII, 25. [32] Gen. XXVIII, 22.

oportebat vicissim et benedictionis esse participes. Hinc haud ab re nullum verbum de Simeone facit Moses. Alii putant Mosen silentio prætermisisse eam rem consulto, quasi Christo transmiserit ejus correctionem, qui omne, quod in lege deest, per gratiam corrigat : quemadmodum et decem tribus sub appellatione Ephraim contentas non reducit sub Cyro, qui libertatem pollicetur : sed postea promittit se illas reducturum in patriam per Jeremiam prophetam defectum resarciens per Christi beneficentiam. Itaque et Simeon, licet non nominatim, attamen communi promissione gentis comprehensus est, cujus tenor est : Israelem non cessaturum esse gentem coram Deo. Simeon dispersus est in omnes tribus, cum singulis tribubus agri ascriberentur. Nam e regione omnium tribuum datus est Simeoni locus obliquus per universas se extendens tribus. Quidam auctores sunt in medio tribus Juditarum assignatos esse agros Simeoni. Attamen, quamvis respectu reliquarum tribuum parva foret, salutem consecuta est. Ut autem quidam asseverant, cum Judæi scortarentur cum alienigenis, videlicet eo tempore, quo ob insignem pietatis zelum plurimum commendatus est Phinees favore numinis, tradunt primum illius absurditatis auctorem fuisse Simonem. Quapropter Moses hunc non dignatus est benedictione.

Ὁ Ἑβραῖος οὐ συμφωνεῖ τῷ Ἑλληνικῷ, λέγων A οὕτω· Συμεὼν καὶ Λευὶ ἀδελφοὶ σκεύη ὕβρεως, ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν μὴ εἰσέλθῃ ἡ ψυχή μου, καὶ ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν μὴ χρονίσῃ ἡ δόξα μου. Ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀνεῖλον ἄνδρας, καὶ ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν καθεῖλον τείχη.»

Verum Hebræus non consentit cum Græco interprete. Cæterum sensum Hebræi annotabo : « Simeon et Levi fratres vasa sive instrumenta contumeliæ. In consilio eorum non ingrediatur anima mea : et in populo eorum non moretur gloria mea. Quia in furore suo interfecerunt viros, et in consilio suo destruxerunt murum.»

Per muros intelligi possunt principes, qui potentia pollebant in illa urbe, eamque conservabant et tuebantur instar muri munitissimi. Quæritur, cum Simeon et Levi duntaxat duo fuerint, quomodo potuerint delere Sychimitas? Hanc quæstionem solvit Scriptura inquiens : « Ob dolorem circumcisionis, qui die tertio gravissimus est, » quando quidem Sychimitæ dolore divexati, nequiverunt surgere, et fortiter hosti obviam procedere.

Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου. Τοὺς προτέρους μεμψάμενος υἱοὺς Ἰακὼβ, ὡς διά τινα πλημμελήματα τῆς μελλούσης προῤῥήσεως ἀναξίους γεγενημένους, ὡς κρείττονι τῶν ἀδελφῶν B Ἰούδα, τάδε θεσπίζει. Ἐσκόπει γὰρ διὰ τίνος τῶν παίδων ἡ περὶ τῶν ἐθνῶν ἐπαγγελία προβήσεται, αὐτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ πατράσιν ἐκ Θεοῦ δεδομένη. Ἐπὶ δὲ τὸν τέταρτον ἐλθὼν τὸν Ἰούδαν, ὁμοῦ μὲν τὸν φήσαντα αὐτῷ χρησμόν· « Βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται· » τέλος λήψεσθαι θεσπίζει διὰ τῆς τούτου διαδοχῆς, ἐξ οὗ καὶ τὸ βασιλικὸν γένος συνέστη, ὁμοῦ δὲ παρίστησι καὶ τὸν περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως χρόνον. Ἐξ αὐτοῦ δεικνὺς καὶ τὸν δι' οὗπερ ἡ κλῆσις Χριστὸν, δι' ὃν καὶ βασιλικῆς ἠξιώθη παρὰ τοὺς ἄλλους φυλῆς. Καὶ ἀπὸ τῶν Μωσέως χρόνων, Θεοῦ προστάξει, κατὰ τὴν διάταξιν, τῶν λοιπῶν ἡγεῖτο φυλῶν. Καὶ ἐν τῷ ἐγκαινισμῷ τῆς σκηνῆς πρῶτοι τὰ δῶρα προσήνεγκαν· καὶ ἐν τῷ διαμερισμῷ τῆς γῆς αἱ μὲν ἄλλαι φυλαὶ διὰ κλήρου, C ἀκληρωτὶ δὲ αὕτη τὸ οἰκεῖον μέρος κομίζεται· καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰησοῦ, Θεὸς προσέταξεν ἐπὶ τοὺς Χαναναίους ταύτην ἡγήσασθαι· καὶ πανταχοῦ ταύτην ἡγουμένην εὑρήσομεν. Εἰ γὰρ καὶ οἱ Κριταὶ ἐκ διαφόρων ὡρμῶντο μερῶν, ἀλλ' οὖν καθόλου ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ τοῦ παντὸς ἔθνους ἡγεῖτο. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας, καὶ κάτω, μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. Καὶ ἐν Παραλειπομέναις δὲ πρώτη γενεαλογεῖται. Λείπεται δὴ οὖν τούτοις ἀκολούθως καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις τὴν αὐτὴν φυλὴν τῶν λοιπῶν ἡγεῖσθαι μέχρι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας· εἰ καὶ μὴ θείαν ἔχομεν μέχρι ταύτης ἱστοροῦσαν

VERS. 8. *Juda, te laudabunt fratres*, etc. Jacobus præcedentes filios ob quædam delicta culpavit, et indignos judicavit futuro vaticinio; verum Judæ, ut meliori, sequentia vaticinatur. Animo enim perspiciebat, per quem ex suis filiis gentium promissio, sibi et patribus nuntiata, eventum esset sortitura. Veniens autem ad quartum filium, nempe Judam, obiter commemorat oraculum, quod habet : « Reges ex lumbis tuis egredientur [33]. » Idem regnum quoque finem accepturum docet successione ejus, per quem regale genus constitit. Simul quoque demonstrat vocationis gentium tempus, quo significat nobis et illum, per quem contigit vocatio, scilicet Christum, ob quem Judas præ cæteris ad regiam dignitatem promotus est. Juditarum tribus a temporibus inde Mosis imperio, et jussu Dei dominabatur reliquis tribubus. In dedicatione tabernaculi, munera obtulerunt primi. In divisione terræ, cæteræ tribus per sortem Juditæ absque sorte suam partem acceperunt. Defuncto Josua Deus in profligandis Chananæis hanc tribum gerere ducatum præcepit. Ubique hanc tribum regia potestate præditam reperimus. Quamvis ex diversis locis convenirent judices, attamen penes **202** tribum Judam totius regni potestas manebat. Regale sceptrum tenuit illa tribus a Davidis imperio usque ad tempora Babylonicæ captivitatis, et usque ad reditum quando liberati ex illa captivitate postliminio reversi sunt ad pristinas sedes. In Paralipomenis ejus genealogia primo ponitur loco. Verisimile est eamdem tribum potitam esse regno etiam temporibus quæ sunt insecuta, usque ad adventum

[33] Gen. xxxi, 11.

Christi, quamvis nihil ea de re memoriæ proditum sit. Cæterum fama quædam manat, quæ affirmat Juditarum tribum rexisse reliquas tribus omnes, donec totus populus in miseram servitutis conditionem ab Romanis est deductus. Hoc facit, quod universa gens non ab Ruben primogenito, nec ab Levi, qui erat senior, et sacerdotii dignitate præfulgebat, nec ab Josepho, qui præfectus fuit Ægypto et fratribus, nec ab hujus liberis, quamvis longo tempore præfuerint decem tribubus, sed ab Juda Judæi sunt denominati. Quare gens non tulit appellationem a Benjamin tribu, in qua totius gentis sita erat metropolis? Quia tribus Juda jam inde a priscis temporibus regia dignitate resplendebat, gubernabatque omnes Judæos, cum adhuc libertate fruerentur juxta prophetiam. Nam libertas ipsis incolumis stetit usque ad tempora Augusti, quo imperante in miseram devenerunt servitutem. Sub idem tempus et Christus natus est. Augustus, et Herodes alienigena, cui regni habenas commisit Augustus auctoritate senatus, genti imperitarunt. Herodis pater erat Antipater Ascalonita, sacerdos Apollinis, mater vero Cyprine Arabica. Is occiso postremo pontifice Hyrcano, ad gubernacula Judaici regni emersit. Verumtamen quamvis in imperio Romano ex diversis gentibus oriundi duces et reges imperent, tamen summa rerum penes Romanos est. Sic apud Judæos, universa potestas hæsit in Juditarum tribu, licet ex aliis tribubus interdum declararentur reges et principes.

A Γραφήν· λόγος γὰρ αὐτὴν τὴν τῶν πασῶν ἡγεῖσθαι φυλῶν μέχρι τὸ γένος ὑπὸ Ῥωμαίων δεδούλωται. Διὸ καὶ τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ αὐτῆς προσαγορεύονται (64), ἀλλ' οὐχ ἀπὸ τοῦ Ῥουβὶμ, ὃς πρωτότοκος ἦν, καίτοι τῶν πρωτοτόκων τιμωμένων κατὰ τὸν νόμον· οὐδὲ ἀπὸ τοῦ Λευῒ πρεσβυτέρου ὄντος, καὶ ἱερωσύνῃ τετιμημένου, ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ ἄρξαντος Αἰγύπτου, καὶ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ, χρόνον ἐπὶ πλεῖστον ἡγησαμένων τῶν θʹ φυλῶν. Διατί δὲ μὴ ἀπὸ τοῦ Βενιαμὶν, οὗπερ ἦν ἐν τῷ κλήρῳ ἡ τοῦ παντὸς ἔθνους μητρόπολις; Ἀλλὰ γὰρ ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ ἄνωθεν ἦν ἀρχικὴ, καὶ ἡγεῖτο πάντων, ἕως ἦσαν αὐτόνομοι κατὰ τὴν προφητείαν· ἦσαν δὲ μέχρι τῶν Αὐγούστου χρόνων ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι· καθ' ὃν, Χριστοῦ φανέντος, τὸ ἔθνος ἅπαν δεδούλωται. B Ὅτε καὶ πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης ἡγήσατο, καὶ βασιλεὺς Αὔγουστος, ὁ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσας αὐτῷ μετὰ καὶ τῆς συγκλήτου (65), ἐξ Ἀντιπάτρου γεγονότι τὸ γένος Ἀσκαλωνίτου ἱεροδούλου Ἀπόλλωνος, καὶ Κυπρίνης ἐξ Ἀράβων μητρός. Οὗτος γὰρ τὸν ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀρχιερέων ὕστατον ἡγησάμενον Ὑρκανὸν ἀνελὼν (66), Ἰουδαίων ἀναγορεύεται βασιλεύς. Καὶ ἁπλῶς, ὡς ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἄλλος μὲν ἐξ ἄλλων ἐθνῶν βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες καὶ στρατηγοὶ προχειρίζονται, Ῥωμαίων δὲ τὸ πᾶν ὠνόμασται κράτος· οὕτως ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, τὸ μὲν πᾶν κράτος τῆς Ἰούδα ὑπῆρχε καθόλου φυλῆς, οἱ δὲ κατὰ μέρος βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες ἐξ ἄλλων φυλῶν ἐσθ' ὅτε προὐβάλλοντο.

C

At nunc paulo altius repetamus, et excutiamus vaticinium Jacobi. Quod non quartum filium, ex quo tribus illa descendit, Jacobi prophetia concernat, satis liquet ex verbis, quæ sic habent: « Audite quæ in extremis diebus futura sunt. » Quomodo enim ista verba respicere poterunt eum, qui tunc vivebat? Præterea nec fratres Judam collaudarunt. Quid enim præclari Judas ille fecit, ut fratrum laudem mereri posset? Potius hæc verba Josepho attribuenda fuissent, quem, antequam illud vaticinium a Jacobo depromeretur, etiam ipsus adoravit Judas. Præterea majus hoc est, quam ut conveniat Judæ, quod dicitur: « Accubans ut leo dormivisti. » Imprimis tamen illud non quadrat Judæ, quod scribitur: « Donec veniant, quæ illi seposita sunt. Et ipse erat exspectatio gentium, » etc., quæ verba significant tempus quo ille, de quo hic sermo habetur, adventurus sit. Multi ex universa gente nec ex sola tribu Juda, declarati sunt principes et reges, utpote Moses, Josue, Debora, et qui ordine sequuntur per aliquot annorum curricula. Hos Scriptura sacra non ex tribu Juda, sed ex aliis allectos testatur. Imo ad aliam tribum primus rex Saul pertinuit. Reges, qui processere ex stirpe Davidica, nec perdurarunt annis quingentis, scilicet ad Babylonicam captivitatem: nec universæ dominati sunt genti: sed horum imperium tres saltem tribus non per omnia agnoverunt. Alii erant duces et reges, qui cæterarum tribuum tenebant moderamen. Universum enim regnum defuncto Salomone in duas factiones abiit. Deinde post Babylonicam captivitatem supra quingentos annos usque ad adventum Christi usi sunt aristocratia, quo tempore sacerdotes regia dignitate præfulgebant. Satis igitur superque manifestum reor, illud vaticinium non ad primum illum Judam, nec ad ejus successores porrigendum esse, scilicet « non deerit princeps ex Juda, » etc., sed ad universam trahendum esse tribum, quasi in hunc modum diceret: Non desinet imperare tribus Juda, donec veniat, cui sepositum est, qui, ut gubernet gentes, exspectabatur jam inde ab illa promissione, quæ facta **203** est Abrahamo. Dicatur igitur ad totam tribum: « Laudent te fratres tui: quia prælata es reliquis tribubus. » Eidem competit, ut sit imperator in profligandis hostibus. Nam verba vaticinii sunt, quæ id monent. « Manus tuæ in tergo hostium tuorum. » Deinde, ut appareat imperatoria dignitas, scribitur: « Catulus leonis Juda. »

NOTÆ.

(64) Ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα, ἐξ ης ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα τῆς προσηγορίας αὐτῆς μετέλαβον. Ἰώσηπ. ἐν κεφ. ν, τοῦ ΧΙ βιβλ. περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ.

(65) Ἰώσηπ. ταῦτα ἱστορεῖ ἐν κεφ. ΧΧVΙ τοῦ ΧΙV βιβλ. περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ.

(66) Ὁ αὐτ. ἐν κεφ. ΙΧ, τοῦ ΧV βιβλ. περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ.

Ob hanc tribum magnifice se efferens Jacobus patriarcha, inquit: « Ex germine meo, fili, ascendisti, » id est, ex me processisti, sub illis verbis incrementum et decrementum illius tribus commonstrans. « Accubans ut leo dormivisti, » etc., dicitur ob audaciam et animosos adversus hostem spiritus. Deinde significat tanta firmitate eum insedisse regio solio, quod hæreditario jure sit adeptus, ut inde avelli et deturbari nequeat. Leonis nomen imponitur illi tribui, quod leo, si cubet, terribilior, propter pectoris amplitudinem, conspiciatur. Quapropter admiratur Judam, ut terribilem et fortem, quasi nemo facile inveniatur, qui ipsum sit excitaturus, et regio solio regiaque dignitate dejecturus. Huno paulo post refert fore exspectationem gentium, qui non compariturus sit prius, quam defuerit princeps et dux in Israel.

Verum hic traditur translaturus regnum a tribu Juda in se. Nato enim Christo ablatum fuit sceptrum Judæ, universa gente in servitutem ab Romanis redacta. Quapropter beatus Lucas, adnotans tempora diligentius, inquit finem Judaici regni fuisse initium doctrinæ Christi, quod quidem accidit decimo quinto anno Tiberii Cæsaris, cum Pontius Pilatus ut præses administraret Judæorum regnum [24-24]. Similiter tradit sanctus Matthæus: « Jesu autem nato in Bethleem Judæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente veniunt Hierosolymam [25] » etc., quibus verbis dilucide commonstrat vocationem gentium, et Judæos eo tempore ab alienigenis esse gubernatos. Hæc vero contigere in extremis diebus, sicuti habet vaticinium Jacobi. Hoc tempore Christi regnum in gentes conspicuum erat, et ex eo tempore nihil præclari per prophetas, sacerdotes, domi militiæque gestum est. Siquidem planissime adempta libertate serviebant Romanis. Templum enim erat profanatum, quando venerunt (ut innuit prophetia Jacobi) seposita illi. Quæ autem sunt illa? « Nempe: Juda, te collaudabunt fratres. » Hæc quoque secundum alium sensum et in Christum reducuntur, qui quoque Juda vocatur, ut alicubi et Jacobus. Ait namque propheta: « Jacob filius meus; assumam eum. Israel electus meus, suscipiet eum anima mea [26]. » Judicium gentibus proferet, etc.; » et in nomine ejus gentes sperabunt [26*]. » Etiam Davidis nomine appellatur, ut patet ex LXXXVIII psalmo: « Ipse me invocabit: Pater meus es tu. Et ego primogenitum ponam eum, excelsiorem regibus terræ: in æternum parabo ei misericordiam meam [27]. » Et iterum: « Semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus, ut sol coram me, et ut luna perfecta in æternum [28]. » Haud abhorrentia a Davide, de quo ista prædicari videntur, dicit et Salomon LXXI psalmo, qui inscribitur Salomoni. Is psalmus dilucide, quæ hactenus dedimus, exprimit: « Imperabit a mari ad mare, et a flumine usque ad fines terræ. Et omnes servient ei [29]. »

Cæterum ille Judas est Christus, qui secundum carnem ex tribu Juda natus est, secundum divini Apostoli testimonium [30]. Verum nomen significat, laudem, aut hymnum decantatum. At cui magis competit, quam Christo, ut magnifice laudetur, qui suis fratribus, nempe apostolis, admirabiles virtutes perficiens, admirationi fuit? De quibus habetur in Psalterio: « Annuntiabo nomen tuum fratribus meis [31]. » At mulieribus, quibus comitata veniebat Maria, inquit Christus: « Annuntiate fratribus meis, quia ascendo ad Patrem meum [32]. » Discipuli primi eum suspiciebant ut prophetam, dum adeo insignia ederet miracula. Deinceps vero, ubi didicerunt ab ipso devictum hostem et humani generis carnificem: nec non mortem et invisibiles potentias ab ipso esse debellatas, ut Deum adoraverunt ipsum. Præterea quis neget, manus **204** ejus fuisse in tergo hostium, cum doctrina et miraculis expugnarit dæmones? E cruce vero pendens passis manibus, fugavit omnes hostes, eosque terga vertere coegit. Unde in Davide legimus: « Persequar hostes meos, et apprehendam, nec a persecutione revertar, donec interierint. Affligam eos, nec poterunt consistere. Cadent sub pedes meos [33]. » Et hæc patientes, ne referire quidem audebunt, juxta illud oraculum: « Nihil commodi ex ipso capiet hostis, et filius iniquitatis non amplius lædet eum [33*]. » Hoc vero præcipue tunc evenit, cum committens spiritum Patri, carne exutus descendit in hostium locum: et cum esset ipsa vita, destruxit mortem et adversarias potentias: quas verisimile est ad primum ejus adventum, cum eum nudum existimarent hominem, instituisse ipsum circumvenire, et insultare ei ceu vili et extremæ sortis homini. Ubi vero cognoverunt eum esse augustiorem homine, nimirum fuga inita terga dederunt. At ipse extendens manus telis suis divinis fugientes persecutus est. Nunc quoque eos, qui ipsum inimicum capiunt et bella gerunt cum Ecclesia, invisibili telo in fugam vertit et fundit. Acceptis spoliis, quæ sunt præmia victoriæ, adorabitur a Patris filiis: scilicet angeli in cœlo et cœlestes virtutes ipsum adorabunt. Idem facient apud nos apostoli et gentes cognoscentes ipsum esse Deum, et accipientes ab ipso potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem potestatem diaboli, qui nobis terga vertit, imo protritus et conculcatus est, propter eximiam Christi victoris virtutem.

Potest hoc, quod ait: « In tergo, » etc., dici de Judæis, qui ipsum hostili odio sunt persecuti: qui, quamvis in hoc sæculo manus ejus effugiant, tamen in extremis diebus confitebuntur eum. Nam hi sunt filii Dei patris secundum Isaiæ vocem: « Filios genui et exaltavi: ipsi vero me rejecerunt [34]. » Idem etiam dictum congruit ejus secundum carnem fratribus, qui primo in fide hæsitabant. Admirabantur Christi miracula, sed interim offendebantur cernentes eum legis non observare cæremonias. Nam de nullo

[24-24] Luc. III, 1. [25] Matth. II, 1. [26] Isa. XLII, 1-4; Matth. XII, 18-21. [27] Psal. LXXXVIII, 27-29. [28] ibid. 36-38. [29] Psal. LXXI, 8, 11. [30] Rom. IX, 5. [31] Psal. XXI, 23. [32] Joan. XX, 17. [33] Psal. XVII, 38, 39. [33*] Psal. LXXXVIII, 23. [34] Isa. I, 2. [35] Matth. XV, 11.

discrimine in cibis habendo concionatur : « Non, quod in os ingreditur, inquinat hominem [24.25], » etc. Non autem superstitiosius observandum esse Sabbatum, hisce verbis significavit : « Quia Dominus Sabbati est Filius hominis [26]. » Ut dubitantes igitur dixerunt : « Si hæc facis, ostende teipsum mundo. Nemo enim in occulto facit, et cupit ipse manifestus esse [27]. » At his continuo subjungit evangelista, inferens : « Nec enim fratres sui in ipsum crediderunt [28]. » Cæterum post passionem et ascensionem Domini, nullus amplius incredulitati locus erat fratribus. Quæ cum in spiritu prænovisset Jeremias, ad Christum alicubi loquitur in hæc verba : « Quia fratres tui et domus patris tui, et ipsi reprobaverunt te, et ipsi post te clamant. Congregati sunt, ne festines in eis. Quia dicent de te bona [29]. » Hæc quidem in effectum producta esse, nemo est qui nescit. Proinde et Jacobus Litteris appellans duodecim tribus, sic exorditur : « Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus [30], » etc. Verum cum necessitas postularet, ut et nativitatis ejus mortisque mysteria prophetia comprehenderentur, non immerito addit : « Catulus leonis Juda. » Quia Christus ex regia ortus est tribu, Filiusque est Cunctipotentis, qui potest adversarios solo verbo domare, secundum prophetam, qui profatur : « Leo rugiet, et quis non timebit [31] ? »

VERS. 9. *Ex germine meo, o fili, ascendisti*, etc. Christus enim secundum carnem erat ex semine et radice Jacobi, qui illa prædicebat. Imo natus fuit ex germine et nobili radice sanctæ Virginis per Spiritum sanctum. Nam alicubi inquit Scriptura : « Exibit virga ex radice Jessæ [32]. » Ipse enim est vere virtutis virga, quam ex Sion misit nobis Deus. Hæc consolatur omnes et tolerat, virga exsistens rectitudinis et regni. Hæc recte et clementer pascit sanctorum greges; cæterum conterit ceu figuli vas eos, qui nolunt ab ipso pasci. Ipse virga est, quæ reponebatur in sancto tabernaculo, et inferebatur in Sancta sanctorum, progerminans nuces, quæ quidem resurrectionem nobis adumbrant. Lignum enim nucis arboris fugat somnos **205** inducitque vigilias. Ut autem mortem Christi nobis prænuntiet, infert : « Accumbens ut leo dormivisti et ut catulus leonis. » Siquidem Pater est in Filio, et in Filio Pater. Scriptura autem insuevit somnum appellare mortem. Verum per dictionem, *accumbens*, etc., significatur nobis voluntaria mors Christi. At Christus omnes, ceu leo fortis et vigens pollensque viribus quiverat devincere. Nec a morte detentus est, quemadmodum putaverunt illi, qui ipsum in crucem egerunt. Imo volens cubuit. Quemadmodum leo non solum vigilans, sed et dormiens terribilis est, sic Christus non ante crucem, sed etiam in cruce terribilis erat, magnaque designabat miracula : Non ait, *dormies*, etc., sed *dormivisti*. Tanta enim prophetiæ est certitudo, ut illa, quæ nondum facta sunt, effecta data præsumant sancti Dei homines, siquidem id, quod factum est, fieri infectum nequit. At Deo id quod futurum est, jam jam factum est, tempusque omne penes ipsum certum et præsens est. Huic affine est et illud Scripturæ eloquium : « Foderunt manus meas et pedes meos. Numeraverunt omnia ossa mea [33]. » Quod ait : « Quis excitabit eum ? » mirabili modo significat resurrectionem, et eum, qui nos suscitat et provocat ad inquirendum Deum. Indicat quoque eum volentem cubuisse, nec indigere alterius auxilio. Pater namque suscitabit eum secundum Scripturam dicentem : « Quem Pater suscitavit a mortuis [34]. » Ipse vero semetipsum excitavit, juxta id, quod dicit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud [35]. »

Cæterum Aquilas evidenter præsentem locum transtulit, inquiens : *Catulus leonis Juda, ab spoliis et captivitate ascendisti, fili mi, incurvans accubuisti*. Symmachus autem in hunc modum : *Catulus leonis Juda, ex venatione mea, fili mi, ascendisti, et claudicans consedisti*. Per quæ omnia designatur nobis dilucide resurrectio Salvatoris nostri, et quasi ex venatione quadam scilicet ex inferno fuga. Quod dicit ipsum claudicasse et consedisse nec corruisse, satis evidenter per claudicationem significat mortem, et per consessum, quod non sicuti reliquorum mortalium animæ abreptus sit.

A 'Ο μὲν 'Ακύλας φησί, *Σκύλαξ λέοντος Ἰούδα· ἀπὸ ἁλώσεως, υἱέ μου, ἀνέβης· κάμψας, κατεκλίθης*. 'Ο δὲ Σύμμαχος, *Σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ θηριαλώσεως, υἱέ μου, ἀνέβης· ὀκλάσας ἡδράσθης*. Δι' ὧν σαφῶς παρίσταται ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ ἡ ἐξ ᾅδου ὥσπερ ἔκ τινος θηριαλώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποφυγή. Τὸ δὲ ὀκλάσαι καὶ ἑδρασθῆναι, ἀλλὰ μὴ καταπεσεῖν, ὁμοῦ τὸν θάνατον ἔδειξε διὰ τοῦ ὀκλάσαι, καὶ τὸ μὴ ὑποσυρῆναι ὁμοίως ταῖς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ψυχαῖς διὰ τοῦ ἡδρᾶσθαι.

Tempus quoque pronuntiat sub hisce verbis. « Non deficiet dux ex Juda, » id est. Non deficient sancti genti huic imperantes. Nam exciso regno Judæorum, populus ex gentibus conflatus incredibilia incrementa sumpsit. Quia eo tempore apud Judæos sanctus nullus fuit amplius. Nam sancti et boni omnes defecerunt. Quod quidem per sequentia demonstratur : « Ligans ad vitem pullum suum. » Vera enim vitis per vitem alligavit et conjunxit sibi populum novum, qui prius effrenis et indomitus fuerat. Alligabit quoque propagine suæ vineæ, id est, verbo suo et charitate sibi priscæ synagogæ populum. Nisi forte quis credat circumcisum populum alligatum et astrictum esse antiquitati legis. Vel vineam intelligit Israelem : per pullum vero denotat populum ex gentibus collectum. Is enim jumen-

[24-26] Matth. xii, 8. [27] Joan. vii, 4. [28] ibid. 5. [29] Jerem. xii, 6. [30] Jac. i, 1. [31] Amos iii, 8. [32] Isa. xi, 1. [33] Psal. xxi, 17. [34] Act. iii, 15. [35] Joan, ii, 19.

tis brutis comparatus erat, imo ipse Salvator gentes appellat canes. Cæterum et gentes copulavit vineæ Domini Sabaoth, auferendo sepem et diruendo interstitium. Has autem alligavit Israeli vinculo charitatis. Sic quæ prius erant fera, posita feritate cicurata sunt adeo, ut vincta non resultent vel vinculum mordeant: sed patienter ista ferant nequaquam vastantia vineam. Ait vero: « Et pullum, » etc., quasi ex una eademque asina, id est, fide ambobus populis natis. Dicat sane quis, hæc eventum esse sortita, cum diceret Dominus (ut habetur in Matthæo): « Ite in vicum, qui est contra vos [36]. » Cæterum prophetia ostendit illum non instar terreni regis vehendum esse equis et curribus. Pompa illa superba aberit. Vehetur asino et pullo subjugali ceu pauper aliquis et extremæ classis homo. Hoc in sua prophetia expressit Zacharias, dicens: « Exsulta, filia Sion: Ecce rex tuus tibi venit mansuetus sedens super asina [37], » etc. Quod autem cruentaturus esset proprio sanguine carnem transfixus hasta sive lancea, satis declaratur per sequentia verba: « Lavabit in vino suam stolam. » Hunc in cœlum assumptum cum conspicatæ essent supremæ **206** et cœlestes virtutes, reclamant secundum Isaiæ vaticinium: « Quis est ille, qui venit ex Edom? rubedo vestimentorum ex Bosor [38]? » Et iterum: « Unde tibi vestimenta rubra, et indumenta tua, quasi calcaveris in torculari botros [39]? Significat vero indumentum populum suum, quem proprio sanguine repurgavit et emaculavit. Nam vinum nota est illorum, qui crediderunt, et in mortem ejus sunt baptizati. Vel quod Spiritu sancto et Verbo veritatis suam carnem sit purificaturus. Quod autem parum accuraverit Judæos, qui immani rabie perciti in ipsum ruebant: sed plurimum gavisus sit nostra salute cum nulli passioni obnoxius esset secundum divinam naturam, inquit: « Grati oculi ejus a vino. » Metaphora ducta ab ebriis qui solito sunt plerumque hilariores. Indicatur et lætitia, quæ capitur ex mystico vino, quod propinans suis discipulis profatur: « Accipite, bibite, hic est sanguis, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum [40]. » Simul quoque per illa verba docet, quod valde benevole respiciat omnes, quotquot in ipsum credunt. Proprium enim est quodammodo vini; ut blande ab hominibus aspiciatur.

VERS. 12. *Albi dentes ejus*, etc. Lac fortassis nobis demonstrat sinceritatem et puritatem mystici alimenti. Dedit enim sui corporis imaginem vel effigiem aut typum discipulis, haud amplius admittens et acceptans legis cruenta sacrificia. Puritatem igitur mystici panis, quo alimur, per candorem dentium significavit. Nam secundum divinum Davidem: « Sacrificium et oblationem noluisti. Sed corpus aptasti mihi [41]. » Sic vero patet, quia ex dentibus procedit sermo, dum iidem sunt candore conspicui, etiam ipsos emittere sermonem purum et sincerum. Sub illis verbis nobis proponitur judicii integritas, et puritas doctrinæ sermonisque, quo alimur et nutrimur. Ostendit præterea, quod quasi impossibilia conetur lavando vestimenta, cum alius sit, qui eadem corrumpat et conspurcet. Cæterum ipse a peccato immunis exsistens, per illa, quibus reliqui mortui sunt, mortem destruxit. Quapropter (ut quidam sentiunt) inquit: « Et puri oculi ejus supra vinum. » Nemo enim in lege justificatus est. Omnes ab primo Adamo justi, qui non opere perfecerunt quæ dictabat cupiditas mala, nequiverunt sibi imperare quominus parerent oculorum cupidini. Verum Christus etiam quoad oculos, peccati labe vacuus erat. « Supra vinum » inquit, scilicet ab omni fere repurgatum seu defæcatum.

VERS. 13. *Zabulon juxta portum maris habitabit, atque juxta portum navium: terminus ejus usque ad Sidonem*, etc. Hunc benedicens Moses, ita fatur: « Lætare, Zabulon, in exitu tuo [42], » id est, in quiete et securitate terræ. Quia processisti, et quasi inductus es in eam terræ partem, quæ mari sit contermina, et terræ marisque refocilletur et juvetur bonis. Et is est sensus benedictionis, quam illi tribui impertitur Moses. Interdum autem prophetia explicatur aut similitudine rerum gestarum, aut nominis interpretatione, quam etymologiam vocant. Cæterum Zabulon, si vocem explices, denotat bonam viam et benedictionem. At illi vere censentur benedicti, qui per fidem in Christum justitiam sunt asseculi. Hi sane exclamare possunt: « Benedicti nos Domino, qui creavit cœlum et terram [43]. » De his scribit Isaias: « Via piorum recta est, et via piorum est parata [44]. » Hos in sacrosanctam et divinam aulam invitans Deus, inquit: « Aperite portas, et ingrediетur gens justa custodiens veritatem, exquirens justitiam, et servans pacem [45]. » Sed ne quid obstet et forte impingant, cunctantiusque apprehendant bona; jubet sacros ministros communire viam, dicens: « Ite per portas meas, et lapides de terra jactate [46]. » Non igitur merito pronuntiemus benedictos Israelitas, et felices in suis viis, quotquot fidem honoraverunt? Hos maritimam oram et gentibus admistos habitaturos Jacobus testatur, utrisque coeuntibus, et sese agglomerantibus sub unum pastorem Christum. Etiam Scriptura sacra tribuit maritimam regionem gentibus, inquiens: Regio Zabulon et terra **207** Nephthalim via maris, Galilæa gentium, et reliqui incolentes loca mari vicina, viderunt lumen magnum [47], » scilicet lucem Christi. Israel itaque vicinus una cum his, qui morabantur in locis maritimis, illuminatus est. Et hoc illud est, quod dicitur, prosperari in viis. Nam Christus ait: « Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ involvant [48]. » Gentibus igitur adjunctus est Israel, qui solus olim versabatur et abnuebat societatem gentilem. Interstitium enim sepis dirutum est, et lex in præceptis sita in irritum deducta est. Et in hunc modum populi duo, in unum coaluerunt. Erit igitur in portu,

[36] Matth. XXI, 2. [37] Zachar. IX, 9. [38] Isa. LXIII, 1. [39] ibid. 2. [40] Matth. XXVI, 28. [41] Psal. XXXIX, 7; Hebr. X, 5. [42] Deut. XXXIII, 18. [43] Psal. CXIII, 15. [44] Isa. XXVI, 7. [45] ibid. 2. [46] Isa. LXII, 10. [47] Isa. IX, 1, 2. [48] Joan. XII, 35.

scilicet in tuto portu ad Christum solum referens spei persuasiones. Nam ubi evasit sævam quasi legis tempestatem, appulit postremo ad Christi gratiam, sicuti naves onerariæ in portum, quasi in locum tutum festinant. « Quia usque ad Sidonem extendetur, » etc. propter excellentiam spiritualis unionis, implebit urbes, quæ quondam erant impiæ, et persequebantur spoliabantque colentes Deum. Has incusans Deus per prophetam, inquit: « Verum quid mihi et vobis Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palæstinorum? Numquid ultionem vos reddetis mihi? Et si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Argentum enim meum et aurum tulistis, et desiderabilia mea: et pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Juda et filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus suis [49]. »

Vers. 14, 15. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, et terram, quod optima, et supposuit humerum suum ad portandum. Factusque est tributis serviens*, etc.

Galilææ partem quæ respicit mare et occidentem versus opposita est Zabulonitarum regioni, nactus est Nephthalim. Quæ autem loca respectu illarum vergunt in orientem, adeptus est Issachar. In medio igitur istarum tribuum quievisse Issacharum docet Jacobus. Medius namque est inter Josephum et Zabulon. Hanc terræ partem elegit, quod agriculturæ addictus esset.

A Τῆς Γαλιλαίας τὰ μὲν πρὸς θαλάσσῃ καὶ δύσει Ζαβουλὼν ἐκληρώσατο καὶ Νεφθαλείμ· τὰ δὲ ἀνατολικώτερα τούτων, ὁ Ἰσσάχαρ· μεταξὺ οὖν τῶν κλήρων ἀναπαύεσθαί φησιν αὐτὸν Ἰακώβ· μέσος γὰρ τοῦ τε Ἰωσὴφ καὶ τῶν περὶ Ζαβουλών· ἃ κεκληροδότηται προσανέχων.

Issachar autem, ut nominis significationem teneas, indicat *mercedem*. Nam quasi mercedem dedit Pater Filio, illos, de quibus ait: « Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam fines terræ [50]: » Et iterum. « Ecce hæreditas Domini, filii: merces fructus ventris [51]. » Dominum nominat Jesum, ventris fructum vocat ex muliere natum, qui ceu mercedem accepit eos, quotquot ex utroque populo crediderunt. De his inquit: « Quos mihi dedisti ex mundo, tui erant, et mihi eos dedisti [52]. » Qui quidem ipsum per se pulchrum avide expetentes, aiunt: « Judicia Domini vera, justificata in ipsum, concupiscibilia supra aurum et lapidem pretiosum multum [53]. » Etiam Sponsa dicit: « In umbra ejus cupivi, et sedi [54]. » Ille populus, qui fidei sinceritate nitet, contemplabitur divinas sortes, id est, potietur bonis cœlestibus, quæ spe præoccupat. De illis vaticinatur David, inquiens: « In manibus tuis sortes meæ [55]. » In quas animo propendens requiescit, et se ipsas acquisiturum constanter et certa fide persuasus est. Quapropter nullos labores recusat, nulla pericula refugit futuri regni et fecundæ terræ hæreditatem instar solliciti agricolæ sibi procurans, secundum Oseam dicentem: « Seminate vobis ad justitiam, et colligite fructum vitæ. Accendite vobis lucem cognitionis, exquirite Dominum, donec veniant germina justitiæ vestræ [56]. » Haud dissimilia exoptat beatus Paulus: « Qui suggeret semen seminanti, et panem ad cibum suppeditabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit proventum justitiæ vestræ, ut semper omnem abundantiam habentes, abundetis in omne opus bonum [57]. » Sunt, qui tradunt, sub Zabulon significari Israelitas, qui ad fidei sacram anchoram confugere, acquiescentes una legi et doctrinæ Christianæ, quasi medii inter duos populos constituti. Nam Dominus testatur. « Non veni ut solvam legem et prophetas, sed ut impleam [58]. » Qui enim observat **208** præcepta, neutiquam legem infringit. Quapropter percontanti, quem teneat vitæ callem, ut consequi possit salutem, respondit: « Serva mandata [59]. » Nam Christus non solvendo, sed implendo legem, justitiæ nobis commonstravit iter. Cæterum eleganter nominat doctrinam, quietem. Nam ipse clamat: « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego requiem dabo vobis [60]. » Pinguem terram nuncupat suam carnem. Hæc enim est, quæ melle et lacte manat. Hæc cernentes apostoli et accipientes virtutem a Deo, paraverunt se ad laborandum, colonique facti sunt Domini, colentes terram, id est, humanitatem Christi prædicando in universum orbem diffundentes.

Vers. 16-18. *Dan judicabit populum suum, sicut et alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrorsum. Salutare tuum, Domine, exspectabo*, etc. Hoc loco nobis commemoratur Samson, qui tandem ex illa tribu orietur. Viri autem insigne robur, ut nobis ostendat, non cunctatur eum comparare serpenti in via delitescenti, qui prostravit equitem, ungulam equi ita morsu affligens, ut non, nisi virtute divina, assurgere queat. Nam Samson, cum adhuc in vivis foret, hostibus erat intolerandus: moriens vero crudelius quam vivens, ultus est suos hostes. Cæterum tribus Dan, quamvis minus, quam reliquæ tribus, esset populosa (unum enim duntaxat genuit Dan filium, ut supra adnotatum est) attamen etiam inter tribus computabitur. Verum Dan, si nominis significationem veneris, significat *judicium*. Quidam sub dictione Dan intellexerunt diabolum, humani generis acerrimum persecutorem: qui a se deceptos et circumventos judicat crimina ipsis intendens, ut in Apocalypsi perhibetur. Insidiari vero haud cessat illis, qui

[49] Joel. iii, 4, 6. [50] Psal. ii, 8. [51] Psal. cxxvi, 3. [52] Joan. xvii, 6. [53] Psal. xviii, 10, 11. [54] Cant. ii, 3. [55] Psal. xxx, 16. [56] Osee. x, 12. [57] I Cor. ix, 10, 11. [58] Matth. v, 17. [59] Joan. xiv, 15. [60] Matth. xi, 28.

callem virtutis tenent. Verum Judas Iscariotes ortus est ex tribu Dan : in hunc se illatebrans diabolus prodidit Dominum. Insidiis præterea petivit justitiæ viam. Sic enim inquit Christus : « Ego sum vitæ via [61], » in qua conversari et requiescere falso videbatur Judas. In hoc diabolus mordicus evasit equi calcaneum, id est, Christi carnem. Nam de proditore testatur Salvator : « Qui comedit mecum panem, sustulit adversus me calcaneum [62]. » Christus igitur eques, ut legitur in fine primi dialogi Dei cum Jobo, cecidit retro mortuus, id est, in extremo dierum, qui quoque exspectavit, donec iterum ex morte jussu patris resurgeret et viveret. Quidam sub Dan accipiunt scribas et Pharisæos judiciaria potestate pollentes, qui adoriebantur Christum, eumque viventium expungebant, quantum in ipsis situm erat, numero. Alii sunt, qui asseverant sub Dan sacrum apostolorum insinuari chorum. Nam hi judices et magistratus præfecti sunt fidelibus a Deo. Hujus rei locuples testis est Paulus alicubi scribens. « Nescitis, quod angelos judicabimus, nedum ea quæ ad victum pertinent [63]? » Judicabunt, sed imitatores exsistentes supremi judicis Dei. Hinc Isaias tradit : « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio imperabunt [64]. » Jam olim Juditarum tribus imperio moderabatur Judæorum gentem, et sacerdotes judiciariam exercebant potestatem. Nam inquit : « Labia sacerdotis custodient judicium, et legem exquirent ex ore ejus [65]. » Verum auctore Christo judicium ad apostolos recidit, de quibus Deus alloquitur Jerusalem in hunc modum : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii [66]. » Nam qui tum temporis erant filii, paternam auctoritatem et gravitatem sunt adepti. Ad Christum vero dicitur : « Transferes eos judices in universam terram [67]. » Per Apostolos enim Christi vulgatur præconium, ejusque mysterium universo annuntiatur orbi. Judicabunt quoque, quid expediat, et quid secus, credentibus. De his loquitur, eos tanta auctoritate imperaturos fidelibus, quanta tribus Juditarum reliquum Judæorum populum gubernabat. Nec tamen miseria vacabunt qui imperii gubernacula tenebunt. Populus enim, qui ipsos persequetur, erit ut serpens viam obsidens, et morsus infigens
209 ungulæ equinæ, id est, graves et laboriosos dans morsus. « Ipse tuum observabit caput, et tu hujus observabis calcaneum [67*]. » Nam sustinuerunt et perpessi sunt idem, quod patitur crus equi claudicantis, et quasi retro se vertentis et subsidentis. Ascensor in terram excussus exspectat eum, a quo servetur. Sic apostoli exspectant regnum cœlorum ipsis paratum a jactis inde fundamentis mundi, benedicti exsistentes secundum vocem Salvatoris : Peregerunt cursum fidem conservantes. At tentatio probabit eum : ipse vero tentabit calcaneum, etc. Quibus verbis docet illam tribum futuram bellicosam, et hostes devicturam. Nam ubi hæreditario juré adepti sunt regionem trans Jordanem una cum Rubenitis et dimidia tribu Manasse, juventutem suam miserunt armis instructam, ut essent antesignani et fratribus suis essent auxiliares in profligando hoste. Impetu ruerunt in hostem, qui quidem perhibebatur tentatio, eumque fortiter fuderunt. Præterea cum illorum regio foret Arabum et esset alicubi montana et campestris alicubi, oportuni erant incursionibus latronum, qnos strenue repellebant suis finibus. Nomen autem Gad, si significationem vocabuli exquiras, significat *tentationem* aut *probationem*. Designat autem superbum Pharisæorum et Scribarum populum. Nam ira incensi sunt propter Christi doctrinam miraculaque, nec non propter acclamationes, quibus excipiebatur ingrediens urbem a populo vociferante : « Hosanna filio David [68]. » Ægre ferebant quoque, quod iter facienti substraverunt vestimenta. Primo quidem dicebant : « Non efficitis quidquam. Nam totus mundus ipsum sectatur [69]. » Postremo autem, ut lacesserent Romanos eorumque indignationem experirentur, conspirant et quosdam discipulos mittunt cum Herodianis, captiose eum interrogantes, an liceret dare Cæsari censum. Verum Christus fraudulentæ ipsorum tentationi hoc responsum opponit : « Reddite, quæ sunt Dei, Deo : et quæ sunt Cæsaris, Cæsari [70] » Deinde cum ejiceret templo mercatores, ut qui ex Patris sui domo fecissent emporium, iterum Christum tentant percontantes : « Qua auctoritate ista facis [71]? » Ipse vero illorum tentationi objecit quæstionem de baptismo Joannis. Quidam Gad transtulerunt in Christum, populum vero insidias huic struentem nominaverunt tentationem. Verum Christus illico ipsos est ultus.

VERS. 20. *Aser pinguis panis ejus, et ipse dabit cibum principibus*, etc. Iterum maritimam regionem sortitæ tribui copiæ cornu affuturum prædicit. Nam hujus opera omni abundantia affluet Judæorum regio, dum importabuntur ex peregrinis regionibus, quæ conveniunt regiis deliciis. His haud dissimilia profatur Moses, dicens : « Gratus erit fratribus ob bonorum largitionem [72]. » Sors autem illi obvenit circa Ptolemaida et Sidonem. Propterea ejus panis memoratur pinguis. Si autem interpreteris Aser, significat *divitias*. Cæterum vere nobis repræsentat illum, in quo omnes thesauri sapientiæ et scientiæ sunt reconditi. Christus enim est thesaurus in agro abditus, et pretiosa margarita. Is sub persona sapientiæ inquit : « Divitiæ et gloria mihi sunt : qui inspicio et considero terram [73]. » Sic David ait : « Multiplicasti, ut eam ditares [74]. » Pauli testimonium huc quoque facit : « Ditati estis in ipso in omni sermone, et omni cogitatione [75]. » Nam is, qui ex divite pauper factus est, nos omnes effecit opulentos. Is est ille delicatus panis, ex cœlo descendens et vitam dans mundo. Vere quoque panis est respectu cœlestium virtutum nobis invisibilium. Nutrit enim cœlestes ordines et magistratus omnes. Imo et sacris in hoc

[61] Joan. XIV, 6. [62] Psal. XL, 10; Joan. XIII, 18. [63] I Cor. VI, 3. [64] Isa. XXXII, 1. [65] Malach. II, 7. [66] Psal. XLIV, 17. [67] ibid. [67*] Gen. III, 15. [68] Matth. XXI, 9. [69] Joan. XII, 19. [70] Matth. XXII, 17-21. [71] Ibid. XXIII, 27. [72] Deut. XVXIII, 24 [73] Prov. VIII, 18. [74] Psal. LXIV, 10. [75] I Cor. I, 5.

mundo doctoribus contribuit alimenta, revelando mysteria et patefaciendo viam omnium virtutum: ut hinc accipientes gratis, gratis quoque nuntiant et pascant suos discipulos, electi procuratores domus Domini, ut dent illis dimensum suum suo tempore. Hoc faciens Paulus scribit: « Desidero vos videre, ut tradam vobis donum aliquod spirituale, ut confirmemini [76]. » Ipsi quoque sancti doctores, testantur se consolationem accipere ex donis e cœlo descendentibus, Deo **210** hos ditante spiritualibus donis. Aser itaque significat Christum, et quotquot hunc accipientes collocupletantur.

Vers. 21. *Nephtalim truncus exspectans, et dans propagini pulchritudinem.* Hoc vaticinium quoque Christo et fidelibus quadrabit. Nam ad Jerusalem Jeremias loquitur: « Olivam speciosam et opacam vocavit Deus nomen tuum. Ad vocem circumcisionis incensus est ignis super ipsam. [77]. » Quando enim oportebat diligenter a frondatore putatam repurgari, igne absumpta est, non agnoscens præsentem agricolam. Cæterum nos insiti sumus veræ vineæ scilicet Christo. Hujus vineæ cultor (ut docet Christus) est pater cœlestis. Hic amputat palmites inutiles, et fecundos repurgat, ut uberiorem profundant fructum. Idem quoque de arboribus in litterarum monumenta retulit sapiens Joannes: « Securis ad radicem posita est. Sterilis arbor cædetur, et in ignem conjicietur [78]. » Zacharias quoque inquit: « Et erit luctus Jerusalem ut luctus arboris in campo cæsæ [79]. » Iterum affatur Jerusalem: « Aperi, Libane, portas tuas, ut deflagret ignis in cedros tuas. Ulula abies, quoniam cecidit cedrus [80]. » Libano comparat propheta, imo Deus qui per prophetam loquitur, Jerusalem, quæ ceu odoriferas plantas contineat sacerdotes cultui legali deservientes, et populum regentes. Verum urbs est incensa: viri, qui ipsam incolebant, insignes luctui se dederunt, videntes Romanos quasi cæsores lignorum, proceres quosque letho dare. At Christus, qui in ipsos induxit illud exitium, fuit stirps (secundum vaticinium Jacobi) exspectans. Nam semper luxuriatur irrequietis motibus ut perdurare valeat, perque universum orbem, qui sub cœlo est, subinde dilatatur. Id quidem et per Ezechielem prophetam jam olim pronuntiavit Deus in hæc verba. « Ego tollam de summo ramo cedri excelsæ, et ponam in locum ejus, de summitate, inquam, propaginum ejus decerpam tenerum surculum, plantaboque ego super montem excelsum et cumulosum. In monte sublimi Israel plantabo illum, et feret ramum, facietque fructum, et erit in cedrum magnificam, habitabuntque sub ea omne volatile et omne pennatum: in umbra ramorum ejus manebunt. Scientque omnia ligna agri, quod ego Dominus humiliaverim arborem altam, et sublimaverim arborem humilem, arefecerim arborem viridem, et germinare fecerim arborem aridam. Ego Dominus locutus sum, et feci [81]. » E medio igitur Libani accepit surculum de electissima cedro, et plantavit nobis tribum Juda, quæ cæteris fuit excellentior. Ex hac secundum carnem natus est Christus. Hic quoque e ligno scilicet crucis pependit. Is legis humorem in ariditatem deduxit, et excelsa ita humiliavit, ut nihil a sentibus et dumetis reliquisque fruticibus differre videantur. Nos, qui eramus humiles, florem recuperavimus, Et hoc illud est, quod inquit Dominus: « Faciam desertum in paludes, et siticulosam terram in scaturigines aquarum. Collocabo in terram humore destitutam, cedrum, buxum, myrtum et cupressum abietemque. Pro humili herba surget myrtus arduaque cupressus [82]. » Inter arbores modo enarratas cedrus nullam putredinem sentiens significat fidelium immortalitatem. Buxus repræsentat mentis solidam constantiam omnique levitate carentem. Myrtus portendit pios semper florentes. et suaves odores profundentes. Cupressus typus est virtutis et cœlestis doctrinæ ex alto descendentis cum spiritus mirabili fragrantia. Abies denotat justitiæ candidos et splendentes radios. Nemo igitur negabit, quin illud dictum stirps exspectans Nephthalim: dirigendum sit in Christum suosque. Hinc in Evangelio concionatur Christus: « Terra Zabulon et Nephthalim juxta viam maris trans Jordanem populus sedens in tenebris vidit lucem magnam: sedentibus in umbra mortis lux exorta est [83]. » Christus autem dedit illi stirpi sua luce pulchritudinem. Primo quidem Deus erat, licet Deus esse ignoraretur nedum ab aliis, sed etiam a discipulis. Cum vero potenter etiam mari imperavit, **211** aiunt cum admiratione: « Quis est ille? quia mare et venti ei obediunt [84]. » Postquam vero e mortuis resurrexit adoratus est. Dum in nobis quoque ejus augetur notitia, apparet speciosus supra filios hominum. Nos etiam progressus facientes in pietate omnique virtute instar a sæculo piorum. audimus eum nobis dicentem: « Concupivit rex pulchritudinem tuam [85]. » Insiti præterea ligno crucis, fructus ferimus.

Vers. 22, 23. *Filius fructificationis Joseph, filius ubertatis juxta fontem: filiæ discurrerunt super murum. Exacerbaverunt eum, atque jaculis confoderunt: inimicati sunt ei magistri sagittarum*, etc. Recitat insidias, quas illi subornarunt fratres. Nec omittit auxilium divinum, quo ereptus est ex omnibus malis. Postremo infert benedictionem quasi mercedem patientiæ et clementiæ, quo usus est in fratres. « Ad me convertere, » id est, appropinqua mihi, accede ad me. Quod attinet ad incrementa Christi, explicavimus in illis, quæ de Nephthalim dedimus. Nam redit ad gloriam pristinam, quam habuit antequam mundus conderetur. Quamvis secundum carnem videatur humilis, attamen a Deo exaltatus est etiam secundum carnem, ut acceperit nomen, quod excedit omne nomen, ut docet Paulus [86]. » Ipsi se flectat

[76] Rom. I, 11. [77] Jerem. XI, 16. [78] Matth, III, 10. [79] Zachar. XII, 11. [80] Zachar. XI, 1. 2. [81] Ezech. XVII, 22-24. [82] Isa. XLI, 18, 19. [83] Isa IX, 2; Matth. IV, 15. [84] Matth. VIII, 27. [85] Psal. XLIV, 12. [86] Philipp. II, 9.

omne genu cœlestium, terrestrium inferorumque[87]. Hæc illa benedictio est, de qua alibi habetur : « Adorent eum omnes angeli Dei[88]. » Auctus vero dicitur propter vocationem nostram. Cæterum cum sit sæculorum conditor, dicitur junior respectu illorum, qui ante ipsius adventum placuerunt Deo ejusque nuncupabantur filii, quamvis natura essent servi. Quapropter haud indecenter a Paulo appellatur Christus, homo secundus de cœlo[89]. Etiam in Evangelio illum nominat postremum, qui fecerat voluntatem Patris[90]. Sancti autem imitantur eum ejus vestigia certantes insequi, quatenus ipsum sequi possumus. Vel imitationis seu æmulationis mentio fit, quod Pharisæi et Scribæ ipsum odio habuerint, utpote hæredem bonorum paternorum. Quapropter conviciis onerare non cessabant tot virtutis opera et miracula edentem. Apprehenderunt lapides, quos in ipsum jactarent : postremo capitali supplicio ipsum affecerunt indulgentes odio. Cæterum resurgens assumptus est a Patre dicente : « Ad me accede, vel convertaris. » Audivit quoque : « Sede a dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum[91]. » Inierunt igitur mala consilia, quibus perderent illum, quemadmodum sagittas ex arcu expulsas, sic adversus ipsum concitantes populum. Sed contriti sunt manu potentis Jacobi, scilicet Dei et Patris, qui est virtutum seu potentiarum Dominus. Benedictione igitur cœlesti benedictus est, nempe, ut supra monuimus, etiam ab angelis adoratus. Expertus est et terrestrem benedictionem, Davide docente : « Omnis terra adoret me, et canat mihi[92]. » Cæterum bona illa et ferax terra sunt Christi discipuli omnibus coruscantes virtutibus. De hac terra fertur ad filium : « Considerasti terram et inebriasti eam, dilatasti quoque ut eam ditares[93]. » Significatur qnoque duplex ejus generatio, altera patris, altera matris, cujus ubera suxit, verus exsistens, non opinione duntaxat, homo. Idem indicans propheta, dicit : « Mel et butyrum comedet[94]. » Benedictus itaque est propter ubera matris et matricem. Homo enim factus est, et per omnia patris dicto fuit audiens. Quamvis esset homo, attamen divinum in morem excelluit omnes patres priscos licet illustres.

Sic enim testatur David : « Quis in nubibus similis est Domino? aut quis assimilabitur Domino in filiis Dei[95]? » Hi sunt illi, qui dicuntur montes et colles æterni insistentes omnibus, quæ sunt super terra. Et quare non præstet Dominus, cum sit Deus et largitor bonorum omnium? Quapropter inquiunt : « Et de plenitudine ejus omnes nos accepimus[96]. » Gloriæ vero corona imponetur capiti Salvatoris nostri, a quo transibit in omnes sanctos, qui accipient immarcessibilis gloriæ diadema. Consortes cum sint afflictionum **212** ejus, participes haud immerito erunt et gloriæ.

VERS. 27. *Benjamin ut lupus rapiet, mane comedet prædam, et ad vesperam dividet spolium* etc, Hebræus habet : *Prærogativam* vel *spolia*. Jacobus autem prædicit audax illud et temerarium facinus, quod commiseruut adversus suos fratres in Gabaa. Huc refer et raptum virginum. Quod inquit : « Mane comedet : » positum est pro « bellum geret. » In hunc modum alloquitur : Non dormiet, donec comedat venationem, et sanguinem vulneratorum bibat. Quod ait : « Distribuet cibum, » etc., sic intellige : Ubi rapuerint virgines, raptas inter se partientur. Præsens vaticinium demonstrat quoque Saulum ex tribu Benjamin ortum, qui persecutus est hostilem in morem Davidem, qui Christi typum gessit. Verum in extremis temporibus, et quasi in sæculorum vespera ex eadem tribu processit Paulus, qui large distribuit in omnes credentes spiritualem escam, quamvis primo acerrimus foret Ecclesiæ persecutor et hostis. Postea autem revera dæmonum spolia dividens, eos, quos Evangelii præconio eripuit ex dæmonum potestate, applicavit principibus Ecclesiæ, imitatus Christum, qui dicit se esse illum heroa, qui vinculis constringeret fortem istum, et ejus spolia diriperet[97]. Paulum quoque significant illa psalmi verba : « Illic Benjamin junior in exstasi, principes Juda duces eorum ; duces Zabulon, duces Nephthalim[98]. » Nam discipuli, cum natione forent Judæi, duces illorum constituebantur, qui se per fidem conjunxerant Christo. Cum his erat et Paulus, dicens : « Sive stulti sumus, Deo stulti sumus ; sive sapimus, vobis sapimus[99]. » Alii dicunt ordine generationis Benjamin successisse Josepho, quos ambos peperit Rachel. Significari igitur per Benjamin novum populum, qui instar lupi divinam et evangelicam rapiet doctrinam : summaque celeritate declinabit alienorum pastorum incursiones, quasi incursiones canum. « Quis enim nos, » clamantes cum Paulo « separabit a dilectione Christi[1]? » Imo pii superant afflictiones et pericula omnia, dicentes : « Mihi vivere, Christus ; et mori, lucrum[2]. » Quid denique mirum est, si fideles comparantur lupis? Nam et Salvator ait : « Ego sum ut panthera Ephraitis, et ut leo domui Juda. Ego ibo et rapiam, et non erit qui eripiat[3]. » Etiam Isaias fideles appellat bestias agri : « Benedicet me bestia agri. Syrenes et filiæ struthionum. Quia dedi in solitudine aquam, et fluvios in loco arido ut potem genus meum electum, populum meum quem acquisivi, ut narret virtutes meas[4]. » Bestias vocat fideles, ut qui aversentur blanditias diaboli, terribilesque in ipsum incurrant, haud sinentes se ab ipso cicurari, Syrenes dicuntur pii, propter facundiam, qua in docendis et astruendis nostræ religionis dogmatibus pollent : et propter hymnos, quibus collaudant supremum Numen. Quod vero maxima promptitudine accursurus sit ad divinæ doctrinæ escam, declaratur per id, quod scribitur : « Mane comedet. » Qui docet, aliquo modo dicitur pascere, quod quidem demonstrans Paulus, inquit :

[87] Philip. II, 10. [88] Psal. XCVI, 8 ; Hebr. I, 6. [89] I Cor. XV, 47. [90] Matth. V, 19. [91] Psal. CIX, 1. [92] Psal. LXV, 4. [93] Psal. LXIV, 10. [94] Isa. VII, 15. [95] Psal. LXXXVIII, 7. [96] Joan. I, 16. [97] Luc. XI, 22. [98] Psal. LXVII, 28. [99] II Cor. I, 6. [1] Rom. 8, 35. [2] Philipp. I, 21. [3] Osee V, 14. [4] Isa. XLIII, 20, 21.

« Perfectorum est solidus cibus [5]. » Sed enim Benjamin, inquit, adhuc discens aliis profuit. » Cæterum de Judæis illa oracula redduntur : « Ecce populus stultus et vecors ; « oculos habent et non vident : aures habent, et non audiunt [6]. » Et iterum : « Sublati ex utero, et usque ad extremam senectutem instructi. » Fidelibus autem dicit Joannes : « Non necesse habetis ut vos quisquam doceat [7]. » Nam mentem tenent Christi omnia scientis. Proinde satis idonei estis, ut vos invicem et doceatis et adhortemini.

CAP. L.

VERS. 3. *Et impleti sunt super eo quadraginta dies*, etc. Ægyptii illum numerum in lugendis et ad sepulturam præparandis mortuis observant. Penes Judæos in usu fuisse triginta dierum spatium satis comprobant exempla Aaronis et Mosis, quibus elugendis dati sunt dies triginta, ut patet ex Numeris et Deuteronomio.

A *Καὶ ἐπλήρωσαν αὐτοῦ τεσσαράκοντα ἡμέρας.* Ὁ ἀριθμὸς οὗτος κατὰ νόμον Αἰγύπτιον. Νῦν γὰρ τριακοστὰ ποιοῦσι. Καὶ τὸν Ἀαρὼν καὶ Μωϋσῆν τριάκοντα ἡμέρας ἐπένθησαν μόνας, ὡς ἐν Ἀριθμοῖς καὶ Δευτερονομίῳ φησίν.

VERS. 5. *In sepulcro meo, quod mihi fodi in terra Chanaan, ibi sepelies me*, etc. Cæterum Abrahamus illam sepulturam adornaverat, nec Jacobus. At hic nunc sibi vindicat ea, quæ patris erant, sicuti supra, cum diceret : « In gladio meo et arcu meo [8], » etc.

Ἐν τῷ μνημείῳ ᾧ ὤρυξα ἐγὼ ἐμαυτῷ ἐν γῇ Χαναάν, ἐκεῖ με θάψεις. Καὶ μὴν Ἀβραὰμ ὤρυξεν· ἀλλ' οἰκειοῦται τὰ τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἄνω τὰ τῶν υἱῶν, λέγων· « Ἐν μαχαίρᾳ μου, καὶ ἐν τόξῳ. »

VERS. 10. *Venerunt ad aream Adad, quæ est trans Jordanem, et planxerunt ibi planctu magno*, etc. Situs est locus ille ad tertium lapidem ab Jerichunte et distat ab Jordane duobus lapidibus. Nunc ei nomen est Bethagla. Nominis significatio est, *domus circuli*. Nam cum ibi lugerunt Jacobum defunctum, in orbem circumsteterunt.

Καὶ παρεγένοντο ἐφ' ἅλωνα Ἀτὰδ, ὅ ἐστι πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν B *κοπετὸν μέγαν καὶ ἰσχυρὸν σφόδρα.* Διέστηκεν ὁ τόπος Ἱεριχοῦς τρισὶ σημείοις, ὡς ἀπὸ δύω σημείων τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ νῦν καλεῖται Βηθαγλά. Ὅπερ ἑρμηνεύεται *τόπος κύκλου*, διὰ τὸ ἐκεῖ κοπτομένους τὸν Ἰακὼβ κυκλοῦν.

VERS. 19. *Ne timueritis, Dei enim sum*, etc. Ut virum pium decet tam in secundis quam in adversis meminit Dei.

Μὴ φοβεῖσθε· τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰμι ἐγώ. Ὡς εὐσεβὴς, καὶ ἐν συμφοραῖς, καὶ ἐν εὐπραγίαις μέμνηται τοῦ Θεοῦ.

Josephus annis septemdecim vixit in terra Chanaan. Decem annis servitutem perpessus est. Tribus annis fuit in carcere. Annos octoginta, secundus a rege universæ imperavit Ægypto. Nos vero Deum, a quo omnia bona promanant, quique largitur Spiritum sanctum, ut nobis aperiat cognitionis thesauros, qui in sacra Scriptura latent, laudemus et glorificemus in Christo Jesu Domino nostro, cum quo ipsi gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

Ὁ Ἰωσὴφ ἑπτακαίδεκα ἔτη ἐποίησεν ἐν γῇ Χαναὰν, καὶ δέκα ἐτῶν εἵλκυσε δουλείαν. Τρία δὲ ἔτη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διέτριψε, καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ἦν δεύτερος τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξουσιάζων ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου. Ἡμεῖς δὲ τὸν τῶν ἀγαθῶν δοτῆρα Θεὸν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χορηγὸν, τὸν ἀποκαλύ- C πτοντα τοῖς ἀξίοις τὴν ἐναποκειμένην τῇ θείᾳ Γραφῇ γνῶσιν, δοξάσωμεν. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ αὐτῷ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[5] Hebr. v, 14. [6] Jerem. v, 21. [7] I Joan. ii, 27, 28. [8] Gen. XLVIII, 22.

COMMENTARII IN EXODUM.

CAP. I.

Illos quoque, qui diabolica servitute premuntur, et ad pœnitentiam confugere non supersedent, misericors Deus manumittit, et libertate donat, non sustinens, ut amplius luto subigendo et lateribus coquendis detineantur. Inducit eos in terram feracissimam, vere lacte et melle manantem. Quomodo liceat ex Ægypto migrare, et quomodo faciendum sit iter, ex præsenti discemus opere.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τοῖς κατεχομένοις ὑπὸ τοῦ νοητοῦ Φαραὼ τὴν ἀπ' αὐτοῦ δίδωσιν ἔξοδον ἐπιστρέφουσιν ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς, οὐκ ἐῶν ἔτι πηλῷ καὶ πλινθείᾳ συνέχεσθαι, πρὸς δὲ γῆν μεταφέρων τὴν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα. D Πῶς τοίνυν ἔστιν ἐξελθεῖν, καὶ πῶς ὁδευτέον, δηλουμένοις ἀκολουθήσωμεν.

Ἀριθμεῖ τοὺς μετὰ Ἰακὼβ, ἔργῳ δεικνὺς τὴν τοῦ A Θεοῦ πληρωθεῖσαν ἐπαγγελίαν πρὸς Ἀβραὰμ, ἵνα τὸ πλῆθος ὁρῶντες, τὴν αἰτίαν γνωρίσωμεν.

Enumeratur familia Jacobi diligentius, ut reipsa declaretur, quod Deus promisit Abrahamo, ad rem esse collatum. Prӕterea exacta illa familiӕ enumeratio huc facit, ut cernentes mirabilia ejus gentis incrementa, simul cognitam habeamus causam, quӕ ad illa incrementa deduxit Hebrӕorum gentem.

Χυδαῖοι ἐγένοντο, τουτέστιν εἰς πλῆθος ἐχύθησαν. Ὅθεν Ἀκύλας, *ἐχέοντο*, φησίν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐξεῖρψαν*, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκ γῆς ἀναδιδομένων.

VERS. 7. *Aucti sunt*, id est, illorum multitudo fertilis longe lateque instar inundationis se sparsit. Quapropter, ut illam dictionem magis dilucide explicaret Aquila, inquit : *Diffundebantur more inundationis in omnem terram Ægypti*. Cӕterum Symmachus, ut simili ratione multiplex denotaret Hebrӕorum incrementum, ait : *Progerminantes aucti sunt*, sumpta metaphora ab herbis, quas copia magna tellus profundit.

VERS. 10. *Callide agamus*, id est dolis deludamus et circumveniamus istum populum. Convertuntur ad sutelas et technas, quibus implicent Hebrӕos. Deerat enim occasio aperte opprimendi populum Judaicum.

Τὸ, *Ἐβδελύσσοντο οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν υἱῶν* B *Ἰσραὴλ*, ὁ Ἑβραῖος, *ἐθλίβοντο*, φησὶ, δηλονότι πληθυνομένους ὁρῶντες.

VERS. 13. *Ægyptii abominabantur filios Israel*. Hebrӕus habet : *Affligebant et excarnificabant filios Israel*. Ad excruciandum hunc populum incitabantur, cernentes eum subinde fecunda augescere sobole.

Quod textu continetur : « Et multiplicavit eos terra, » Aquila interpretatus est : *Et impleta est terra ab eis*.

Πόλεις ὀχυρὰς, ἢ τειχήρεις φησὶν, ἢ μεγάλας, ὡς τῷ πλήθει τῶν ἐνοικούντων αὐτὰς ὠχυρῶσθαι. Ὁ γὰρ Ἀκύλας, *σκηνωμάτων*, ἐξέδωκε.

Et condiderunt urbes munitas, id est validis mœnibus cinctas : aut magnas, quasi pro munimento habeant multitudinem civium. Aquila vertit, *tabernacula*.

Εὖ δὲ ἐποίει ὁ Θεὸς ταῖς μαίαις. Τοῦτο συντακτέον πρὸς τὸ, « Καὶ ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας. » Τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου.

VERS. 20. *Benefaciebat Deus obstetricibus*. Hoc conjungendum est cum illo, quod dicit : « Et fecit eis domos. » Alia collocentur in medio.

Διὰ *τῶν οἰκιῶν*, τὰς κτήσεις, καὶ τὴν τῆς ὑπάρξεως καὶ τοῦ γένους περιουσίαν δηλοῖ.

Sub dictione *domus*, significat auctor bona, divitiarum affluentiam, generisque propagationem.

Nam et Davidem reputantem cum animo suum domicilium esse cedrinum, arcam vero testamenti morari in tentorio ex pilis contexto, compellat Deus per prophetam Nathan : « Excitabo tibi domum magnam et in ӕternum duraturam [9]. » (Quibus verbis indicavit genus ex ipso proditurum.) « Si quidem et tu mihi domum exstruere in animum induxisti. » Haud dissimuli ratione obstetricum genus dilatavit. Quia et ipsӕ, quantum in ipsis erat, conservabant gentem Israeliticam. Nec multum contendero, si quis existimet hoc loco intelligendas domos in cœlesti regno non manufactas, quas paraverit obstetricibus. Hujuscemodi domos fabricant pii, dum non cessant perseverare in cultu divino. Cӕterum observandum esse judico quanta vi hostilem in modum viros fortes aggrediatur diabolus. Sed in hunc modum suas trifariam struit insidias. Primo malis artibus et dolis fretus in improvisa mortales conjicit mala. Mentes hominum corrumpit, ut aspernentur virtutis incrementa. Quia vero ejus insidiӕ hac non
215 succedunt, semper suos tutante et sospitante Deo, alia aggreditur humanum genus oppugnare via. Illos, qui fide et religione nobis conjuncti sunt, in nos concitat, sicuti testatur Paulus dicens : « Periculis ex falsis fratribus, periculis ex genere [10]. » Dum ne sic quidem victoriӕ casum, Deo nos suo timore muniente, ut olim obstetrices, invenire potest, quid reliqui est, nisi ut armet suos satellites immani crudelitate in cӕdem piorum : nec amplius fraude, sed aperto marte congrediatur? Hos autem crudelitatis diabolicӕ ministros, ubi devicerimus, domuerimus, non armis, sed gemitibus quibus coram Deo nostras ӕrumnas et testamur, tandem eximus liberati eorum tyrannide. Deinde vexati divinorum eloquiorum fame, quӕ nos in Ægyptum descendere compulerat, denuo huc redimus, quemadmodum docet similitudo de filio prodigo, qui, ubi in peregrinis regionibus paterna decoxerat bona, tandem expetivit ventrem inanem saturare escis, quӕ immundis objiciuntur porcis. Sic nos accurrimus ad terrena contemptis potioribus : et repudium dedimus sanctӕ et piӕ vitӕ. Quapropter relapsi in violentas Pharaonis manus, luto effodiendo lateribusque parandis graviter afflicti sumus. Per lutum et lateres nimirum accipienda sunt studia et sollicitudines sӕculi, et reliqua humanӕ vitӕ instituta, quӕ magno cum labore nec sine sudore peraguntur. Prӕsentis enim vitӕ curriculum plurimis obnoxium

[9] II Reg. VII, 13. [10] II Cor. XI, 26. [11] Luc. XV, 11 seqq.

est laboribus. Diabolus nobis præficit suos ministros dæmones, qui variis vitiis singulorum onerent mentes, ne otiosos mentis oculos ad Deum attollere possint, suasque cervices tandem eripiant jugo servitutis, quam servierunt diabolo ejusque ministris. Dæmones enim insigne lucrum amplasque divitias putant, si animas hominum a Deo abstrahant, sæculique sollicitudinibus et curis involvant : quod sane ostenditur, dum jubentur Pharaoni condere urbes. Pharao enim pessime odit mares adeoque omnem virtutem masculam. Hanc summa ope hebetare et retundere nititur voluptatum lacunis exhauriendis. Cæterum Deus humani generis misertus per Christum, cujus typus præcesserat Moses, in libertatem asserit mortales, eisdem æternam elargitur salutem.

CAP. II.

VERS. 1. *Erat quidam ex tribu Levi*, etc., usque ad hæc verba : *Ex aqua tulit eum*, etc. Infans natus erat scitus parentibus. Viderunt ejus formam liberalem. Nam mirabilis gratia etiam in infantis micabat vultu. Verum timor regii edicti superabat paterna et materna viscera, quamvis summis exoptarent votis puerulum salvum et incolumem. Non tamen citra providentiam divinam Pharaonis filia in illum locum venerat. Ægyptii natura pecuniæ sunt avidissimi. Quapropter arculam curiosius perscrutatur regia virgo. Inventum puerulum illico cognovit. Notitiam fecit circumcisio, qua ab reliquis populis Hebræi discernebantur. Moses salutem adeptus est interventu sacramentorum Ecclesiæ, ad quem modum nos omnes ad salutem contendimus. Arca enim ex ligno compacta est : et lignum sive arca ex aquis exempta est. Quæ vero arculam sustulit non nata erat ex sanguine Hebræo : imo parente gloriabatur gentili seu ethnico. Eorum, quæ cum Mose gesta sunt, nihil humanitus accidisse facile crediderim. Quis enim Mosis parentes assignaverit, cum illum exposuerint et abjecerint hi, per quos ei contigerat videre insigne solis jubar ? Dices Ægyptiam fuisse illius matrem ? Quo ore id audebis, cum hæc illum non pepererit. At mater est, quæ ipsum lactavit et enutrivit ? Nec hæc est vocanda mater. Nutricationis enim mercedem accepit, **216** quod veræ matres facere abnuunt. Cum igitur pateat, eum in nullius hominis redigi potestatem, certe æquissima ratione homo Dei fuerit. Nomen ei Moses inditum est. Si quidem Ægyptiorum lingua Mos *aqua* vocatur. Et hæc quidem antiquitus. Cæterum mortale genus serviens ferocissimo tyranno ad misericordiam adduxit Deum Patrem. Qui, ut servitutis jugum nobis demeret, suo non pepercit Filio, sed eum pro nobis omnibus tradidit [12], præsentique discrimini objecit. In sua venit; missus etenim est ad perditas oves Israel [13]. At sui eum non receperunt [14]. Quapropter Deus per Isaiam clamitat : « Filios genui, et exaltavi. Ipsi me rejecerunt [15]. » Quapropter ad fidei sacram anchoram vocantur ethnici, qui idolorum cultui fuerant immersi. Et hi suum agnoverunt Redemptorem. « Verum illud jam olim prophetarum vaticiniis proditum est, ut vel hinc liquet : « Constitui vobis speculatores : audivistis vocem tubæ. Sed dixistis : Non audiemus. Quapropter gentes audiverunt, et qui harum paverunt greges [16]. » Hujus rei typus est Moses ortus ex tribu Levi. Nam et Christus pontificis gessit nomen, licet ex Juditarum processerit tribu. Verum id factum est, ut laudibus veheretur et rex universorum crederetur in sanctitate et gloria, utpote qui sanctitatem et sacerdotium non ex carne, sed genuinam et propriam ceu rex et Deus, possideat. Existimatur et habetur modo natus infans propter Deitatem, quæ immunis est ab omni labe peccati; sive quod fuit nova creatura. « Sinite, namque inquit, puerulos et nolite prohibere; talium enim est regnum cœlorum [17]. » Et iterum : « Amen amen dico vobis, nisi conversi et facti fueritis ut hi pueruli, nequaquam introibitis in regnum cœlorum [18]. » Quod divinum proloquium explicans Paulus, ait : « Fratres, ne sitis pueri sensibus, sed malitia pueri sitis [19]. » Non autem citra divinæ Providentiæ perspicaciam silentio præteritus est Mosis pater.

Nam indefinite scriptum est : « Erat quidam, » etc. Siquidem et Christus, quatenus homo erat, patre carebat. Plurimi tamen suspicabantur eum habere patrem in terris. Putabatur enim filius Josephi. Moses erat lepidus et elegans puerulus. Siquidem et Christus pulchritudine anteibat omnes filios hominum. Proinde David eum alloquitur, dicens : « Cingere gladio supra femur tuum, qui polles venustate et pulchritudine [20]. » Nam divinitatis pulchritudine supra modum fulsit. Cæterum quoad humanitatem, in hunc modum scribit propheta. » Vidimus eum, et nec forma vel decor erat ei. Sed forma erat inhonesta, et quoad formam omnium hominum infimus [21]. » Ante adventum Domini nostri Jesu Christi non erat masculus in mundo, qui non foret opportunus injuriæ insidiantium juventutis flori. Itaque sunt depravati, diabolo illos sæculi voluptatibus quasi cœno et limo suffocante. Omnibus itaque a virtutis calle abreptis, non immerito dicebatur: « Omnes declinarunt, simul inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum [22]. » Nemo enim voluptatum illecebris captus poterat fortitudinis edere opera. Sed nobis natus est infans, et nobiscum conversatus est vere fortis, et mascula virtute præditus, scilicet Christus. Neutiquam enim a peccato enervatus est. Initio suæ nativitatis latuit principem hujus sæculi. Sic Moses quoque, cum modo natus foret, occulebatur, ne incideret in crudele Pharaonis edictum. Ubi Christus adolevit, mater secundum carnem, id est, Judæorum Synagoga, in-

[12] Philipp. II, 7. [13] Matth. XV, 24. [14] Joan. I, 11. [15] Isa. I, 2. [16] Jerem. VI, 17, 18. [17] Matth. XI, 14. [18] Matth. XVIII, 3. [19] I Cor. XIV, 20. [20] Psal. XLIV, 4. [21] Isa. LIII, 2. [22] Psal. XIII, 3.

clusit eum in arca, videlicet sepulcro, eumque, quodammodo abalienando exposuit. Cæterum Phar onis filia, id est, ex gentibus conflata Ecclesia, quamvis aliquando egisset sub patre diabolo, reperit Christum ad aquas, nempe ad aquas baptismi, cujus typum gesserat flumen Ægyptiacum, cui Moses fuerat commissus. Verum Christus in baptismo et per baptismum invenitur. Aperit Ecclesia arculam. Nam quod revixit nec in sepulcro delituit, satis declaravit se propter nos supplicio affectum, et propter nos in vitam afferendos æternam nunc vivere. In qua fide nos satis confirmat.

Regia virgo invenit Mosen vagientem. Sic nos incidimus in Christum **217** enarrantem tantum non cum lacrymis, quæ propter salutem nostram sit perpessus: « Foderunt manus et pedes meos: numeraverunt omnia ossa mea [23]. » etc. Et iterum: « Miscuerunt cibo meo fel; et cum sitirem, potaverunt me aceto [24]. » Cognovit ex gentibus in unum coacta Ecclesia Christum ex tribu Judaiarum prodiisse: sicuti et Moses cognitus est cretus sanguine Hebræo. Recipiet olim ab Ecclesia Christum Synagoga Judæorum edocta mysterium quod in eo habetur. Ad eum namque modum Mosis mater ab regia filia accepit puerulum pacta mercede, quæ erat spes futurorum bonorum.

Repetamus quæ hactenus dicta sunt, ut magis inde ad virtutis rapiamur speculationem, mirabilemque Mosis nativitatem ad nos transferamus. Unusquisque nostrum de mentis statu dejectus, si affectibus vel vitiis irretitur, in quæ natura propendet, continuo dicitur femella. Et hæc soboles gratissima est crudelissimo tyranno. Sin vero quis omissis vitiis contenderit ad virtutis collem, is censetur masculus, et infestus hostis immitissimi tyranni. Qui semper hic suspicatur bellum et defectionem. Unusquisque igitur sibi fuerit pater, gignens ex sese prolem, vel femellam vel masculum. Si quis velit virtuti adhærere et secundum hanc gubernare vitam suam, præclare fecerit si generaverit sobolem, qua diabolus offendatur, dum cernit penes hanc, non penes se, tropæa et victoriæ monumenta. Talem sobolem nos procreare, nutrire et sollicita cura tutari oportet, eamque ex aquis exportare: nec nudam et contemptam tradere vitæ flumini variis æstuanti affectibus, ne scilicet in periculum veniat et demergatur. Tales sunt rationes, quæ pariunt fortitudinem: hæque cautim infantem masculum recondunt in arca, quam non construunt ex lignis, sed componunt ex disciplinis variis, quibus illum tuentur. Sola namque institutio, quæ ex bonis proficiscitur disciplinis, præstat ut anima superet omnes vitæ præsentis fluctus, nec involvatur undarum salo. Imo nos applicat in portum et tutum et stabilem: in quem qui appulerit, non temperet a lacrymis, etiamsi satis arculæ auxilio munitus sit. Lacrymæ etenim perhibentur fidissimus custos illorum, qui ex sæculi naufragio ejecti et salvati sunt. Qui in hunc modum salutem consecutus est sustinebit alienigenæ, id est philosophiæ externæ filius haberi, donec quantum suæ ætati congruerit, ex ipsa hauserit. Ubi adoleverit et in virorum album transcriptus fuerit, erubescet sterilis mulieris dici filius. Nam hæc haud noverat parere fructum labore aliquo dignum. Omnes enim externæ philosophiæ fetus sunt subventanei, et pereunt antequam in lumen Dei notitiæ perveniant. In externæ itaque philosophiæ sinu quis hæreat, donec præcipua illius assequatur dogmata: et continuo citoque pede dehinc recurrat ad naturalem matrem. Cæterum ne separemur interea ab Ecclesiæ lacte, quod nos alit sicuti et Mosen præter Ægyptiam etiam mater aluit.

Ἐξῆλθε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Πεπαίδευται Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, ὡς ὁ πρωτομάρτυς φησὶ Στέφανος. Ἔδει γὰρ πρὸ τοῦ μέλλοντος τῶν Αἰγυπτίων πολέμου τἀκείνων κατασκοπῆσαι σαθρά. Διὸ καὶ τοῦτον ὑπουλη-θῆναι τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Θεὸς ᾠκονόμησεν. Οὐκ ἀγνώμων δὲ περὶ τοὺς εὐεργέτας ὁ Μωϋσῆς. Οὐ γὰρ τῇ λαβούσῃ, τῷ δὲ ὑποβαλόντι ταύτῃ Θεῷ τὴν χάριν ὡμολόγησε, βασιλείας αὐτὸν, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ προτιμήσας λαμπρῶν. Εἰ δὲ μὴ προὔκειτο Θεὸς, οὐκ ἂν ἄλλον τῆς Αἰγυπτίας προὐτίμησε. Νῦν δὲ ἦν αὐτὸς ὁ καὶ διὰ τῶν ἐχθρῶν σώσας αὐτὸν, ὑπὲρ ὃν οὐ δεῖ ἀγαπᾷν πατέρα ἢ μητέρα. Οἱ μὲν γὰρ, ὑπουργοὶ πρὸς τὴν γένεσιν· ὁ δὲ, κτίζων Θεός. Ὃς καὶ ποταμῷ παραβληθέντα τοῦτον διέσωσε, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν ἐξήγαγεν εἰς καιρὸν, καὶ πρὸς τὸν τόπον, εἰς τὸ παιδίον ἀναλαβεῖν. Ἤδει δὲ καὶ πρὸς ἀνθρώπους εὐγνωμονεῖν, ὅτε καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας συνέτρεχεν. Ἐξῆλθε γὰρ τῶν ἀδελφῶν εἰς ἐπίσκεψιν. » Μηδεὶς οὖν ἀγαπάτω τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐχθροὺς, μὴ καὶ λάθῃ μισῶν τὸν Θεόν. Ἐσκόπει τοίνυν, ὡς αὐτὸς μέν ἐστιν ἐν πλούτῳ τε καὶ τρυφῇ, ὁ δὲ τοῦ

VERS. 11. *Moses ubi adolevisset, egressus est ad fratres suos*, etc. Moses imbutus fuit totius Ægyptiorum sapientiæ arcanis, ut protomartyr Stephanus de ipso testimonium perhibuit [25]. Oportebat enim, ut ante bellum quod illaturus erat auspice et duce Deo Ægyptiis, explorata et comperta haberet illa, quæ caduca, labentia infirmaque erant in illo regno. Quapropter ut id commode fieret, curavit divina Providentia, qui Moses ut subditus in aula sævi educaretur tyranni. Nec interim ingratitudinis crimen incurrit Moses, quod fortassis alicui videri posset parum gratus, dum nec regiæ pepercit filiæ, cujus opera imminens evaserat discrimen. Non tollenti mulierculæ, sed Deo, qui hanc subornaverat, gratias deberi fassus est. Deum noverat illum esse a quo in regiam dignitatem collocatus et in amplissimos honores promotus erat. Ni illa agnovisset munus et donum Dei, certe nemini alii, nisi regiæ virgini se gratum exhibuisset. Noverat se subtractum inimicorum violentiæ virtute Dei, cui major, quam parentibus debetur honor. Parentes etenim ministri sunt peragendæ

[23] Psal. XXI, 17. [24] Psal. LXVIII, 22. [25] Act. VII, 22.

218 generationis. At Deus est, qui ex nihilo nos condit et creat. Hic in flumen abjectum Mosen servavit: hic opportune eduxit Ægyptiam in eum locum, ut tolleret puerulum. Nec tamen adeo vecordi et immiti ingenio erat Moses. Noverat gratitudinem declarare erga mortales, si id salva quibat fieri religione. « Egressus est, ut inspiceret ærumnas suorum fratrum, » etc. Nemo igitur amore complectatur hostes Dei, ne forte et Deum odisse appareat. Ad inspiciendos fratres eum perpulit, ne videretur ipse divitiis abundare et voluptate diffluere: Et populus Dei, scilicet filii Abrahami fatigarentur opere faciendo immersi luto. Ea tempestate, ut tum Judæorum res erant, alius fortassis erubuisset se Judæum profiteri. Verum Moses omnibus antefert religionem. Quod ingenium Mosis præcognoscens Deus, non ab re ab ineunte ætate tanta cura eum dignatus est. Moses vocat Hebræos fratres, non tam genere, quam paterna religione motus.

A Θεοῦ λαὸς, τὰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἐν πηλῷ. Ὅτε καὶ εἰ ἦν ἄλλος, ᾐδέσθη ἂν ἴσως, ὅτι καὶ Ἰουδαῖός ἐστιν, εἰπεῖν· Ἀλλὰ προτιμᾷ τὴν εὐσέβειαν. Ὃ δὴ προγνοὺς ὁ Θεὸς, τοσαύτης αὐτὸν ἐκ παιδὸς κηδεμονίας ἠξίωσεν. Ἀδελφοὺς δὲ καλεῖ, οὐ διὰ τὴν σάρκα τοσοῦτον, ὅσον διὰ τὴν ἐκ πατέρων εὐσέβειαν.

Quapropter iniquo animo ferens Hebræum iniquius a crudeli operum exactore tractari, ipsum exactorem letho dedit. Non enim rixam seu altercationem cæde dignam judicavit: sed eum, qui in perniciem hominum viveret, vita indignum censuit.

B Ζηλώσας, ἀπέκτεινε τὸν Αἰγύπτιον, ὥς φασί τινες (67), ὠμότατον ἐργοδιώκτην ὑπάρχοντα. Οὐ γὰρ ἦν ἄξιον ἁπλῶς φόνου τὸ μάχεσθαι. Ἀλλ' ἐνόμισε δίκαιον τὸν ἐπ' ὀλέθρῳ ζῶντα τῶν ἀνθρώπων ἀπόλλυσθαι.

Quapropter magis regi ira mota est grave existimanti, non quis occisus esset, jure vel injuria cæsus sit: sed cogitanti suum nepotem adoptivum non secum sentire, nec illos, quos et ipse, hostes censere: et quos ipse velit, in amicis habere. Hinc ministri regii occasione sumpta, plurimis calumniis regis animum instigant, ut vindicet in Mosen. Nec quidquam pensi habent, extremæ vel primæ classis fuerit homo ille, cui per vim vitam eripuit Moses. Hoc solum respiciunt, ut Mosen ob illam cædem odiosum faciant apud regem.

Cæterum flagrantissimum amorem, quo tenebatur suæ gentis, testatus est Moses cæde illa exprompta. Verum si quis considerare velit, inveniet illam cædem non sceleratam esse, sed argumentum summæ pietatis. Duo homicidia celebrat Scriptura sacra, quæ commisit Phinees, ob quæ, præter sacerdotii ordinem et ritum, æternam adeptus est sacerdotii dignitatem. Legitur Eliæ cædes, nec interim siletur egregia et mirabilis prophetæ translatio. Habes Samuelem sacerdotii dignitate imprimis illustrem: et hic, ut affectum sortirentur jussa Dei, truncatum Agag peremit, ipsius, inquam, gladium arripiens. Etiam Petrus apostolorum princeps necavit Ananiam cum conjuge sua Saphira. Nemo illas cædes dixerit injustas: imo illi viri ex his factis pietatis laudem reportarunt. Cædes, qua Moses Ægyptium affecit, symbolum erat fore, ut Deus per Mosen Ægyptios internecione cæderet, Israelitasque salvaret.

Εἰ δὲ καὶ ἦν ὁ τυχὼν ὁ Αἰγύπτιος, ἀλλ' οὖν τὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ζῆλον εἰς τὸν ἐμπεσόντα διὰ προθυμίαν ἐπλήρωσε. Διὰ Θεὸν δὲ πᾶν γινόμενον, κἂν ᾖ C φόνος, εἰς ἄκρον εὐσεβείας λογίζεται. Ἔχεις τοὺς δύω φόνους τοῦ Φινεὲς, δι' οὓς παρὰ τὴν τάξιν ἱερωσύνης αἰωνίας ἠξίωται, τοσοῦτον ἰσχύσας, ὀργιζομένου Θεοῦ, ὅσον τοῦ πατρὸς Ἀαρὼν τὸ θυμίαμα. Ἔχεις Ἡλιοῦ τοὺς φόνους, καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ἔχεις Σαμουὴλ τὸν τοσοῦτον ἱερέα, διὰ τὴν πρόσταξιν τοῦ Θεοῦ ἣν παρέβη Σαοὺλ, χερσὶν ἰδίαις μελίσαντα τὸν Ἄγαγ. Ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ κορυφαῖος Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν ἀπέκτεινεν. Ἐφ' ὧν ἁπάντων οὐκ ὠμότης πέφυκεν, ἀλλ' εὐσέβεια. Ἦν δὲ σύμβολον τὸ γενόμενον, ὅτι μέλλει Θεὸς διὰ Μωσέως Αἰγυπτίους ἀποκτενεῖν, καὶ σώζειν τὸν Ἰσραήλ.

Quod vero illa cædes summi erga populum Judaicum amoris fuerit indicium, sequentia comprobant. Nam cum occurrisset fratribus inter sese contendentibus, non spiravit cædes, sed eorum animas amica castigatione mitigare instituit: quod quidem omnem erat ipsum futurum judicem populi Israelitici occisis Ægyptiis. Proinde contumax ille Hebræus numero plurali allocutus est Mosen, inquiens: « Quis te nobis præfecit principem et judicem? »

D Μαχομένους εὑρὼν ἀδελφοὺς, ἀντὶ φόνου νουθεσίαν προσήγαγεν. Ὅπερ ἐδήλου τὸ καὶ κριτὴν αὐτὸν ἔσεσθαι τῷ λαῷ μετὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀναίρεσιν. Ὃ δὴ καὶ ἄκων ἐδήλωσεν ὁ πληθυντικῶς εἰπὼν, « Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; »

Cæterum contumax ille nimirum is erat, quem liberaverat de manu Ægyptii Moses cæde perpetrata, nisi forte is fuerit amicus ejus, qui opem Mosis expertus erat: et eum narrantem, quid Moses fecisset, audiverit.

Αὐτὸς δὲ ἦν, ὡς ἔοικεν, ὃν εὐεργέτησεν ἀποκτείνας ὁ Μωϋσῆς τὸν Αἰγύπτιον· οὐδεὶς γὰρ ἄλλος παρῆν· πλὴν εἰ μὴ φίλος ὢν οὗτος τοῦ ἐκδικηθέντος, ἀκήκοε τὸ γεγονὸς παρ' αὐτοῦ.

NOTÆ.

(67) Ὁ Φιλ. αὐτ.

A 'Αλλὰ τί δράσει Μωϋσῆς ὑπὸ φίλων τε καὶ πολεμίων βαλλόμενος; Ἐπὶ τὰ ἔθνη χωρεῖ, τὴν Ἀραβίαν καταλαβὼν, Χριστοῦ τύπος γενόμενος. Τοιγαροῦν αὐτὸν εἰδωλολάτρης ἱερεὺς ὑποδέχεται, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν συγγένειαν ἠσμενίσατο. Ὁ δὲ Θεὸν ἀγαπῶν, προτιμᾷ τῶν βασιλείων τὴν ἔρημον, καὶ πενίαν τρυφῆς.

Verum quid agit Moses? Videns se esse tum Ægyptiis tum Hebræis invisum, profugit ad gentes, ingressus Arabiam, qua re Christi typum se præbuit. Igitur sacerdos idolis serviens advenientem excipit, nec aspernatur affinitatem cum illo jungere collocata in matrimonium filia. Ipse autem cum esset in amore Dei totus, solitudinem palatinæ præfert aulæ, voluptatem et mundi delicias postponit paupertati.

Universum suæ ætatis tempus in ter triginta æqualia dividitur. Triginta annis eruditur, pascit, gubernat populum. Pecora pascit, ut in minore utpote pecoribus, discat imperare hominibus. Quidam aiunt Scripturam nullibi mentionem facere Jethronis, ut **219** idololatræ: sed eum nominari sacerdotem vel gentis vel regionis. Addunt ipsum descendere generis serie ab Abrahamo, ideoque supremi numinis exstitisse cultorem. Quapropter Moses, ut evitaret Ægyptiorum insidias, ad hunc confugit, tandemque gener ascitus est. Nam Abrahami et Chetturæ filius fuit Madian. Ex hoc derivantur Madianitæ, ut in Genesi docetur.

B *Πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ.* Οὐχ ὅτι πατρίδα τὴν Αἴγυπτον ἐπεγράφετο, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν συγγενῶν ἐκεχώριστο, καὶ τῶν εὐσεβῶν γονέων, ἐθνικῷ πενθερῷ συνών. Ὁμοίως γαμβρὸν, τὸν πενθερὸν ἡ θεία καλεῖ Γραφή. Γαμβρὸς γὰρ ἑκάτερος ἀπὸ γάμου τὴν ἀγχιστείαν ἔχων. Ἔχεις δὲ ἐπ' ἀμφοτέρων τὴν αὐτὴν προσηγορίαν ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν Κριτῶν ὑποθέσει.

VERS. 22. *Generans autem filium nominavit eum Gersom, dicens: Quia advena sum in terra peregrina*, etc. Hoc pronuntiat, non quasi Ægyptum suam patriam intelligat, sed, quod relegatus sit a suis propinquis Hebræis: et natus ex piis parentibus, vitam agat cum ethnico socero, quem et affinem Scriptura sacra nominat. Uterque enim, qui cognationem a connubiis dicunt, in Scriptura sacra affines appellantur, ut apparet ex ultimo libri Judicum argumento.

Patres autem pietatis studiosi non solum verbis se gratos ostendunt supremo Numini: sed etiam liberis nomina imponunt, ex quibus ceu quibusdam statuis ipsorum reluceat gratitudo. Similiter et Josephum, ut in Genesi perhibetur, fecisse constat. Repetamus, quæ hactenus dicta sunt, et demonstremus quomodo illa omnia congruant, secundum allegoricum sensum Christo. Moses in virorum album relatus egreditur ad fratres suos. Sic, ut divinus testatur Apostolus, « ubi venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum natum ex carne, et subjectum legi [26]. » Missus autem est ad filios Israel. Ad hos enim pertinebant promissiones. Ipse namque clamat: « Non sum missus, nisi ad perditas oves domus Israel [27]. » Cum reperisset Israelitas graviter affligtari dæmonum tyrannide, dæmones e medio sustulit: et ut Moses sabulo obtexit crudelem operum exactorem, sic Christus dæmones relegavit in abyssum. Plurimis autem dæmonibus in abyssum detrusis, reliqui, qui adhuc supererant, fatigabant precibus Salvatorem, ne se præcipitare velit in abyssum, sed concedere ut in mundo versari possint usque ad extremi judicii diem. Nam cum constrinxisset, ut ipse ait [28], fortem, tandem ejus diripuit vasa, id est animas, quas suo dominio subditas possidebat. Hujus rei typus fuit Josua, qui defuncto Mose copias traduxit Jordanem, et quinque Amorrhæorum reges, qui in speluncam confugerant, vinculis oneravit. Siquidem post vitam, quam sub lege transegimus, nobis imperans Christus rex, dæmonum principes in profundum specum præcipitatos inclusit, Israelitasque discordantes in concordiam redegit, sicuti contendentes Judæos et Moses placavit. Quapropter sic proloquebatur: « Pacem meam do vobis [29]. » Cæterum ipsi regem Christum respuerunt, quamvis de ipso legatur in Psalmis: « Ego vero constitutus sum rex super illos, et super Sion montem sanctum ejus [30]. » Hunc aspernati sunt, cum dicerent: « Quis dedit tibi potestatem hanc [31]? » Et iterum, cum agganirent: « Scimus quod cum Mose collocutus est Deus. Hunc vero nescimus unde sit [32]. » Præterea cum illorum officii fuisset Christum miracula edentem divinis extollere laudibus, turpiter et impudentes inquiunt: « Hic non ejicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum [33]. » Quod vero Ægyptius nemine vidente occisus erat, symbolum fuit invisibilis potentiæ, per quam diabolus esset in abyssum conjiciendus. Occulta enim manu et clandestina virtute oppugnabat Amalekitam Dominus. Christus, ubi comperit hostiliter erga se affectos Israelitas, concessit in Galilæam, sicuti Moses, relicta Ægypto, se contulit in Madianiticam regionem: et auxilium tulit filiabus Jethro illarum potans oves. Cæterum Jethro quodammodo repræsentat mundum idolorum cultui deditum. Nam si nomen Jethro interpreteris, significat *superfluitatem* vel *superfluum*. Sic mundus adhærebat vanis et supervacaneis rebus, nihil faciens eorum, quæ facienda erant pietatis candidato: contemnens salutem, et externis cum quadam superstitione immorans. Quapropter Christus inquit:

[26] Galat. IV, 4. [27] Matth. XV, 24. [28] Matth. XII, 29. [29] Joan. XIV, 27. [30] Psal. II, 6. [31] Matth. XXI, 23. [32] Joan. IX, 29. [33] Matth. XII, 24.

« Quid proderit homini si totum lucratus fuerit mundum, animæ vero jacturam fecerit [34]? » Ex una matre Moses natus complures Jethro potavit filias. Sic una est Judaicæ gentis multitudo, ex qua nobis **220** secundum carnem prognatus est Christus. Verum inter gentes fuere greges plurimi, quos graviter affligebant mali et feroces pastores : penes quos cum foret mundi imperium, interceperunt nobis scaturiginem, secundum quam novimus Deum et quid faciendum sit nobis in hac vita, ut placeamus illi. Quare non ab re vociferatur Jeremias, quasi sub persona Dei : « Duo mala commisit populus meus : me deseruerunt fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi cisternas et lacunas pertusas, quæ aquam continere nequeunt [35]. » Falsa siquidem religio est, quasi cisterna pertusa. Christus abegit et propulsavit falsos pastores, et propinavit sitientibus aquam vivam, scilicet divinam suam et cœlestem doctrinam annuntians, dicens : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat [36]. »

Filiæ nuntiaverunt patri beneficium quo a Mose erant affectæ. Pater accersit Mosen, eique connubio stabili jungit natu maximam et pulcherrimam e numero filiarum : quæ tandem ei peperit Gerson. Sic et Christus cognoscitur a mundo, dum ejus ordines beneficiis juvat, qui non cessant ipsius deprædicare virtutem. Quapropter sibi despondit Ecclesiam ex gentibus collectam, et symbolicῶs dictam Sephoram. Est enim Sephora, si nomen exponas, *visitatio* vel *pulchra*. Nam visitavit oriens ex alto [37] pulcherrimam Ecclesiam, dans ei cœlitus donum, sui flatus scilicet incrementum, quod nihil aliud est quam sancti Spiritus participatio. Et parit advenam populum. Sunt enim Christicolæ advenæ in hac terra. « Non (siquidem) habemus hic manentem civitatem, sed futuram exquirimus [38], » cujus architectus et artifex Christus est. Cæterum mundus ante Mosis, id est Christi, in filias beneficium, non ab re nuncupatur Jethro, id est, *superfluus*. Deinde vero nomen mutatur, sumpto nomine Raguel, quod si explices, denotat *divinum pastorem*. Mundus enim tandem concessit, liberatus a falsis et perversis pastoribus, in imperium summi Pastoris. Possumus et alio modo prædicta intelligere secundum virtutem. Omnis igitur alienigena doctrina pugnat cum Hebræa. Is autem, qui velit vere pius esse, necesse est ut sit medius inter utramque, et in hunc modum debellet alienigenam doctrinam. Nec imitetur eos, quibus contrarium accidit, dum rejecta pietate vertuntur ad aliena dogmata. Qui vero Mosaicum gerit animum, in medio consistat oportet inter pietatem et idololatriam, inter intemperantiam et temperantiam, inter justitiam et injustitiam, inter superbiam et humilitatem. Quædam ex his commemoratis profligabit ut interficiat sicuti Moses Ægyptium, potentiore scilicet Hebræorum doctrina. Reliquis utatur ad salutem et victoriam superando adversarium nostrum diabolum. Quod si facere nequimus, contendamus hinc ad excellentiorem et sublimiorem mysteriorum doctrinam, etiamsi alienigenæ, id est, externæ philosophiæ nos cohabitare oporteat. Cæterum repellentes malos pastores et corruptos doctores eorumque redarguentes errorem, ad nos redeamus, et sine contentionibus concordi studeamus paci, adhærentes saniori et pacatiori doctrinæ, instar ovium, quibus salutaris imperat religio. Nam si pacem sectemur, contentiones rixasque repudiaverimus, veritas conspicietur illico, et efficiet ut mentis oculi coruscent et miceent mirabili splendore.

Quando quis opportune ingemiscere poterit? Si in te mortuus fuerit rex Ægypti. Sic etiam ipse Isaias mortuo demum Ozia conspexit Dominum. Igitur nunc infert : « Et cognitus est eis. » Nam dum idololatriæ errore tenebantur, et tegulis ex luto faciendis occupati erant, ignorabant Dominum.

A Πότε γὰρ κατὰ καιρὸν ἄν τις στενάξειεν, ἢ τελευτῶντος ἐν αὐτῷ τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου ; Ὡς καὶ τοῦ Ὀζίου τελευτήσαντος, Ἡσαΐας εἶδε τὸν Κύριον. Ὥσπερ οὖν καὶ νῦν ἐπάγει, « Καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς. » Εἰδωλολατρήσαντες γὰρ, καὶ πηλίνοις ἔργοις κατεσχημένοι, ἠγνόουν τὸν Κύριον.

VERS. 23. *Factum est in diebus illis multis, ut moreretur rex Ægypti : et ingemuerunt filii Israel*, etc. At gemitum nec laterificium, nec lutum, nec paleæ movebant : sed labores, quibus opprimebantur, ciebant gemitum, et ob hos vociferabantur ad Dominum. Quapropter exaudivit illorum gemitus. Non audit eos, qui nullis operibus impediti clamant : sed his præbet aures propitias, qui luto et terrenis operibus oppressi clamorem edunt. Itaque, ut quidam inquit, celeri **221** refugimus pede a luto laterificio, id est, ex caduca et labili nostri corporis constitutione, quæ plerumque gubernatur rationibus frivolis, quæ nihil a paleis differunt. Moses tandem variis periculorum procellis jactatus, confirmatus est : Ægyptiis vero crudelitas et Hebræis humilitas augescere. Cæterum et Deus recordatus est illorum, quæ pollicitus erat Abrahamo.

CAP. III.

VERS. 2. *Visus est angelus Domini in flamma ignis rubi Mosi*. Non Dominus, sed angelus apparuit. At Mosen vocavit non angelus, sed Dominus, qui id præcipiebat angelo ministranti. Nullibi vero

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

B *Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τοῦ βάτου.* Ὤφθη μὲν Μωσῇ οὐχ ὁ Κύριος, ἀλλ' ὁ ἄγγελος · ἐκάλεσε δὲ αὐτὸν οὐκ ἔτι ὁ ἄγγελος, ἀλλ' ὁ Κύριος (68). Κύριος μὲν γὰρ ἦν ὁ διατασσό-

[34] Matth. XVI, 26. [35] Jerem. II, 13. [36] Joan. VII, 37. [37] Luc. I, 78. [38] Hebr. XIII, 14.

NOTÆ.

(68) Ἀλλ' ὁ Κύριος ὁ καὶ διατασσόμενος, διακονοῦντος ἀγγέλου. Καὶ οὐδαμοῦ τῆς νομοθεσίας φησὶν ἡ Γραφὴ, ὡς ὤφθη Κύριος τῷ Μωσῇ. Ὅπερ κτ. ὁ τῆς Αὐγ. κῶδ.

μενος, ἄγγελος δὲ ὁ τῷ θείῳ λόγῳ διακονούμενος. A Καὶ οὐδὲ ἅπαξ εὕροις δι' ὅλης τῆς νομοθεσίας τὴν Γραφὴν σημειουμένην, ὅτι δὴ « Ὤφθη ὁ Θεὸς, ἢ ὁ Κύριος τῷ Μωσῇ. » Ὅπερ ἐξαίρετον ἐπὶ μόνον τῶν τριῶν πατριαρχῶν εἰρημένον φαίνεται. Ὡς ἐκ τούτων εἶναι πρόδηλον τὴν πᾶσαν νομοθεσίαν τοῖς κατὰ τὴν ἔρημον, οἷα δὴ νηπίοις τὰς ψυχὰς, καὶ εἰσαγομένοις ὥσπερ διὰ παιδαγωγῶν καὶ οἰκονόμων τῶν ἀγγέλων (69), παραδεδόσθαι.

in legislatione loquitur Scriptura : « Visus est Dominus Mosi. Id enim, quasi signum quoddam excellentiæ de solis tribus prædicatur patriarchis. Ex quibus omnibus certo colligitur leges, quæ in solitudine promulgatæ sunt, latas esse ab angelis, quasi pædagogis et procuratoribus. Erant enim Judæi ea tempestate rerum omnium rudes et ignari. Proinde cum his ceu cum pueris balbutiendum erat.

Quidam aiunt Deum, ut qui futura annuntiet, merito dici angelum, id est nuntium.

Παρατηρητέον δὲ, ὅτι οὐ πῦρ λαλεῖ τῷ Μωσῇ ἐν τῇ βάτῳ, οὐδὲ πῦρ νομοθετεῖ τῷ λαῷ ἐν τῷ ὄρει, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐν πυρί. Ὥστε ὅταν λέγῃ κατωτέρω, « Πῦρ καταναλίσκον Κύριος ὁ Θεὸς, » τὴν αἰτίαν ἐπάγει, δι' ἣν αὐτὸν Κύριον ἐπωνόμασε. « Θεὸς γὰρ, φησὶ, ζηλωτὴς, » [τουτέστιν] ὁ ζῆλος τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ (70) ἡμῶν, ἤτοι καθ' ἡμῶν σφοδρὸς, ὥσπερ πῦρ καταναλίσκον.

Cæterum ignis, qui insederat rubum, non alloquitur Mosen. Nec leges idem ignis Judæorum populo sancit. Deus, qui in igne erat, hæc præstat. Itaque cum infra inquit : « Ignis consumens est Deus [39], » etc., illico causam subdit, inquiens : Deus zelotes. » id est, zelus Dei pro vobis, aut contra vos vehemens est, et instar ignis devorans et consumens quidquid obstiterit.

Mirabile autem et plane peregrinum erat spectaculum, videre naturam concertantem inter sese. Ignis facile incendit : rubus erat sua natura ita comparatus, ut facile ab igne absumeretur. Verum mirifica illa et prodigiosa spectacula maxime hominum mentes pervadunt et permovent. Quapropter haud immerito et Moses miratur, et quid rei sit, ut visat, perpellitur. Judæorum autem genti ceu monumentum datum est hoc exemplum, ne absonum deinceps arbitretur et ab sacræ Scripturæ more alienum, si aspiciat Deum habitare in carne, nec interim carnem Deitatis excellentia labefactari. Quamvis in Virgine habitaverat, tamen illæsam conservavit Virginem Divinitatisque capacem reddidit. Significat idem rubus omnium injuriis expositos et opportunos fuisse Hebræos : verum assertos et liberatos esse, quasi ex ignitis Ægyptiorum afflictionibus. Fore deinceps ut non impune lædantur, sed quasi quibusdam spinis muniti adeuntes sint repulsuri. Sic enim testatur Scriptura : « Pone metum, tecum sum. Nulla te comburet flamma. » Initium miraculorum per lignum fit, quod Novi Testamenti crucem prædicit. Ut autem miraculum mirabilius videatur, præstat materiam rubi, quæ facile ignem concipit. Præterea ut gliscenti idololatriæ occurreret, in qua apud Ægyptios enutriti erant, in rubo apparet. Ne scilicet ex ista arbore, utpote ad eam rem inutili, simulacrum conficeret, quia in ipso visus esset Deus. Idem etiam rubus docebat Israelitas fuisse penitus arborem silvestrem et sterilem, et planissime caruisse mitioribus justitiæ fructibus. Nam adhuc servabant odorem Ægyptiacum, quo imbuti erant. Lex quidem, quæ his dabatur opera angelorum sufficiens fuisset ad illuminandum intellectum, si quis secundum spiritum hunc accepisset. Cæterum Hebræis, quibus plurimum Ægyptiacæ adhærebat fæcis, plane apparebat stulta. Quia carebant luce, quæ mentem illustrat : sicuti nec ignis rubo inferebat urendi sensum. Hos affatur Salvator, dicens : « Scrutamini Scripturas. Quia vos videmini in illis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ de me testantur [40]. » Cæterum Moses continuo perspexit Judæorum stuporem et ruditatem sub typo **222** rubi, qui non adurebatur igne. Quod vero illud miraculum denotabat mysterium incarnationis Christi, vel inde patet, quod Scriptura sacra divinam naturam comparat igni. Deus enim veritas est : et veritas est lux. Arboribus et herbis agri hominem assimulat eadem Scriptura terrenum. Alicubi namque habet Scriptura : « Deus est ignis consumens [41]. » Quod quidem fertur propter excellentiam virtutis, qua illuminat : et propter immensam peccati materiam. Nam Scriptura peccatum vocat aliquando spinas, aliquando ramum senticosum, ut in psalmo quinquagesimo septimo : « Priusquam intelligerent spinæ vestræ ramum, sicut viventes sic in ira absorbet eos [42]. » Et alibi : « Conversus sum in miseriam, dum spina mihi infigitur [43]. » Alicubi ait : « Homo est quasi gramen, dies ejus ut flos agri, sic effloresce [44] : » Ut ignis spinis est intolerabilis, sic Deitas humanitati.

Verum in Christo hæc omnia facta sunt tolerabilia. Nam in hoc habitavit universa plenitudo Deitatis corporaliter [45]. Et qui lucem incolit inaccessam in Virginis templo domicilium habuit, demittens se ad nunquam satis suspiciendam mansuetudinem, et quasi retundens et hebetans vehementem suum impetum, sicuti et ignis pepercit rubo. Versatus siquidem est inter nos non crudeliter pœnas exigens, sicuti ipse dicit : « Non misit Deus Filium in mundum, ut judicet mundum, sed ut mundus per ipsum servetur [46]. » Accedens Moses in conspectum Dei, audit : « Solve calceamentum e pedibus tuis, » etc.

[39] Hebr. IV, 24. [40] Joan. V, 39. [41] Hebr. XII 29. [42] Psal. LVII, 10. [43] Psal. XXXI, 4 [44] Psal. CII, 14. [45] Coloss. II, 9. [46] Joan. III, 17.

NOTÆ.

(69) Δι' ἀγγέλων. Ὁ αὐτ.

(70) Ὁ ὑπὲρ ὑμῶν ἢ καθ' ὑμῶν. Ὁ αὐτ.

Quidam opinantur his verbis juberi Mosen dimittere uxorem. Subjecta enim est uxor viro. Quod si verum est, qui fit quod idem dicitur et ad Josuam? Ne et ipsus scilicet uxorem secum duceret? Iratus quidem propterea fuerat, quod proficiscens ad liberandum populum, comites sumeret uxorem et liberos. At nunc non ob id indignatur. Quidam aiunt hanc præmonitionem fuisse monumentum legis dandæ, secundum quam sacerdotes discalceati rem divinam facerent ob sordes, quæ plerumque calceamentis adsunt. Ne tamen putaveris calceamentum propterea esse rem abominabilem. Idem præcipit Josuæ, quod nunc Mosi, volens confirmare et stabilire legem. Quidam volunt Deum istud imperasse Mosi, ut Judæos, qui tum erant catechumeni, discerent majore cautela versari et ambulare coram Domino: et quo id facilius fieret, carnalia præcepta suggerit. Quidam censent Deum sub hoc typo significare Mosi, fore ut proterat et conculcet Ægyptios: et deinde huc reversus sacrificaturus sit hic magnifice Domino. Sic allocutus est et Josuam trajicientem Jordanem, ut bello peteret gentes hostiles. Quod si verum est, cur non potius inquit, *Liga*, et non *Solve*. Præterea quidam docet *solve* non accipiendum esse pro *ima varte solve*. Non enim in ima parte solvit. Verum neuter horum verborum occultum assecutus est sensum. Infert alius quidam, qui sub calceamento intelligit pedem, quasi Deus diceret: Move pedem tuum contra hostes, sicuti alicubi inquit: « Extendam contra Idumæam pedem meum [47], » id est, proculcabo Idumæam. Verumtamen Deus ipse subdit causam, inquiens: « Locus in quo stas, terra sancta est. » At quid inquinabat calceamentum sanctam terram? Annon, ubi detractum erat, iterum humi collocabatur?

Sed, aiunt, mos est Scripturæ, alia quidem agere, et alia sub his significare. In itinere apparet quidem angelus, quasi occisurus Mosen. Cæterum aliud hic quidpiam gerebatur. Nam ipsum interfecisset, si ea gratia adfuisset. Similiter et ad Balaamum inquit angelus: « Nisi asinus declinasset, te confodissem et pepercissem asino [48]. » Sic et hic per solutionem calceamenti demonstrat sancti præsentiam. Et vult ipsum cognoscere ex ipso loco, ubi scilicet constiterit Deus, quis præsto fuerit. Alii putant, cum legis cultus non omnino reprehensione caruerit, ostendit vitæ cursum, qui in lege peragitur, non prorsus vacare corruptione et morte. Idque declaratur a ritu Græcorum sacrificulorum, **223** qui discalceati ad sacra commeabant. Et nos simul edocet non fas esse illum appropinquare Deo, in quo exstent adhuc reliquiæ mortalitatis, ex qua nos liberavit non lex, sed Christus. « Nam impossibile erat, ut sanguis taurorum et hircorum tolleret peccata [49]. » Nemo enim per legem justificatur. Peccato autem nondum irrito facto, adhuc corruptionem vigere et mortem dominari peccato inquinatis necesse est. Eum igitur, qui volet se jungere Christo, oportet deponere legis cultum, qui typos et umbras continebat. Sic enim introitur in terram sanctam, id est Ecclesiam, prius vastam divino et humano cultu et spinis obsitam, utpote in qua foret rubus. Talis erat initio gentium Ecclesia, ad quam hæc proferuntur verba: « Lætare, solitudo siticulosa et arida. Exsultet solitudo vasta, et floreat sicuti lilium [50]. » Pollicetur et Deus se conversurum solitudinem in paludes, et siticulosam in scaturigines aquarum. Nam Ecclesiam Deus suo sermone irrigavit abunde, et nos ita excoluit, ut simus terra sancta. Omnis enim locus in quo fuerit Christus, locus sacer judicatur. Quod vero lex nequiverit nos vivificare, satis alicubi comprobat Christus, dicens: « Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobismetipsis [51]. » Ad hanc celsitudinem et lucem Deitatis non licet scandere pedibus, quos calceamenta onerant. Solvendus et removendus est amictus, qui constat ex terrenis et mortuis pellibus: ut libere queat anima spatiari. Amictus, inquam, ille, quo velati sumus propter contemptum præceptum Dei, cum essemus nudi in paradiso. Sic nos comitabitur Dei notitia, quæ subinde augebitur divinis meditationibus et speculationibus tranquille incumbens, et experietur solum Deum revera esse Ens principalissimum, cujus participatione sunt reliqua entia, cujusque participatione egent, ut perdurare possint. Hoc Ens solum immutabile est, et summum bonum est, nec unquam ad malum movetur. Illo nil dabis vel purius vel melius.

Vers. 6-15. *Et dixit ei: Ego sum Deus patris tui Abraham*, etc., usque ad hunc locum: *Hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generatione et generationem.* Obstupuit et totus horruit Moses adhibitus huic spectaculo. Magis vero perculit hominem audire vocem Dei. Gaudebat quod dignus esset habitus audire vocem Dei Verum metus illam voluptatem conturbabat. Quapropter avertit vultum, non sustinens intueri Deum. Nam abjicientes carnis opera mortifera, et puro liberoque pede incedentes in republica Christi, appropinquabimus Deo spirituali copula, non loci intervallo. Et in nobismetipsis colligemus notitiam Dei, Patre se nobis ostendente in Filio: ipsumque certo contemplabimur, et evidentius quam priscus populus, qui, dum se avertebat a facie Mosis, satis declarabat mentes illorum, quos Moses erudiebat in lege, esse infirmas, sicuti legitur in Psalmis: « Occæcentur oculi illorum ne videant [52]. » Idem in prophetis habetur: « Ecce populus stultus et vecors. Oculos habent, et non vident [53]. » At nos retecta facie in Filio Patris conspicamur pulchritudinem. Nam, inquit, « Qui me vidit, vidit Patrem [54], » qui per se est inconspicuus. Et iterum: « Nemo novit quis sit Filius, nisi Pater; neque quisquam novit Patrem quis sit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [55]. » Nam

[47] Psal. cvii, 10. [48] Num. xxii, 33. [49] Hebr. x, 4. [50] Isa. xxxv, 1, 2. [51] Joan. vi, 54. [52] Psal. lxviii, 24. [53] Isa. vi, 9, 10. [54] Joan. xiv, 9. [55] Matth. xi, 27.

Baruch dicit : « Post hoc in terra visus est, et conversatus est cum hominibus [56]. » Davidis testimonium huc quoque facit : « Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram : ab ortu usque ad occasum solis decor pulchritudinis ejus. Deus manifesto veniet, Deus, inquam, noster, et non tacebitur [57]. » Arbitrabantur Judæi se conspexisse Deum apparentem in igne in Sina monte, et etiam audivisse vocem ejus. Sed Christus eos redarguit in hæc verba : « Amen, amen dico vobis, nec vocem ejus audivistis, nec ejus formam vidistis. Et sermonem ejus non habetis in vobis manentem. Quia quem misit ille, in hunc **224** vos non creditis [58]. » Igitur nos, si crediderimus ei, vidimus in Filio Patrem et sermonem ejus in nobis habemus. Voluit quidem Deus se illis videndum exhibere, quemadmodum Mosi. Sed ut commonstraret legis imbecillitatem, avertit vultum, sicuti illi aversati sunt Christum, qui ipsos anteferebat gentibus. Quapropter, inquit : « Inventus sum his, qui me non quærebant : manifestus factus sum his, qui de me non percontantur. Dixi : Ecce innotui genti, quæ me ignorabat. Toto die extendi manus meas ad populum inobedientem et contradicentem [59]. » Quapropter non conspexerunt gloriam Christi. Hinc per prophetam loquitur : « Verterunt ad me terga nec vultus eorum [60]. » His astipulatur Paulus, alicubi dicens : « Sed ad hunc usque diem, cum legitur Moses, velamen cordibus illorum impositum est. At nos omnes retecta facie gloriam Domini in speculo repræsentantes [61], » etc.

Τί δέ φησι πρὸς τὸν Μωϋσῆν ὁ Θεός; « Εἶδον καὶ A ἤκουσα τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ. » Ὡσεὶ ἔλεγεν, Ἣν καὶ σὺ εἶδες, καὶ ἤκουσας. Οὐδὲ γάρ σοι ταῦτα ἤρεσεν ἀποκτείναντι τὸν Αἰγύπτιον.

Cæterum quæ est illa oratio, quam cum Mose habet Deus? « Vidi scilicet et audivi afflictionem populi, » etc. Sensus est : Vidi, inquam, ærumnas et labores populi, quos et tu cognitos et penitus exploratos habes. Nec tibi illos labores, quibus populus meus obruitur, placere satis præclarum dedisti documentum, dum me præveniens scelestum peremisti Ægyptium

Cæterum ego ad hoc honoris fastigium te proveho, ut fungaris ducis munere, in asserendo in antiquam libertatem populo Israelitico. Proinde noli hanc, quam tibi mando, recusare provinciam causatus populi intractabilem duritiem. Imo si petulanter et proterve intonuerint : « Quis te nobis principem et judicem dedit? » Responde nulla circuitione utens, et libere dicito : « Deus patrum nostrorum ad hunc honoris apicem me scandere fecit. »

Ἤθελε μὲν οὖν καὶ Μωϋσῆς ἐλευθερῶσαι τὸν Ἰσραὴλ, ὁ καὶ τὸν Θεὸν προλαβών· πόσῳ γε μᾶλλον ἐξ ἐκείνου πεμπόμενος; Ἠπόρει δὲ πῶς ἄρα τούτους καὶ πείσειεν. Οὐ δέδοικε λίαν τοὺς Αἰγυπτίους, διὰ δὲ τούτους σκληροὺς ὄντας ταράττεται. Τοιγαροῦν οὐ περὶ ἐκείνων, περὶ δὲ τούτων φησὶν, Ἐροῦσί B μοι, Τί ὄνομα αὐτῷ;

Moses, non dubium est, imo certe constat, dies noctesque id agebat, quo pacto posset servitutis intolerandæ jugum demere populo Israelitico. Cum per se id meditaretur, quis dubitat porro, quin libenter paruerit Deo mittenti? Verum hoc angebat virum, eumque tergiversari compellebat, quod parum constabat quibus argumentis fidem facturus esset populo illi, se a Deo ut vindicem et assertorem missum esse. Non verebatur Ægyptios : intractabile suæ gentis ingenium bonum virum deterrebat. Proinde ait, non de Ægyptiis verba faciens, sed de Hebræis, dicens : « Percontabuntur quod tibi sit nomen. »

Hisce verbis conspicuam jam tum reddit Judæorum incredulitatem Moses, quem nos ad æmulationem provocantes, nunc venerantur, licet ipsum recusarint principem, et lapidibus obruere voluerint. Sed hoc fit propterea, quod dictum est : « Ad æmulationem incitabo vos in ea gente, quæ non est gens, » etc. Hæc verba ut in effectum perducantur, accidit ut Mosen et prophetas, quos crudeliter neci dederunt, honorifice tractent. Abstinuerunt eadem de causa ab consueta idololatria. Horum pervicaciam animadvertens Moses, excusat linguæ defectum apud Deum, qui linguam totamque creaverat Mosen. Proinde poterat et linguæ defectum corrigere. Quia igitur etiam Moses nonnihil pendebat animi, noluit Deus linguæ ejus emendare vitium : sed addidit ei interpretem, non honoris gratia, sed ut disceret, obediendum esse Deo, illaque obedientia nil ducendum antiquius. Quærit nomen Dei. Verum quis nominavit Deum? aut quis prior exsistens Deo, ei nomen imposuit? Recte quidem sentis : sed rudes sunt, quibus dictio quædam loco nominis proponitur. Esto enim sive Ens non nomen est, sed rem significat, utpote eum, qui per se exsistit, nec ab alio essentiam accepit, sed hanc omnibus suppeditavit. Ecquid vides angelum esse, qui apparuit, et Deum esse qui loquitur : et quod Jacobo non indicavit, id nunc Mosi aperuit. Nam paulatim succedentibus generationibus semetipsum manifestavit Dominus. Sic ubi venit plenitudo temporis, significavit se esse Filium Dei, Christum, Deum Sermonem. Quod pollicetur suam præsentiam, dicens : « Ero tecum, » etc., confirmat per totum legislationis tempus. Semper enim et ubique ei præsto fuit Dei **225** Filius exacto quodam præsentiæ typo. Hoc idem testatur Moses : « Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicuti me [62]. » Itaque ne quis miretur, si Moses tenuit appellationem Dei. Dixit : *Exsistens.* Sed quia hujus appellationis vim intelligere haud quibant, adjecit : « Deus Abraham, » etc., ut ex suis cultoribus cognoscerent, quem per se in sua

[56] Baruch III, 38. [57] Psal. XLIX, 1-3. [58] Joan. V, 37, 38. [59] Isa. LXV, 1, 2. [60] Jerem. II, 27. [61] II Cor. III, 15, 18. [62] Deut. XVIII, 15.

essentia capere haud poterant. Prætendit et aliam causam excusationis Moses, scilicet : « Mitte eum quem missurus es. » Noverat enim Christum aliquando mittendum. Cum postremo inferret : « Novi illorum contumaciam : Non fidem habebunt mihi. » Ut in hac parte mederetur Mosi, descendit ad signa. Nam signis impii, at pii moventur doctrina. Ecce autem ut Moses exutus omnibus terrenis excusationibus, et cernens lucem e rubo coruscantem, id est, per senticosam carnem scintillantem et emittentem nobis radium, nempe Evangelium, lucem veram et veritatem, ita instruitur, ut jam possit aliis auxiliari, et tyrannidem atrocissimam destruere, et in libertatem vindicare quidquid difficili gravatur servitute. Cæterum præcedunt illa duo signa, dextræ scilicet conversæ in lepram, et sanitati restitutæ, nec non virgæ sive baculi in serpentem transformati. « Et hoc tibi signum, ut educas populum meum, etc. » Symmachus legit : *Cum eduxeris*. « Vocavit vos, » id est, apparuit et visus est vobis.

« Et diripite Ægyptios. » Syrus vertit : *Excutite, vacuefacite* ; Aquila, *spoliate*.

A Καὶ συσκευάσετε τοὺς Αἰγυπτίους. Ὁ Σύρος, *Ἐκτινάξατε, κενώσατε*, φησίν. Ἀκύλας, *Συλήσατε*.

At hoc promissum erat Abrahamo, dicente Deo : « Postea egredietur cum magna præda. »

CAP. IV.

VERS. 2. *Dixit ei Dominus : Quid est, quod habes in manu tua.* Hæc profatur Deus, non quasi non videat, vel quid inde discere velit : absit ! sed in hunc modum inducit eum ad symbola, quæ latent in virga, nempe ut initium signorum fiat per lignum. Ubi audivit esse baculum seu virgam, jubetur eam abjicere humi. Quare adeo diligenter interrogatur ? ut sua confessione pateat esse virgam, ne, ubi ipsam viderit abiisse in serpentem, putet se prius non virgam, sed serpentem gestasse.

Pulchre vero, ubi virga ibi visitur et serpens : sic ubi lignum, ibidem insidiator et hostis. Ubi intuitus est serpentem Moses, horrens refugit, admonitus calamitatis quæ a serpente transiit in universum mortale genus.

ΚΕΦΑΛ. Δʹ.

Εἶπε δὲ αὐτῷ Κύριος· Τί τοῦτο τὸ ἐν τῇ χειρί σου; Οὐχ ὡς αὐτὸ μὴ ὁρῶν, ἢ μανθάνειν βουλόμενος, ἀλλ' ἐνάγων αὐτὸν ἐπὶ τὰ σύμβολα τὰ διὰ τῆς ῥάβδου. Ἵνα καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν σημείων ἀπὸ ξύλου γένηται. Ἀκούσας δὲ ὅτι ῥάβδος, ῥίπτειν ἐκέλευσεν· ἵνα γὰρ μὴ μεταβληθείσης εἰς ὄφιν, ἀμφιβάλῃ μὴ καὶ ὄφιν κρατῶν ἐλάνθανε, πρότερον αὐτὸν ἐφίστησιν, ὅτι ῥάβδος ἦν.

B Καλῶς δὲ ὅπου ἡ ῥάβδος, ἐνταῦθα ὁ ὄφις. Ὅπου τὸ ξύλον, ἐνταῦθα ὁ ἐπίβουλος. Ἀλλ' ἰδὼν, φεύγει. Ἤδει γὰρ τὸ πάλαι πάθος ἐξ ὄψεως.

Cæterum Deus confirmat perterritum, et tali virtute munit, ut caudam serpentis manu corripere non exhorreat. Hoc vero signum erat humano corpore in crucem sive lignum suffixo interficiendum serpentem. Ejus autem, qui incarnatus est, ad nos descensus, innuitur per baculi abjectionem. Dicitur enim Christus baculus, quod omnes ab ipso sustinemur et confirmamur. Sermone namque Domini confirmati et consolidati sunt cœli. Fulcit quoque sermo Dei justos. Et per Filium, quasi baculum portamur ad Patrem. Ait enim : Compellam sive cogam ipsos sub baculum meum. Baculus sive virga regni symbolum est. Imperat siquidem per Filium omnibus Deus Pater. Ad hunc inquit David : « Virga tua et baculus tuus consolata sunt me [63]. » Hæc est virga, quæ progerminat ex radice Jesse. Hæc est virga Aaronis florida. Sed quantisper permansit in alto, et quasi in manu Patris, id, quod erat, mansit, nec de ipso dictum est : « Exinanivit se servi scilicet forma assumpta [64], » etc. Ubi vero paternam reliquit dignitatem delapsus cœlo in terra moratus est, conformis factus est nobis malis, et quasi venenatis belluis, ad quos dicitur : « Si igitur vos, cum sitis mali, novistis dona bona dare filiis vestris [65]. » Serpens factus haud ab re traditur propter naturam humanam, **226** quam assumpsit, ipse extra peccati aleam constitutus. Idem repræsentat mutatio dextræ, quam mutavit Altissimus. Cum sit natura immutabilis, tulit gloriam et laudem propter nos mutabilis factus se nobis attemperando et ad nos descendendo. Hoc indicium fecit postea legislatoris dextera. Prolata siquidem sinu, vertitur in diversum a sua natura colorem. In sinum retracta genuinum recuperat. Sic Unigenitus Dei, qui est in sinu Patris, et est dextra Altissimi, cum venisset ad nos quasi e sinu productus, mutationi subjacuit. Præterea existimatus est æque ac nos lepra, id est, peccato infectus. Omnis enim justitia nostra est ut pannus menstruatæ [66]. » Quapropter impudenter ipsum Judæi vocaverunt peccatorem, vinosum et Samaritanum [67]. Reversus autem ad suum Patrem, cujus ipse perhibetur dextra, recuperat pristinam gloriam, quam habuit ante creationem mundi apud Patrem.

Huc facit testimonium divini Apostoli, dicentis : « Si enim cognovimus secundum carnem Christum, at nunc non amplius cognoscimus [68], » scilicet in ærumnis et malis constitutum, quibus excruciabatur ante suam passionem, nempe sitiendo, esuriendo, mœrendo, et postremo adeundo capitis periculum. Dum igitur in pristinam immortalitatem restituit suum corpus, etiam nostrum, quod affectibus perturbatur, in antiquam reduxit tranquillitatem, efficiens nos consortes spiritualis naturæ, nos, inquam, qui

[63] Psal. xxii, 4. [64] Philipp. ii, 7. [65] Luc. xi, 13. [66] Isa. lxiv, 6. [67] Joan. viii, 48. [68] II Cor. v, 16.

jam olim lepra infestabamur, et opus habebamus solo Deo, qui nobis remedium adhiberet, cui soli possibilia, quæ homini sunt impossibilia. Simul quoque demonstravit Israelitis, qui credebant impossibile esse ut eriperentur præsenti servituti, fore ut auxilio Dei adjutis adimeretur præsens miseria. Nam quasi lepra Ægyptiorum nefariis moribus inquinatos, et a patrum sive majorum pietate digressos, mortuosque ob vanam religionem impiaque facinora (mortis enim signum est lepra), recurrentes ad Deum ab omnibus malis esse liberandos. Sed redeamus ad expositionem baculi sive virgæ, unde digressi sumus, et exactius omnia explanemus. Quod non sit vel absonum vel absurdum dicere, per serpentem significari Sermonis incarnationem, docuit Christus ipse, dicens : « Quemadmodum enim Moses exaltavit serpentem in vasta solitudine : sic exaltari oportet Filium hominis [69]. » Si enim peccati pater in Scriptura serpens et est et nominatur, et quidquid ex serpente pronascitur omnino serpens est : non igitur merito dicetur eamdem cum patre peccatum habere appellationem? Sed propter nos, ut inquit divinus Apostolus [70], peccatum permisit fieri Dominum, peccatricem nostram naturam induendo. Secundum sermonem igitur congruit Domino ænigma illud. Qui enim factus est peccatum, propter nos serpens factus est. Deinde ubi devoravit et assumpsit Ægyptiacos serpentes, quos præstigiatores suis incantationibus conciverant, denuo in baculum vel virgam commutatur, per quam corriguntur peccatores. In hac virga requiescunt, qui acclivem et difficilem virtutis collem ingrediuntur, fulti baculo fidei et bona spe instructi. « Est enim fides fundamentum rerum sperandarum [71]. » Nos admisimus Unigenitum Dei ad nos venientem : at Judaicus populus per Mosen legislatorem adumbratus, Christum refugit. Cum enim hunc judicarent malum, accidit ut ab ipsis nequaquam fide coleretur. Cæterum suo tempore vociferabuntur et cognoscent ipsum non fuisse, ut opinabantur, malum : sed magis fulcrum et sustentaculum piorum, ut docent symbola quæ de ipso exstant. Hæc quoque significant nostræ naturæ, quam tenuit ante casum Adamus, in integrum restitutionem et reformationem. Virga etenim est regni indicium, et paradisi plantula. Institutus autem erat Adamus, ut imperitaret terrarum orbi, et erat in manu Dei; scilicet per vitæ sanctitatem, et quasi paradisi plantula florebat. Captus vero fraude et dolo serpentis, avulsus est a primo loco, radiceque primogenia, exciditque e manu ejus, a quo in sanctitate conservabatur, amisitque imaginem Dei prolapsus humi. **227** Si respicias extremam malitiam, nihil differt a serpentis natura, exuitur despoliaturque regno dignitateque, quæ duo antea habuerat. Quapropter legislator ipsum abominatur sub typo Mosis resilientis ad conspectum serpentis.

Cæterum cœlitus mittit dextram Pater, et humi abjectum erexit : liberatosque nos ab immani feritate, reportavit per sanctificationem ad regiam, qua excideramus, dignitatem, sicuti scriptum est : Dextra Domini fecit virtutem : dextra Domini exaltavit me [71*]. » Nam Christus in extremis temporibus apprehendens nos, ut caudam serpentis Moses, usque ad caput, id est, usque ad Adamum primum parentem nobis reformationem elargitus est. Universum namque mortale genus, quasi unum computatur animal, initium habens simile capiti, et caudæ finem. Adveniens itaque Christus in extremis sæculi temporibus, universum genus humanum salvavit. Nam ut memoriæ proditum est : Propterea Christus mortuus est, ut vivorum et mortuorum dominaretur [72]. » Hoc idem insinuatur per manum lepra sordidatam. Quantisper enim homo secundum Dei imaginem conditus manebat in sinu Dei servans legem, tantisper purus erat ab omni labe peccati. Quamprimum in legem deliquit, immunditiem contraxit, et abominabilis factus est. Cæterum Deo Patre nos iterum excipiente in Christo, et nos inducente ad gratiam, quasi in sinum ex pristinæ exsecrationis barathro, abjecimus denuo mortis periculum. Itaque servati sumus per Filium, quem Scriptura sacra assolet nominare, manum, brachium dextramque Patris. Proinde Isaias cum reprehenderet Judæos inobedientes, inquit [73] : « Quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? » Et iterum : « Ego manu mea consolidavi cœlum [74]. » Et iterum : « Ego enim Dominus Deus tuus confirmavi te, et auxiliatus sum tibi, et in tutum collocavi te dextra mea justa [75]. » Aiunt quidam dextram Mosis lepra erosam fuisse, ut significaretur corpus esse corrumpendum, et deinde resuscitandum. Nam qua ratione non fuisset absurdum, locum ipsum fuisse dictum sanctum propter Deum, qui ibi apparuerat, cum diceret : « Solve calceamenta tua, » etc., eum autem, qui erat secundum legem impurus, laborare lepra et loci sanctitatem non pollui? Cæterum sub hoc typo latet illud mysterium : mortem præcessuram, sicuti innuitur per lepram; deinde successuram renovationem et resurrectionem. Potest et is sensus hinc elici : Manus fere ubique signum est operum. Cæterum duæ quædam potentiæ exstiterunt in sinu Mosis. Una, quæ secundum litteram externam intelligebat legem, eamque litteraliter exsequebatur, quæ quidem potentia habebat opus lepra contaminatum. Altera potentia ea est, quæ legem spiritualiter accipit, et vitæ puritatem honestatemque inducit, nosque conjungit per omnia voluntati Christi. Cæterum notandum existimo, quod illico infert : « Si non persuasi primo signo tibi fidem habuerint, certe persuadebuntur secundo signo, et tibi credent. » Qui enim non credet sensui litterali ob immensas animi seu mentis dotes : is certe capietur spirituali legis expositione. Ei vero, qui non credet primo signo, cujus opus leprosum censetur, nec secundo, quod sanitatem pristinam reddit, ei, inquam, aqua convertetur in sanguinem. De hoc enim signo non repetuntur illa verba : « Si crediderunt, » aut « non crediderunt. » Satis namque constat, illi, qui his duo-

[69] Joan. III, 14. [70] II Cor. V, 21. [71] Hebr. XI, 1. [71*] Psal. CXVII, 16. [72] Rom. XIV, 9. [73] Isa. LIII, 1. [74] Isa. XL, 12. [75] Isa. XLI, 10.

bus non adducitur signis, aquam de flumine sumptam abire in cruorem, nec posse ob suam incredulitatem dulces et potabiles Christi haurire faucibus aquas. Quidam inquiunt hac de causa leprosæ manus editum signum. Cum magna et stupenda miracula Mosis dextra esset factura, Deus eam prius debilitat lepræ contagio, ut ubi Moses comperisset carnis imbecillitatem, etiam Dei gratiam semper cognitam et perspectam haberet. Quidam asserunt illud portentum contigisse, ut ostenderetur justo non esse legem positam. Licet deinde leges sanciat, quo pacto morbus lepræ sit examinandus et immundus pronuntiandus: tamen pleræque leges ita feruntur, quasi stultis et adhuc infantibus dentur. Adeo
228 mirifice nostræ infirmitati se accommodat et attemperat Deus.

Vers. 9. *Accipies de aqua fluminis, et effundes super aridam, et erit aqua, quam de flumine hauseris, sanguis super arida.* Tertium hoc signum in memoriam revocat et annuntiat infantium in flumen abjectionem. Subsunt quoque mysteria. Necnon ipse ternarius perhibetur mysticus. Nam Moses ad eum modum accipiens tria signa, scilicet per virgam, per mortificationem et resurrectionem, per aquam et sanguinem, quasi primitias mysteriorum objecit. Primum namque mysterium est crux, tertium est cruor qui fluxit ex latere Christi, medium per se patet. Atque hæc latent sub tribus illis signis mysteria. Cæterum hæc omnia manifeste declarant inobedientiam Judæorum, quos nulla movere quiverunt prodigia. Vix tandem tertio signo quidam illorum, nempe reliquiæ secundum gratiam, fidem accommodare in animum induxere. Sed hic videtur mors, quam denotat sanguis : et vicina resurrectio, quæ duo instar signorum data sunt filiis Israel, dicente Salvatore : « Generatio mala et adultera signum exquirit; et signum non dabitur illi, nisi signum Jonæ prophetæ[76]; » quibus verbis significabat suam mortem, qua non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus quam plurimos acquisiturus esset, juxta illud : « Quando exaltatus fuero e terra, omnes traham ad me. » Huc facit similitudo de grano tritici [f. sinapis]. Unius Dei sermo repræsentabatur per aquam, quæ ejus rei signum est. Nam aqua e flumine accepta significavit Filium ejusdem cum Patre esse substantiæ, id est, ὁμοούσιον. Est enim vita ex vita, et lux de luce. Quod vero aqua fundebatur humi, indicavit Sermonis incarnationem. Sed conversa est in cruorem. Sermo Dei, si per se consideretur, est vita. Quia vero nostram naturam induit, mortem sustinuisse prædicatur. Nec enim aqua in cruorem fuisset versa, nisi prius humi fuisset effusa. Hoc vero miraculum ita afficiebat pios, ut crederent destructa morte et corruptione, humanam naturam evolare in æternam vitam. Ut enim in Adamo omnes morimur, sic in Christo omnes vivificabimur. Verumtamen et hoc signo exhibito, timidus Moses tergiversatur et moras nectit, excusatque dicendi imperitiam, suamque imbecillitatem, præcipue quod audivisset Deum ipsum sermocinantem. Existimabat enim humanam facundiam nihil differre a mutis, si conferatur cum divinorum eloquiorum veritate. Præterea cum suapte natura cautus et pius foret, ne videretur sibi arrogare magnifica illa facta, nonnihil cunctabatur, præsertim Deo dicente ipsi adesse potentiam et vim corrigendi id, quod sibi deesse conquerebatur. Lex siquidem balbutit, nec diserte promissiones divinorum arcanorum explicat. Christus est Levita verus et Pontifex maximus, cujus typum gessit Aaron. Lex quidem docuit insipientes, umbrasque futurorum descripsit et ob oculos posuit. Christus planissime disertus nudam nobis offert veritatem. Sapientia enim Patris est. Non igitur satis sufficiens est lex ad præstandam libertatem illis, qui suppositi sunt manui invisibilis Pharaonis. Christum adesse oportet, et nos in libertatem asserere. Ni enim lex spiritualiter intelligatur, Christusque nobis occulta revelet, profecto tenebrosum et obscurum erit, quidquid in lege traditur. Quapropter Judæis incumbit velum, quia respuunt legis interpretem Christum. Ipse est os legis. Sed quomodo ipse fuit sub lege, cum respectu Dei fuerit potior et superior lege, et quasi paterfamilias? Nimirum quod, siculi homines obnoxius factus est legi, scilicet recipiendo circumcisionem, solvendo didrachma, et edendo pascha, licet foret liber, utpote Filius et Agnus verus. Cæterum Moses non persuadetur, qua re significabatur Judæorum futuram inobedientiam nullis vel signis vel prodigiis reprimi aut reflecti posse.

Vers. 11. *Quis fecit surdum aut mutum?* Quæstio hic vertitur : an Deus saltem genera **229** sive universaliora crearit : particulariaque naturæ efficienda commiserit : aut an ipse etiam particularia creet et efficiat. Si hoc verum est, etiam cæcos et mutos claudosque facit, quod alienum a Deo videtur esse. Natura a Deo suum curriculum suscipiens, plerumque recte omnia peragit. Verum læsis in utero materno embryonibus aut mutua concertatione, aut illisionibus, vel subsultante matre, vel cibo aliquo noxio. Quæ si accidunt, plerumque natura quadam confusione et socordia mutilatur. Quod igitur hic ait : « Fecit surdum et mutum, » etc., non affectionem sed hominem ipsum

A *Τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφόν;* Ζητεῖται, εἰ τὰ καθολικὰ μόνον ποιήσας ὁ Θεὸς, ἀφ' ἑαυτῆς τρέχειν τὴν φύσιν ἐποίησεν· ἢ κατὰ μέρος ἑκάστῳ τῶν τικτομένων παρίσταται. Εἰ γὰρ τοῦτο, τυφλοὺς αὐτὸς ποιεῖ, καὶ κωφοὺς, καὶ χωλούς. Ὅπερ ἀπεμφαίνει Θεοῦ. Ἀλλ' ἡ φύσις παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα τὸν δρόμον, ἔσθ' ὅτε πρὸς τὸ εὐθὺ διακόπτεται, πληττομένων τῶν ἐν κοιλίαις ἐμβρύων διὰ μάχης, ἢ πληγῶν, ἢ πηδημάτων μητρὸς, ἢ καὶ βλαπτικῆς τινος βρώσεως, δι' ὧν ταῖς κατὰ μέρος ἀταξίαις, ἢ ῥᾳθυμίαις ἡ φύσις πηροῦται. Τὸ οὖν, « Ἐποίησα δύσκωφον καὶ κωφὸν, » οὐ τὸ πάθος, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον δηλοῖ.

[76] Matth. XII, 39.

significat, sicuti et in Evangelio patet [77] de cæco nato, non vitio parentum, sed ad gloriam Dei. Nec ob hoc nascitur cæcus, sed propter quamdam corporalem confusionem. Nunc vero sanitatem adeptus præter spem, non parum gloriæ conciliat Deo.

Τὴν γὰρ ἔκβασιν ἡ Γραφὴ πολλάκις, ὡς αἰτίαν A προΐσχεται· ὥς τό· « Ἵνα βλέποντες μὴ ἴδωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούσωσι. » Ζητεῖται δὲ πάλιν, εἰ ὡς σῶμα ἀπὸ σώματος, οὕτως ἀπὸ ψυχῆς ψυχή· ἢ καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, πρῶτον τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ διαπλάττεται, εἶτα ψυχὴ ἀθάνατος ἐπεισάγεται, μὴ πρότερον οὖσα, νῦν δὲ κτιζομένη παρὰ Θεοῦ. Καὶ μᾶλλον τοῦτο δοκεῖ τοῖς πολλοῖς, τῆς Γραφῆς ποτὲ μὲν λεγούσης· « Ὁ πλάσσων κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, τουτέστι ψυχάς· » ποτὲ δέ· « Ὁ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, » ὡς ἐν τῷ Ἀδάμ. Θεὸς μὲν οὖν δίδωσι τὰς ψυχάς· τῆς δὲ μοιχείας, ἢ πορνείας, τοὺς ἀνθρώπους αἰτιασώμεθα. Τοὺς γὰρ τεχθέντας οὕτως, ἐνδέχεται εὐσεβεῖς εἶναι καὶ σώφρονας, τοῖς πλημμελῶς γινομένοις κεχρημένου καλῶς τοῦ Θεοῦ.

Eventum siquidem plerumque Scriptura ut causam commemorat, sicuti et hoc loco : « Ut cernentes non videant, et audientes non audiant [78]. » Iterum quæri potest, an sicuti corpus ex corpore, sic quoque anima nascatur ex anima : aut quemadmodum evenit in creatione Adami, primum corpus fingatur solum, deinde anima immortalis, prius non exsistens, in hoc inducatur quasi nunc primum condita. Quæ quidem sententia posterior magis probatur plerisque, Scriptura sacra dicente nunc : « Qui seorsim creat eorum corda [79], » id est animas. Aliquando vero eadem Scriptura inquit : « Formans spiritum hominis in ipso [80], » sicuti in Adamo. Deus igitur dat corporibus animas. Si autem qui nascuntur non ex legitimo B toro, homines, sive parentes adulterii aut scortationis insimulemus. Cæterum qui tales sortiuntur ortus etiam pietate et continentia coruscant interdum. Sed Deus causa est, qui perperam facta pulchre tractare novit.

Καὶ συμβιβάσω σε. Διδάξω σε, εἰς ἁρμονίαν ἄξω σε λόγων.

VERS. 12. *Et dirigam te*. Docebo te, et ducam te, ut nunquam in sermone impingas, vel facundia destituaris.

Ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου. Οὐχ ἄλλος ὁ τελευτήσας πρὶν φανῇ ὁ Θεὸς Μωϋσῇ, καὶ ἄλλος ὁ μετὰ ταῦτα· ἀλλὰ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀναλαμβάνει (70*). Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστιν, ἐπάγει ὁ Θεός·

VERS. 18. *Defunctus est rex Ægypti*, etc. Non alius est, qui obiit mortem priusquam Deus apparuit Mosi, et alius qui postea defunctus est. Verum est repetitio quædam de eodem. Denique post hanc repetitionem subjungit Deus :

Βάδιζε· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν σου. [Εἰ δὲ ἄλλος ἦν οὗτος ὁ τελευτήσας, οὐκ ἂν ἐῤῥέθη τοῦτο κατιέναι μέλλοντι τῷ Μωσῇ, καὶ περὶ τὴν ὁδὸν ὄντι.] Τοῦτο δὲ καὶ τῷ μακαρίῳ Ἰωσὴφ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, φησὶν ὁ ἄγγελος. Ἐξ ὧν ἁπάντων δείκνυται, ὅτι τύπος ἀκριβὴς ὁ Μωσῆς τοῦ Κυρίου.

Perge. Nam mortui sunt, qui insidiabantur vitæ tuæ. Si alius fuisset, certe nequaquam hoc dictum esset Mosi jam descensuro et profectione occupato. Idem hoc angelus profatur ad Josephum maritum sanctæ Mariæ. Ex quibus omnibus colligere est C Mosen fuisse per omnia verissimum Domini nostri typum.

Abiit Moses, et reversus est ad Jethro socerum suum. Destinatus Moses muneri apostolico, non expedite eam provinciam suscipit. Tribuit nonnihil humanæ fragilitati, necnon generi et affinitati. Nec prius in Ægyptum proficiscitur, quam audit fato functum regem Ægypti. Mortis enim metus ipsum graviter sollicitabat et angebat. Cæterum hæc indicant vitam, quæ sub lege agitur, semper subjectam esse timori mortis, et divisam in divina et humana studia. Qui vero toto pectore sectantur Christum, carnem crucifixerunt cum affectibus et cupiditatibus [80*]. Sic magnus Paulus vocatus in munus apostolicum, inquit : « Non contuli cum carne et sanguine [81]. »

VERS. 20. *Tulit ergo Moses uxorem suam et liberos suos*, etc. Præcedentibus signis Moses confirmatus, et fidei arrhabonem accipiens, abit iterum Deo posthabens socerum. Nam Deo vocante, contemnatur quidquid terrenum est, etiamsi fuerit pretiosum. Hoc siquidem argumentum est animi pii et non instrenui. Verum angelus accedit mortem minitans et intentans : et quod Moses ignoravit cum deprecaretur apostolicum munus, quod id nunc demum, ubi persuasus fuit, crediderit, plane absurdum reor. Sed enim mortis simulatio peragebatur. Si enim advenerat, ut occideret, quid impedimento erat, quominus fieret. Si, ut objicere possent Judæi, unius circumcisio prohibere quivit necem, qui fit quod non alterius præputium Mosi necem attulit? Præterea si Moses id norat, quare in solitudine natos neglexit nec circumcisioni admovit, cum haberet ducem **230** et præmonstratorem angelum ? Ecquid vides circumcisionem non fuisse causam, ut evaderet mortis discrimen Moses. Nec enim ut morte multaret Mosen angelus accesserat. Sed quia Pharaonem formidabat Moses, ut metum hunc adimeret Deus, majore metu, quo ipse formidandus erat, minorem expulit. Nam Pharaonem etiamnum

[77] Joan. IX, 1 seqq. [78] Luc. VIII, 10. [79] Psal. XXXII, 15. [80] Zachar. XII, 1. [80*] Galat. V, 24. [81] Galat. I, 16.

NOTÆ.

(70*) Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπανάληψις. Ἀμέλει μετ' αὐτὴν φησὶν ὁ Θεὸς, βάδιζε, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

in itinere metuebat. Verum Moses putabat Deum sibi irasci propterea, quod jussus properare et populum Israeliticum Ægyptiaca liberare servitute, cunctaretur, et in Ægyptum, unde Israelitas educere debebat, deportabat uxorem et liberos : quod sane argumentum erat et ipsum nonnihil quoad promissiones addubitare. Proinde haud immerito irascebatur Numen. Quapropter relinquit uxorem et liberos apud socerum, qui tandem eosdem adduxit ad Mosen per solitudinem cum Israelitis iter facientem. Cæterum Sephora arbitrabatur iram motam Numini propter infantem, cujus præputium non erat resectum. Sæpe enim audierat Mosen dicentem hunc esse quasi peculiarem suæ gentis morem, ut masculorum amputarentur præputia. Quod si non foret factum, quomodo infantem circumcidere instituisset? Et inquit : « Sanguis stetit, » etc., scilicet non fluxus sanguinis, quem præstabat circumcisio, inhibitus est. Sed angelus prohibitus est eo modo, ne trucidaret Mosen, ut mulieri videbatur.

VERS. 26. *Et discessit angelus*, etc. Non propter verba Sephoræ angelus abiit. Verum angelus inde fortassis digressus est eo temporis articulo, quo mulier ista verba sonabat nonnihil oblectatus religione mulieris. Advenerat enim angelus, ut Mosi injiceret metum, imo ut ei audaciam adderet, quominus metueret Pharaonem, sed magis extimesceret Deum. Nam recordatus majoris scilicet Dei, facile contemnet minorem, scilicet Pharaonem. Angelus autem existimans se belle, quod imperatum erat, fecisse, simulat se ob vocem Sephoræ abire, sicuti contigit Balaamo [82], cui obviam factus est angelus tenens gladium strictum, nimirum ut illum e numero viventium expungeret. Non tamen præcipue ob eam causam accesserat. Nam si affectasset occidere virum, potuisset a tergo vel a fronte vel e sublimi lethiferum inferre ictum : nec asina potuisset parare impedimenta angeli instituto. Quare igitur apparuit? scilicet ut ipsum perterrefaceret, qui sententiam Dei anteferret muneribus et honoribus, quos pollicebatur Balac. Ubi existimavit se hoc effecisse, recedit fingens se a cæde inhibitum ab asina, quæ deseserat via. Balaamus certe deterrendus erat. Audiverat siquidem antea, cum legati Balac regis ipsum adiissent, ne se his comitem jungere vellet. Missis autem aliis legatis honoratioribus et muneribus magnificentioribus, nonnihil flexit animum, nec recusavit, et monitus erat oraculo divino, se his dare comitem. Verumtamen ait se consulturum supremum Numen. Deus cernens in quam partem inclinaret vatis animus, dedit ei potestatem faciendi quid vellet : cæterum ut ea solum proloqueretur, quæ ipsus imperasset, monet ob viri inconstantiam ne iterum transversus ageretur. Sed quæ sunt, quæ vatem profari jubebat Deus? Scilicet ut benediceret populum. Nec tamen credendum est tantas vires fuisse exsecrationi Balaami ejusque arti, ut posset cœlestem subvertere maledictionem. Verum quia populus Israeliticus erat stupidus et imperitus, si audivisset Balaami exsecrationem, contempsisset benedictionem Dei. Si major fides habita esset vati quam Deo, impietatis rei facti fuissent, et exsecratio accepisset vires, non ex sua natura et vi, sed quo homini magis quam Deo creditum esset. Qui accersebant vatem audaciam et fortitudinem sumpsissent. Populus huic credens propter impietatem omnino factus esset formidolosior. Angelus non apparet illi, qui parum obediens erat voci divinæ. Visus est asinæ, quam existimavit Balaamo præstantiorem. Hæc declinavit de via, vates non intellexit. Ubi bis id accidit, nec tamen rei causam cognovit, tandem conspicatus est horrendum illud spectaculum, et illo terrore edocebatur, ut **231** caute ageret, neque quidquam, quam a Deo in mandatis haberet, vaticinaretur. Hoc loco Moses animum recepit adeundi Pharaonem, non aliter quam Jacob, cum pergeret ad fratrem Esau. Alii asseverant virum bonum debere comitari uxorem alienigenam. Nam externæ disciplinæ, si nobis jungantur, habent quædam haud aspernanda ad virtutis generationem. Ne autem soboles illa virtutis generosa inquinetur labe aliqua alienigena, et sic in mortis veniat periculum, consultum erit uti circumcisione, ut illa soboles non ethnica, sed Israeliticæ nobilitatis germen esse cognoscatur. Exempli gratia : si quis legat de immortalitate animæ dogma Pythagoricum, quod evidenter astruit immortalitatem animæ, ne qua labe ethnica polluatur, consultum erit uti circumcisione, et resecare alterum dogma, quo confirmare nititur idem Pythagoras, animæ ex uno in aliud corpus migrationem. Alius interpres inquit non dilucide traditum esse, quem voluerit occisor angelus e medio tollere. Si enim voluit perdere Mosen, profecto invitus ab ejus cæde abstinuisset cognita pueri circumcisione. Cæterum ille idem typus manifesto comprobat, in sanguine Christi devictam esse mortem : et patrum multitudinem usque ad primum generis auctorem Adamum salvatam esse. Si proposuit angelus necare Gerson, satis liquet mortis periculum non esse propulsatum carnali circumcisione. Verum, si rem ipsam recta via reputare voluerimus, gratia Spiritus sancti hoc effecit in primogenito et novo populo, qui erat in terra illa peregrinus. Hunc circumcidit ex gentibus orta Sephora lapide acuto, significans Spiritum sanctum per lapidis firmitatem et soliditatem. Quia sumptus erat de petra. Quia Christi erat spiritus. « At petra erat Christus [83]. » Lapideum autem illud instrumentum ostentat lapideos cultros, quibus posterius Josue vel Jesus circumcidit filios Israel circumcisione, quæ citra manuum ministerium peragitur in spiritu. Hæc autem est illa circumcisio, qua domatur mors succisa libidine quemadmodum præsens monet typus.

VERS. 27. *Et abiit, occurritque ei in monte Dei, osculatusque est eum*, etc. Initio vitæ, quæ secundum virtutem agitur, Mosi hostiliter et seditiose occurrebatur. Nam Ægyptiacus operum curator Hebræum crudeliter tractabat; deinde Hebræus cum Hebræo altercabatur. Cum autem Moses diu meditatus esset

[82] Num. XXII, 22 seqq. [83] I Cor. X, 4.

cœlestia, et ad veram lucem animo subvolasset; amicum et pacatum experitur fratris occursum, sic omnia gerente Deo. Collapsa enim nostra natura in peccatum, unicuique subsidii causa apposuit angelum misericors Deus. Hic opposuit et alterum nostræ naturæ hostem. Nos in medio positi ad utrum inclinaverimus, illius exsequimur opera. Alter virtutis bona, alter voluptates sæculi suggerit. Has si protriverimus et conculcaverimus ad divinam iterum reformati imaginem, videbimus nobis obviam conari fratrem. Hic autem rationalis et spiritualis est, tumque visitur et assistit, cum appropinquamus Pharaoni.

Καὶ ἐπίστευσεν ὁ λαὸς καὶ ἐχάρη. Καλὴ ἡ πίστις, εἴπερ ἐνέμεινε, καὶ μὴ μετὰ ταῦτα γογγύζουσι. Οὗτοι γάρ εἰσιν ὁ πρὸς τὸν Πατέρα εἰπὼν Υἱὸς, ὡς Ἀπέρχομαι εἰς τὸν ἀμπελῶνα, τῇ μὲν φωνῇ πρόθυμος, τῷ δὲ ἔργῳ πολέμιος.

A

VERS. 31. *Et credidit populus et gavisus est*, etc. Pulchra quidem est fides illa, et omnibus modis laudanda foret si in hac permansissent, nec turpiter obmurmurassent. Hoc illud est, quod ad Patrem dixit Filius: Abeo in vineam et ibi opus faciam. Verbis quidem erat promptus, reipsa vero hostis.

Vide Mosen, qui initio juvenis erat, nec poterat in gratiam reducere duos inter se hostiliter contendentes: nunc virtute auctus et divina visione dignus habitus, additoque fratre tantum pollet, ut imperitare valeat tanto populo, eique sufficiat, liberando ab operibus luti et laterificio. Tanta opus est cura tantoque studio priusquam reliquos docere aggrediamur.

232 CAP. V.

VERS. 3. *Et dicunt ei. Deus Hebræorum vocavit nos*, etc. Verum profecto festum pronuntiat. Quis enim non festum dixerit, cum Deus jugo servitutis pressos ad libertatem vocat? Quamvis autem tyrannus restiterit nec profectionem ad festum diem celebrandum concedere voluerit, diceretque sibi Dominum non esse notum: non tamen destitit cœptis. Non enim libertatem intercidere oportet diabolo impedimenta parante. Constanter respondendum et instandum est, dicendo: « Deus Hebræorum vocavit nos. » Opus est tridui profectione et in solitudinem. Non enim convenit Hebræorum Deo cum Ægyptiorum cultibus et sacrificiis. Ægyptus est caligo, quam nos fugere oportet, necnon tyranni provinciam nos ad peccatum perpellentem. At nos sequi decet vitam liberalem, et prorsus vacuam et segregatam ab Ægypti vanitatibus, ut queamus sacrificare Deo justitiæ fructus. Utitur autem prætextu verisimili et consueto idololatris, qui introeuntes templum, non dico tangere, imo ne videre quidem sustinent mortuum. Quapropter et nos, quam longissime e conspectu vestro abire oportet, ne festum nostrum interpoletur cæde, aut mortuo cadavere, sive quis naturali vel violenta rapiatur morte. Vos quidem potestis edicto cavere, ne sacra vestra ad hunc modum profanentur. Cæterum si nos in medio civitatis sacra facimus, continget facile, ut nostra incestentur. Hic sermo nos admonet recedendum esse a mortiferis operibus si velimus sacrificare Deo; fugiendas quoque Ægyptiacas tenebras, id est pollutionem, quæ nefarios sequitur affectus.

VERS. 7. *Non amplius præbebitis paleas ad conficiendos lateres*, etc. Quanto magis quis contendit ad libertatem rejectis vitiis et falsa religione, tanto in majores et pejores illabitur tentationes. Harum impetu quidam claudicant, ut accidit ea tempestate populo Israelitico. Quidam vero his probantur et virtutis incrementa capiunt, repugnantes tyranno, qui conatur eos a cœlestium meditatione avellere, et luto laterificioque immergere, ut nil nisi terrena cogitent. Quod eos lutum macerare cogit, idcirco fit ut intelligamus ex aqua seu humore et terra omnem perfici voluptatem, cujus finis, si attendas, nihil est. Ubi ad summum pervenerit voluptas et quasi expleta fuerit, evacuatur non secus ac officina, in qua lateres formantur, ubi absumpto luto macerato, aliud aggeritur. Stipulam paleamque divinum Evangelium necnon vocalis et disertus Paulus interpretati sunt, dicentes illa esse materiam ignis. In hunc modum sollicitat diabolus eos, qui Deo operam dare student. Difficilem præbet malitiam, ne ejus satietates fastidium pariat suo cultori. Nitimur enim in vetitum cupimusque semper negata. Et quo magis inhibemur, eo magis cupidine ardemus. Divinæ legi vocanti, nemo illa tempestate obsecundans indignabatur: nec quisquam in legislatorem acerbe invehebatur, dum eam recte intelligebat, præsertim qui salvari cupiebat non ferebat tyranni illecebras, quibus inescabatur. Sed Deus, qui tum quoque salutem præstabat, inquit ad Mosen: « Jam videbis quæ facturus sim Pharaoni, » etc. Promissis magis quam vi Hebræos promptiores reddens.

233 CAP. VI.

VERS. 3. *Et nomen meum Adonai non indicavi eis*, etc. Tibi autem significavi, licet fide multo sis Patribus inferior. Præterea majorem his nactus es mei notitiam dum tibi demonstravi nomen meum tetragrammatum reliquis non effabile nisi solis sacerdotibus, quod inscribebatur aureæ mitræ. Hæ autem, ex quibus illud nomen conflatur, sunt illæ quatuor litteræ: *iod*, *aleph*, *vau*, *het*. Hoc nomen significat Dei vitam perennem et æternitatem. Supra se nominavit Entem, quod nomen nec patriarchis nec Jacobo revelavit, quamvis percontaretur nomen Dei, cum luctaretur cum illo. Quare hoc nomen illos celavit? Non necesse erat id nomen prodere. Erant enim fideles. Cæterum illos ejus nominis certiores fecit, quorum infirmitas aureum vitulum fusura et divinis honoribus cultura erat.

VERS. 14. *Filii Ruben primogeniti Israel.* Qui A fit quod genealogiæ initium capit a Ruben, et ubi ventum est ad Levi, omittit genealogiæ commemorationem? Quia propterea a Rubene incepit, ut inde pergeret ad Levi, et sic commode de Mose et Aaron verba facere possit.

VERS. 23. *Accepit autem Aaron Elisabeth filiam Aminadab, sororem Naasson sibi uxorem.* Notandum opinor sacerdotes non solum ex tribu Levi, imprimis pontifices maximos, originem trahere : etiam ex tribu Juditarum descendunt. Nam ex tribu Juditarum ortus est Naasson, nec non hujus pater, ut manifestius cognosces in libro Numerorum.

VERS. 27. *Hi sunt, qui allocuti sunt Pharaonem regem Ægypti,* etc. Hi sunt, qui primi regnum B administrarunt in Israel antequam vel judex vel rex aut sacerdos exoriretur. Proinde haud immerito ab his genealogiæ principium petitur. Quando igitur Deus inquit : « Quarta generatione ascendent huc[84],» etc., annorum numerus a tribu Levi, quæ ea tempestate imperitabat, ineundus est. Quando vero dicit : « Quinta generatione ascenderunt filii Israel ex Ægypto[85], » computationis initium repetendum est ab Jacobo. Quinta enim ab Levi descendens generatio in solitudine periit, at sexta in terram promissam introivit. Nam Aaron, si generis seriem respicias, ordine ab Jacobo quintus, ab Levi vero quartus censebitur. Phinees igitur, qui intravit in terram promissam, sextus ab Jacobo C exstitit.

A *Υἱοὶ Ῥουβὴν πρωτοτόκου Ἰσραήλ.* Διατὶ ἐνταῦθα γενεαλογήσας ἀπὸ τοῦ Ῥουβεὶμ, ἐλθὼν εἰς Λευὶ κατέπαυσε; Δῆλον, ὅτι διὰ τοῦτο ἄρχεται, ἵνα τὸν Λευὶ γενεαλογήσῃ, καὶ εἴπῃ περὶ Μωσέως καὶ Ἀαρών.

Ἔλαβε δὲ Ἀαρὼν τὴν Ἐλισαβὲθ θυγατέρα Ἀμειναδὰβ ἀδελφὴν Ναασσὼν αὐτῷ γυναῖκα. Σημειωτέον, ὡς οἱ ἱερεῖς, οὐ μόνον ἐκ φυλῆς Λευὶ κατήγοντο, καὶ μάλιστα οἱ ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα. Ἐκ φυλῆς γὰρ Ἰούδα ὁ Ναασσὼν, καὶ ὁ τούτου πατὴρ Ἀμιναδὰβ, ὡς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς μαθήσῃ.

Οὗτοί εἰσιν οἱ προσδιαλεγόμενοι Φαραὼ βα- B *σιλεῖ Αἰγύπτου* (71). Πρὶν ἀναστῆναι κριτὴν, ἢ βασιλέα, ἢ ἀρχιερέα. Ἡ δὲ φυλὴ ἐκράτει, καὶ ἀπὸ ταύτης ἔδει γενεαλογεῖν. Ὅταν οὖν ὁ Θεὸς λέγῃ, « Τετάρτῃ γενεᾷ ἐλεύσονται ὧδε, » ἀπὸ τῆς Λευὶ φυλῆς, ὡς ἀρχούσης (71*) δεῖ γενεαλογῆσαι. Ὅταν δὲ λέγῃ ἐνταῦθα, « Πέμπτῃ γενεᾷ ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, » ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ ἀρκτέον (72). Ἐπεὶ μέγα ζήτημα κινεῖται, ὅπως ὁ Θεὸς μὲν λέγει, « Τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε, » τουτέστιν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· ὁ δὲ Μωϋσῆς, πέμπτῃ γενεᾷ ἀνέβησαν ἐξ Αἰγύπτου· ἡ δὲ πέμπτη ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἡ ἕκτη δῆλον, ὅτι εἰσῆλθε. Κατὰ οὖν τὴν πέμπτην γενεὰν, ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ λέγει.

CAP. VII.

VERS. 3. *Et ego indurabo cor Pharaonis,* etc. Pharao cum foret planissime terrenus, si suam species malitiam, et cum prorsus secundum dictamen carnis vel voluptatis viveret amicus luto exsistens, ardebat animo etiam Hebræos eo deducere, ut viverent in luto, cum haberet præcipuam animi partem, scilicet rationem non puram a luto. Proinde quemadmodum sole durescit lutum, sic ejus durescit animus non recte formatus rationis characteribus, cujus duritiem incusat is, qui signa et formas, quas respuebat, imprimere satagebat. Si quis hunc blandis sermonibus in viam reducere conetur, blanditias contemnit : et dum latentem et occultam Dei iram non veretur, magis obtorpet et induratur, id est, redarguitur et reprehenditur ut durus, **234** parvifaciens bonitatem imperantis et admonentis : imo existimat omnia meram esse adulationem, creditque se audacia superaturum et domiturum Deum, quem ipse impotentem arbitratur. Sic bonitas Dei ad pœnitentiam inducens impio occasio fit ut induretur, quamvis id nolit Deus, qui hactenus illius vitia et scelera patienter tulit. Sive enim persuasione sive vi nos trahere instituat Deus, differt pœnam. Cæterum mali et impii, licet contemnant Deum, tamen ejus experiuntur benignitatem. Quapropter dicitur, *indurare*, quasi Dei benignitas arguat nec inducat mentis duritiem. Nunc autem demonstrat quomodo Moses fuerit Deus Pharaonis, quem extimuerat. In solitudine imperat Deus Mosi, ut abjiciat humi baculum : at in conspectu Pharaonis Moses jubet Aaronem abjicere baculum.

VERS. 11, 12. *Vocavit autem Pharao etiam sapientes et incantatores, et fecerunt quoque sic ipsi magi Ægypti incantationibus suis. Projecerunt nempe singuli suas virgas, et factæ sunt dracones, at baculus Aaronis devoravit virgas illorum.* Has versutias et compositas technas, Aaronis virga devorans præstigiosos serpentes, ostendit esse falsas : simul quoque edocet, quæ ipse edat miracula, divina fieri virtute,

[84] Gen. xv, 16. [85] Exod. xiii, 18.

NOTÆ.

(71) Αἰγύπτου. Οὗτοι πρῶτοι ἄρχουσι, πρὶν κτ. ὡ τῆς Αὐγ. κώδ.

(71*) Ὡς διὰ τούτων ἀρχούσης. Ὁ αὐτ.

(72) Ἀρκτέον. Ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ Λευὶ πέμπτη ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἡ γὰρ ἕκτη εἰσῆλθεν· ὁ γὰρ Ἀαρὼν ἀπὸ μὲν Ἰακὼβ, πέμπτος· ἀπὸ δὲ Λευὶ, τέταρτος. Φινεὲς οὖν ὁ εἰσελθὼν, ἕκτος ἐξ Ἰακὼβ. Ἔστι γὰρ Ἰακὼβ, Λευὶ, Καὰθ, Ἄμβραμ, Ἀαρὼν, Φινεές. Ὁ αὐτ.

non præstigiis, non illusionibus. Cæterum juxta rubum ardentem et in conspectu filiorum Israel, virga projecta abiit in serpentem : at coram Pharaone dicitur conversa esse in draconem. Causa diversitatis hæc est : Israelitæ solummodo opus habebant fide, ut crederent Deum esse, qui ipsos respiciat et ad libertatem vocet. At Ægyptii opus habebant dracone, id est magna bellua nec serpente, scilicet ut ipsorum perculleret duritiem. Has machinas apponit diabolus ad libertatem properantibus : variasque vertitur ad artes. Itaque necessario pœnarum mucro in hos stringitur, qui respuerunt oratione mitescere et sanari. Pœnæ irrogantur numero decem. Denarius enim numerus est perfectus. Sic illi ad summum venerant vitiorum. Quare merito tot subjiciuntur pœnis. Verum pœnæ a consuetis differunt. Deus enim statuit impiorum corrumpere terram per elementa ex quibus constructus est mundus, ut vel hinc intelligatur penes quem sit summa rerum. Tres sunt plagæ, quas invehere jubetur Aaron, eliciunturque ex densissimis elementis, nempe terra et aqua. Tres plagas infert Moses, quæ sumuntur ex reliquis duobus elementis, scilicet ex aere et igne. Septima communicat cum prædictis utrisque. Tres, quæ adhuc restant, ut denarius expleatur, sibi vindicat Deus. Pœnæ, quæ primo irrogantur, petuntur ab elemento aqueo. Siquidem Ægyptii maximis et divinis honoribus coluerunt aquam, statuentes ipsam esse principium hujus universi. Proinde aquæ primo affliguntur, ut discant quam vanæ rei serviant, et ad veram religionem hinc correcti proficiscantur. Vel fortassis hanc pœnam primo inducit quod plurimum suo gaudebant et triumphabant flumine, quasi ob id nec cœlo nec aqua profluente opus haberent. Præterea cum in id mandaverint præcipitandos Hebræorum infantes, et tandem divina virtute versum sit in cruorem, satis redarguit et in mentem illis revocat crudele et immane edictum. Deinde quia flumen infectum fuerat innoxio infantium cruore, merito in sanguinem mutatum est. Nam ad Deum vociferabatur infantium sanguis.

VERS. 17. *Dominus autem dicit : Ecce ego verbero virga, quæ est in manu mea*, etc. Quia virtute divina interventu virgæ fiebant miracula, suam dicit virgam, quæ Mosis erat.

Πῶς οὖν ὁμοίως ἔπραττον οἱ τῶν Αἰγυπτίων φαρμακοί; Ἢ κατὰ φαντασίαν, ἢ Θεοῦ συγχωροῦντος, ἵνα μειζόνως κολάζοιντο· λύσεως γὰρ ζητουμένης, ἐπέσφιγγον τὰ δεσμά· καὶ ἅμα Φαραὼ μὴ διὰ μιᾶς πληγῆς κολασθῇ, πολλῶν ἄξιος ὤν. A

Quo pacto Ægyptiaci magi eosdem, ut videbatur, produxere effectus? Præstigiis quibus et illusionibus intercedentibus illa omnia peragebantur, Deo ista permittente, ut majoribus percellerentur suppliciis. **235** Cum enim quæreretur vinculorum dissolutio, ipsi vincula magis constrinxere. Præterea Pharao plurimis, nec una sola, dignus erat pœnis.

Simul erudiuntur Israelitæ decem illis plagis miraculosis, ut expeditius et promptius susciperent decem præcepta. Duplex enim hic versabatur utilitas, una eorum qui puniebantur, altera illorum qui docebantur. Nam, ut Salomon monet : « Dum stultus castigatur, emendatur sapiens[86]. » Similiter non mediocrem capiebat utilitatem populus Israeliticus, cum illæ plagæ non incurrerent in ipsos. Universa quidem terra illa, erat subjecta dominio Ægyptiorum. Cæterum habitatio partim quidem Ægyptios, partim vero concernebat Hebræos. Si licet conjecturam facere ex secunda ranarum plaga, terra Gosen non erat confinis Ægypto vel ad fines Ægyptiacos sita, præsertim Domino dicente : « Ecce ego affligo omnes terminos tuos ranis. » Nam et terra Gosen, in quam immigraverant jam olim Hebræi, si fuisset terminus Ægyptiacus, non fuisset immunis ab illa clade, Quapropter etiam aqua, quæ penes illos scaturiebat, cruore non est temerata. Hinc, ut quidam aiunt, accipientes magi Ægyptiaci, nequiverunt sanguinem convertere in aquam, sed aquam potuerunt transformare in cruorem, qua quidem vana solertia non leniebatur sed potius augebatur malum.

Τὸ δὲ τῆς διαφθορᾶς εἰς ἑβδόμην ἡμέραν διαμεμενηκέναι δοκεῖ. Πρὸς ὅπερ ἀπορoῦσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθροί· Πῶς ἂν ἡ Αἴγυπτος οὖσα θερμοτάτη, χωρὶς ὕδατος πρὸς τοσαύτας ἡμέρας διήρκεσε; Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ Θεοῦ δίκας αὐτοῖς εἰσπράττεσθαι βουλομένου, διήρκεσαν; ἡ δὲ θεία Γραφὴ καὶ ἄλλην ἀποφαίνει διάνοιαν. Τραπέντων γὰρ τῶν ἐπιπολῆς συνεστηκότων ὑδάτων, ὤρυξαν, φησὶν, οἱ Αἰγύπτιοι κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, ὥστε πιεῖν ἐντεῦθεν, ὡς μὴ τῶν ἐν βάθει διαφθαρέντων ὑδάτων μετασχόντων τοῦ φθοροποιοῦ γεγονότος ἀέρος. Ὅπερ ἐδήλωσεν ὁ θεῖος λέγων χρησμός· B

Videtur autem aquæ corruptio perdurasse usque in diem septimum. Cæterum Ecclesiæ hostes hic tumultuantur, nec Scripturæ assensum accommodant secuti hanc causam, quo pacto Ægyptus torrida tanto dierum numero penuriæ aquarum resistere potuerit. Verum quid mirum videatur, si Deo pœnas exposcente sustinere potuerunt aquæ penuriam? Scriptura autem sacra aliam subjungit causam tolerantiæ. Nam cum aquæ, quæ in apertum evaserant, mutationis sensissent malum, Ægyptii, ut sedarent sitim, undique circa fluminis ripas sederunt et hinc biberunt, quasi aquæ, quæ in terræ visceribus latebant, non fuissent vitiatæ, nec afflatæ aere corrupto, qui aquas violabat. Idem hoc confirmat divinum oraculum, quod sic habet :

Λάβε τὴν ῥάβδον, καὶ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου

VERS. 19. *Et dixit Dominus ad Mosen : Dic ad*

[86] Prov. XI, 29.

Aaronem: Tolle baculum tuum, et extende manum tuam super aquas Ægypti, super flumina eorum. Hinc etiam solvitur dubitatio, ubi nacti fuerint magi aquam, quam in aliam transferrent speciem. Præterea Scriptura non diserte docet cruorem illum perseverasse septem diebus integris. Verisimile siquidem est, ubi primum aqua sanguinis naturam induerit, eamdem continuo, ubi divina virtus ex eo miraculo patuit, exuisse, et ad suam rediisse naturam. Quapropter magi, ubi hauserant aquam, eamdem quoque transmutarunt in sanguinem. Ideo inquit Scriptura : « Et induratum est cor Pharaonis, nec ipsos audivit, » sicuti in fine reliquorum miraculorum Scriptura accinit semper. At continuo hæc verba exponuntur, cum dicitur : « Avertit se Pharao, et abiit in domum suam, nec apposuit cor suum etiam hac vice, » scilicet cessante seu desinente mutatione aquarum in sanguinem. Si enim non fuisset hoc miraculum submotum, fortassis nonnihil illo fuisset affectus : Mosesque verba precantia ad Deum fudisset, sicuti in reliquis accidisse Scriptura admonet. Quod vero illa verba nunc demum depromuntur, satis magnum signum est, Pharaoni religionem haud illatam esse nec miraculosa virgæ in serpentem conversione.

Imo animus Dei contemptor adest, quem suis præstigiis Magi auxerunt. Quare igitur dicitur, si præcedentia consideramus : « Impleti sunt septem dies postquam percussit Dominus fluvium, et dixit Dominus ad Mosen, » etc. De secundo miraculo **236** sermocinatur, nec ait, expletis demum septem diebus aquam in cruorem conversam, ad propriam remeasse naturam. Quis igitur erit sensus? scilicet excursis septem diebus intermediis, alius miraculi factum esse principium. Alius interpres existimat sub dictione : flumina, intelligendas esse paludes, aquæductus, et stagna scilicet Nili, qui hoc loco Ægyptus nominatur. Non inquit universam aquam, sed saltem aquam Nili mutatam esse in sanguinem. Unde enim fuisset magis aqua, quam verterent? Nec obstat quod psalmus LXXVII, dicens, *imbres*, complectitur universam aquam. Igitur comprehendit et aquam quæ rigabat terram Gosen. Concessæ sunt enim duæ plagæ, ut leviores et faciliores, ex quibus duritiem traheret cor Pharaonis, quo hostilius adoriretur Israelitas, et magis ad resistendum incitarentur, ut succedentia miracula redarguant ipsorum dementiam. Quod autem Deus immissurus in regnum Ægypti cynomyias, tum demum prædicit terram Gosen non sensuram insequentes clades, satis argumenti est, præcedentes clades etiam in Gosen redundasse. Verum nunc tempus monet, ut interpretemur plagas illas spiritualiter. Sciendum igitur doctrinam veritatis mutari pro captu et dispositione illorum qui sermonem excipiunt. Nam æqua lance sermone declarante et docente quid bonum quidve sit malum, ejus qui paret sermoni erudienti, illuminatur animus. Qui vero doctrinam sermonis aspernatur, is in mentis caligine perseverat. Quapropter Ægyptiis divexatis plurimis cladibus, in medio consistunt Israelitæ illæsi, nulloque incommodo affecti. Præterea hodie quoque in religionis dissensione, quibusdam fidei flumen potabile et limpidissimum est : at imitantibus Ægyptios obstinatos flumen vitiatum transit in impurum sanguinem. Sæpius quoque diabolus mille artifex dolos fraudesque nectit, et annititur Hebræorum potum inquinatione mendacii corrumpere et in cruorem mutare, adeo interdum, ut etiam nostra doctrina vera et Christiana nobis fastidium pariat, aliaque, atque est, esse videatur. Cæterum nequit potum facere nobis inutilem, quamvis ejus species interdum rubescere putetur. Nam Hebræus avidis faucibus haurit veram aquam, et haud abre ab adversariis calumniis oneratur, dum nihili facit fraudulentas diaboli technas.

A *ἐπὶ τὰ ὕδατα Αἰγύπτου, καὶ ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐντεῦθεν καὶ ἡ περὶ τοῦ πόθεν ἔσχον ὕδωρ οἱ φαρμακοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀπορία λυθήσεται. Πρὸς δὲ τούτοις, οὐδέ φησιν ἡ Γραφὴ ἐπὶ ὅλαις ἑπτὰ ἡμέραις παραμεῖναι τὴν εἰς αἷμα μεταβολήν. Εἰκὸς γὰρ ἅμα τε γενέσθαι εἰς ἔνδειξιν τῆς θείας μεγαλουργίας, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν φύσιν, διὰ φιλανθρωπίαν, ἐπανελθεῖν. Ὥστε καὶ τοὺς φαρμακοὺς λαβόντας, μεταβαλεῖν. Διὸ καὶ ἐπιλέγει ἡ Γραφή· « Καὶ ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραὼ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. » Ὅπερ ἐπὶ τοῖς συμπεράσμασι τῶν λοιπῶν σημείων ἐπιφέρειν εἴωθε. Καὶ ἑξῆς δὲ ἐπισημαίνεται ὁ λόγος, φάσκων, « Καὶ οὐκ ἐπέστησε τὸν νοῦν αὐτοῦ οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ, » οὐδὲ πεπαυμένης ἤδη τῆς εἰς αἷμα μεταβολῆς τῶν ὑδάτων. Εἰ γὰρ μὴ B ἐπέπαυτο, εἰκὸς ἦν ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῷ γεγονότι, καὶ τὸν Μωϋσῆν ἱκετεῦσαι περὶ τοῦ παύσασθαι. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖ. Πρὸς δὲ τῷ τοῦτο μὴ νῦν εἰπεῖν τὴν Γραφὴν, καὶ ἐπισημαίνεται ὅτι οὐκ ἐπέστησεν ὁ Φαραὼ τὸν νοῦν αὐτοῦ οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ· δῆλον, ὡς οὐδὲ ἐπὶ τῆς εἰς δράκοντα τῆς ῥάβδου μεταβολῆς, διὰ τὴν μίμησιν τῶν φαρμακῶν, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον καταφρονήσας.

CAP. VIII.

VERS. 9. *Constitue mihi quando pro te orem*, etc. Moses audacter pollicetur mali propulsationem : præterea diem statuit, quo malum sit propulsandum. Verumtamen orans præclare omnia peragit, significans ipsa oratione, non sua virtute, sed divina geri illa. Ad hæc indicat facile esse Deo miracula facienti inducere plagam, eamque iterum abducere auctoritate divina. Deo enim subjecta sunt omnia, ejusque nutu cuncta gubernatur.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

C *Τάξαι πρός με πότε εὔξομαι περὶ σοῦ.* Θαῤῥῶν ὁ Μωϋσῆς ὑπισχνεῖτο τὰς πληγὰς ἀνακαλεῖσθαι, καὶ ἡμέραν ὁρίζει, καθ' ἣν τοῦτο ἔσται. Προσευχόμενος δὲ, κατώρθου, δεικνὺς ὅτι οὔτε τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἦν τὰ γινόμενα· καὶ ὁμοίως εὐχερὲς τῷ θαυματουργοῦντι Θεῷ καὶ ἐπάγειν πληγὴν, καὶ ἀπάγειν. Αὐτῷ γὰρ ὑπακούει τὰ πάντα.

Ὁ δὲ εἶπεν, *Εἰς αὔριον.* Ὅρα πῶς ὁ μὲν θεῖος A Μωϋσῆς πρὸς εὐεργεσίαν ἐστὶν ἑτοιμότατος, τῷ Φαραὼ τὴν κρίσιν διδοὺς τῆς περὶ τὸ πεπαῦσθαι τὸ δεινὸν προθεσμίας· ὁ δὲ καὶ περὶ ταύτην ἐστὶ μελητής, νομίζων που πάντως ἀπὸ ταυτομάτου, ἢ καὶ προσκαίρου μαγείας γεγονέναι, καὶ παύσεσθαι, ἅμα καὶ τὴν θεόθεν εὐεργεσίαν χωρὶς ἀνάγκης μεγίστης ἀπαξιῶν.

Vers. 10. *Ille vero dixit : Cras.* Ecce promptitudinem Mosis, ut benefaciat Pharaoni. Electione donat tyrannum ut præstituat tempus quo malum istud e medio tollatur. Pharao cunctatur, nec statim diem præscribit, putans casu hæc evenisse, vel magica potentia momentanea, proinde finem mali sua sponte mox venturum, simul etiam aversatur auxilium divinum, nec id nisi in summa necessitate expetit.

Ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. Τρισὶ τούτοις ἐχρήσατο ῥήμασιν ἡ Γραφή, τῷ ἐνισχυκέναι, καὶ ἐβαρύνθαι, καὶ ἐσκληρύνθαι τοῦ Φαραὼ τὴν καρδίαν. Καὶ ποτὲ μὲν ὑφ' ἑαυτοῦ, ποτὲ δὲ λέγεται τοῦτο πάσχειν ὑπὸ Θεοῦ. Ἔοικεν οὖν ἀπαλύνεσθαι μὲν ἡ ἐνδιδοῦσα πρὸς τὰ θεῖα καρδία, καὶ μὴ ἰσχύειν ἀνθίστασθαι τῇ θειότητι, B καὶ μὴ βαρύνεσθαι, μηδὲ εἰς γῆν ἕλκεσθαι κάτω· ἡ δὲ ἀντιτείνουσα, σκληρύνεσθαι, καὶ ἀντιτυποῦσα δίκην λίθου, τὸν θεῖον ἀποκρούεσθαι λόγον, καὶ ἀποκρουομένη μετά τινος ἵστασθαι ψευδωνύμου ἰσχύος. Περὶ μίαν δὲ τὰ πάθη, διαφόροις ἐπινοίαις συμβαίνοντα. Καθὸ μὲν γὰρ λιθίνη, σκληρύνεται· καθὸ δὲ βαρεῖα, καθέλκεται· καθὸ δὲ μὴ παραχωρεῖ θεομαχοῦσα τῇ κρείττονι φύσει, καὶ αὐτῆς ἰσχύειν λέγεται. Διόπερ πρὸς μὲν τὸ πρῶτον, Ἱερεμίας φησὶ τό· « Ἐκσπάσω τούτων τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ ἐμβαλῶ σαρκίνας. » Πρὸς δὲ τὸ δεύτερον, ὁ Δαβὶδ, « Αἱ ἁμαρτίαι ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. » Καὶ Ζαχαρίας· « Εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ τάλαντον μολίβου· καὶ ἐῤῥέθη, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία. » Ἐπεὶ C οὖν ἡ καρδία Φαραὼ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐβεβάρυτο, ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβος ἐν ὕδατι σφοδρῷ· καὶ ἐπεὶ ἐσκλήρυτο, ἔδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος· καὶ ἐπεὶ κατίσχυσε, λέγεται πρὸς τὸν καθελόντα αὐτὴν Κύριον, « Ἡ δεξιά σου, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύει. »

Vers. 15. *Et aggravatum est cor ejus, nec audivit eos,* etc. Scriptura sacra tribus hisce usa **237** est verbis, se tenuisse cor Pharaonis, aggravatum esse, et induratum esse cor Pharaonis. Modo duritiei causa dicitur Pharao, modo Deus. Videtur igitur necesse, ut illa corda extenuentur, quæ recipiunt sacrosancta dogmata : nec roboranda esse, ut reluctentur Deitati : nec aggravanda quoque esse, vel ad terrena deducenda. Cor vero intractabile, quod his repugnat, resistit sanæ doctrinæ instar lapidis, et repellit divinum sermonem. Et cum existimetur illud cor aliqua præditum potentia falsa, solummodo inhæret his, quæ solent accidere ex variis et diversis affectibus. Quatenus enim illud cor reputatur lapideum, durescit; quatenus existimatur grave, deprimitur; quatenus non cedit repugnans potiori, id est divinæ naturæ, per se valere dicitur. Quamobrem quoad primum, inquit Jeremias : « Evellam ex his corda lapidea, et dabo carnea [87]. » Quoad secundum, ait David : « Peccata superaverunt caput meum, quasi onus grave aggravata sunt super me [88]. » Huc accedit testimonium Zachariæ dicentis : « Vidi mulierem sedentem super talenta plumbi, et dictum est, quod hæc sit iniquitas [89]. » Cum igitur cor Pharaonis necnon Ægyptiorum aggravatum et oneratum fuerit, merito instar plumbi in aqua valida demersi sunt; et quia indurati sunt non ab re instar lapidis ad fundum usque descenderunt [90]. Et quia valuit, dicitur ad Dominum, qui ipsum sustulit : « Dextera tua glorificata est in fortitudine [91] »

Diversum vero ab hoc est, quod in Isaia traditur, incrassatum, cum legitur, « Auribus audietis, et non intelligetis; videntes videbitis, et non cernetis, incrassatum enim est cor populi hujus, et auribus suis difficulter audiverunt [92]. » Verumtamen cor extenuatur vero manna, quod erat album et tenue, ut per ipsum penetrare queat sapientia, quæ est Spiritus intelligibilis, sanctus, unigenitus, in varias dotes divisibilis, et subtilis. Hæc permeat per spiritus intelligibiles, puros et subtilissimos. Cæterum incrassatur Ægyptiacis alimentis, quæ avide exposcebant illi, qui non ferebant mannæ subtilitatem : et memores ollarum et carnium et aliorum ciborum, clamabant : Anima nostra fastidit manna hoc [93].

Τριῶν οὖν εἰρημένων, τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἐπὶ D Θεοῦ λέγεται, μόνον δὲ τό· « Σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ, » ποτὲ δὲ καὶ τό· « Ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ. » Διὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος ποτὲ μὲν αὐτὸν αἰτιᾶται τὸν σκληρυνόμενον, λέγων· « Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν· » ποτὲ δὲ, ὡς ζήτημα προβάλλει τὸν σκληρυνόμενον ὑπὸ Κυρίου. « Ἄρ' οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει; » Οἷς ἐπενη-

Cum tot igitur de cordis natura prædicentur, nullum illorum de Deo refertur, præter hoc solum : « Indurabo cor Pharaonis. » Interdum scribitur : « Induratum est cor Pharaonis. » Quamobrem Apostolus interdum criminatur eum, qui induratus est, dicens : « Secundum duritiem tuam, et cor pœnitere nescium colligis tibi, quasi thesaurum, iram [94]. » Interdum, quasi quæstionem moveat, inducit hominem a Domino induratum, in-

[87] Ezech. xi, 19. [88] Psal. xli, 4. [89] Zach. v, 7. [90] Exod. xv, 10. [91] ibid. 5, 6. [92] Isa. vi, 9, 10; Matth. xiii, 14, 15. [93] Num. xxi, 5. [94] Rom. ii, 15.

quiens : « Non igitur ita est, quem vult misereretur, A quem vult indurat [95]. » His additur : « Itaque, o homo, quis es, qui ex adverso respondes Deo [96] ? » Talia nimirum profatur Paulus cernens quæstionis difficultatem, et veritus ejus solutionem mandare litteris : vel quod indignum responso judicet illum, qui culpet divinam Providentiam. Cæterum is, qui libertatem dicendi sequebatur, qualis erat Moses, talia non prolocutus esset. Moses enim, ut habet Scriptura [97], loquebatur : Deus respondebat ei voce, et quemadmodum amici colloquebantur.

νοχετό · « Μενοῦνγε σὺ, ὦ ἄνθρωπε, τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ ; » Ἢ τὸ δυσχερὲς τῆς ἀπορίας ἰδὼν, καὶ τὴν λύσιν μὴ θαῤῥῶν καταπιστεῦσαι γράμμασιν, ἢ μὴ κρίνων ἀποκρίσεως ἄξιον τὸν ἐγκαλοῦντα τῇ θείᾳ προνοίᾳ. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἂν εἶπε τῷ ἔχοντι παῤῥησίαν ἀποκρίνασθαι τῷ Θεῷ · ὁποῖος ἦν ὁ Μωϋσῆς, ὃς ἐλάλει, φησὶν, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο φωνῇ. Καὶ ὅτι ἐλάλει ὡς φίλος φίλῳ.

Quo pacto autem perhibetur Deus indurare cor ? scilicet ; quemadmodum et de Christo legitur quod positus sit in ruinam et resurrectionem multorum [98]. Præterea ipse inquit : « In judicium veni in hunc mundum, ut non videntes videant : et qui vident cæci reddantur [99]. » Christus positus est in ruinam, non quod bene stantem gradu dejiciat et prosternat; absit ! verum secundum liberum arbitrium, qui ipsum non suscipiunt, illis auctor est ruinæ, qua non corruissent si ipse non advenisset, quemadmodum nisi venisset, nec qui conciderant, resurrexissent. Pari ratione sermo unus idemque cum sit, causa est auditoribus non videntibus ut videant : quibusdam, qui ante adventum ejus erant oculati, causa est, ut nunc cæcutiant. Exempli gratia : Judæ obtulit idem sermo ruinam, **238** Paulo attulit resurrectionem. Et quod quidem Judas foret in numero videntium, quando misit duodecim apostolos ut apostolico munere fungerentur : tandem in numerum cæcorum relatus est, cum diaboli instinctu pergeret prodere Servatorem mundi. At Paulus mentis cæcitate laborabat. Expertus auxilium Dei, cæcitas mentis fugata est. Habebat enim Dei zelum, bona facere instituens, licet non secundum scientiam. Sic sol calidus exsistens una opera ceram dissolvit et liquat, lutum vero durat : atque adeo istos producit effectus, ut cera signum quod imprimitur, recipiat : lutum induratum, repudiet. Non aliter nos comparati sumus, ut vel recipiamus vel respuamus signum sive characterem divinum. Significatum est in primo signo, se roborasse cor Pharaonis; in altero, fuisse aggravatum. A tertio vero usque ad sextum signum, duritiem collegit animus Pharaonis Deo nondum duritiem inducente. Itaque etsi ab initio dicatur : « Indurabo cor Pharaonis, » tamen sic intelligendum est : Postremo, ubi ad unum atque alterum signum non resipuerit, indurabitur. Hinc redarguuntur, qui naturas inducunt. Si enim Pharao jam inde ab initio perditæ et corruptæ naturæ vel conditionis exstitit, durus exsistens nec cedens tractanti Deo : non opus fuit illo, qui ipsum induraret. Nam qui induratur, ex eo habitu, qui prius duritie carebat, in durum transfertur. Non igitur propter pravitatem naturæ a Domino induratur. Si enim Deus ipsum non indurasset, quæso qualem se obtulisset signis et prodigiis ? Si cessisset divinæ potentiæ, certe id non fuisset ; indicium corruptæ naturæ. Si vero non cessisset, frustra sæpius dictum esset : « Induravit Dominus cor Pharaonis. » Præterea si Deus præcipue induxisset Pharaoni duritiem et mentis stuporem, profecto subinde in ea perstitisset. Cæterum nunc, plaga ardente, pollicetur se dimissurum Hebræos : verum sublata plaga ad ingenium suamque duritiem revertitur. At hæc omnia fiunt consulto, animique vel voluntatis mutationes et motiones censentur. Quare præterea Deus ipsum reprehendit per Mosen ? Ad hæc ipse Moses inquit : « Cave nos amplius fallas, ut non dimittas populum. »

Vers. 14. *Et computruit terra*, etc. In prima B plaga computruit et tetrum odorem fudit fluvius. In plaga ranarum terra id malum sensit. Ægyptii enim erant caro et sanguis. Verum per terram intelligitur quidquid in corporibus spissius et crassius est. Nam illorum cor incrassatum est. Quapropter cum fetuerint et computruerint vermes, eorum scilicet peccati, non immerito malus fetor ex aqua terraque prodiit.

Καὶ ὤζεσεν ἡ γῆ. Ἐπὶ τῇ πρώτῃ μάστιγι ἐπώζεσεν ὁ ποταμὸς, ἐπὶ δὲ τῇ τῶν βατράχων ἡ γῆ. Σὰρξ γὰρ καὶ αἷμα ἦσαν Αἰγύπτιοι · οὕτω δὲ καὶ ἡ γῆ · τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων γενόμενοι. Ἐπαχύνθη γὰρ αὐτῶν ἡ καρδία. Ὅθεν ἐπεὶ προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν αὐτῶν οἱ μώλωπες τῆς ἁμαρτίας, διὰ τοῦτο ὤζεσεν αὐτῶν καὶ ὁ ποταμὸς καὶ ἡ γῆ.

De priore plaga sic legitur : « Verbero virga, quæ in manu mea est, aquam quæ est in flumine, » de altera vero plaga dicitur : « Ecce ego ferio omnes terminos tuos ranis. » Proinde summa ope adnitendum est, ut fugiamus ex Ægypto, et de finibus ejus, ne ad nos promatur illud Scripturæ eloquium : « Quid tibi et terræ Ægypti ut bibas aquam Gion ? » Et iterum : « Væ qui pro auxilio descendunt in Ægyptum [1]. Nam si omnes termini Ægyptiaci plectuntur divino judicio, eos nos maximopere fugere oportet, ne idem exitium propter vicinitatem et nos rapiat. Notandum autem est per omnes plagas, quod alicubi jubetur Moses stare in occursum Pharaoni ; alicubi introire ad ipsum ; alicubi resistere in conspectu Pharaonis. Plus tamen potest adversus Pharaonem, qui ad ipsum ingreditur, quam qui egredienti obviam procedit. Verumtamen Deus semper imperat Mosi ut consistat in conspectu Pharaonis.

[95] Rom. IX, 18. [96] Ibid. 20. [97] Exod. XIX, 19 ; XXXIII, 11. [98] Luc. II, 34. [99] Matth. XIII, 13.
[1] Ephes. VI, 11.

Ad eumdem modum præcipit Deus per divinum Apostolum, ut stemus adversus insidias diaboli muniti, ne ab his commoveamur et conturbemur. Observabis etiam verba Pharaonis, nunc indefinite dicentis : « Dimittam populum ; » nunc vero : « Sacrificate in terra, » scilicet Ægypti. Verum Mose non recipiente istam conditionem, sed postulante iter trium dierum in solitudinem. Consentit quidem Pharao, verum-
239 ne longius abeant edicit. His concessis, interdum viros in solitudinem exire jubet : interdum homines patitur abire omnes, et retinet pecora, postremo et hæc ægre permittit. Divina Providentia hæc omnia administrat, huic rei soli intenta, ut populus ille non solum sacra faciat Domino, sed et ne in Ægypto, et in solitudine sacrificet Domino. Et quam longissime abductus Ægypto, non amplius eo revertatur. Nec homines solummodo requirit, sed oves et boves, quorum rationem Deus non minus habet, quam spiritualium boum et ovium. Et ut ad pauca redeam, nihil, quod vel modicum Hebræos attingat jure vel necessitudine aliqua, in Ægypto remanere vult. Et illud vide, quoties Moses preces fundit ad Dominum, egreditur, nec manet apud Pharaonem. Nam si apud ipsum permansisset, aut non orasset, aut non fuisset exauditus. Primo quidem ab ipso solum exit Pharaone Moses : deinde proficiens, etiam ex ipsa egreditur urbe, quod quidem fecit cum sæviret grando. Cæterum ipse Pharao, quamvis nonnihil videretur emollitus et ad religionem propendere, quod Mosen hortaretur ad capessendam orationem, interim tamen cunctator est, et orationem in crastinum differendam putat. Quod Moses precibus sollicitat Deum pro Ægyptiis et exauditur, magnum exemplum est, nostri esse officii ut quoque supplicemus pro his, qui diversam consectantur religionem. In hoc egregie ad rem contulit Moses, quod tradit Christus : « Diligite inimicos vestros, et orate pro his, qui vos diris exsecrantur [*]. » Is qui majores et præstantiores existimavit divitias, nempe opprobria et contumelias quas sustinebat ob religionis negotium, jamjam spiritualis erat Christi discipulus. Verum observes velim judicia Dei quanta sapientia, potentia et clementia abundent. Primum incipit reprehendere Ægyptiorum mores. Ubi ad reprehensionem videt obstinatos, ad minas digreditur : quibus contemptis et spretis minas ad rem confert, pœnisque eos corrigere conatur. Paulatim autem primo terrorem ipsis injicit, sanguine, ranis et culicibus. Dein externa aggreditur bona. Deinde manus admolitur ultrices illorum corporibus, non ut perdat, sed ut errantes in viam reducat. Et hoc vel maximum divinæ clementiæ argumentum est, quod in singulis se exorabilem præbet plagis. Postremo ubi ipsorum morbum videt deploratum medicasque respuere manus, universos funditus interimit, ne infamis illorum vita etiam cæteris offendiculo et causa sit mali exitiique, pœnisque subjiciantur, qui indignis ab Ægyptiis tractati sint modis.

VERS. 6. *Et ascendit rana, et operuit superficiem Ægypti.* Ranarum genus aspectu turpe, obstreperum et fetidum est. Utriusque elementi scilicet tam terræ quam aquæ particeps est. Inter reptilia connumeratur, propter saltum. Ranæ cum complessent domos Ægyptiorum, Hebræos ne attigere quidem. Sub hujus plagæ involucro significatur, corruptam vitiorum sobolem ex immundo corde hominum quasi ex quodam cœno nasci. Ab hac clade nihil quod Ægyptiacum erat exstitit liberum et immune : non domus, non cubiculum vel cella penuaria, non lectus, non mensa. At vide, an non et homo comparari possit Ægyptiacus ranæ tam in terra quam in aquis viventi? Homo quidem natura, at mentis instituto sive voluntate jumentum : hunc quis talem esse cognoscat ex totius vitæ studiis. Videas parietes illius pictos variis picturis et idolis, quæ subinde fœdas libidines et voluptates in memoriam revocent, ipsamque incendant. Videas mensam ejus plurimis instructam carnibus, ut sic in sordidam abducatur vitam. Animi promptuaria haud dissimilibus scatent cogitationibus. At quomodo virtutis virga istorum causa et auctor dicitur? Nimirum eo pacto quo Pharao fertur induratus 240 a
Deo, scilicet ea parte animi, quam voluntas movet, non suscipiente sermonem divinum, qui animi duritiem mollit. In hunc modum virtutis virga Hebræum purum præstat ab immunda ranarum vita; at Ægyptium declarat plenum immunditie et inquinatissimum turpi vita. Habemus quidem opus aliquo, qui pro nobis instar Mosis extendat ad Deum manus. Sed is est, qui id exsequitur, Christus, qui pro nobis in ara crucis manus expandit. Ad hunc respiciamus, et liberabimur ab consortio et cohabitatione malorum, cæsis affectibus putidis et fetidis. Nam liberati reptilibus motibus animi, illorum fetorem gravem sentiemus : recordationeque inhonestæ prioris vitæ, animum excruciabimus secundum Paulum dicentem : « Quem igitur fructum habebatis tunc, propter quæ nunc erubescitis [28]. »

VERS. 21. *Et erunt culices.* Non comminatur Pharaoni plagam insectorum, et deinde eam invehit. Sed perfidum Pharaonem illa plaga punit et ulciscitur.

Δάκτυλος Θεοῦ ἐστι τοῦτο, ἀντὶ τοῦ τῇ Θεοῦ ἐνεργείᾳ ταῦτα γίνεται, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· ὅτι ὅλως παρὰ Θεοῦ ἡ ἀφὴ αὕτη. Εἰ γὰρ μὴ ἠθέλησεν (73) ὁ Θεὸς, οὐκ ἐφέροντο αἱ πληγαί· ἀλλ' ἅπαξ ἅπαντα (74)

A VERS. 22. *Hoc est digitus Dei.* Scilicet totum illud, quod sic affligimur et insectis infestamur, Deo accepto ferendum est. Si enim aliter visum esset Deo, aiunt, plagas non invexisset in nos; sed uno

[28] Rom. VI, 21.

NOTÆ.

(73) Ἤθελε, φησὶν, ὁ Θεός. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(74) Ἅπαντας ἄν. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

impetu nos omnes neci dedere potuisset. Verum quia paulatim illæ plagæ importantur, plagarum processum nuncupaverunt dignum, et non manum.

A ἀπώλεσεν. Ἐπεὶ οὖν ἠρέμα ἐγίνοντο τὰ γινόμενα, δάκτυλον ἐκάλεσαν, ἀλλ' οὐ χεῖρας. Ὅμως καὶ τῷ δακτύλῳ παρεχώρησαν.

Tertia dicta est digitus : at quinta plaga, quasi completo digitorum numero, appellata est manus. Cæterum plagas omnes immittebat Spiritus divinus. Huc facit, quod legitur in evangelica historia : « Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia [4], » etc. Hoc ipsum alicubi interpretatur Christus, dicens : « Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia [5]. »

Ἡ μὲν οὖν τρίτη μάστιξ, δάκτυλος εἴρηται· ἡ δὲ πέμπτη, ὡσανεὶ συμπληρωθέντων πέντε δακτύλων ἐξ ἑκάστης μάστιγος, χεὶρ ὠνόμασται· ἃς τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον ἐνήργησε. Λέγεται δὲ ἐν Εὐαγγελίῳ « Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, » ὅπερ ἑρμηνεύων ἀλλαχοῦ, φησὶν, « Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. »

VERS. 25. *Venientes sacrificate Deo vestro in terra.* Vult adversarius noster, et id sollicite quærit, ne sejungamur ab ipsius servitute, et sic parum rite, ut Deus postulat, sacra faciamus. Verum huic non est acquiescendum : nihil nobis sit antiquius lege divina, quæ quam longissime ex servitute adversarii non ereptos abducit in tutum. Non enim ab re dicitur : « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitarum mearum [6]. » Respondeamus itaque adversario nostro, sicuti Moses : non possumus in hunc modum agere, et servire Domino. Nemo siquidem potest duobus servire Dominis. « Væ cordibus duplicibus, et manibus remissis, et peccatori ingredienti duas vias [7]. »

VERS. 26. *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro.* Abominabuntur enim et exsecrabuntur nos, aspicientes a nobis cædi et immolari, eas victimas, quas ipsi divinis frequentant honoribus. Nam Ægyptii divinis honoribus venerati sunt hircos et vitulos. Hos si viderint nos mactare et aris imponere, irascentur, et ad lapides pergent, quos in nos jaculentur. Præterea nisi idola prius subverterimus et egesserimus ex eo loco, ubi rem sacram facturi sumus, Deus non acceptabit sacrificium nostrum. Idola siquidem Jeremias alicubi abominationes vocat, dicens : « Quid? dilecta mea in domo mea fecit abominationes [8]. » Quam longissime fugiendum est ab Ægypto, id est, non oportet nos colere creaturam supra Creatorem. Neque hærere in confiniis Ægypti, observantes scilicet dies et menses, tempora et annos. Certe nisi e conspectu vestro abierimus, ut nos, sic etiam nostra sacrificia, despicatui habebitis. Oportet autem nos immolare Deo omnia ea, quæ colunt divinis honoribus Ægyptii : perimendum est omne, quod dæmonibus videtur pretiosum et excellens. Proinde ait Paulus : « Præbete membra vestra victimam viventem et placentem Deo, rationalem cultum vestrum [9]. » Nam inquit : « Occidite membra vestra terrena, scilicet scortationem, immunditiem [10], » etc. Præterea Ægyptii abominantur et illa, quæ nobis sunt pretiosissima, nempe virtutes, quas loco sacrificii offerimus in bonum odorem Deo. Nihil enim impedimento est, quominus et ad hunc modum accipiamus abominationes. Cæterum plurimi sunt, qui manserunt in Ægypto, **241** ibique sacra celebrarunt : qui vero inde sunt egressi, et immolaverunt in deserto exstitere paucissimi. Nam multi sunt vocati, at electi pauci [11]. Omnes quidem ad libertatem vocati sumus per fidem in Christo vero legislatore et pontifice, qui jam olim adumbratus est per Mosen et Aaronem; verum plures adhærent pristinis malis haud refugientes pristinam confusionem, neque sacrificant in solitudine tranquillam sectantes vitam.

Cæterum vide, quoties promissis non stet Pharao. Est enim mendax, et in veritate non stetit secundum Salvatoris proloquium [12].

B Ὅρα ποσάκις ψεύδεται τὰς ὑποσχέσεις ὁ Φαραώ. Ψεύστης γάρ ἐστι, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν.

VERS. 22. *Faciamque mirabilem in die illo terram Gesen.* Nunc primum secernitur terra Gesen ab Ægyptiacis calamitatibus.

Καὶ παραδοξάσω ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὴν γῆν Γεσέμ. Νῦν πρῶτον ἡ Γεσὲμ τῶν Αἰγυπτίων πληγῶν διαστέλλεται.

VERS. 24. *Corruptaque est terra a muscis.* Ecce quomodo vir terrenus a turbidis et impudicis corrumpatur affectibus. Culices tenuissimi obscuris morsibus affligunt Ægyptios. Qua re demonstratur Deum non perdere, sed corrigere et emendare voluisse Ægyptios. Si voluntas fuisset Ægyptios perdendi, certe haud defuisset facultas. Reptilia et bestias, adeoque omnia malefici generis animalia in hoc concitasset, bellum intulisset, vel famem induxisset. Verum Deus haud magnis belluis utitur in expugnanda Ægypto, sed contemptissimarum bestiolarum et insectorum ministerium accersit ne scilicet illarum potentiæ ascribantur effectus. Abjectis illis et infirmis bestiolis tribuit vires inexpugnabiles, adeo ut desperet Ægyptus se posse illis bestiolis resistere, et clamitet : « Digitus Dei hoc est. » Nam manum Dei non feret universus mundus in unum conglobatus.

Quæ sequuntur continua serie orationis cohærent, consulto enim auctor capitibus non distinxit, eo quod et argumenta rerum talem non ferant interpolationem, et brevitas commentatoris id postulare videatur.

Ecce manus Domini erit in jumentis tuis, quæ sunt in campis, etc. Primi inter jumenta computan-

Ἰδοὺ ἡ χεὶρ Κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις. Πρῶτον ἐν τοῖς κτήνεσιν ἵπ-

[4] Luc. XI, 20. [5] Matth. XII, 28. [6] Psal. CXVIII, 105. [7] Eccli. II, 14. [8] Jerem. XIII, 27. [9] Rom. XII, 1. [10] Coloss. III, 5. [11] Matth. XXII, 14. [12] Joan. VIII, 44.

ποι κατάσσονται, οἱ ψευδεῖς εἰς σωτηρίαν· δεύτερον τὰ ὑποζύγια τὰ ἐξ ὅλων ἀκάθαρτα· οὔτε γὰρ διχηλεῖ, οὔτε μηρυκᾶται· τρίτον αἱ κάμηλοι, διὰ μὲν τὴν μηρύχησιν ὡσανεὶ καθαραὶ τυγχάνουσαι, διὰ δὲ τὸ μὴ διχηλεῖν, ἀκάθαρτοι. Ἐξ ἡμισείας οὖν καθαρὰ τὰ τρίτα. Μεθ' ἃ, τῆς πληγῆς ἀμαυροτέρας γενομένης, οἱ βόες τύπτονται τοῦ Φαραὼ, καὶ τελευταῖον πάντων τὸ πραότατον ἐν τοῖς κτήνεσι πρόβατον.

A tur equi, qui sunt mendaces seu falsi ad salutem. Deinde jumenta immunda, quæ nec ungulas findunt nec ruminant, currui tamen junguntur. Deinceps cameli, qui quamvis propter ruminationem quasi mundi reputentur, tamen quia eorum ungula non sulcatur, censentur immundi. Verumtamen partim mundæ partim immundæ conditionis cameli perhibentur. Cæterum quia hæc plaga ut parum noxia propter vilitatem immundarum animalium credebatur, transit ad boves, dehinc ad placidissimum animalium animal, scilicet ovem.

Fuliginis de camino, etc. [IX, 10.] Redigit nobis caminus in memoriam ænigma de camino. Significat enim camini fuligo ignis gehennæ pœnam, quam nobis Scriptura comminatur. Sed illud supplicium, neminem, nisi Ægyptios imitantem, aduret. Si quis vere fuerit Israelita et Abrahami filius, ostendens vitæ honestate se junctum esse electis, is servabitur, nec lædetur vel violabitur igne gehennæ, quæ per caminum repræsentatur.

Et mittam nunc omnes plagas meas in cor tuum. [IX, 14.] Te egregie comparasti et instruxisti ad interitum cum mille mortibus digna commiseris. Eris autem mihi vas iræ deterrens a malo, et ad meliorem vitam revocans orbem : sicuti et Moses vas misericordiæ ad pietatem properavit, ut suo exemplo quamplurimos corrigeret. « Nunc enim extendam manum meam et ferian te. » Non amplius parcam, cum non **242** cesses facere iniqua, et subinde mihi adverseris, e medio te tollam, ne mali contagium trahat et illos, quos tu injuriis onerasti. Notandum est quod Deus exitium Pharaoni prædicit, videlicet, ne posterius ignorantiam suis peccatis prætexere valeat.

Ut annuntietur nomen meum in universa terra. [IX, 16.] Quia persistis in inobedientia, annuntias invitus Deum, quem volens et consulto negas.

Ecce cras eadem hora. [IX, 17.] Memoratu dignum est, quod Moses et plagam et tempus semper præmonstrat, nec non plagæ finem. Sed quare hoc memoratur? Ne quis arbitretur casu id fieri, nec ab irato Deo illas clades intentari. Et quia dicturus erat : « Qui reverebatur verbum Domini ex ministris Pharaonis, collegit jumenta sua [13], » etc., decenter præmonuit cladem venturam. Nam multi jam ex Ægyptiis alium animorum induerant habitum, cognoverunt que Deum, et se comites dederunt Hebræis abeuntibus. Cæterum Providentia divina factum est, ne jumenta interirent omnia. Nam opus erat jumentis, quæ traherent currus, quibus Pharao postmodum insecuturus erat fugientes, ut eos in solitudine trucidaret. Verum divina Providentia aliter totum gubernavit negotium, eosque qui machinabantur exitium Israelitis, in mari demersit.

Extende manum tuam in cœlum, et erit grando, etc. [IX, 23.] Admonendus est hoc loco lector Mosen non juberi, omnia miracula facere virga, sed saltem quædam : quædam quoque prædicere, ut culices et jumentorum interitum : quædam manuum ministerio peragere, ut dum accipit fuliginem de camino, et grandinem concitat. Sed quæ horum est causa? ne vulgus opinetur magica superstitione virgam esse factum ; et ipsi mirificos illos effectus assignarent. Verum an non omnia miracula excedit, Ægyptum regionem fervidissimam, cujus pleraque pars nunquam compluitur, succumbere illis aeris perturbationibus, quas patiuntur regiones septentrionibus subjectæ? et circa unum idemque subjectum pugnantes versari substantias, nempe ignem et grandinem? Grandinem non liquescere ignis virtute, ignem non exstingui frigoris vi? Hinc patet naturam cedere voluntati Creatoris. Ad hunc modum ignis non consumebat rubum, asina Balaami loquebatur, virgo peperit.

Et sustulit Moses virgam versus cœlum : et Dominus adduxit ventum Notum. [IX, 23.] Aliquot miraculis absque virgæ ministerio editis, nunc virgam repetit. Notus autem ventus apportat locustam evastantem et depopulantem segetes Ægyptiacas. Africus ventus advexit coturnices. Notus desiccavit mare Rubrum.

Ἡμάρτηκα. Ταῦτα νῦν λέγει ὁ πρότερον βοῶν ἀσεβῶς, « Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον. »

B *Peccavi.* [IX, 27.] Hæc nunc sunt verba ejus, qui paulo ante vociferatus erat impie : « Non novi Dominum [14]. »

Quandiu nobis erit istud offendiculum. [IX, 26.] Vix tot cladibus resistere quiverunt. Ad hunc modum diabolus, dum inferiorem se cernit, nec quidquam suis viribus effici, persistens in malitia, non cedit, sed durus exsistens sua voluntate inhæret suæ pravitati. Nam scriptum de ipso fertur : quod cor ejus sit congelatum et concretum instar lapidis : et steterit instar incudis, quæ multis contunditur ictibus. Tyrannus avet loco obsidum retinere impedimenta Israelitarum. Verum Moses nullas concedit tyranno reliquias, ne in veram libertatem assertos in servitutis jugum reducendi occasionem inde capiat. Ad hanc solidam libertatem vocantur omnes : non sexus, non ætas excluditur, testante Joanne :

[13] Exod. IX, 20. [14] Exod. V, 2.

« Scripsi vobis, filioli, quia cognovistis Patrem. Scripsi vobis, patres, quia cognovistis eum, qui erat ab initio. Scripsi vobis, juvenes, quia fortes estis, et sermo Dei in vobis manet, et vicistis malum [15]. » Juvenes (si talis tibi arridet expositio) sunt fortitudinis typus; prudentiam repræsentant senes; infantiam in Christo præ se ferunt filii et filiæ. Igitur freti fortitudine, prudentia, simplicitateque Christiana **243** ex peccati servitute proficiscamur ad vitæ sanctimoniam. Ait: « Agite viriliter et estote fortes [15*]. » Huic non dissimile est illud Christi: « Estote prudentes, ut serpentes: et simplices, ut columbæ [16]. » Quod etiam boves et oves in comitatum recipere vult Moses, satis docet, quod non decet, ut corporis affectiones motusque, qui sine ratione feruntur, relinquamus Satanæ. Nam secundum Apostolum: « Oportet vos membra vestra sic instituere, ut justitiæ serviant, sicuti antea subjecta fuerunt impuritati [17]. » A vana autem opinione liberat eos, qui videntur sibi in semel recepta religione constantes, quasi propriis viribus suffulti valeant resistere diabolo, et sibi sufficiant in omnibus, nec egeant divini auxilii: sed quomodo liberat? Dicens: « Resistite diabolo, et fugiet a vobis [18]. » Amat ingenium muliebre et juvenile; crassa et bruta ingenia exprimit sub boum et ovium natura.

Et dixit Moses: Tu dabis nobis holocausta. [X, 25]. Nam diabolus, ubi videt nos sibi prorsus ereptos, expetit saltem in minima apud nos hærere parte. At lex Dei non ei permittit, non dico animæ particulam, sed ne corporeæ quidem motionis impetum aliquem. Vult autem, ut quæ in hac vita, quam in mundo degimus, sunt pulcherrima, illa conjungamus Deo, ex Ægypto videlicet mundo illa rapientes. Tales nimirum fuerint illi, qui humana sapientia et solertia præditi, consentiunt veritati, et falso dictas scientias confutant. « Omnis enim, ut scriptum est, sapientia est a Domino. » Cæterum si respicias spiritum mundi, Græcorum filii facundiam eximiam sortiti sunt. Quapropter Paulus inquit: « Non accepimus spiritum mundi, sed spiritum, qui est ex Deo, ut noverimus, quæ nobis a Deo donata sunt: quæ et loquimur non in doctis sapientiæ humanæ sermonibus, sed in ostensione spiritus [20]. » Idem ostenditur paulo post, cum Hebræi jubentur spoliare Ægyptios.

Et factæ sunt tenebræ. [X, 22.] Nunc aer obfuscatur apud Ægyptios, solque obscuratur ne Ægyptii alma fruantur luce. Cæterum radii solares almaque lux splendent apud Hebræos. At Deus non vim facit cuiquam, ut hic in luce moretur, alter in caligine versetur. Nam quamvis æqualiter omnia suo fulgore et splendore illustraret sol, attamen quidam luce potiti sunt, quidam gratiam divinam non senserunt. Verum Dei judicium inducitur, et sententia pro cujusque fertur merito. Nec tamen quis credat pœnas et cætera mala originem trahere a Deo. Unicuique propter vitæ suæ institutum malum mala contingunt. « Nam, ut inquit Paulus, secundum duritiem et cor pœnitere nescium colligis tibi iram in die iræ, et revelationis et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua [21]. » Instar enim medici, quæ ob quamdam confusionem molesta sunt, exhaurit et in apertum e profundo evocat: quod quidem non citra dolorem fit. Verum hi qui non peccatores erant, nulla feriuntur plaga.

Nos autem nescimus quid simus immolaturi Domino Deo nostro. [X, 26.] Hæc verba proferuntur, ne tyrannus inferret: Accipite igitur, quæ necessaria sunt sacrificiis, reliqua hic maneant. Huic objectioni tacite occurrit caute Moses, dicens: Incerta nobis adhuc est Dei voluntas, nec scimus quales desideret victimas.

A Ἡμεῖς δὲ οὐκ οἴδαμεν τί λατρεύσομεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ἵνα μὴ λέγῃ Φαραώ. Οὐκοῦν τὰ πρὸς θυσίαν ἐπιτήδεια λαβόντες, τὰ λοιπὰ καταλείψατε· ὁ δὲ ἄδηλον ἐπὶ τούτοις τὸ θεῖον νεῦμά φησιν.

Vasa argentea et aurea. [XI, 2.] Spoliant Ægyptios, non ut rerum alienarum cupidi: absit! sed ista ut mercedem longæ et duræ servitutis auferunt. Nec interim satis dignam capiunt mercedem. Quæ enim æqualitas inter libertatem et opes consistere valet? at libertate Hebræos exuerunt Ægyptii, licet essent supplices et peregrini regno Ægyptiaco. Cæterum tali tantoque bono privarunt Hebræos Ægyptii, propter quod non opes solum, sed et vitam in discrimen dant generosi et fortes viri. Adimentes igitur Hebræis libertatem eos fecere servos, quasi bello captos. Duplici igitur nomine præclare rem gessere Hebræi, partim quod caperent mercedem, quæ ipsis tyrannorum sævitia tempore pacis **244** diu non erat persoluta: partim quod illa vasa ceu spolia belli, quod gerebant, asportabant, citra armatam militiam Deo ipsos propugnante et victoriam suppeditante. Belli enim lex victoribus donat quæ victi possederunt. Sed nec dolus in hostem reprobatur, imo solertia quædam creditur. Hæc autem omnia designant immensam Dei clementiam, qui magis in hunc modum, quam cæsis Ægyptiis spolia legi voluit. Præterea divinæ beneficentiæ ascribendum est, si male parta amittimus et dilabuntur. Nec enim dominium earum rerum, quas capiebant Hebræi, Ægyptiorum erat: imprimis dicente Domino: « Meum est argentum, et meum est aurum: idque dabo cui voluero [22]. » Heri illorum erant: nam ipsis concedebantur a Deo; hodie nostra sunt, ut paremus amicos ex Mammona iniquitatis [23]. Hujus autem rei disputationem satis cognovimus, eam supra præoccupantes.

[15] I Joan. II, 13, 14. [15*] I Cor. XVI, 13. [16] Matth. X, 16. [17] Coloss. III, 5. [18] Jac. IV, 7. [19] Eccli. I, 1. [20] I Cor. II, 12, 13. [21] Rom. II, 5, 6. [22] Agg. II, 9. [23] Luc. XVI, 9.

Media nocte ego ingrediar in medium Ægyptii, et morietur omne primogenitum in terra Ægypti. [XI, 4.] Docet primam mali originem seu generationem e medio tollendam. Nec enim aliter Ægyptiacam evitabimus vitam. Hoc idem in Evangelio Christus imperat, dum cædis et adulterii primos surculos, nempe iram et cupiditatem exstirpari vult. Quemadmodum qui caput serpentis contudit, reliquum longum corporis syrma necavit : sic qui primos vitiorum surculos eradicat, etiam cætera quæ inde proveniunt, sustulit. Hoc autem nunquam eveniet, nisi postibus nostris affusus fuerit cruor ejus, qui interfectorem vel occisorem interfecit. Bifariam necantur affectus, scilicet primogenitis pereuntibus, et nostris januis in tutum collocatis ob aspersionem sanguinis. Alicubi motum primum vitiorum, alicubi primum vitiorum significat accessum. In primis nos intentos esse decet, necubi ad nos ingrediatur. Cæterum hoc assequetur nemo, nisi fuerit aspersus sanguine veri agni. Sin autem violenter in nos, cum fuerimus socordes et ignavi, irruperit : primus incursus et impetus fortiter frangendus est : et virtutum primogenita caute asservanda sunt, ne mali contagio corrumpantur. Hoc fiet, si tres animæ partes, in quas ipsa dividitur, conserventur sanguine per fidem in Christum. Significat enim superliminare domibus impositum, rationalem animæ partem, quæ moderatur cupiditatem et iram, et in unum quasi contrahit et colligit nodum. Illas partes ita gubernat, ut ratione, non propria ferantur libidine. Ira ut acuatur ad fortitudinem, cupiditas ut bona nec damnosa expetat : ipsaque anima ab utrisque illis partibus sublimis vehatur. Si vero affectus in homine regit, ratioque deprimitur : si nemo accedat, qui superliminare sanguine tingat, animarum occisori jam maxima patefacta est fenestra. Cæterum hæc omnia vel præcipue ipso historiæ comprobantur contextu. Pharao deliquit, et qui nihil admisere primogeniti plectuntur : et plerumque adhuc in cunis jacentes nec adhuc mali vel peccati capaces infantes. Qua ratione illa cædes juste defendi posset? præsertim vociferante Ezechiele : « Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur. Nec portabit filius iniquitatem patris [24]. » Hæc quæstio non abludit ab illa, quando terræmotu, fame, naufragio infantes peremit. Hæc igitur et illiusmodi committentes divino judicio, et ne videamur movisse nec solvisse hanc quæstionem, et illud addemus. Omne supplicium, quod cum quadam clementia irrogatur, nemo dixerit injustum. Præterea Ægyptii non primogenitos solum Hebræorum leto dederunt, sed omne masculinum perdiderunt. Non igitur parvas, si conferendum exemplum est, luunt pœnas. Mysteria, quæ peragunt Hebræi, Moses exacte novit. At ipsi perfecerunt illa, nec tamen noverunt, quæ illa essent mysteria.

Τὰ προκείμενα ῥητὰ Μωϋσῆς εἶπε τῷ Φαραὼ, δηλονότι πρὶν ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτοῦ μετὰ τὸ ἀπειληθῆναι αὐτόν. Ἅπαξ γὰρ συνθέμενος μηκέτι βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, οὐκ ἂν εἰσῆλθεν. Ἤδη δὲ τοῦτο προειρήκει Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. Κἀκείνην τὴν ἐντολὴν ἐνταῦθα πληροῖ, καὶ μάλιστα ὑπομνησθεὶς παρὰ Θεοῦ εἰπόντος, « Ἔτι μίαν πληγὴν ἐπάξω ἐπὶ Φαραὼ, σημαίνων τὴν τῶν πρωτοτόκων, » ἣν ἐξεδέχετο Μωϋσῆς.

A Cæterum proposita verba elocutus est Moses, ut apparet, ad Pharaonem priusquam digrederetur ab eo, cum ejus audivisset minas. Nam cum semel **245** decrevisset non amplius ipsius conspicari faciem, nequaquam iterum ad ipsum introisset. Jam autem prædixerat Deus Mosi, quid opus facto esset. Proinde mandata, ut jussus erat, brevi conficit. Præsertim cum recordatus esset, Deum dixisse : « Adhuc unam plagam inducam super Pharaonem, » scilicet primogenitorum cædem, quam exspectabat Moses.

Mensis iste vobis sit principium mensium inter menses anni, etc. [XII, 2.] Quia autem festinato ejiciebantur Ægypto, et festinantes faciebant iter, non abs re vestiti more viatorum oviculam ederunt tostam igne ob temporis brevitatem : nec inter manducandum fregerunt ossa scrutantes medullas, quod facere amant otiosi. Nec etiam eadem causa impulsi, exspectarunt, donec tota massa frumentaria fermentaretur.

Ἀπὸ τῆς πράξεως ἐτέθη τῇ ἑορτῇ τοὔνομα. Καλεῖται γὰρ Φασὲ, ὅπερ ἐστὶ *πλατέσι τοῖς βήμασι χρῆσθαι*. Ὃ δή τινες ἐξελλήνισαν, διὰ τὸ Χριστοῦ πάθος οὕτως εἰρῆσθαι νομίσαντες, καὶ *Πάσχα* τὸ *Φασὲ* πεποιήκασι.

B Ob modo commemorata ex re ipsa etiam illi sacro nomen positum est. Nam appellatur Phase, quod est, si vocem explices, *spatiosis uti gressibus*. Cæterum hanc vocem quinam in Græcam linguam vertentes, putaverunt dicendum *Pascha* et non *Phase*, propter passionem Christi.

Καλῶς δὲ τὸ, « Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν. » Ἄλλος γὰρ ἄλλοις, ἢ διὰ τόπους, ἢ διὰ ὕδωρ, ἢ διὰ εἴδωλα. Μᾶλλον δὲ τὸ, *ὑμῖν*, Μωϋσεῖ φησι καὶ τῷ Ἀαρὼν ὁ Θεός. Τοῦτο γὰρ οὐ προσέταξεν εἰπεῖν τῇ συναγωγῇ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἀλλὰ μόνα τὰ περὶ προβάτου. Τῷ γὰρ ἀποταξαμένῳ τῷ κόσμῳ, καὶ γενέσεως

Pulchre vero scribitur. « Mensis ille vobis sit principium mensium, » etc. Aliter enim alii menses auspicantur anni, aut ab locis, fluminibus, fructibus, aut ab idolis. Vel illa vox, vobis, præcipue dicitur Mosi et Aaroni. Non enim imperavit Deus, ut toti Judæorum concilio id narrarent;

[24] Ezech. XVIII, 20.

sed saltem quæ pertinebant ad ritum agni pascha- A ἑτέρας κατάρχοντι, ἑτέρῳ τε γεγονότι παρ' ὃ ἦν,
lis nuntianda] erant Israelitis. Nam illi qui re- ἁρμόσει τὸ, « Ὁ μὴν οὗτος ἀρχὴ μηνῶν. »
pudium mittit mundo, et aliam orditur generationem, id est, regeneratur, congruit illud dictum: « Mensis ille sit initium mensium. »

De his [scribit Paulus : « Vetus homo noster crucifixus est simul cum Christo [25]. » Et iterum : « Si commortui sumus, et convivemus cum eo [26]. » Et de semetipso inquit : « Vivo autem non amplius ego : sed vivit in me Christus [27]. » Oportet enim nos renasci, et tum demum accipiamus benedictiones Dei, quarum non particeps factus est Abram, sed Abraham ; nec Jacob, sed Israel ; nec Simon primus discipulus Servatoris, sed Petrus. Jacobo Joannique apostolica functio demandata est non prius, quam facti fuerunt filii tonitru. Nominum siquidem mutatio, etiam subjecti mutationem designat. His igitur congruit illud dictum : « Initium mensium inter menses anni, » etc. Nec tamen semper ubi initium, ibi et primum videtur. Exempli gratia : Magnum lignorum finge hic positum cumulum, quorum singula habent sua principia et fines, nec tamen singula sunt prima : illud primum censetur, quod primum in ponendo sortitum est locum, cum quo totius cumuli concurrit principium et finis. Ubi enim fuerit primum, ibi perhibetur adesse et initium. Sed non convertitur. Nam non semper ubi principium vel initium, ibidem visitur et primum. Cæterum initium et primum, ambo, inquam, illa convenerunt in Rubene, dicente videlicet Jacobo : « Ruben primogenitus meus, et vis mea, et initium liberorum meorum [28]. » Tum demum autem transitionis occurrit mensis, cum exitur Ægypto : scilicet cum deseruntur tenebræ, et transitur ad lucem : quod quidem sub typo quodam per aquam accidit. Quapropter illa transitio nuncupatur balneum regenerationis, quod quidem alterius generationis indicat initium. Hanc autem veram transitionem demonstravit Christus, qui est verum Pascha, qui non venit ut solvat, sed ut impleat legem. Quod autem ipse sit Pascha spirituale, nec illud externum quod sensu percipitur, satis edocet hisce verbis : Nisi ederitis meam carnem, et biberitis meum sanguinem, non habebitis in vobis vitam [29]; » quæ quidem verba, præter typum mysteriorum quæ sub ipso latent, etiam spiritualem continent speculationem, de qua infra dicemus. Quod vero lex sit umbra et typus, satis liquet ex hoc oraculo : « Vide facias omnia secundum typum et imaginem tabernaculi tibi demonstratum **246** in monte [30]. » Primo accipitur ovis, dein nominatur, deinde mactatur, sic igne tosta editur, nullæ in crastinum reservantur reliquiæ. Azymorum festum tum demum peragitur, ubi Ægyptus est derelicta, et clamatur. « Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [31]. » Et iterum : « Exuens vos principatus et potestates, et triumphans in ligno [32]. » Oportebat ipsos capere die decimo oves, secundum domos et familias, easque alere usque ad decimum quartum mensis diem ; deinde ovis nominanda erat, dicendo : Hæc ovis immolatur pro hoc vel isto, non transcendentibus ipsis nomina decem et octo.

Mactatur decimo quarto die instante vespera, etc. [XII, 6.] Itaque ab eo tempore, quo ovis eligitur usque ad ejus immolationem, decurrunt dies quinque. Et cum nunc etiam moremur in Ægypto, non statim ubi oviculam acceperimus, eamdem cædimus. Qui enim audit de Christo, et ad fidem animum intendit, is Christum accepit. Hunc non immolat et edit prius, quam in semetipso evoluti fuerint dies quinque. Cum enim quinque dotati simus sensibus, circa quos spirituale nascitur bellum recepto peccati centro : nisi a singulis excipiatur Christus, non poterit cædi, et igne tostus manducari. Ubi enim sputo suo miscuerit lutum, nostrosque inunxerit oculos, ut acute cernamus ; ubi aperuerit cordis nostri aures, ut habentes aures audiamus; ubi bonum, qui de ipso prodit, adorati fuerimus odorem, cognito nomen ejus esse unguentum effusum; ubi gustaverimus et cognoverimus, quod Christus sit Dominus; ubi quasi manibus ipsum contrectaverimus, sicuti ait Joannes : « Et manus nostræ contrectarunt de sermone vitæ [33], » etc. His omnibus, inquam, rite peractis, poterimus digne mandere, et Ægyptum deserere. Ovicula autem capiebatur die decimo. Is siquidem numerus perfectus et plenissimus est, ex unitatibus unitas perfecta perfectionem generat. Sacrificabatur die decimo quarto sub vesperam, quando, ut quibusdam videtur, lunæ cyclus plenissimus est. Neque enim nos, si non vera lux nobis perfecte exorta fuerit, et ad unguem animi nostri principalem partem illuminaverit, poterimus veram ovem immolare et edere. Aut fortassis obiter sacrificii tempus in principio anni, et in mense primo definitur. Principium enim omnium, et in principio omnium est Christus secundum æternam ex patre generationem, ab initio ad finem usque sanctificans nos. Et in mense novorum fructuum celebratur festum. Nam « præterierunt vetera, et ecce omnia, ut inquit Paulus, nova facta sunt [34]. » Antiquam enim Pharaonis tyrannidem effugimus, auspice et duce Christo. Nam prisco Pharaoni instar Hebræorum gravissimam servitutem servimus. « Omnis enim, qui peccatum committit, servus peccati est. At servus non manet in domo in æternum. Si igitur filius vos liberavit, revera liberi estis [35]. » Præterea nec vitam habemus, si non ederimus ipsius carnem, et biberimus ejus sanguinem. Cæterum horum omnium typus quidam exstitit

[25] Rom. VI, 6. [26] II Tim. II, 11. [27] Galat. II, 20. [28] Gen. XLIX, 3. [29] Joan. VI, 54. [30] Exod. XXV, 4; Hebr. VIII, 5. [31] Galat. VI, 14. [32] Coloss. II, 15, [33] I Joan. I, 1. [34] II Cor. V, 17. [35] Joan. VIII, 34 36.

terra promissionis, in quam relicta Ægypto iter accelerabant. Quid obstabat, quominus in primo mensis die acciperetur ovicula? quid? necessaria erat superstitiosior illa quinque dierum observatio? Ut rem intelligas, scito unam illorum partem significare infinita sæcula, in quibus erat, est, eritque Deus semper. Altera vero pars indicat vicinum et instans sæculum, quod prioribus successit sæculis. Verum hoc præsens sæculum in quinque distribuitur et dividitur tempora, sicuti perhibet operariorum in evangelica historia similitudo. Quidam mane, quidam hora tertia, quidam sexta, quidam nona et undecima in vineam venerant opus facturi. Mane, in memoriam nobis revocat primum tempus, quo, antequam peccatum exortum fuit, Adamus in **247** paradiso agebat. Tertia hora ostendit ætatem, quæ fuit tempore Noachi. Sexta demonstrat illud tempus, quo Deus ad veram Numinis cognitionem vocavit Abrahamum. Nona repræsentat Mosen et prophetas. Quinta ætas denotatur per undecimam horam. Hoc tempore, quod quidem est contractum, novissimo mercede conduxit Christus gentes; quæ quidem solæ dixerunt : « Nemo conduxit nos [36]. » Arripitur itaque ovicula primo, si reputes quinarium, quinarii die, qui quidem mensis dies decimus est, typum gerens principii, quo auspicamur præsens sæculum. Ovicula autem asservata usque ad quintam et extremam ætatem sub vesperam cædebatur. Non enim nuperum vel recens est Christi mysterium : a jactis fundamentis mundi in præscientia Dei custodiebatur. Mortuus autem est pro nobis in extremis sæculi temporibus, cum homines forent profunda caligine capti, et dolis principum hujus sæculi penitus obfuscati. Dissolvens igitur Christus tenebras et lucem invehens, haud immerito inquit : « Ego sum lux mundi [37]. » Sancti, qui hujus lucis sunt participes, in hoc mundo stellæ et sidera creduntur ut qui valeant suo fulgore illustrare hominum animos tenebris obscuratos.

Sub vespera itaque intellige extremum sæculi tempus, vel tenebras, quibus humanæ mentes fuerunt obtenebratæ. Verumtamen quia plenilunium in decimum quartum incurrit diem, lunaque adulterino et ascititio fulgore orbem illuminat, paulatimque decrescit, magnum exemplum est, Satanæ, qui princeps est noctis et tenebrarum, tyrannidem viguisse in mundo. Luna siquidem statuta est, ut dominetur nocti. Sic Satanas adulterinam lucem, scilicet humanam sapientiam, infudit humanis mentibus. Cæterum ubi verus agnus pro nobis occisus est, qui tollit peccatum mundi : etiam demolitus est sua morte Satanæ tyrannidem. Hoc quidem elucet ex psalmis : « Exorietur in diebus ejus justitia et multitudo pacis, donec ex adverso tollatur luna [38]. » Justificatio enim manat ex fide, et pax divina manifestata est per Christum. Et ex adverso princeps noctis et tenebrarum sublatus est. Nec simpliciter traditur peremptus Satanas : sed cum prius interfecisset hominem, ipse ex adverso quoque e medio sublatus est. Alius interpres inquit, hoc loco ob oculos poni sacram noctem, quæ adversetur præsentis vitæ nocti, in qua primogeniæ fugantur tenebræ, omniaque ad lucem ordinemque et pulchritudinem perveniunt, mundusque in antiquum recidit et revolvitur chaos. Alius interpres probans legem convenire cum Christo, ait : « Erat enim idem mensis, idem dies : nec etiam in hora aberratur. » Nam cum Adamus in introitu primi nimirum deliquisset mensis, oportebat illum, qui propulsat peccatum, etiam in introitu seu vespera mensis, obedire Patri usque in mortem, mortem autem crucis [39]. Et quia circa meridiem, quando homines cibum capiunt et corpora curant, Adamus peccavit, oportebat quoque illum, qui crimen tollebat, sexta hora in crucem agi. Et quia sub vesperam egressus est paradiso Adamus, eodem etiam tempore haud inepte audit latro : « Hodie mecum eris in paradiso [40]. » Quare igitur non cæditur ovicula sexta hora, sed potius vespera instante? Audiamus Scripturam Novi Testamenti, et omnia congruere reperiemus. Nam illi qui Christum cruci affixerunt, id peregerunt hora sexta. At pontifex noster Jesus oviculam, quam assumpsit, vespere immolavit, cum paschale convivium cum suis discipulis agitaret, iisque dispartiret sacra mysteria. Quando vero finis affertur legis, Evangelii stabiliuntur initia. Et qui intra quidem sacerdos, extrinsecus vero ovis erat, semetipsum obtulit. Si initium sacrificii Christi a cœna exordiamur, conservabitur trium dierum et noctium numerus, quibus, secundum typum Jonæ, in terræ visceribus sopitus jacuit : at secundum hanc computationem computabitur et dies, in quem resurrectio incidit.

248 *Accipiant singuli sibi ovem per familias*, etc. [XII, 3.] Christus enim in nobis perfecte domicilium habet participatione Spiritus sancti : nec dividitur, ut docet divinus Apostolus [41]. Cæterum inquit : « Si fuerint pauciores, quam ut sufficiant oviculæ manducandæ, accersantur propinqui et vicini. » Qui enim rudiores et infirmiores fuerint, quam ut capiant mysterium Christi, confirmabuntur in vera agnitione nacti ejusdem regionis consortes auxiliarios. Nam si alios interdum auscultemus, altiora et majora intelligimus, quam nostro marte assequi potuissemus. Sic eunuchus audiens Philippum disserentem de mysterio Christi, plurimum in intelligenda prophetiæ obscuritate adjutus est, cum illum ceu vicinum assumeret [42]. Omnes siquidem propinqui et vicini sumus, si spectes fidei sinceram religionem. « Secundum numerum, inquit, animarum, » etc. Nam cœlestis seu divinus agnus animarum solet esse cibus.

Ovis perfecta, mascula et annua erit vobis, etc. [XII, 5.] Omnes enim in Christo divinæ erant notiones : et secundum incarnationem, quæ uncta et imbuta erat divinitate, idemque erat quod et ungens;

[36] Matth. xx, 7. [37] Joan. viii, 12. [38] Psal. lxxi, 7. [39] Philipp. ii, 8. [40] Luc. xxiii, 43. [41] I Cor. i, 13. [42] Act. viii, 31 seqq.

ipse igitur ceu masculus omnibus ingenerat Dei cognitionis semina ; nosque perficit, secundum propheticum eloquium, voluntariam terram. Et quia Adam, pro quo mactabatur, fuit fortis, etiam ipsum Christum firmum et fortem esse decebat. Nihil enim fluxi et effeminati in Christo cernere erat. *Annuam*, etc., quapropter etiam perfectam et integram. Annus enim significat numerum expletum, sole videlicet absolvente duodecim mensium spatio suum curriculum. Præterea justitiæ Sol est Christus, lucemque tenet immensam, in sese reflectitur, coronaque bonitatis censetur benedicta, et ubique et undique sibi æqualis similisque reperitur. Vitamque suggerit virtutum circulo inter se connexarum amicitiæ et ordinis vinculo. Vel annua erat ovis idcirco, quod quotannis sacrosanctum festum, celebraturi essent illi, qui sibi palmariam ducerent sanctam Christi passionem, et in ea omnem spem salutis sitam haberent.

Ab agnis et hædis, etc. Agnus, ut præscribit lex, victima pura et irreprehensibilis perhibetur. Cæterum hædi semper pro expiandis peccatis impositi sunt aris. Sic et Christus, ut inculpabilem hostiam in odorem bonæ fragrantiæ semetipsum obtulit Deo et Patri : et ut agnus pro peccatis nostris in ara crucis immolatus est. Atqui edunt non similiter, sed diversis modis pro cujusque ingenio et virtute edunt. Nec enim omnes idonei sunt, ut vescantur ove vel quibusdam partibus ovis. Plures vescuntur hædo. Qui sunt perfecti, et repudium miserunt peccato, illi victitant agnis. Quia Christus est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Qui adhuc peccatis sunt subjecti, cibum capiunt de hædis. Et nimirum hoc illud est, quod dicitur Christum saturasse eos qui ipsum comitabantur, non iisdem, sed diversis panibus : quosdam hordeaceis, quosdam ex tritico coctis. Pavit igitur hordeaceis panibus illos, qui ob inconditam et belluinam vitam, nequiverunt capere puriorem et triticeum panem, scilicet Christum. Et quia hujus farinæ plures sunt homines quam pii, septem traduntur fuisse panes hordeacei. Hic enim numerus perfectus et plenus habetur. Significantur itaque illi, qui plurimi sunt, qui sedent manibus pressis, nec operantur dum dies est. At panes triticeos fuisse quinque in litterarum monumenta relatum est. Non enim fame premuntur, qui meliorem naturæ sectantur instinctum, secundum numerum sensuum. Sed hos semper pastos et satiatos habent pane rationali, sicuti scriptum est : « Non esurient, neque sitient, neque nutabunt oculi eorum [43]. » Vult autem illam oviculam esse inculpabilem et sinceram, scilicet ut fugaret et deleret peccati culpam et fœditatem. Licet Christus peccata nostra in se transmoverit, et morbos nostros ipse portaverit, non tamen passus est, ut sua passione sibi, qui peccato carebat, mederetur. **249** « Tentatus enim est per omnia secundum nostri similitudinem, verum absque peccato [44]. » Lex enim, quæ sequebatur lucem in tenebras splendentem, eam non apprehendit. Nam lex homines constituit pontifices habentes infirmitatem. Porro sermo jurisjurandi, qui supra legem fuit, Filium constituit in æternum consummatum.

Et mactabunt ipsam universa multitudo congregationis, etc. [XII, 6.] Quia citra sanguinis fusionem nec majoribus nec posteris salus obvenire poterat.

A Ὁρᾷς, ὅτι ἄνευ αἵματος οὐχ οἷόν τε ἦν γενέσθαι σωτηρίαν, οὔτε τοῖς πρώτοις, οὔτε τοῖς ἐσχάτοις (75).

Post cædem oviculæ imperavit, ut inungerentur cruore postes et superliminare. Sed quare ? ut pretioso sanguine munientes nostram terrenam habitationem, mortem, quæ sequitur prævaricationem legis, per Christum vitam corporis nostri propulsemus : et in hoc cruore subinde hostem nostrum persequamur. Quemadmodum imperatoriæ statuæ, quamvis sint inanimatæ, eos, qui ad ipsas confugiunt, servare solent, sic sanguis agni, quamvis sensu et anima careat, aspersus superliminari, Hebræorum salutem tutatus est, exsistens typus sanguinis Christi.

Καθάπερ οἱ ἀνδριάντες οἱ βασιλικοὶ, εἰ καὶ ἄψυχοι, ἀλλ' ὅμως τοὺς καταφεύγοντας ἐμψύχους καὶ αἴσθησιν ἔχοντας ἀνθρώπους σώζουσιν, οὐχ ἐπειδὴ εἰκόνες εἰσὶν, ἀλλ' ὅτι τοῦ βασιλέως· οὕτω δὴ καὶ τὸ αἷμα τοῦ ἀμνοῦ ἀνθρώπους ἔσωσεν (76), ἀλλ' ὅτι τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ τύπος ἦν.

Cæterum nos fingamus, corporis nostri fores esse sensus. Per hos conflatur nobis affectuum concertatio et animæ interitus. De his in hunc modum vaticinatur Joel : « Fures quidam ingredientur per januas vestras [45]. » Non enim erant oblitæ cruore Christi. Duo postes et superliminare designant, ut dictum est, tres animæ partes. Cæterum, inquit quidam, anima præcipuas vires a sanguine accipit. Non enim quantitas, sed virtus gratiæ beat eum, qui fidei se subjicit. Præterea Christi supplicium denotatur sanguine. Verum vide quomodo sanctitatem consequantur ipsi populi sacrificantes, qui sunt revera sacerdotium sanctum et genus electum, et populus in acquisitionem [46].

Et edent carnes ea nocte tostas igne. [XII, 8.] Vult suum corpus nobis cedere in alimenta. Quapropter effluere patitur sanguinem, cujus aspersione in fugam vertitur persecutor et hostis. Nam postquam uncti fuerimus, seu imbuti ejus sanguine, id est, ubi crediderimus in Christum, tunc procedimus ad esum carnium ejus : « Edetis autem eas illa nocte, » scilicet in præsenti hoc sæculo, secundum eum, qui inquit : « Nox præcessit, at dies appropinquavit [47]. » Dies enim significat futurum sæculum, quod

[43] Isa. XLIX, 10. [44] Hebr. IV, 15. [45] Joel II, 9. [46] I Petr. II, 9. [47] Rom. XIII, 12.

NOTÆ.

(75) Τοῖς ὑστέροις. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ. Ταῦτα δὲ ἄλλως πως συντεταγμένα ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. κεῖται.

(76) Ἴσ. οὐχ ὅτι αἷμα, ἀλλ' ὅτι τοῦ αἵματος, κ. τ. λ.

suo lumine instar solis Christus illuminat. Dum igitur in hoc mundo hæremus, per sacram ejus carnem et sanguinem Christo crassius fruimur. Cæterum vim et virtutem ejus experiemur et sentiemus eo, quo diximus, die. Legitur enim : « Tecum est imperium in die potentiæ tuæ. » Tunc igitur excellentius et vere ipsius participes erimus. Verum participatio, qua Christum in præsentiarum participamus, continet passionis ejus confessionem, sicuti memoriæ proditum est : « Quotiescunque enim ederitis panem hunc, et biberitis poculum hoc, meam mortem annuntiate [48]. » Ubi vero olim advenerit in gloria Patris, non amplius confessionem passionis ejus exprimemus : sed cognoscemus Deum pure et de facie, ut Paulus satis locuples testis est [49]; et ipsum, ut Dominum, honorabimus et decantabimus. Cum enim, ut testatur Paulus [50], semel fuerit mortuus, non amplius moritur. Nec ei amplius mors dominabitur. Quapropter idem ait : « Etsi secundum carnem cognovimus Christum, at non amplius cognoscimus secundum carnem Christum [51]. » Tunc enim non solum, quatenus homo est, ipsum perspiciemus, sed in plenam ipsius divinitatis notitiam perveniemus.) Jubet vero igne tostas carnes comedere, ut vel hinc colligatur, eos, qui velint accedere ad epulum Christi, oportere esse fervidos fide et charitate. Sic et Paulus imperat [52], ut ferveant spiritu. Necesse enim est ut ratio nostra sit attenta et nihil teneat fluxi : ut sit solida et firma, et igne, qui omnia emundat, probata et examinata, et ab omnibus terrenis segregata et defæcata. Præsto quoque sint sacri carbones, qui mentem nostram incendant, et repurgent : descendentes ab eo, qui venit ut mittat ignem, qui absumat vitia, et illam inflammationem **250** maturet. Elias ignis interventu translatus est. Et sermones Christi, ut lampas, ardebant. Etiam « Deus noster est ignis consumens [53]. » Facit enim nos ut ferrum candescens.

Et panes infermentatos cum lactucis edent, etc. [XII, 8.] Nam qui semel in Christianorum album sunt transcripti, alunt, ut ipsorum officium postulat, purissimis cupiditatibus vitam, assuefacientes sese sinceræ et integræ politiæ. Nec interim deprecantur tentationum amarulentiam juxta vulgatum hoc Scripturæ oraculum : « Fili, si accedis ut servias Domino, para animum tuum ad tentationem [54]. » Vel lactucarum, quæ amaræ sunt, mentio fit propter vitam Christianam, quæ superat mundi illecebras : et quia acclivis est, videtur difficilis illis, qui in religione sunt novitii. Si enim Christus est novum jugum ejusque onus leve narratur, tamen id sic dicitur propter spem immortalitatis et remunerationem uberrimam, quæ multis parasangis excedet sæculi hujus ærumnas et calamitates. Cæterum, si rem recto pede metiri voluerimus, Evangelium difficilius et laboriosius est lege. Lex enim opera, quæ sunt fines vitiorum, prohibet. At Evangelium inhibet etiam caussas vitiorum ceu ipsa opera. Item lactucæ folia indicabant servitutem gravem, quam sub Ægyptiis perpessi sunt. At in Novo Testamento, bilis denotat amarulentiam. Abstinendum est a fermento veteri et acetosa malitia. Non enim hic vitandum esse monemur externum fermentum, ex quo panis paratur, et vita sustinetur. Cavetur illo edicto, ne inquinemur Ægyptiacis vitiis, et ne inficiamur reliquiis Pharisaicæ et impiæ doctrinæ.

Non edetis ex ipso crudum, nec in aqua decoctum, etc. [XII, 9.] Qui crudis vescitur carnibus, non subministrat membris inde aliquod alimentum. Imo dentes ipsi respuunt hujuscemodi alimentum. Crudis vero victitant, qui non diligenti et exacta inquisitione extenuant Christi sermonem, incendentes et probantes eum secundum divinum Davidem, dicentem : « Et in meditatione mea incendetur ignis [55]. » Simul quoque prohibetur fluxior de Christo præsumptio, quam tenent illi, qui ipsum non Deum, sed nudum credunt hominem. Eloquia autem Dei, eloquia sunt sancta et ignita. Nam omnes ejus sermones, qui de Divinitate ejus habentur, sunt fervidi, secundum illud dictum : « Ignitum est eloquium tuum valde, et servus tuus dilexit illud [56]. » Si Christus ovis est, quæ inter divina oracula creduntur carnes, nisi Scripturæ sacræ ? Has devorant crudas, qui litteræ inhærent, indeque mortem nec vitam lucrantur. Nam instar ferarum, nec hominum ritu, illas deglutiunt crudas. Siquidem littera occidit, at spiritus vivificat. Si igitur spiritus a Deo donatur, et Deus est ignis consumens, eleganter dicit Paulus [58], ut simus spiritu ferventes. Non igitur inepte egerimus si acceperimus Spiritum sanctum, cujus ope conversemur Christi carnibus, id est, sacris Scripturis. Has deinde torreamus flammis Spiritus sancti, et eas manducemus postea, quemadmodum divina lex imperat. Nam Spiritus sancti auxilio mutabuntur in aliam, quæ ibi traduntur, formam. Scripturæque suave alimentum cernemus et sentiemus si non eas coxerimus affusa aqua deteriore. Illa enim aqua præstantior est, quam Christus pollicetur se daturum mulieri Samaritanæ.

Caput cum pedibus et intestinis, etc. Deus vult totam totius mysterii, quod de Christo habetur, notitiam inhærere fidelium mentibus. Nam illud imprimis nos scire oportet, quod erat in principio Deus existens Sermo in Patre, et cum Patre. Hoc enim veluti caput et principium mysterii creditur. Alterum fundamentum est, cui nos inniti oportet, scilicet quod Deus existens, sit venturus judicatum vivos et mortuos, et finem impositurus omnibus, quæ nobiscum in hoc sæculo egit. Et hoc per pedes innuitur. Verum possunt in hunc modum accipi et illius incarnati sermones. Nam quidam caput, alii manus, alii porro pectus capiunt ; item alii edunt ejus intestina. Sunt qui nanciscuntur femora ejus. Sunt qui adipiscuntur pedes, quibus paucæ adhærent carnes. At singuli pro Spiritus sancti dotibus inde participant. Similiter si vis etiam **251** capitis recensere partes, quidam aures sortiuntur, scilicet ut habeant aures, quas præbeant divinis oraculis. Quidam degustant oculos, quibus freti acute cernant, ne

[48] I Cor. XI, 26. [49] I Cor. XIII, 12. [50] Rom. VI, 9. [51] II Cor. V, 16. [52] Rom. XII, 11. [53] Hebr. XII 29. [54] Eccli. II, 1. [55] Psal. XXXVIII, 4. [56] Psal. CXVIII, 140. [57] II Cor. III, 6. [58] Rom. XII, 15.

offendant et impingant. Quidam accipiunt manus, ut strenue operentur, nec habeant manus remissas, et ad dandum contractas. Præterea ut capessant disciplinam et corrigantur, ne irascente tandem Domino, graves luant commissorum pœnas. Quidam recumbentes in pectus ejus, quasi hujus esu illuminati cognoscant proditores Christi. Qui autem se pascunt ejus intestinis, hi, inquam, cum sint laboriosi, videbunt et pervestigabunt profunditates Dei. Nam intestina habent spiras et volumina varia, et vitam ministrant universo corpori. Talis est et ille, qui sacrosanctis Christi mysteriis fuerit initiatus, sive occultum sive apertum incarnationis sermonem, sive caput, scilicet Divinitatem ejus accipiamus. Qui participes sunt femorum, carnem puram et mundam ab omni conservant et tutantur labe, sequentes, quocunque iter instituerit, ducem Christum. Qui adhibiti sunt epulo pedum Christi, non sunt amplius tardi et ignavi cunctatores, imo festinanter currunt ad palmam supernæ vocationis Christi. Nihil obstat, ut per caput, fides; et per pedes, opera, sine quibus fides mortua est, intelligantur. Cæterum mirabilis et varius est illorum, qui Pascha celebrant, esus. At omnes consentiunt et ad unum conveniunt finem, scilicet qui caput, quique pedes in ventrem demittit. Siquidem non potest caput dicere pedibus, Non opus habeo vobis. Plurima quidem sunt membra quæ eduntur, unum vero est corpus Christi. Proinde summa ope nobis adnitendum est, ut servemus membrorum harmoniam seu proportionem integram, ne culpemur tandem ut divulsores membrorum Christi.

Non relinquetis de ea usque in mane, etc. [XII, 10]. Non enim vel bonum vel utile est differre mysterii cognitionem, et procrastinare. Qui semel illud degustaverit, perfectam et solidam possideat cognitionem. Ne videlicet usque consistas in catechumenorum classe, et rejicias usque in extremum ætatis tempus illuminationem veram, quæ proficiscitur ex baptismo per illuminationem spiritus. Non enim, ubi præterierit hæc nox, est quædam residua peccati emundatio. Quemadmodum expedit nobis, ne solis occasus opprimat iratos (non enim tutum est, ut Sol justitiæ occidat nobis iratis, sive iram adhuc foventibus), sic non fas est, ut patiamur aliquid superesse in crastinum de illa ovicula. Nam nox præcessit, videlicet præsens hoc sæculum; at dies appropinquavit, in quam ne differamus esum carnis Christi : id est, donec verus nobis exoriatur sol. Nam cum venerit id quod perfectum est, irritabitur id quod ex parte, vel particulare est [59]. » Verumtamen paucos reperias, quibus sint sensus satis exercitati, ut possint discernere bonum a malo, et solidum ori admovere cibum, quique nihil de carnibus relinquant usque in crastinum.

Os non comminuetis in ea, etc. Nostri dentes nunquam commolere possunt ossa, scilicet humana mens nunquam in hoc sæculo perfecte assequetur candidum, ut ita dicam, et occultum Divinitatis Christi sermonem. Licet exacte noverimus Christum esse Deum ex Deo genitum, attamen generationis modum enarrare non valemus. Sic enim exclamat propheta : « Generationem ejus quis enarrabit [60] ? » Ossa autem, quantum in ipsis est, comminuunt hæretici, qui bona et recta depravant et distorquent. Quidquid igitur osseum fuerit et a nobis mandi nequit, id est, cujus certam causam invenire et assignare non possumus, non abjiciendum nec arrodendum est, ne scilicet sancta objiciantur canibus, id est, illis, qui lividis dentibus confringunt et revellunt arcana sermonis mysteria. Ne igitur quæratur substantia Dei, aut quid præcesserit hanc universi creationem, aut quid sit extra hanc mundi visibilem machinam : et cætera hujus generis. Hæc omnia concedamus inquirenda igni divino, nempe spiritui, qui profunditates etiam Dei scrutatur. Nam, ut præcipit Sapientia : « Cave fortiora te, vel quæ superant ingenii tui viriculas, exquiras [61]. » Hæc tradita sunt spiritui rimanda **252** et servanda. Non perdenda et corrumpenda sunt danda aquæ : neque disseminanda et dispergenda, ut caput vituli sua sponte tumultuaria opera enati Israelitis, contusum et in aquas diffusum est. Potest quis per ignem intelligere illum splendorem qui aderit piis in futuro sæculo sempiterno, quando facie ad faciem aspiciemus nostrum regem, e medio sublata illa notitia, quæ quasi in ænigmate consistit. Sunt qui putant litteralem Scripturæ sensum per ossa ostendi : carnes vero significare spiritualem Scripturæ sensum, quem si sequimur, ceu in ænigmate et in speculo cernimus quæ futura sunt. Sanguis repræsentat fidem evangelicam, quam docet Testamentum Novum, sicuti monet Paulus, inquiens : « Sanguis testamenti, id est, fides [62]. » Hoc sanguine, id est, fide aspersi, occisorem evitabimus. Proinde quidam arbitrantur, sub ossibus et sanguine comprehendi Scripturam sacram. Cæterum manifestum est ex historia evangelica, nec in Christo, qui fuit verus agnus, ossa fuisse confracta. Hic quæstio moveri potest, quare milites non corruperint membra Christi. Si integra permanserunt propterea, quod eum mortuum conspicabantur, quare unus e numero militum aperuit lancea ejus latus, et profluxit sanguis et aqua? Ecquid sentis divina Providentia factum esse, ne milites impias manus ossibus inferrent, eaque violarent?

Lumbi vestri sint cincti, etc. [XII, 11.] Præsentem locum interpretantur alii Scripturæ loci. Nam Apostolus inquit : « In lumbo Abrahami benedicti a Melchisedecho, etiam Levi, qui decimas accipit, decimatus est : quia adhuc detinebatur in lumbis paternis [63]. » Similiter de diabolo legitur in libro Job : « Vis ejus in lumbis et ventris umbilico [64]. » Hac enim virtute facile vincit appetitum et cupidinem, ut sibi subjiciantur. Cæterum elegantius et convenientius lumbus de viro, et umbilicus de muliere præ-

[59] I Cor. XIII, 10. [60] Isa. LIII, 8. [61] Eccli. III, 22. [62] Rom. III, 25. [63] Hebr. VII, 5, 9, 10 [64] Job XL, 11.

dicantur. Quando igitur convenimus celebraturi sacrosancta illa Christi mysteria, decet nos sejungi a venereo concubitu. Nam cinctura satis id declarat, quæ significat mortem ejus affectus. Hunc affectum non secutus est Joannes veritatis præco, et præcursor Christi. Quod vero ipsum necaverit satis edocet cingulum coriaceum, quo astringebantur ejus lumbi. Si quis in hunc modum cingatur, is profecto nihil de carnibus residuum faciet usque in crastinum. Quod ad lumbos brutorum attinet, nihil traditum reperimus. Illis pro arbitrio uti possunt. Nam carent ratione, qua lumbos moderari valerent. Cæterum bruta se continent etiam in voluptatibus intra naturæ præscriptos limites. Cingulum te vinciat, temperantiaque gubernet cupiditatem tuam, ut purus vescaris agno paschali, mortificans membra quæ sunt super terra. Meminit Scriptura et alterius cincturæ, scilicet cinguli militaris et virilis. Secundum hoc quidam dicuntur expediti, quidam uno cingulo accincti. Uno cingulo constringendus Job audit dicentem Deum : « Cinge ut vir lumbos tuos, et da responsum virile [65]. » Hoc cingulo se vinctum testatur divinus David, dum celebrat laudibus potentiam Dei, qua accinctus sit Similiter et Deum ita cinctum inducit potentia et robore, ut perdat impios. Nisi forte quis putet hoc loco a Davide tradi superfluam ejus potentiam et quasi contractam, secundum quem dicendi modum Deus dicitur amicire lucem ceu vestimentum. Nam infinitam suam potentiam quis sustinebit? et lucem ejus perfectam et veram quis feret? Cæterum quid significat Paulo : « State succincti lumbos vestros veritate [66]? » Scilicet ut intellectiva vis animi cupiditatem ita devinciat amore rerum cœlestium, ut non patiatur cupiditatem alia præter cœlestia amplecti. Quod in prophetis scribitur : « Et erunt lumbi ejus succincti justitia [67], » etc., hunc sensum habet : « Erit terribilis et fortis ad defensandam justitiam. Talem quoque vult esse eum, qui accedit ad agni paschalis epulum : nec non expetit ut is vinciat cingulo tunicam, ne fluida impediat pedes iter facientis. Hac autem cinctura admonemur, ut in præsenti sæculo luxuriam, qua diffluimus, coerceamus. Hanc vero facile inhibet temperantiæ studiosus animus, qui
253 cinguli loco erit iter ingredienti. « Et calceamenta sunt in pedibus vestris, » etc. Quam pulchri facti sunt gressus tui in calceamentis? Si verum secutus esset ordinem rerum auctor, commodius dixisset : « Et pedes sunt in calceamentis. » Nunc vero, quasi præpostero ordine, inquit : « Calceamenta sunt in pedibus, » quibus verbis declarat calceamenta præstantiora esse pedibus. Indicant quoque hæc verba incunctanter eundum esse, quocunque nos vocaverit Deus. Hunc locum sic intellexit Paulus cum diceret : Calceati pedes ut sitis parati ad Evangelium pacis [68]. » Cæterum calceos detrahat sicuti Moses, qui ingressurus est in terram sanctam, in qua Dei sunt vestigia. Quare autem exuuntur calcei? ne quid mortiferi secum in eam regionem importet. Præterea si quis discipulus mittitur ad prædicandum Evangelium ritu philosophorum tenuiter, hunc oportet non solum carere baculo et pecunia, verum unica tunica contentum etiam nudis obambulare pedibus, ut appareant speciosi pedes annuntiantium pacem [69]. Qui vero fugit Ægyptum, ejus pedes vestiantur calceis securitatis gratia, ne spinis vitæ, nempe peccatis, violentur pedes nudi. Sed pro munimento habeant calceos. Cæterum temperantiæ et fortitudini confinis vita hebetare novit illas spinas, easque prohibet ne obscura sua parumque conspicua cuspide invehant in corpus peccatum. Ad hæc propter serpentes et scorpiones, quorum Ægyptus feracissima est, pedes calceis munire jubentur, ne ab his utpote calci insidiantibus, quid mali perpetiantur. Hos jubemur proculcare et obterere. Locus iste quoque ostendit manifesto resurrectionem carnis, quæ comitatur nos egredientes Ægypto. Nam mortificare nos oportet membra quæ sunt super terra. Cæterum observa Veteris Novique Testamenti consonantiam concordem. Nam quod Mosi volenti populum educere Ægypto, præcipitur , idem jubentur apostoli, qui missi erant, ut abducerent gentilem populum ex invisibili Ægypto.

Et baculi sint in manibus vestris, etc. Baculus qui manibus gestatur, etiam telum est, quo quis se tutatur ab incursu noxiarum bestiarum. Est autem typus spei, quæ obdurans in periculis parit patientiam. Proinde inquiunt prophetæ : Sperate in Domino, et vicissim fulciemini in Deo. Hic ille baculus est, quo cæcutientem sustinemus animum : et instar senum latrantes abigimus canes. Baculorum sive virgarum alia nos sustinet et fulcit : alia nos pascit, scilicet doctrina ratione præditas convertens et in viam reducens oves. Hoc loco jubetur illa capi, qua in profectione sustentemur, ne scilicet audientes sanguinis et passionis Dominicæ mentionem, claudicemus. Edamus autem corpus et bibamus sanguinem nihil etiam dubitantes quod sint vita et vivificent. Præterea virga symbolum est disciplinæ et doctrinæ. Nam « Qui parce utitur virga , odit filium suum ; qui vero amat filium, diligenter eum erudit, » ut habet adagium. [70].

Et edite illam cum festinatione : Pascha est Domino, etc. Qui enim Christianæ religionis particeps factus est, eum nec socordem nec indiligentem in bonis operibus conspici oportet. Nam dictio illa, *cum festinatione*, hoc ipsum significat : vel demonstratur aliquando fore ut ea, quæ in lege delineata sint, magna celeritate sint ventura, et suum eventum sortitura. Verumtamen præcedens causa, quam modo dedimus, magis convenit textu i. Subditur enim : « Quia pascha est Domino. » Transimus enim ex mundana ista vita in civitatem Dei. Opus habemus studio et celeritate ad eam rem, ne patiamur, quod Loto

[65] Job XL, 2. [66] Ephes. VI, 14. [67] Isa. XI, 5. [68] Ephes. VI, 15. [69] Rom. X, 15. [70] Prov. XIII, 23. 24.

interdictum erat. Scilicet ne circumspiciamus, neque consistamus in universa regione finitima. In montem contendamus, et ibi consequamur salutem, ne nos trahat Sodomiticus et alienus ignis, ne in salis statuam concrescamus dum ad deteriora deflectimus, quæ omnia præstat cunctatio.

254 *Et videbo sanguinem, et tegam vos*, etc. [XII, 13.] A Ut cognoscamus, quæ ibi geruntur, esse mysterium, subjungit causam non admodum congruentem. Num non potuisset discernere quis Hebræus et quis Ægyptius foret, etiam absente cruore? Aderat circumcisionis signum, quo agnoscebatur Hebræus. Cæterum hic locus similis est illi, qui habetur in Ezechiele in hunc modum : « In quo fuerit hoc signum, illum non occideritis [71]. » Ut vere dicere possimus : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine [72]. »

Καὶ ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς. Ἵνα γνῶμεν, ὡς μυστήριον τὸ τελούμενον, αἰτίαν λέγει μὴ ἐπιβάλλουσαν. Ἆρα γὰρ εἰ μὴ τὸ αἷμα ἔβλεπεν, οὐκ ἐγίνωσκεν Ἰουδαίου καὶ Αἰγυπτίου διάκρισιν; Καὶ μὴν παρῆν ἡ περιτομὴ, τὸ σημεῖον διακρίνουσα. Τοῦτο σύμφωνον τῷ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ· « Ἐφ' οὗ δὲ τὸ σημεῖόν ἐστι, μὴ ἀποκτείνητε. » Ἵνα εἴπωμεν, « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. »

Nos quidem quoque in hunc modum salutem invenimus. Ægyptus lamentatur primogenita suæ rationis et operationis. Verum Scriptura Ægypti primogenita assolet vocare semen Chaldæorum, et infante Babylonios petræ illisos et confractos.

Septem diebus edetis panes infermentatos, etc. [XII, 15.] Hic numerus inter omnes vel maxime mysteriis affinis est, et quadrat creationi hujus universi. Sanctus nominetur primus et septimus dies ait. Nam primum tempus, quo conditus est Adamus in initio creationis, et nondum transgressus erat legem Dei, vescebaturque paradisi alimentis, illud, inquam, tempus sanctum erat. Similiter sanctum est et illud tempus, quo in extremis diebus justificabuntur, qui se jungunt fidei in Christum, qui nos in integrum restituit. Quapropter vere nobis in his, quasi sub typo commonstratum est Salvatoris nostri mysterium. Hinc non abs re affatur Christus Judæos dicens : « Si credidissetis Mosi, crederetis utique et mihi. Nam de me ille scripsit [73]. »

Vocavit Moses universum senatum Israeliticum, B etc. (XII, 21.) Quis sit ritus oviculæ paschalis primo aperuit Mosi et Aaroni Dominus. Deinde eumdem explanavit Moses pro spiritus dote non omnibus, sed saltem senatui, pleraque similiter tradens, nisi quod fasciculum hyssopi parandum monet ut universæ sordes abjiciantur. Hoc sanguine conspurcato jubet inungi superliminare et duos postes. Verum postes significant iram et cupiditatem, superliminare portendit rationem. Monet præterea illos, qui celebrant paschale convivium, ne capita proferant foribus. Si quis hic quærat sensum allegoricum, meminerit fores sive januam esse Christum. Ipse enim inquit : « Ego sum ostium. » [74] Domus est Ecclesia. Ab his nemo, qui salutis compos fieri cupit, separetur, non solum quoad locum, sed etiam sapiendo et faciendo quæ in Ecclesia imperantur. Potest hic locus aliter exponi secundum proportionem eorum, quæ de Synagoga prædicantur. Ut enim contrahenda est anima, nec ei permittendum ut evagetur ad externa negotia : sic nemo egrediatur ex semetipso. Nam foras exit omnis qui agitatur affectibus : cum debeat mentem colligere, et rationem intra mentis ædiculam usque ad matutinum tempus continere.

Ἐκάλεσε δὲ Μωϋσῆς πᾶσαν γερουσίαν υἱῶν Ἰσραήλ. Τὸν μὲν πρῶτον περὶ τοῦ Πάσχα νόμον ὁ Κύριος ἐχρημάτισε πρὸς Μωϋσῆν τε καὶ Ἀαρών· τὸν δὲ δεύτερον Μωϋσῆς ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὐ πᾶσι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, τῇ δὲ γερουσίᾳ μόνον ἐντέλλεται.

Et transibit Dominus ut percutiat Ægyptios, etc. [XII, 23.] Animadvertens tres animi nostri partes egregie instructas ad fidem stabilem, et omnem præclusum esse aditum occisori quærenti intrare, ingreditur (ut sic dicam) in cor Judæ, ut prodat Salvatorem.

Videtur præterea hyssopi fasciculus significare C spongiam, quam humectatam aceto et hyssopo obtulerunt Christo in cruce sitienti.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὸ καθ' ἱστορίαν σημαίνειν τὸν ὕσσωπον, ᾧ περιθέντες σπόγγον ὄξους διψῶντι τῷ Σωτῆρι προσήνεγκαν.

Accepit autem populus conspersam farinam priusquam fermentaretur, etc. (XII, 34.) Mittuntur Hebræi Ægypto intempesta nocte liberati servitute aspera et tenebris. Nam in tenebris nec in divina luce peccati servitus consistere avet. Quapropter conjuncti Domino nullas portabant vitiorum reliquias. Nec juvabantur commeatu profano et alieno. Carebant fermento, expetebant panem divinum. Hæc sane celebritas omnium celebritatum erat mundissima.

Vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, etc. [XII, 38.] Hi erant nati partim ex **255** Ægyptiis matribus et Hebræos paterno genere contingebant. Partim sectabantur Hebræos alii moti gentis pietate. Quidam multitudine plagarum correcti deserebant Ægyptum et jungebantur Hebræis.

[71] Ezech. IX, 4. [72] Psal. IV, 7. [73] Joan. V, 46. [74] Joan. X, 7.

Hic est ritus Paschæ: omnis alienigena non edet ex ea, etc. [XII, 43.] Tertia hæc lex est, quæ de Paschæ celebritate a Domino fertur. Cæterum hanc tum demum promulgavit, cum exivissent Ægypto. Nam si eam posuisset, cum adhuc forent in Ægypto, non tanta alienigenarum turba comitata esset abeuntes Hebræos. Magna igitur benignitate, cum omnes eripuisset Ægypto, præsentem legem proposuit. Quantisper enim in Ægypto moramur, quicunque volet, accedat, et Paschæ festum frequentet. Ubi Ægyptum dereliqueris, lex non amplius admittit alienigenam. Domi nati sive vernæ sunt communes animi conceptus mentibus nostris impressi. Argento empti, sunt sermones, qui nobis ingenerantur ex diligenti litterarum et disciplinarum studio. Communes igitur animi conceptus, nec non sermones, quos diligenti comparaverimus studio, repurgari convenit si velint adhiberi convivæ agno paschali. Qui enim a vera religione alienum imbiberit dogma, profanat festum Domini. Servit igitur Hebræo, id est, liberæ animæ, aut Hebræus nondum talis, aut pecunia emptus. Qui habitat cum filiis Israel, edit pascha. At advena seu peregrinus non admovetur illi convivio.

Πάροικός ἐστιν Ἐκκλησίας, ὅστις πρὸς ἡμέρας συνάγεται, μετὰ ταύτας καὶ μετὰ θείαν ἀκοήν τε καὶ μύησιν ἀποστάτης γενόμενος· ὃς οὐκ ἔδεται ἀπὸ τοῦ προβάτου. Μισθωτὸς δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος, οὗ μὴ τὰ πρόβατα ἴδια, καὶ διὰ τοῦτο τῷ λύκῳ παραχωρῶν. Φιλεῖ γὰρ οὐχ ὅλῃ ταῦτα ψυχῇ· ἀλλὰ διὰ τοὺς μισθοὺς τοὺς ἔξωθεν δοκεῖ περιέπειν τὰ πρόβατα. Οὕτω καὶ ὁ μισθωτὸς ὁ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ὁ τῇ εὐσεβείᾳ προφάσει μισθὸν (78) προσερχόμενος, πορισμὸν δοκῶν τὴν εὐσέβειαν, καὶ πλουτεῖν ἐντεῦθεν οἰόμενος. Τοιοῦτοι καὶ οἱ διὰ δόξαν ἀνθρώπων μετιόντες τὰς ἀρετάς. Ὁ γὰρ τέλειος, ὡς ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος, αὐτὰς δι' ἑαυτὰς ἐπιτηδεύει τὰς ἀρετάς, ἀγάπῃ τούτων καὶ πόθῳ, κατὰ τὸ, « Ἀγαπήσατε δικαιοσύνην, οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. » Τὸ γὰρ διά τι γιγνόμενον, ἔλαττόν ἐστιν ἐκείνου δι' ὃ γίγνεται. Ὡς προτιμᾶσθαι τῆς ἀρετῆς τὸν μισθόν. Διόπερ ὁ τοιοῦτος οὐκ ἐσθίει τὸ Πάσχα τοῦ Χριστοῦ, τῆς δικαιοσύνης ἄλλο τι προτιμῶν.

Advena est Ecclesiæ, quicunque congregatur cum piis in templo. Verum audito verbo Domini, et consecratione peracta, in apostatarum numerum deflectit. Et hic non degustabit agnum paschalem. Mercenarius nihil differt ab isto. Nam oves, quia non ejus sunt, derelinquit, et patitur lupum in eas grassari. Non enim toto pectore amat oves, sed eas sequitur ductus et captus dulcedine lucri, ob quod eas curat. In hunc modum mercenarius sub prætextu religionis obrepit Israelitis, religionemque arbitratur quæstum, et inde divitias quærendas opinatur. Ad hanc classem pertinent hypocritæ, qui non virtutis amore, sed vanæ gloriolæ cupidine virtuti adhærescunt. Nam qui perfectus fuerit ut Pater cœlestis, eas per se exosculabitur summo desiderio et ardore, sicuti scriptum est: « Diligite justitiam qui judicatis terram [75]. » Quod enim per quid fit, minus est eo propter quod fit. Itaque præferunt virtuti mercedem. Hinc talis non vescitur agno paschali, dum justitiam cæteris rebus postponit.

In domo una edetur, etc. [XII, 46.] Necesse interdum est propter gulosos helluones volentes audire hæreticorum sermones, et illos nobiscum in unum locum colligi, sed quasi in altera domo. Verum si nihil hic agitur, nisi quod ovicula et carnes sumuntur, permagni referre arbitraris si in duabus edatur domibus? Domum itaque carnium intelligit Ecclesiam, extra quam non proferendi sunt ecclesiastici sermones, ne scilicet margaritæ objiciantur porcis, et sancta dentur canibus. Diligenter retinenda est sermonis et doctrinæ concors consonantia, nec hanc nos oportet destruere ut illi qui ossa comminuunt.

Circumcides ejus omne masculinum, etc. [XII, 48.] Omnem propaginem sive sobolem, quæ relictis terrenis, in sublime fertur et cœlestia speculatur. Cæterum terrena et quidquid terrenum est sub femineo continetur et comprehenditur nomine. Verum mascula soboles circumcidenda et repurganda est, ut digne possit accumbere ad mensam, in qua apponuntur carnes paschales. Hoc loco ab indigena nihil differt proselytus. Non enim generis nobilitatem, sed mentis generosum institutum approbat Deus.

Omnis qui non fuerit circumcisus, non edet ex ea, etc. Variæ et multæ sunt circumcisiones. Incircumcisi corde dicuntur, qui rationibus et syllogismis colligunt et concludunt, quæ non decet fieri. Incircumcisi auribus, quibus id vitio datur, sunt et illi, quibus aures impuræ sunt et aversantes audire sanam doctrinam. **256** Hebræis dicitur incircumcisus labiis ille, qui non omnem sermonem repugnantem veræ religioni resecat, impuraque et fœda verba sonare non desinit. Dixeris aliquem incircumcisum carne, qui non carnalia negotia rescindit. Nec solum ad prædicta pertinet circumcisio, sunt et alia membra, quæ circumcisionem appetunt. Oculi illi sunt incircumcisi, qui non recte purgant vim visivam. Manus appellantur incircumcisæ, quæ non operantur et exsequuntur virtutis opera. Monendi itaque sunt Judæi, qui mentulis solummodo circumcisionem aptandam credunt, etiam aures esse circumcidendas. Nam alicubi memoriæ proditum est: « Aures enim vestræ non sunt circumcisæ [76]. » Possumus et allegorice, quæ de circumcisione scribuntur, intelligere in hunc modum, ut existimemus scortatorem

[75] Sap. I, 1. [76] Jerem. VI, 10.

NOTÆ.

(78) Ἴσ. μισθοῦ.

non esse circumcisum, at continentem circumcisione esse insignitum, licet hic præputium habeat, et ille sit apella.

A *Et fecerunt omnes filii Israel quemadmodum præcepit Dominus Mosi et Aaroni*, etc. [XII, 50.] Qui non deditus est nudæ litteræ, sed auscultat voluntatem Scripturæ, is est qui omnia exsequitur, quemadmodum locutus est Dominus Mosi et Aaroni.

Καὶ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καθὰ ἐνετείλατο Κύριος τῷ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρὼν πρὸς αὐτοὺς, οὕτως ἐποίησαν. Ὁ μὴ κατὰ τὸ γράμμα δεχόμενος, ἀκούων δὲ τοῦ βουλήματος τῆς Γραφῆς, οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν καθάπερ ἐλάλησε Κύριος τῷ Μωσεῖ καὶ Ἀαρών.

Sanctifica mihi omne primogenitum adaperiens quamcunque vulvam, etc. [XIII, 2.] Immolatus agnus typus erat Christi, per quem evasere occisorem filii Israel. Nam propter nos mortuus est, ut mortem faceret irritam. Vult igitur eos, propter quos vitæ periculum adiit, suo Domino subjectos esse, et id quidem æquissimo jure. Nam in bellis quicunque erant captivi, et tandem in antiquam libertatem sunt restituti ope militum qui illos liberarunt, jam non sui juris sunt : sed subjiciuntur dominio illorum, qui cum vitæ periculo ipsos servarunt. Siquidem domini nunc illorum sunt, quorum sanguine, cum forent captivi, sunt captivitati subtracti. Sic et Christus suo sanguine dæmonum devicit et dissipavit firmissimam aciem. Quapropter Paulus, quasi non amplius sibi vivat, inquit : « Una Christo crucifixus sum. Vivo autem non amplius ego, sed in me vivit Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Jesu Dei, qui dilexit nos, et tradidit semetipsum propter me [77]. » Sic et Israelitæ non amplius suam vivebant vitam, sed agni, qui pro ipsis erat occisus. Oportet igitur nos colere vitam sanctam et revera Christi, unigeniti respectu Dei, primogeniti respectu humani generis, et masculi respectu peccati a quo erat alienissimus. Hinc fit ut eligantur in commemoratione primogenitorum mares : scilicet abjicientes imbellem et muliebrem mollitiem ad peccatum inclinantem.

Omne quod aperit vulvam asinæ, permutabis ove, etc. [XIII, 13.] Nam ovis adhibetur, ut docet lex, sacrificiis : « Asinus profanus et immundus est, nec adhibetur sacrificiis. » Sic et nos, qui eramus profani et peccatores, ope Christi, qui est agnus integer et irreprehensibilis, suscepti sumus gratique reperimur Domino.

Omne primogenitum hominis filiorum tuorum redimes, etc. Muneribus sive donis oblatis, aut pretii compensatione facta. Nam id, quod consecratur Deo, penitus occidendum erat. Deus autem abominatur homicidium, ut qui omnia creaverit, ut sint integra et permaneant inviolata. « Non enim Deus creavit mortem, nec delectatur, ut habet Scriptura, interitu viventium : dæmones oblectantur hominum exitio [78]. » Cæterum consecratione primogenitorum nos erudire satagit, quod ipsi nostram vitam vel animam debeamus. Eadem ratione præcepit dari didrachmum. Paulo post idem in monte Choreb sancit cum hac appendice . « Vitulus tuus, ovis tua, et jumentum tuum septem diebus erit sub matre, octavo autem dabis mihi ipsum [79]. » Idem etiamnum apud nos, qui rationales oves dedicamus, observari solet. Non enim continuo vocatos et novitios, qui adhuc adhærent primis fidei rudimentis, adducimus ad divinum illud et incruentum sacrificium ; sed illiusmodi homines in catechumenorum numero **257** aliquantisper retinentur, lactisque potu, quem ministrat mater Ecclesia, aluntur et confirmantur paulatim, secundum illum, qui ait : « Lacte potavi vos, nec cibo solido pavi. Nondum enim potuistis, imo ne nunc quidem potestis [80]. » Et iterum : « Omnis, qui particeps est lactis, rudis est sermonis justitiæ. Est enim infans. Perfectorum autem est solidus cibus [81]. » Lacte imbutos et pastos apportant octavo die, qui significat tempus resurrectionis : cujus rei symbolum est baptismus, quo quasi rudes et infantes depelluntur lacte. Nam, ut inquit Paulus, « Consepulti sumus ei per baptismum in mortem, ut, quemadmodum Christus excitatus est e mortuis, per gloriam Patris, sic nos in novitate vitæ ambulemus [82], « regenerati per fidem ad agnitionem veritatis, et conformes reddamur illi, qui nostri respectu primogenitus est. Deinde epoto rationali illo et sincero lacte renovemur in virum perfectum, in mensuram ætatis plene adultæ Christi. Tum demum erimus sancti Domino, et ei consecrabimur , scilicet mundo quidem mortui, et Deo viventes sancte, sicuti victimæ, quæ ad altare cæduntur. Nam, inquit Paulus, mortui estis, et vita vestra occultata est in Christo cum Deo [83]. » Siquidem sancta est mors sanctorum, ut docet istud eloquium : « Pretiosa coram Domino mors sanctorum ejus [84]. » Congruunt hæc etiam Judæis, qui post umbram legis ejusque Sabbata inducti sunt in cognitionem Christi, ut jam olim erant edocti per octidui mysterium. Lex enim nihil ad perfectionem contulit.

Non duxit eos Deus per viam terræ Philistinorum, quæ propinqua erat, etc. [XIII, 17.] Non illico statim ab initio commonstravit fidei callem Israelitis, quem nobis ostendit compendiariam et brevem ad parandam justitiam, sicut testatur Paulus : « Prope te verbum est, et in ore tuo, et in corde tuo : hoc est fidei verbum, quod annuntiamus [85]. » Per ænigmata et longas ambages legis ducti sunt Israelitæ, ut magno labore exercitati in umbris, et quibusdam involucris edocti Christi mysterium, non quibuslibet terroribus perculsi, a vera religione deficerent : imo potius avidissime expeterent veritatem hujuscemodi tyrociniis bene confirmati. Simul etiam constanti amore prosequerentur Deum immortalem. Cæterum via,

[77] Galat. II, 19. 20. [78] Sap. I, 13 ; II, 24. [79] Exod. XXII, 30. [80] I Cor. III, 2. [81] Hebr. V, 13, 14. [82] Rom. VI, 4. [83] Coloss. III, 3. [84] Psal. CXV, 15. [85] Rom. X, 8.

quæ ad Christum ducit, quamque ipse præscribit, recta et brevis est, nostrosque animos excitat et erigit contra adversarios, docetque ut omnia fortiter præsentique animo feramus pericula, quæ propter Christum occurrunt, semper illud propheticum objicientes : « Dominus opitulatur mihi, quis igitur lædet me [86]? » Generosos igitur et viriles spiritus protinus accipimus ubi fuerimus induti virtute ex alto, id est, Spiritu sancto. Verum tempus, quo Christus adventurus sit, prædicitur hisce verbis : Quinta generatione ascenderunt filii Israel ex Ægypto secundum parabolam evangelicam, quæ inducit quinque operariorum classes, ut docuimus supra, cum verba faceremus de festo Paschæ.

Καὶ ἔλαβε Μωϋσῆς τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ μεθ' αὐτοῦ. Τῷ μὲν Ἰσραὴλ ὄντι σαρκικῷ συνεβούλευσε λῆψιν χρημάτων· ἑαυτῷ δὲ, λῆψιν ὀστῶν, προτιμότερα τῶν Αἰγυπτίων θησαυρῶν ἡγησάμενος τοῦ δικαίου τὰ λείψανα· ὡς καὶ αὐτὸς Ἰωσὴφ τὰ τοῦ πατρὸς μετενήνοχε. Καὶ μολυσμὸν ἐντεῦθεν οὐχ ὑπελάμβανον, εἰ καὶ τοῖς παχυτέροις ὁ νόμος τοῦτό φησιν. Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον θεὶς Μωϋσῆς, οὐ μόνον ἐφάπτεται, ἀλλ' οἱονεὶ κεκόμικεν ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενος ἐπ' ἔτη μ', οὐκ ἐγκληθεὶς, ὁ μεταγνοὺς ὁ ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ πιστὸς, Ἰουδαίοις μὲν τὸ γράμμα, ἑαυτῷ δὲ τὸ πρᾶγμα διδούς. Ἐπίστευε γὰρ τῷ ὡς ζώντων ἔτι τῶν ἁγίων Θεῷ χρηματίζοντι. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν ἡμῖν ἐγκαλοῦντες, ὅτι τοῖς μάρτυσι παραβάλλομεν τὸν νομοθέτην, ὁρῶντες ἐκκλησιαστικὰ μᾶλλον ἢ νομικὰ διαπραττόμενον.

A *Et asportavit Moses ossa Josephi secum*, etc. [XIII, 19.] Hebræi, quia carnalia sectabantur, jussi sunt mutuo accipere aurea et argentea vasa, Moses eligit viri justi ossa, quæ præfert immensis Ægyptiorum thesauris. In hunc modum Josephus etiam patris Jacobi ossa transtulit in terram Chanaan. Nec tamen contrectando ossa immunditiem contrahunt. Crassioribus lex præcipit, ne contingant cadavera. Nam ecce Moses, qui legem tulit, non solum contrectat ossa, sed quasi in humerum sublata portavit, cum annos circiter triginta fuisset fidelis in domo Domini, nullaque pollutus culpa. Dedit igitur Judæis litteram, ipse sibi reservavit rem, quæ litteris tenetur. Nam per omnia credidit Deo, qui vere est Deus sanctorum viventium. Erubescant B igitur, qui nobis vitio vertunt, quod martyribus comparamus Mosen, qui magis evangelica quam legalia opera perfecit.

Interdiu in columna nubis ostendebat ipsis viam, noctu in columna ignis. [XIII, 21.] Utræque columnæ repræsentabant Christum. Est enim hic columna et stabilimentum veritatis, sustinens nos supra terram. Non **258** enim patitur, ut incumbamus operibus carnis, et volutemur in terrenis vitiis. Nam potentes in Deo [87], ut habet Scriptura, valde supra terram in sublime elati sunt. Qui cum sint conformes Christo, in psalmis appellantur *columnæ*. « Ego consolidavi columnas ejus [88]. » Consolidati enim et corroborati sunt discipuli induti virtute ex alto, ut possint sustinere tanquam columnæ, orbem. Nox commonstrat tempus, quod præcessit Christi incarnationem, quæ revera dies est, diabolus, qui obtenebrat et obscurat hominum animos, suam tyrannidem exercuit, illo in tempore, quod antevertit incarnationem Christi. Nunc Christus, qui dies et lux est, regnat. Præcedebat Israelitas in specie ignis, scilicet in lege, quæ condemnat et punit. In nobis autem resplendens justitiæ Sol, in specie nubis antecedit, ut sit typus salutis per aquam præstitæ. Quapropter Paulus tradit : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit [89], » evidenter indicans utrumque tam tenebrarum quam lucis tempus. Alius autem erat angelus, qui anteibat filios Israel. Nam nubes erat corporeum quoddam Domini organum, quo interveniente, cum ipse foret incorporeus et excederet omnem sensilem et compositam substantiam, per sensilem vocem compellabat suum famulum Mosen. Quare autem in hunc modum allocutus sit Mosen, ipse rationem reddit dicens : « Ut audiat populus me loquentem ad te, et credant. »

E regione Phiroth, quæ est inter Magdalum et mare contra Beelsephon, etc. [XIV, 2.] In Numerorum libro legitur filios Israel castrametatos esse a Butha e regione Iroth, qui locus ex adverso Beelsephon situs est. Beelsephon dictio, si eam interpreteris, significat *loca in septentrionem versa.*

Ἐγὼ δὲ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ. Οὐκ αὐτουργῶν τὴν σκληρότητα, ἀλλὰ δι' ὧν τὰ ἐκ Θεοῦ γεγονότα περὶ τὸν κύκλον τῆς ὁδοῦ πρόφασιν λαμβάνει Φαραὼ τῆς ἰδίας σκληρότητος, ἀδίκως τοῦτο ποιῶν. Οὔπω γὰρ τὴν τῶν τριῶν ἡμερῶν παρῆλθον ὁδὸν, ἔνθα θύσειν ὁ Μωϋσῆς ἐπηγγείλατο. Οὐκ ἄρα πρόφασιν εὔλογον εἴληφε.

C *Ego indurabo cor Pharaonis*, etc. [XIV, 4.] Non ego auctor sum indurati cordis. Sed ambages, quas sequebatur populus proficiscens ex instinctu Dei, occasionem sumit et causam torpentis suæ mentis. Et quidem parum juste persequendi Hebræos consilium ceperat. Nondum enim trium dierum iter emensi erant, ubi Moses populum sacra facturum nuntiaverat. Non igitur justam insequendi Hebræos ansam arripuit Pharao.

Οὐ προσθήσεσθε ἔτι ἰδεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Χρόνῳ τὸ πρᾶγμα ὑπέβαλε μακρῷ, οὐκ αἰῶνι διηνεκεῖ. Εἶδον γὰρ αὖθις τοὺς Αἰγυπτίους οἱ Ἑβραῖοι ὡπλισμένους, ἀλλὰ μετὰ πολλὰς γε-

Non amplius videbitis eos in æternum tempus. [XIV, 13.] Rem hanc adjecit tempori longo : nec sæculo sempiterno. Viderunt siquidem Hebræi iterum Ægyptios armatos, cæterum multis post demum

[86] Psal. xxvi, 1. [87] Psal. cxi, 1, 2. [88] Psal. lxxiv, 4. [89] Rom. xiii, 12. [90] 1 Cor. x, 2.

generationibus. Hoc dixit : Non amplius videbitis eos in æternum, quia in mari omnes interimi debebant.

A νεάς(78). Τοῦτο λέγει, ὅτι Οὐκ ἔτι αὐτοὺς ὄψεσθε εἰς χρόνον τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἔμελλον γὰρ πάντες ἀποθνήσκειν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Quid vociferaris ad me? etc.[XIV,15.] Sed ad quem? Tene baculum, inquit, si hunc levaveris, mare ipsum agnoscet symbolum. Proficiscuntur Israelitæ ex Ægypto Deo præcedente in forma ignis et nubis. Quomodo enim aliter possumus venire in terram sanctam, et in sanctam civitatem Dei, quæ in sublimi est? Verumtamen illos, qui instituunt profugere ex Ægypto et virtutem capessere, ubi primum excesserint fines Ægyptiaci regni, comitantur quamplurimæ persecutiones. Dentibus frendunt hostes. Quibus malis in fide novitiorum mens perterrefacta, planissime in desperationem illabitur : cupitque redire ad prioris vitæ studia, ogganniens : sine ut serviamus. Nec differunt ab plantulis tenellis, quæ nondum possunt sua firmitate resistere fervido sideri et ventorum impetui. Cæterum nisi accesserit Moses, qui perterritos arrigat cohortando. Quod vero non continget nisi ipsius cor colloquatur cum Deo. Quamvis enim patet Mosen non clamasse, attamen testatur Deus manifeste ipsum vociferari, sed mente. Talis enim vox seu vociferatio exauditur facillime, et penetrat ad aures Dei cum bona conscientia, nullo externo clamore adjuta. Hanc vocem ubi audivit Deum, sicco vado traducit Hebræos per mare Rubrum præeunte nube nimirum sancti Spiritus gratia, per quam in aqua mystica persequens hostiliter pios Pharao una cum Ægyptiis demergitur. Nam Pharao habens Ægyptios auxiliares descendit in mare, solusque demergitur reliquis militibus mari suffocatis, dico autem **259** affectus et dæmones, qui hos impellunt. Si hostis lapide quem petat, memineris convicium quoque, non minus quam lapidem e funda tortum, ferire et lædere. Hastam nomines licebit iracundiam. Equi intelliguntur affectus, quorum adminiculo procuratur voluptas. Ab his affectibus rapiuntur intoleranda vi illi, qui his vehuntur, scilicet inscendentibus tribus, qui denotant animi tres partes. Aqua has perdit fide in baculo præcedente, et nube sospitante eos, qui ad ipsam confugerant. Oportet igitur illos, qui semel emerserint aquis, nihil, quod fuit in adversariorum castris, secum portare : nec amplius tolerare in se venientem tyrannum. Imo omnis affectus exitiosus perimendus est in aquis, quemadmodum pascha in sanguine qui suppeditat vitam peruncto, propter quem et panes infermentatos edimus, nullas reliquias malitiæ reservantes futuræ vitæ. In hunc modum in aqua mystica discernitur hostis et amicus, illo pereunte, hoc incolumi permanente. Quod vero mare sit typus baptismi satis assiduus testis est Paulus, dicens : « Quia omnes in Mosen baptizati erant in nube et mari **. » In baptismo, loco Mosis, ducem habebimus Christum mediatorem Dei atque hominum. Quatenus sermo est, incarnatus est, et sic mediator est credentium, et illorum qui hos persequuntur, inhibens ipsorum in credentes incursiones violentas, quemadmodum jam olim dictum est : « Levavit se angelus Dei, et columna nubis, et intrarunt in medium Ægyptiorum et filiorum Israel, » scilicet prohibentes ne uterque populus commisceretur et confunderetur.

Et aqua erat ipsis murus a dextra, et murus a læva, etc. [XIV, 22.] Eleganti præoccupatione tutatur Deus veritatem haud ignarus perfidorum astutiæ, qui docent sinum Arabicum naturaliter nunc exhauriri, nunc repleri aqua. Quod si sinus ille Arabicus ita natura comparatus erat, an non verisimile est loci naturam magis compertam et perspectam fuisse Ægyptiis quam Judæis fugientibus? Simili præoccupatione prævenitur miraculum, quod postea in Jordane contigit.

Sunt auctores alii de numero Græcorum, qui astruunt Ægyptios fuisse Hebræos et pavisse illorum pecora. Deinde conspirantes adversus dominos abiisse Ægypto. Hæc garriunt Græci parum considerantes quantum Hebræi differant lingua et moribus ab Ægyptiis.

B Ἐτόλμησε (79) δέ τις τῶν Ἑλλήνων (80) εἰπεῖν, ὥς τινας τῶν Αἰγυπτίων εἶναι τοὺς Ἑβραίους, ποιμένας τῶν θρεμμάτων· εἶτα τοῖς δεσπόταις ἐπαναστάντας, ἐξελθεῖν τῆς Αἰγύπτου· οὔτε ἀπὸ τῶν Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων, ὅσον τὸ διάφορον κατανοήσας.

Cantemus Domino. Magnifice enim glorificatus est, etc. [XV, 1.] Carmen est theologia in sanis et rectis fundata sententiis. Hanc ad Deum transmittere consuevit anima hominis perfecti. Cæterum carmen in hunc modum definiendum est : Carmen est vox reddita cum debita mensura citra sonum instrumentalem. — Hoc carmen primum decantant Israelitæ cum sicco pede transiissent mare Rubrum. Chori erant duo, virorum alter, cujus præcentor et dux erat Moses; alter mulierum, quem gubernabat et moderabatur Mosis soror Maria pulsans tympanum, et mortificans sua membra continentiæ virtute. Nam tympanum conficitur ex occisi animalis pelle. Maria, quæ non gaudia testabatur saltatione, cum frater incolumitatem erat nactus ex flumine tractus, nunc saltat ubi videt populum evasisse crudeles hostium manus. Saltat autem in honorem Dei, qui mirabiliter ultus erat innoxium infantium sanguinem, et aquam, qua infantes suffocati erant, vertit in pœnas Ægyptiorum. Carmen quidem unum est, et a duplice canitur choro vicissim canente et respondente. Cæterum hoc carmen extollit Deum, qui natu-

NOTÆ.

(78) Τὰ ἑπόμενα ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται.

(79) Ἕτεροι δὲ τῶν Ἑλλήνων, Αἰγυπτίους τοὺς Ἑβραίους εἶναί φασι, καὶ ποιμένας, κ.τ.λ. ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(80) Ὁ μὲν Μανέθων ποιμένας, ὥς φησιν Ἰώσηπος (ἐν βιβλ. 1 καὶ 2 κατὰ Ἀπίων.)· ὁ δὲ Ἀπίων, Αἰγυπτίους τοὺς Ἑβραίους ἐνόμισεν.

ram rerum pro arbitrio impellit et movet nutu ad puniendos impios, naturæque leges invertere novit. Nunc etiam in mystico Jordane Christus submergit diabolum, quem repræsentat Ægyptius Pharao, ejusque vires penitus enervat, et ne nos infamiæ affectibus amplius opprimat, securos facit, si obtemperemus dicenti: « Si **260** egressus fueris in militiam contra hostes tuos, et videris equum et ascensorem et populum numero te superantem, cave formidaveris. Quia Dominus Deus tecum est [91]. » Dehinc libere dicemus et audacter: « Dominus illuminat me, et salvator meus est, quem metuam? Dominus scutum et defensor meus est, a quo timebo? Si castra contra me posita fuerint, non extimescet cor meum [92]. » Præterea non vult ut alieni nobis imperitent. Inquit enim: « Non poteris tibi præficere hominem alienigenam. Quia non est frater tuus [93]. » Propterea monet quoque ne rex sibi multiplicet equos, neque populum in Ægyptum abducat. Nam plerumque subditi sequuntur mores eorum a quibus reguntur. Ne igitur populus, qui caret rege alente equos, cui deessent equi equitesque, pavido metu trepidet, audit Prophetam dicentem: « Dominus auxiliator meus et protector ad salutem [94]. »

Et liberavit Dominus Israelitas eo die de manu Ægyptiorum, etc. [XIV, 30.] Hæc vel præcipua causa est, quod illo carmine ipsum celebrant, canentes: « Hic est Deus meus, et eum glorificabo, » ostendentes illa emphatica demonstratione: « Hic est, » etc., nullam ipsi esse vel societatem vel communionem cum reliquis diis, qui non sunt et nihil sunt. Illi dicebant ad Pharaonem, nos vero ad patrem Pharaonis hæc dirigimus verba: Hic est Christus meus. Quæ autem de Pharaone traduntur in memoriam redigunt nobis tyranni impietatem: qui, quamvis audiret imperium Domini jubentis ut dimitteret populum, tamen intonuit: « Non novi Dominum, nec dimitto populum [95]. » Quapropter nunc inquiunt, is ille Deus est, quem objiciebas te non novisse; hic honor non competit tuis, qui falso nominantur dii, et abs te coluntur. Hunc igitur laudibus celebrabo. Dominum enim Deum adorabo, et hunc solum colam, liberatus errore, quo agitabar, dum sub tua degerem tyrannide. Et exaltabo eum, scilicet nihil humile et nihil sordidum de ipso vel cogitando vel præsumendo. Nec ipsum vel creaturam vel rem quamdam creatam nuncupat, verum appellat ipsum Creatorem: nec recentem et nuperum, sed æternum, ut a meo patre Jacobo laudatus est. Cæterum præ nimio gaudio eamdem rem sæpius inculcando repetit: nunc quidem equum et equitem, nunc vero currus Pharaonis ejusque potentiam et copias nominans. Ut pii sunt electi Dei, sic illi milites erant electi Pharaonis. Sic etiam alicubi Scriptura sacra vocat cibos ejus electos. Quantum autem spectat ad triplicem hujus ordinem, supra allegorice explanavimus. Nunc ad historiam redeamus. Hic aurigatur, alter in ordine scutatorum et propugnatorum consistit, alius præliatur. Ascensores, inquit, non equites qui conscendunt equos, nec etiam gubernatores. Ubique siquidem ars est salutaris. At illi minus, quam lapis, sentiebant: plumboque graviores et ponderosiores erant. Nihil enim distabant ab onere gravi et importabili, nunquam ad levia et sublimia contendentes. Itaque haud immerito demergebantur in profunditate maris. Siquidem devenerant in profunditatem peccatorum contemnentes Deum contumaciter. At sancti et pii ad exemplum nubium, ut inquit Isaias [96], volitant: et ut aquilæ suo volatu superant aerium elementum.

Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, etc. [XV, 6.] Dextra nimirum Filius est, qui etiam Virtus Dei nuncupatur. Illa dextra tum temporis profligavit Pharaonem: nunc domat et contundit Satanam.

Misisti iram tuam, etc. [XV, 7.] Motum illum animi, quo moveris et instigaris ad sumendum supplicium de peccatoribus. Misisti quoque angelos (quos vocat spiritum furoris), qui iram tuam exsequuntur. In hunc modum aqua divulsa concrevit, quando legem movit. Misit itaque Deus in ipsos iram et furorem per angelos malos. Deus siquidem incorporeus est, nec ullis affectibus arietatur.

Misisti spiritum tuum, etc. [XV, 10.] Reliqui sic interpretati sunt hunc locum: *Spirasti*, vel *ventos concivisti*. Nam induxit Deus in mare ventum notum et validum. Dicitur autem spiritus **261** Dei. Deus enim ventum creavit, et ventus creatura Dei perhibetur.

Demersi sunt ut plumbum in aqua valida, etc. [XV, 11.] Cathedra iniquitatis est plumbum, ut patet testimonio Zachariæ dicentis: « Vidi mulierem sedentem super talento plumbi [97]. » Hanc esse iniquitatem postea interpretatur. Præterea cum Ægyptii forent cathedra iniquitatis, haud abs re leguntur quasi plumbum delapsi esse in ima pelagi. « Quis tibi similis in diis, Domine [97*]? » quasi diceret: Nemo. Nulla enim collatione Creator et creatura cohærent. Nam Deus est æternus, creatura in essentiam producta est cum nihil prius foret. Symmachus pro *diis*, reddidit, *in potentatibus et magistratibus*.

Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra, etc. [XV, 12.] Nam manum, quæ antea fuerat ad puniendum propter bonitatem et patientiam contracta, nunc extendit adversus contemptores, ut subdantur pœnis. Siquidem sibi, quasi thesaurum, collegerunt iram in die iræ. Cæterum terra, postquam despoliata subsidit, ipsos suo hiatu obtexit, significante obiter hic Scriptura quod in relatione rerum gestarum obmiserat. Aut fortassis terra hoc loco memoratur, quod in principio, cum creasset Deus cœlum et terram, terræ connumerari voluit et aqueum elementum. Aut ipsum maris fundum hoc loco commemoravit. Quia ad ima detrusi sunt. Præterea solet terra esse receptaculum omnium, quotquot in mari interierunt. Aut voragini comparat, quod uno impetu a terra hausti sunt. Nam sic, quasi diceret:

[91] Deut. xx, 1-4. [92] Psal. xxvi, 1-3. [93] Deut. xvii, 15. [94] Psal. xxvii, 7. [95] Exod. v, 2. [96] Isa. xl, 31. [97] Zachar. v, 7. [97*] Psal. lxxxv, 8.

Perierunt, ac si terra dehiscens ipsos deglutisset. Posset quis etiam hunc assignare sensum, scilicet diabolum hoc loco appellari terram. Quia illi ad supplicium dediti sunt.

Dux fuisti in justitia tua, etc. [XV, 13.] Vere enim justitiæ opera sunt, tutari et servare peregrinos, quibus insidiæ subornatæ erant, liberos tueri ne in servitutem retrahantur, in viam reducere errantes, et pios ex tentationibus eripere. Aquila in sua versione loco justitiæ habet : *In misericordia tua*. Et in hoc consentit cum divino Apostolo scribente : « Non secundum justitiam quam fecimus nos, sed secundum multam suam misericordiam. »

Adhortatus es eos fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum, etc. Nempe sollicite eos defendisti, ubique et in omnibus eos tuendo, et hostes ipsorum propulsando, et plurima bona largiendo, donec pervenerunt in terram promissionis. Interpretare autem habitaculum pios sermones virtutisque operationem, ad quæ duo Deus illum populum vocavit.

Audiverunt gentes et indignatæ sunt, etc. [XV, 14.] Aquilas legit : *Conturbatæ sunt*. Cæterum verba illa more prophetico proferuntur : et propter prophetiæ certitudinem, quæ nondum acciderant, futura prædicit. Verum Raab meretrix huic prophetiæ testimonium perhibuit, cum speculatoribus omnia explanaret, ut ex ejus historiæ narratione patet. Eidem prophetiæ testimonium ferunt alienigenæ, qui conspicati erant arcam. Nam de Philistinis litterarum monumentis proditum est : « Dolores apprehenderunt inhabitantes Palæstinam. » Certo enim sciebant, idem, quod et Ægyptios, se quoque manere exitium.

Tunc festinaverunt principes Edom, etc. [XV, 15.] Esau nominabatur Seir et Edom. Hinc generis originem trahunt Idumæi. Moabitæ id nomen adepti sunt a Moabo filio Loti. Obrigeant, id est, metu torpeant et immobiles persistant. Non tamen ut quid mali patiantur, cum simus fratres ; sed ne quid detrimenti hinc nobis importetur.

Planta eos, etc. [XV, 17.] Da ut firmiter populus tuus incolat terram patribus promissam, nec unquam suis pellantur sedibus, providentia tua ipsos sospitante. Siquidem in hac constituisti exstruere sanctum tuum templum, quod precationis domum appellare consuevisti. Cæterum hæc merito et audacter sonamus, cernentes **262** a te neci deditos Ægyptios et Pharaonem. Hæc quidem secundum allegoriam dici possunt in diabolum et dæmones, qui vehementer conturbati sunt conspicientes invictam et inexpugnabilem Dei manum extensam esse contra impios homines. Proinde hujuscemodi voces emittebant : « Desine, quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus cruciatum nos [88*]. » Præterea invidia contabuerunt videntes uno eodemque die parturientem et parientem Sion immensam gentem, et populum conditum, qui laudibus efferret Dominum, ubi mersit peccati sordes in mystica aqua. Hi, inquam, per baptismum regenerati, ut se gratos declarent, canunt hymnum, petuntque ad Ecclesiæ sublimitatem provehi. De hac sic vaticinatur Isaias : « In extremis diebus apparebit mons Domini [89]. » Sic ubique in Scriptura sacra nominatur Ecclesia, Jerusalem quæ sursum est, ejusque tabernacula vocantur excelsa et sancta, de his alloquitur discipulos Christus, dicens : « Abeo, et paro vobis locum [1]. » De iisdem tabernaculis alibi tradit in hunc modum : « Sanctuarium, quod paraverunt manus tuæ [2]. » Quæ vero sunt illæ manus? Dominus regnans in æternum et amplius : per quem omnia condidit Pater. Dissolvit imperia, destruxit potestates, et contudit vel contrivit capita serpentum super aquis. In libertatem attraxit populum suum, qui iniquissima affligebatur tyrannide.

Veneruntque in Marath, et non potuerunt bibere aquam, etc. [XV, 23.] Deus nihil vel languidi vel remissi patitur in populo Israelitico, ne scilicet paulatim in otia inertia recedentes, cupiant redire in Ægyptum. Pericula enim et labores hanc utilitatem præstant, ut arctius nos conjungant cum Deo. Proinde quidam inquit : « In tribulatione (*seu* rebus adversis) recordatus sum tui [3]. » Cum igitur siti torrerentur, laborabant aquarum penuria. Cæterum Scriptura sacra Dei sermonem componit aquis. Non enim aqua solum vivificat, sed etiam sermo Dei elargitur vitam. Hic animam vivifica virtute roborat. Illa corpus siti pene enectum refrigerat et refocillat. Hinc exclamat Christus : « Si quis siti premitur, veniat ad me et bibat [4]. » Compellat quoque Samaritanam in hunc modum : « Quicunque biberit ex illa aqua, quam ego dabo ei, nequaquam sitiet in æternum [5]. » Postquam egressi sunt Ægypto, non statim divinis gubernabantur legibus. Verum eorum animus arescebat et gravi torquebatur siti. Veniunt igitur in Marath, qui locus typus est legis litteralis, quæ, utpote cum puniat, amaritudine haud caret. Hinc ait divinus Paulus : « Si quis deliquerit in legem Mosis, is sine commiseratione sub duobus aut tribus testibus interficitur [6]. » Et iterum : « Si enim ministerio condemnationis gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria [7]. » Et iterum : « Littera occidit (scilicet lex), at spiritus vivificat [8], » cultum significans, qui spiritu peragitur. Etiam magnus Petrus insonat : « Et nunc quid tentatis Deum, ut imponatis jugum cervicibus discipulorum, quod neque nos neque patres nostri valuerunt portare [9]? » Præterea lex amara erat, quod nemo per legem justificatur. Qui vero Christi suscipit mysterium, quod per lignum in aquam conjectum significatur, qui quidem Christus primus resurrexit e mortuis : Is, inquam, vivificum et potabilem experitur Christum, verso præsentis historiæ sensu in allegoriam. Nam

[88] Tit. III, 5. [88*] Matth. VIII, 29. [89] Isa. II, 2. [1] Joan. XIV, 2. [2] Exod. XV, 15. [3] Psal. LXXVI, 3. [4] Joan. VII, 37. [5] Joan. IV, 13. [6] Hebr. X, 28. [7] II Cor. III, 9. [8] ibid. 6. [9] Act. XV, 10.

et Christus proponit nobis justificationes et judicia, per quæ omni supplicio liberamur. Siquidem subjungit : « Omnem plagam, quam invexi in Ægyptios, non inducam in te. » Huic concinit et illud Christi : « Amen, amen dico vobis, quicunque sermonem meum audierit, et crediderit ei qui me misit, habet vitam æternam, et in judicium non venit, sed transiit ex morte in vitam [10]. » Et iterum : « Qui credit in Filium, non judicatur [11]. » Deinde et in Elim, quod est ascensio, perveniemus. Nam ex puerili ætate et rudi progredimur ad perfectionem et ad mensuram ætatis implementi Christi, et magna voluptate hauriemus **263** aquas spirituales, quibus intellectus plurimum delectatur. Si numerum ineas, sentis septuaginta palmas numero respondere choro apostolorum. Tot enim, missis duodecim, alios ablegavit. De his scriptum est : « Haurite aquam cum lætitia ex fontibus salutis [12]. » Et alibi : « In Ecclesiis laudate Deum ex fontibus Israel [13]. » De justo quoque legitur : « Justus ut palma virescet [14]. » Idem Christus docuit Ecclesia sponsa canente : « Ascendam in palmam, et apprehendam altitudines ejus [15]. » Semper enim viret palma, nec unquam fronde caduca carpitur. Præterea dulcis est firmissimisque hæret radicibus, et habet cor candidum. Cæterum hæc omnia, si quis non aspernetur allegoricum sensum, congruunt Christo. Ad hæc illi qui evasit Ægyptum, illiusque dereliquit illecebras et voluptates, quibus mancipatus fuit antequam trajiceret mare, difficilis et molesta nec non acclivis continentiæ videtur via respectu prioris vitæ. Verum si recipiamus orationem resurrectionis, quæ post crucem accidit, continentia nobis dulcis instar aquarum potabilium apparebit, et delectabimur plurimum adeuntes ad apostolicos fontes palmasque. Verumtamen hæc omnia prophetiæ speciem obtinent, dum operibus demonstrantur, quæ olim sunt futura.

Τό · « Ἐκεῖ ἔθετο δικαιώματα καὶ κρίσεις, » οὐ τὸν A νόμον φησίν· οὗτος γὰρ ὕστερον ἐν Χωρὴβ ἐδόθη · ἀλλ' ἅπερ ἐδήλωσε διὰ τοῦ λέγειν, « Ἐπείραζεν, » ἀντὶ τοῦ, προκατήχει, καὶ προεγύμναζεν αὐτοὺς εἰς ὑπακοὴν τοῦ μηκέτι πειράζειν, παρακαλεῖν δὲ πρὸς τὴν συνήθη βοήθειαν τὸν Θεόν.

Quod autem dicitur : « Illic ponebat justificationes et judicia, » noli tu intelligere legem. Lex enim postea in monte Choreb data est. Sed intellige illa, quæ ostendit dicendo : « Tentavit eos, » id est, erudivit eos, et instituit quibusdam quasi præexercitamentis ut arriperent præclarissimam obedientiæ virtutem, ne amplius Dominum tentarent : sed semper in rebus adversis ad ipsum ceu præsentissimum auxilium confugerent.

Πρώτη ἐντολὴ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἡ τῆς ὑπακοῆς· « Ἐὰν γὰρ ἀκούσῃς, φησὶ, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου · » προκατηχοῦσα τοὺς μέλλοντας δέχεσθαι νόμον.

Prima lex, quæ ponitur Israelitis, est, quæ jubet ut sint dicto audientes. Nam, inquit, « Si audiendo audieris vocem Domini Dei tui, » etc., quibus verbis præparat animos Israelitarum, ut promptius legem mox promulgandam reciperent.

Ecce ego pluo vobis panes, etc. [XVI, 4.] Clementer et humaniter tractat Deus etiam illos, a quibus fuerit offensus. Nam non parum irritarunt Dominum non petentes ab ipso, cum laborarent penuria annonæ, alimenta. Unde enim aut a quo alio, nisi a solo Deo, alimenta impensis precibus poscenda sunt ? Sed indignantibus et obmurmurantibus, et oblivioni tradentibus beneficia quibus antea liberalissime erant affecti, suppeditat manna, sicuti perhibet David : « Panem cœlitus dedit eis, et panem angelorum edit homo [16]. » Persuasit vero stultis et imprudentibus Judæis, se posse parare et instruere mensam epulis etiam in vasta solitudine. Hoc ipsum Christus cum versaretur inter Judæos, postmodum præstitit ut docet historia evangelica. Notandum tamen reor eos non prius cœlitus esse pastos, quam alimenta, quæ ex Ægypto portarant, defecissent. Cæterum cibus ille, qui citra agriculturam obveniebat demissus cœlo, repræsentabat mysterium, quod accidit sanctæ Virgini, ex qua datus est nobis cibus nos per omnia enutriens et cibans. Docemur quoque ne simus solliciti in crastinum nobisque ex sæculi opibus longam polliceamur vitam : nec etiam transiliendos naturæ et necessitatis terminos, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Si tibi alimenta fuerint magna affluentia coacervata, da operam ne venter plus capiat minusve quam ei conveniat. Ut enim in capiendo cibum naturæ limites transilire, et plus quam opus sit, infarcire, stultum et absurdum est : sic suum genium defraudare dimenso suo non minus vitio datur. Nec interim quis curiosius exquirat, quibus rationibus Deus edat miracula ; hæc vox semper in ore nostro sit : Novi tibi omnia esse possibilia, nec quidquam esse impossibile divinæ tuæ potentiæ.

Tentabo autem eos, inquit, si ambulaturi sint in lege mea, etc. Legem hoc loco vocat alimenti mensuram, quam necessitas humani corpusculi postulat : quam in comportando cœlesti pabulo monet esse observandam. Omne enim quodcunque imperaverit Deus, pro lege habendum est. Legum quædam non sunt **264** perpetuæ, ut et hæc, nec non circumcisionis et Sabbati leges, quæ duraverunt usque in adventum Christi. Aliæ sunt perpetuæ, de quibus alias dicetur. Cœlestem cibum Judæis objicit Deus paulatim quasi per umbras et quædam delineamenta erudiens ipsos ut contemnant terrena, quærantque Christum cœlestem panem angelorumque ambrosiam, reficientem fideles sanctæ

[10] Joan. v, 24. [11] Joan. III, 18. [12] Isa. XII, 3. [13] Psal. LXVII, 27. [14] Psal. XCI, 13. [15] Cant. VII, 8. [16] Psal. LXXVII, 24, 25.

Trinitatis notitia, præmonstrantem ut dux verum virtutis callem. Quapropter interdiu sole exorto manna descendebat. Dies enim illuxit credentibus, et Lucifer exortus est in omnium animis, justitiæque sol nunc radios suos ad nos promittit. Quod manna Christi fuerit typus monet Christus, dicens: « Patres vestri ederunt in deserto manna et mortui sunt [17]. » Et iterum de se verba faciens: « Ego sum panis, qui ex cœlo descendi [18], » quem testatur quoque tribuere vitam æternam. Sed intelligit carnem suam, quam prædicat dare vitam mortalibus. Hunc cibum vult ita colligi et comportari ab his qui tabernaculum incolunt, ut abundent instar copiæ cornu quoddam. Nam inquit ad apostolos utpote confirmatos in religionis negotio præ cæteris: « Gratis accepistis, gratis date [19]. » Præterea cum apostoli plurimum coacervassent spiritualis alimenti, merito hanc vocem audiverunt, quo deinde largius idem alimentum dispertirent in infirmiores. Siquidem et beatus Paulus alicubi scribit: « Cupio vos videre, ut impertiar vobis donum aliquod spirituale, ut confirmemini [20]. » Præcipit quoque ut legatur manna cum contribulibus, scilicet nostræ et veræ religionis consortibus, ne commisceamur hæreticis diversam doctrinam sectantibus. Nec quid, ait, ex eo reservandum est in crastinum. Non enim evanescentibus typis umbra est quærenda: nec inhærendum superstitiosius legi, postquam gratiæ cœpit coruscare divinum jubar.

Nam si secus fecerimus, legem umbramque secuti fuerimus, pœnas et corruptionem non subterfugiemus, quemadmodum significatur per vermes. Huic attestatur Paulus: « Inutilis vobis factus est Christus, qui per legem justificari satagunt [21]. Verumtamen qui peccatis fatigati requiescere et verum arripere conantur Sabbatum in Christo, illis non inutilis est legis disciplina, quæ quasi manu ad Christum nos adducere potest commista evangelicis præceptis, sicuti perhibet illud Christi dictum: « Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui depromit ex thesauro suo vetera et nova [22]. » Proinde cum veram Sabbati celebritatem teneamus, ne comportemus amplius manna scilicet soli inhærentes litteræ: nec etiam externa stringamur circumcisione, nec immolemus victimas quæ in lege præscribuntur, cum nunc ipsa fruamur veritate, quæ illiuscemodi typis est adumbrata. Et hæc quidem hactenus de manna, quod legebatur interdiu. Cæterum coturnices, quæ vesperi advolarunt, designant carnales Judæorum cupiditates et revera Ægyptum redolentes: quas dum sequuntur cupide, non tenuere lacrymas obtenebrati animis, non crucifigentes carnem cum affectibus et cupiditatibus. Præcipit enim: « Spiritu ambulate, et cupiditatem carnis ne perfeceritis [23]. » Quare vespertino demum tempore adventarunt coturnices? Quia is qui cupide accipit et amplectitur terrena, ignorantiæ et inscitiæ tenetur tenebris, non habens illum, qui dixit: « Ego sum lux mundi [24]. » Quapropter dicit de Pharisæis: « Sinite eos, cæci sunt duces cæcorum [25]. » In libro Numerorum de commistione disserens, ait: « Flevit populus in memoriam revocans cibos quibus in Ægypto sunt sustentati [26]. » Sed nihil illis Israelitæ fuere tolerabiliores, quos oportebat reprehendere mala cupiditate devinctos. Cæterum priscus populus nec suam nedum aliorum salutem accurare quivit. At Deus qui, quæ non sunt quasi sint, vocat, obtulit ingratis illis coturnices. Fortassis etiam illud, quod accidit Eliæ [27], » cui vespere apportabant corvi carnes, priscum populum delineavit. Afferebant autem cibum fetidiorem et putidiorem, quæ utraque significabant carnales voluptates, quas, cum primo patienter **265** tulisset Deus, postea severiter plectit. Non enim vult ipsis, quoad voluptates, explere animum: imo magis suadela ipsos eo adducere quærit, ut cognoscant magnam potentiam Dei, cui, quidquid voluerit, peractum sit. Nam incredulitatem semper subsequuntur signa et miracula. Abraham famis periculum adit et descendit in Ægyptum; haud melior legitur fuisse conditio Jacobi. Nullibi tamen miraculi mentio fit. Erant enim perbelle in fide corroborati, et humanorum casuum haud expertes, nec turpiter, ut illi, obloquebantur et obmurmurabant. Nec quoque immatura morte, ut illi, prærepti sunt. Nam neutiquam cœlestem panem aversantes se dedebant voluptatibus: quod quidem postea fecisse constat Judæos, qui posthabebant voluptatibus et mundi deliciis fidem in Christum, sicut erudimur parabola evangelica, quando invitati præferebant convivio splendido et opiparo, alius agrum, mercaturam alius, porro alius uxorem [28]. » Haud igitur immerito audiunt dicentem Christum: « Moses accusabat vos, nam de vobis ille scripsit [29]. » Dedit enim eis Deus loco alimenti panem, qui complectebatur omnem spiritualem voluptatem. Inserviens palato ejus, cui ministrat, singulisque, quod appetunt, offert. Lacte alit eos, qui lac appetunt, quorum de numero sunt infantes in Christo, et adhuc rudes: hos, inquam, rationali pascit, quod affectant, lacte. Infirmos reficit oleribus. Perfectis et per omnia exercitatis, apponit solidiorem cibum. Illas escas convehimus eo die, qui præcedere solet Sabbati celebritatem, et significat præsens sæculum. Nam instans et futurum sæculum non concedet amplius colligere escas: in eo fruemur, si opera et studia mundi contempserimus, et cultui divino vacaverimus, æterna beatitudine. Hæc obtinget his, qui non excesserint loco, in quo steterunt, id est, a Christo: neque ignes fecerint, scilicet ad peccandum: neque sustulerint peccati onus. Nam inquit: « Quasi onus grave incubuerunt mihi [30]. » Fruitio autem illa æternæ beatitudinis vocatur voluptaria et sancta, sicuti alibi traditum est: « Sabbata mea sunt jucunda et sancta [31]. »

[17] Joan. vi, 31. [18] ibid. 41. [19] Matth. x, 8. [20] Rom. i, 11. [21] Galat. v, 2. [22] Matth. xiii, 52. [23] Galat. v, 16. [24] Joan. viii, 12. [25] Matth. xv, 14. [26] Num. xi, 4. [27] III Reg. xvii, 6. [28] Matth. xxii, 2 seqq. [29] Joan. v, 45. [30] Psal. xxxvii, 5. [31] Ezech. xliv, 24.

Quos tu vidisti : quia sunt seniores populi, etc. Non igitur sermo nunc est de externis populi senioribus, qui huic gubernando præfecti sunt : illos nimirum dicit, quos intellectu Moses solo quiverat percipere illi rei fore idoneos. Ne itaque Moses detrectet monarchiam, quasi collegæ ipsi adjiciuntur illi seniores. Lex enim non tantis pollet viribus, ut sola nos instituere et erudire perfecte valeat. Post Mosen autem in extremis temporibus numero perfecti a Christo constituuntur seniores, qui gubernent populos. Illorum quasi primitiæ censebantur divini discipuli.

De spiritu tuo, qui est super te, dabo eis, etc. Scilicet ut intelligamus Deum uno eodemque sancto Spiritu antecessores nostros nosque sanctificare. Idem enim Spiritus, quo movebantur prophetæ, et in nobis est. Siquidem unus est Pater et unus Filius. Cum autem Spiritus sit unus, et quia varia sunt dona Spiritus, non propterea dicendum est Spiritum dividi ; absit ! Spiritus unus est, nullamque patitur divisionem, perfectusque est per omnia. Duo deerant numero septuagenario, quorum nomina erant Modad et Eldad, quos quoque replet Spiritu Deus et vaticinabantur. Quidam conabantur in his per reprehensionem exstinguere prophetiæ donum. At Moses prævidens mysterium Christi, ait : « Quis det, ut populus Dei universus prophetiæ spiritu floreat, quod fiet, si Dominus fuderit Spiritum suum super eos [32]. » Intelligimus autem legem plurimos erudivisse et conjunxisse Christo, at fuisse infirmiorem, quam ut quiverit omnes conjungere Christo. Etiam hos, qui abfuerant, Spiritu sancto imbuit Christus. Nam ethnici vocati sunt ad veritatis notitiam, non opera Mosis, nec per legem : sed magis virtute et potentia cœlestis Patris revelantis ignorantibus suam imaginem, id est, Filium. Vocatos vero sanctos reddidit delibutos fragrantissimo Spiritus sancti unguento. At Judæi, servientes legi, zelo quodam perciti æmulabuntur illos qui in Christo et fide justitiam **206** assecuti sunt, quique Spiritus sancti munere vigent. Verum Moses prævidens mysterium gaudio exsultavit. Itaque non referunt ingenium Mosis, imo degenerant Judæi, qui odio prosequuntur Christianos.

Et conversi sunt in solitudinem, etc. Aquila vertit : *Inclinaverunt*, vel *respexerunt*.

Τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὃ συνέταξε Κύριος. Ἔθος τῇ A Γραφῇ τὰ ἀποτελέσματα τῶν ἔργων καλεῖν τοῖς ὀνόμασι τῶν αἰτίων. Ὃ γὰρ ἐποίησε Θεοῦ λόγος καὶ πρόσταγμα, τοῦτο Θεοῦ ῥῆμα καλεῖ. Καὶ τὸ μάννα δὲ οὐκ ὄνομα, ἀλλ' ἡ ἐρώτησις ὄνομα γέγονε.

Hoc est verbum, quod ordinavit Dominus, etc. [XVI, 23.] Mos est Scripturæ effectibus nomina ab causis repetita imponere. Quod enim in effectum produxit Dei sermo, illum jussum verbum Dei vocat. Cæterum manna non est nomen, sed ex ipsa interrogatione nomen illud exortum est.

Juxta numerum animarum, etc. Symmachus habet : *Quantum singulis competit dimensum.*

Bellarium cum melle, etc. Aquila legit : *Similam cum oleo*. Symmachus reddit : *Ut mellis favus*. Ad partem Phœniciæ. Symmachus transtulit : *Usque ad fines terræ Chanaan.*

Καὶ πατάξεις τὴν πέτραν. Σημειωτέον, ὅτι τὸ τοῦ μάννα καὶ τῆς ὀρτυγομήτρας θαῦμα, προγενέστερόν ἐστι τοῦ πατάξαι τὴν πέτραν, καὶ ὕδωρ ἐκβαλεῖν ἀπ' αὐτῆς· ἐπειδήπερ ὁ οζ' ψαλμὸς δοκεῖ προτάττειν τὸ τῆς πέτρας. Πάλιν δὲ διεγόγγυσεν ἡ συναγωγὴ, καὶ τῆς ὁδοῦ τὴν ταλαιπωρίαν προβάλλεται. Ἐν δὲ τοῖς Ἀριθμοῖς καὶ τῶν ἡδέων κατὰ μέρος ἀντιπαρατίθησι μνήμην, λέγουσα· « Οὗ οὐ σπείρεται, οὐδὲ σῦκα, οὐδὲ ἄμπελοι, οὐδὲ ῥόαι, οὐδὲ ὕδωρ B ἔστι πιεῖν. » Καὶ ὅτι ταῦτα γέγονε μετὰ τελευτὴν Μαριὰμ ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, τὰ κατὰ τὴν πέτραν φημὶ, ἔνθα καὶ παραλαβεῖν προστάττεται μόνον τὸν Ἀαρὼν, καὶ λαλῆσαι πρὸς τὴν πέτραν· καὶ ὡς ἐδίσταζεν, εἰπών· « Μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ ; » Διὸ καὶ δὶς τὴν πέτραν ἐπάταξε, καίτοι προσάπαξ ἀνατείνας ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ μεταβαλὼν τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα. Διὸ καὶ ἐπετιμήθη σὺν τῷ ἀδελφῷ, μὴ εἰσαγαγεῖν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

Et percuties petram, etc. [XVII, 5.] Memineris manna et coturnices, quibus populum pavit Dominus, antecessisse præsens miraculum, quo contigit, ut icta petra profunderet immensam vim aquæ populo sitienti et aquarum penuria laboranti : quamvis psal. LXXVII, videatur in priore loco ponere, si respicias ordinem, præsens miraculum. Populus iterum obmurmuravit, prætendens itineris molestias et tædia. In libro Numerorum in memoriam revocant delicias quibus in Ægypto affluxerint, et in hæc verba ora indignantia solvunt : « Hic (scilicet in solitudine) nec conseruntur agri, non ficus nascitur, non vineæ sunt, nec videre est malapunica, neque aqua occurrit, ut possimus restinguere torridam sitim [33]. » Cæterum, ut mea fert sententia, ista contigere in mense primo post obitum Mariæ : tum demum petra tacta effudit aquam. Moses jubetur hoc loco solum assumere Aaronem socium, et alloqui petram. Cum vero vacillans fide addubitaret nonnihil, ut colligere erat ex verbis quæ protulit, dicens : « Num ex petra hac vobis educemus aquam[34] ? » bis virgam inflixit petræ, cum antea in Ægypto semel extenderit virgam, et aquas Ægyptiacas in sanguinem converterit. Quapropter, ne impune ferrent incredulitatem, ambo reprehenduntur a Domino dicente, ipsos populum non inducturos in terram promissam.

Verum nunc inspiciamus et populi incredulitatem, qui postquam toties experti sunt salutarem Domini virtutem et potentiam, nihilominus in incredulitatem prolapsi sunt, nec desiderarunt, ut par erat,

[32] Num. XI, 29. [33] Num. XX, 5. [34] ibid. 12.

terram Chanaan : nec considerarunt difficilia esse pulchra. Non enim ex otio, sed ex laboribus pulchra et honesta obveniunt. Cæterum hæc reservabantur Christianis, qui per varios casus et tot discrimina rerum tendunt in æthercam magni Dei aulam. Ingrati illi Judæi terque quaterque beatos judicant illos, qui post devoratas coturnices mortem obierint. Moses nonnihil tot viæ ærumnis fractus cum vellet claudicare in fide, nunc seniores, nunc Aaronem solum ascire socium jubetur. In memoriam quoque Mosi redigit Deus miracula, quæ antea edidisset ministerio virgæ. Nam inquit : « Cape virgam, qua percussisti fluvium, » Quasi diceret : Virga, quæ tantum flumen in sanguinem transformavit virtute divina, quomodo non poterat elicere aquam ex hac petra ? Præterea arrigit ejus animum ad meliorem spem, inquiens : « Ecce ego stabo coram te. » Non solus et destitutus eris. Ego adero. Non tuum, sed meum, qui tibi auxilio sum, illud miraculum est. Ipse vero hæsitans et ad incredulitatem propendens bis petræ inflixit virgam. At Deus patiebatur, nihil motus viri incredulitate, prosilire aquæ fecundas scaturigines, ne scilicet populus simili raperetur incredulitate. Hæc quidem hactenus, quantum attinet ad enucleationem historiæ. Cæterum, ut et allegoriam ostendamus, memineris Mosen, legem : Aaronem, sacerdotium ; Mariam repræsentare cærimonialem legis cultum. Nam alicubi tradit Scriptura: « Emisi ante faciem tuam Mosen et Aaronem Mariamque. » Igitur, ut hinc patet, etiam ipsa declarata erat, ut veniret in partem et societatem illius regiminis, quo gubernabatur populus. Quapropter devicto Pharaone, ipsa cecinit carmen victoriæ signum, quod composuerat Moses, gravem emittens per tympana sonum. Nam lex et, qui in umbris versabatur **267** cultus, immensam et infinitam Dei decantant potentiam. At hæc moritur in mense primo. Siquidem in hoc mense paschalis immolatur agnus. At emoritur non secus ac legalis colendi Deum ritus. Cæterum justitiæ Sol, propter quem illa fungitur vita, exortus est in mense novorum fructuum. Siquidem et ipse, qui loquitur, dicebat : Adsum ut maturitas frugum in montibus, et quasi in mense novarum frugum.» Pari ratione affatus gentium Ecclesiam: Surge, accede ad me propius, pulchra mea columba. Quia ecce hiems præteriit, et imber abiit. Advenerunt ei flores, flores, inquam, visi sunt in superficie terræ. Tempus sectionis venit [36]. Refloruimus enim in Christo ad novitatem vitæ festinantes, et aspicientes invisibile, quod sola mente cernitur ver, scilicet divinum Christi adventum. Mortuo legali cultu, siti vexatus est populus, penuria spiritualium fluviorum. Bibit igitur largissime Christi oracula secundum Paulum scribentem : « Bibit ex spirituali, quæ ipsos sequebatur, petra. At petra erat Christus, » [37] infractus et immobilis exsistens. Nam divina natura suis bonis innixa confirmata et consolidata est. Verum quomodo aqua producta est? Aderant seniores populi et sacerdotes, id est, principes sacerdotum, Scribæ et Pharisæi, qui in lege a Mose instituebantur et erudiebantur, tandemque vociferabantur in conspectu Pilati : *Crucifige* [38], etc. ; et hic erat ictus primus. Alter sive secundus ictus erat, quem inferebant Christo petræ, dum persuadere moliebantur omnibus ipsum non resurrexisse a mortuis. Quamvis omnibus modis impedimenta pararent, attamen evangelicus amnis excurrit in universum orbem, juxta prophetæ vaticinium : « Ecce ego declino in ipsos ut fluvius pacis, et ut torrens inundans gloriam gentium [39]. Huic astipulatur psalmus : « Fluminis impetus exhilarant civitatem Dei [40]. » Et ad Patrem cœlestem ait : « Ut multiplicasti misericordiam tuam, o Deus : filii hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur a pinguedine domus tuæ, et torrente alimenti tui potabis eos. Quia penes te est fons vitæ [41], » per quem perveniemus in hæreditatem patrum, quo quidem pertingere ope legis nequivimus.

Aliter licet interpretari hunc locum, quod Moses et Aaron ob incredulitatem sunt culpati. Castra variis multisque ponuntur locis ab his, qui egressi sunt Ægypto. Cæterum nihil obstat quin per ordines et loca castrorum intelligamus virtutes, in quibus populus sequens columnam nubis moratur et requiescit. Verum diligentius excutiamus miraculum, quod accidit in percussa petra. Petra, quæ natura est solida et dura, potum præbet affatim sitientibus, duritie soluta in liquorem aqueum. Nam qui in aqua reliquerat Pharaonem mortuum, et ligno injecto aquam amaram reddiderat dulcem et potabilem, quique in apostolicis deliciabatur fontibus requiescens sub palmarum umbra, jam Dei capax efficitur, significante ipso Deo sub petra, quod sit aridus et durus incredulis. Si vero quis admoveat virgam fidei, dulcem offerat aquam sitientibus. «Ego enim, inquit, et Pater meus veniemus, et mansionem apud ipsum faciemus [42].» In libro Numerorum additur : « Quia non credidistis, ut sanctificaretis me, id est, » honoraretis me. Revera enim est honorare Deum, non rationibus rimari superstitiosius ipsius opera : sed omnia ascribere divinæ et superiori, meliorique potentiæ. Verumtamen justi peccant labiis : at impii mente. Ut namque impius mente alienatus est a Deo, et tamen videtur aliquo modo appropinquare Deo ; Nam « Populus ille labiis me honorat, at cor eorum procul abest a me [44] ; » sic pius solis habitur labiis. Quapropter David illum excusat, dicendo : « Et afflictus est Moses propter illos, et non propter se [45]. » Non credidit siquidem nconsulto, subversus et transversus actus a populo contradicente. At quomodo afflictus est Moses propter illos ? ipse causam infert : « Quia exacerbaverunt spiritum ejus, et dissensit labiis suis [46], » id est, divisam habuit linguam.

Venit autem Amalek, et profectus est Israel in Ἦλθε δὲ Ἀμαλὴκ, καὶ ἐπολέμησεν Ἰσραὴλ ἐν

[35] Exod. IV, 14. [36] Cant. II, 10-12. [37] I Cor. X, 4. [38] Joan. XXI, 6. [39] Isa. LXVI, 12. [40] Psal. XLV, 5. [41] Psal. XXXV, 8-10. [42] Joan. XIV, 23. [43] Num. XX, 12. [44] Isa. XXIX, 13 ; Matth. XV, 8. [45] Psal. CV, 32. [46] ibid. 33.

Ῥαφιδίν. Ἦν μὲν ὁ Ἀμαλὴκ τρίτος ἀπὸ Ἠσαῦ, ὡς ἐν τῇ Γενέσει φησὶν, ἀπὸ Θάμνας τῆς παλλακῆς.

Ἐπειδὴ ἤμελλεν ὁ Ἰησοῦς διαδέχεσθαι τὸν Μωϋσέα, καὶ πόλεμον μέγιστον ἀναδέχεσθαι πρὸς τὰ ἔθνη τὰ τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦντα, προγυμνάζει αὐτὸν ἔτι περιὼν ὁ Μωϋσῆς, καὶ τῇ δυνάμει τῶν οἰκείων εὐχῶν νικᾷν παρασκευάζει. Ἐν δὲ τοῖς Ἀριθμοῖς Αὐσῆν αὐτὸν καλεῖ, καὶ μετωνόμασεν αὐτὸν Μωϋσῆς Ἰησοῦν. Προληπτικῶς οὖν ἐνταῦθα λέγεται Ἰησοῦς ὡς καὶ τὴν ὕστερον κληθεῖσαν Ἱερουσαλὴμ προλαβὼν οὕτως ἐν τῷ Ἰησοῦ καλεῖ, πρότερον Ἰεβοῦς καλουμένην· καὶ τὴν Βαισὰν, Σκυθόπολιν.

A *Raphidim. Dixit autem Moses Jesu*, etc. [XVII, 8.] Fuit Amalek tertius ab Esau, ut in Genesi perhibetur[47], natus ex Thamna pellice.

Sed quia Josue successurus erat Mosi, et magnum bellum illaturus populis Palæstinam incolentibus, non immerito ceu Tyro quispiam instruitur et exercetur **268** prius, ut discat virtute orationis domandos esse hostes. In libro Numerorum vocat eum Ausen[48]; nunc, mutato nomine, ipsum Moses appellat Jesum. Anticipatione igitur quadam hoc loco nuncupatur Jesus, sicuti Jerusalem nominatur urbs, quæ prius dicebatur Jebus[49]. Pari ratione Bæsam nuncupat Scythopolim.

Quemadmodum duces seu imperatores prius commeatum præbent militibus, et deinde signum pugnæ proponunt; sic divinæ virtutis, milites spirituali capto cibo, pergunt in hostem auspiciis et ductu Jesu. Ecce consequentiam orationis. Quantisper homo infirmior est, nequit per se depellere hostem; sed Deus multis plagis et vulneribus contundit hostem, ut infirmiorem tueatur. Ubi vero fuerit exemptus tyrannica servitute, et per baptismum impleverit typum maris Rubri, nec non hauserit aquam ligni dulcedine temperatam, requieveritque sub palmarum opacitate pastus cœlesti alimento, et cognito petræ mysterio: is, inquam, non aliena virtute deinceps, sed propria manu propulsat et fundit hostem, ut qui excesserit jam puerilem ætatem; nec amplius utatur duce Mose, qui fuit minister Dei: sed sequatur ducem Deum, cujus typus fuit Jesus. Ducis partes geritis, qui implevit legem et successit Mosi: qui quoque ipso nomine prædictus et quasi præmonstratus est. Nam Christus, quem Josua repræsentavit, sub lege fuit sicuti Josua sub Mose. Nam circumcidebatur, solvebat didrachma. Siquidem dicit: Non veni ut solvam legem, sed ut impleam[50]. » Ut Josue eligebat viros fortes et strenuos ad debellandum Amalek: sic Christus delegit apostolos, quibus vere dicitur: « Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem[51]. » Fretus apostolis manum conseruit cum sæculi hujus principe, de quo loquitur is, qui omnia vincit: « Nunc est judicium mundi hujus: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras[52]. » Joannes autem ut victores coronat eos, qui cum illo et per illum victoria potiti sunt. Ait enim: « Scribo vobis, adolescentes; quia fortes estis, et vicistis illum malum[53]. » Moses imperat Josue, ut in crastinum ducat aciem instructam in hostem. Non enim præclaræ res gestæ a Christo patuerunt et innotuerunt illo tempore: sed lege demum sublata Christus advenit, et tropæa sua erexit. Ascendit in collis cacumen, ut inde possit prospicere pugnam. Sic et lex paulatim nos adducit in sublimem locum ut possimus conspicere eminus Christum pro nobis, ut strenuum imperatorem, decertantem. Populus si manus legislatoris cernit supinas, vincit: at si aspexerit manus legislatoris remissas, vincitur. Ita si quis legem spiritualiter intelligat, is victoriam assequitur. At contrarium accidit, si quis humilem et litteralem sequatur sensum. Fortassis illa verba significant Israelitas non per omnia fuisse intactos et illæsos, sed aliquid mali quoque ab hoste perpessos. At qui incolumes ex eo prælio abierunt, conformes fuerunt Christo opprobrium ejus portantes, scilicet crucem, quæ ostendebatur sub figura extensarum manuum. Qui carebant hujus auxilio, cadebant. Hos alloquitur et Christus, dicens: « Amen, amen dico vobis, nisi credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini[54]. » Manus Mosis erant graves, ut sub harum typo commonstraretur crux Christi. Nam Israelitæ difficulter hanc admiserunt. Quapropter docet Paulus crucem fuisse offendiculum et scandalum Judæis[55]. Moses innitebatur lapidi, scilicet electo et angulari Christo, in quo recubuerunt ex Israel reliquiæ secundum electionem. Hi, quos propheta reliquias appellat, extensis palmis susceperunt crucem, Christo ipsos quodammodo fulciente et tutante, ut declaratur per Ur et Aaronem, qui sub typo docent Christum esse et judicem et summum pontificem. Est etenim judex integer, quem nullis corrumpere potes muneribus. Præterea continet, quod pontificis est, reliquias secundum electionem in salute, quæ interventu fidei obvenit. Proinde de Christo ita vaticinatur Isaias: « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, ut Sodoma facti essemus, et assimilati fuissemus Gomorræ. » *Nisi* enim particula significat, per istum sermonem portendi verum sacerdotium. Nam Ur propinquus erat Aaronis si genus intueare. Ur siquidem, **269** ut testatur Josephus, maritus erat Mariæ. Operationes legis degravatas stupore Judaicæ mentis, et humi abjectas, erigit: legemque collapsam fulcit lapide. Proinde suo statu per expansas manus manifestat quis sit finis et scopus legis, nempe Christus. Nam si qui paulo sunt oculatiores, facile in lege et vere perspiciunt crucis mysterium. Quapropter alicubi evangelica historia habet: « Nec iota nec apex de lege peribit[56], » etc., designans rectam et transversam crucis lineam. Cæso Amalek, inquit Deus: « Scribe hoc, ut ejus perpetuo duret memoria, poneque in aures Jesu, » etc. Hisce significatur Christi mi-

[47] Gen. xxxvi, 12. [48] Num. xiii, 16. [49] Isa. xviii, 28. [50] Matth. v, 17. [51] I Petr. ii, 9. [52] Joan. xii, 31. [53] I Joan. ii, 13. [54] Joan. viii, 24. [55] I Cor. i, 23. [56] Matth. v, 18.

racula et præclara opera', quæ continentur evangelica historia, æternæ consecranda esse memoriæ.

In aures pones Jesu, etc. Nam quædam dona et anathemata sacra existimantur sanctorum scripta et volumina.

Exstruxit altare, et nominavit illud : Dominus refugium meum, etc. [XVII, 15.] Christus enim revera refugium nostrum est, cum devicerit principem sæculi hujus : et proculcaverit protriveritque potentiam mortis, offerendo semetipsum pro nobis victimam irreprehensibilem in odorem bonæ fragrantiæ Deo et Patri. Typus Christi erat illa ara, cui et nomen convenit : « Dominus refugium meum [57]. » Occulta manu domans diabolum, quem Amalek adumbrabat, potitus est gentibus, ejusque diripuit vasa vincto forti ut ipse alicubi testatur [58]. Spolia adjecit priscis gregibus, dicens : « Et alias oves habeo, quæ non sunt de caula hac : et illas me oportet adducere, et vocem meam audient, eruntque unum ovile, et unus pastor [59]. » Nam secundum Pauli proloquium : Ipse est pax nostra qui fecit ex utrisque unum et interstitium maceriæ diruit.

Igitur haud immerito Jesus fuit typus Christi. A Nam imperium, cum esset circa Jordanem, accepit : ex quo baptizatus Christus egrediens Evangelii semen spargere cœpit. Ille duodecim constituit sortes, quas duodecim tribus caperent hæreditario jure; at hic duodecim ablegavit apostolos in universum orbem, ut metirentur vallem tabernaculorum. Jesus sive Josua conservavit meretricem Raab; at verus Jesus inquit : « Ecce publicani et meretrices præcedunt vos in regnum Dei [61]. » Josuæ clangore et clamore corruerunt muri Jerichuntis : at templum versum est in cineres, dicente Domino : « Nequaquam lapis relinquetur super lapide [62]. » Postremo Josua, nec Moses, in terram promissam induxit populum. Nam lex erat imperfecta. At gratia Christi perfectionem habet. B

Ὅτι τύπος ἦν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ τοῦ ἀληθινοῦ Ἰησοῦ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἰορδάνου ἄρχειν ἤρξατο τοῦ λαοῦ (81). Ὅθεν καὶ ὁ Χριστὸς βαπτισθεὶς ἤρξατο εὐαγγελίζεσθαι. Καὶ ὅτι δώδεκα ἔστησε τοὺς διαιροῦντας τὴν κληρονομίαν (82)· ὡς ὁ Κύριος δώδεκα καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀπέστειλε (83) πιστεύσασαν. Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἔσωσεν ὁ τυπικὸς, ὁ δὲ ἀληθὴς φησιν· « Ἰδοὺ οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Ἀλαλάγματι ἐπὶ τοῦ τυπικοῦ ἔπεσε τὰ τείχη Ἱεριχοῦς, καὶ προῤῥήσει (84) τοῦ ἀληθινοῦ, « Οὐκ ἀφέθη λίθος ἐπὶ λίθου ἐν τῷ ναῷ. » Καὶ τὸ τέλος πάντων, ὅτι αὐτὸς εἰσήγαγε τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, οὐχ ὁ νομοθέτης Μωϋσῆς. Ἀτελὴς γὰρ ὁ νόμος, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χάρις τελεία.

Cæterum quæritur, quibus armis instructi Israelitæ congresssi sint cum Amalekitis. Nam inermes profecti sunt Ægypto. Apparet igitur eos usos esse Ægyptiorum armis quæ detraxerunt Ægyptiis, quos mare devoratos tandem ejecit. Nec obstat quin allegorice sub hac armatura intelligas gladium Græcum, de quo inquit Jeremias : « A facie Græci gladii singuli ad populos suos se recipient [63]. » Tantum autem abest ut fugerint Judæi, ut constet etiam persecutos ipsos esse hostes. In hunc modum in singulare certamen descendebat David respuens panopliam Sauli, capiens autem quinque læves lapides, quibus appetebat hostem, quem et prostravit. Dehinc potitus gladio hostili, suo Goliath truncat gladio. Nisi enim nactus esset gladium hostis, caput hosti amputare nequivisset. Peremit hostem lapidibus quos sumpsit de campo Hebræorum : at caput abscidit hosti suo, quo cinctus venerat, gladio.

Audivit Jethro sacerdos Madian socer Mosis, etc. usque ad hæc verba : *Et audivit Moses vocem soceri, et fecit quæcunque ei dixerat*, etc. [XVIII, 1.] Jethro ethnicus fuit : et sacerdos curabat solitam eo tempore religionem. Adorabant quidem altissimum Deum sicuti et Melchisedech : nec tamen interim abstinebant ab idololatria, creaturas scilicet conjungentes et applicantes ei cultui, qui soli debetur Deo. Sic etiamnum quidam Græci venerantur Hebræorum Deum, nec interim fugiunt idololatriam : et secuti medium quoddam inter veram et falsam religionem iter, sese nominare audent pios. Hunc religionis callem cum quondam premerent Judæi, gravi increpatione incessebantur ab Elia, dicente : « Usquequo vos claudicatis **270** in duas cogitationes? Si Dominus est Deus, sequimini eum : sin Baal, ite post eum [64]. » Sub Jethro itaque tacite innuitur gentium multitudo ad pœnitentiam invitata, quæ prius gravissimis erroribus acta erat. Nam gentes antea in omnibus se opposuerant Deo, ipsi obsequi recusantes. Tandem sua sponte instar transfugarum, desertis diaboli castris, transfugiunt ad divinam legem, id est ad primam institutionem, quæ fit secundum tenorem sacrarum Litterarum. Et in hunc modum pervenit in primum tabernaculum. Siquidem lex huc homines adducere novit. Dehinc persuasæ gentes veteris testamenti relationibus paulatim et pedetentim procedunt ad veritatem unius et solius Dei. In hunc modum proficit

[57] Psal. xxxi, 7. [58] Matth. xii, 29. [59] Joan. x, 16. [60] Ephes. ii, 14. [61] Matth. xxi, 31. [62] Matth. xxiv, 2. [63] Jerem. L, 16. [64] III Reg. xviii, 21.

NOTÆ.

(81) Ὅτι τε ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου παρείληφε τὴν ἀρχήν. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(82) Κατέστησε τοὺς κληροδοτοῦντας τὴν γῆν. Ὁ αὐτ.

(83) Ἀπέστειλεν εἰς τὸ διαμετρῆσαι τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν. Ὁ αὐτ.

(84) Καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Κύριον, Οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθον, πέπτωκεν ὁ ναός. Ὁ αὐτ.

pius, fructusque profert Deo, clamans cum Jethrone : « Cognovi quod Dominus est magnus et superat omnes deos. » Hæc enim est fides illorum, qui primulum fuerint instituti et hærent in classe catechumenorum, quos reformans lex commemorando quæ priscis evenerunt, nequit ad perfectionem adducere. Aaron dignum censet Jethronem, cum quo ad eamdem accumbens mensam epuletur. Nam ipse una cum senioribus Israel ceperunt cibum sive panem cum eo in conspectu Dei. Siquidem nos perfectos et consummatos reddit Christus verus Aaron pane vivo : nec solum isto pane reficit et perficit gentiles, verum etiam Israelitas his admistos. Quod vero cibus ille, quem sumpsere, fuerit mysticus, docent sequentia verba : « Coram Deo. » Per Christum igitur et legis institutionem ad perfectionem progressi incrementa sumimus incredibilia quoad intellectum. Nam Jethro accedit Mosen, eique consilia optima dat, quæ ex sui animi thesauro depromit, et solerter suo Marte adinvenit. Moses socero parere non erubescit, quod quidem et Paulus quasi digito commonstrat, inquiens : « Excrementa putavi legalia præ excellentia cognitionis Christi [65]. » Eos vero, qui Mosen solum exosculantur, et perfectionem, quæ per Christum obvenit, detestantur, perstringit Jeremias hisce verbis : « Quomodo dicitis : Nos sapientes sumus, et lex Domini apud nos est? Certe in vanum adaptavit stylum, et in vanum scripserunt eam Scribæ. Confusi sunt sapientes, fracti et capti. Noluerunt enim verbum Domini, et quid proderit eis sapientia [66] ? » Verum nobis, qui non rejicimus salutarem ejus sermonem, factus est ipse sapientia a Deo.

Αὐτοὶ ἑωράκατε ὅσα πεποίηκα τοῖς Αἰγυπτίοις. A Προκατηχεῖ τὸν λαὸν τῆς τοῦ νόμου δόσεως, προκαταρτίζων καὶ προτρεπόμενος ἀγαθῶν ὑποσχέσεσιν. Ἔσεσθε γάρ μοι, φησὶ, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ γεγόνασιν ἐκεῖνοι, εἰς τοὺς ἐν Χριστῷ τὸ τῆς χάριτος ἐπληρώθη, ὥς φησι καὶ Πέτρος ἐν τῇ Καθολικῇ.

Vos vidistis quæ fecerim Ægyptiis, etc. [XVIII, 3.] Egregie præmunivit Deus hisce verbis Judæos, et quasi aditum sibi præstruit et parat ad legislationem, animos eorum concilians et capiens magnis pollicitationibus, quæ sic habent : « Eritis mihi populus peculiaris, regale sacerdotium, gens sancta. » Quoniam illi aberrarunt, nec magnifica illa promissa acceperunt : gratia Christi illa præstitit his qui eam admiserunt, ut in sua catholica disserit Petrus [67].

Ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρὸς σὲ, καὶ σοὶ πιστεύσωσιν εἰς τὸν αἰῶνα. Τύπος ἦν ἄρα τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως τοῦ Κυρίου, καὶ μαρτυρίας τοῦ Πατρός. Φοβῶν δὲ κελεύει μὴ ἅψασθαι τοῦ ὄρους μηδένα, καὶ ὡς παῖδας δεδιττόμενος.

Ut audiat populus colloquentes nos, et tibi credat perpetuo, etc. [XVIII, 9.] Typum igitur hic cernis transfigurationis Christi in monte, et testimonii Patris. Ut religionem inferret populo, edicit, ne quisquam contingat montem. Terrorem igitur, ut puerulis, illi populo injicit.

Nam utile est socordibus ut sint in metu. Ad eum modum supra imperabatur Mosi : « Solve calceamentum pedum tuorum [68]. »

Et dixit Dominus Mosi : Descende et obtestare populum, etc. [XIX, 10.] usque ad promulgationem Decalogi. Necessitas exigebat, ut, quatenus fas et possibile est homini, aliquam notitiam Dei caperent Hebræi, qui erant educati et enutriti in falsa religione Ægyptiorum, colentes divinis honoribus lignum, lapides, et dicentes ligno : « Deus meus es tu ; et lapidi : Tu genuisti me, » ut habet prophetæ eloquium [69]. Quare opus erat illa notitia? ne si nihil illorum oculis occurrat, arbitrentur se venerari Deum, qui non sit in rerum natura. Nam ea quæ cernuntur, firmiore et solidiore fide coluntur. Sonitus insoliti et monstrosi exaudiuntur, obversantur oculis mira spectacula, ut appareat ipsam etiam naturam universorum Deo servire, ejusque jugo cervices subjicere.

[Καὶ κάτεισιν ἐν εἴδει πυρὸς ὁ Θεὸς], δεικνὺς ὅτι B πῦρ ἐκδέχεται τοὺς παρακούοντας· οὐχ ὅτι τῆς ὕλης χρῄζει ὁ Θεὸς βοηθοῦ, καθάπερ οἱ Μανιχαῖοί φασιν. Ὅτε γὰρ ἠβουλήθη, ἀγγέλου δυνάμει, ρπε' χιλιάδας ἀνεῖλεν ἐν μιᾷ νυκτὶ, οὐ δεηθεὶς πυρὸς, οὐδὲ ἑτέρας τινὸς ὕλης τῶν στοιχείων.

Deus descendit in montem sub specie ignis, re ipsa demonstrans ignem exarsurum ultorem in eos, qui legibus non sint pariturí; nec tamen, ut somniant Manichæi, in igne visitur, quasi opus habeat materiali **271** igne, neque citra hunc punire possit sontes. Ne scis invicta angeli virtute Dominum una nocte letho dedisse 185 millia hominum, nec ad eam rem eguisse ullius elementi auxilio?

Solum arbitrum et mediatorem in montem ascendere jubet, reliquis comminatur mortem. Nec id fit, quasi crudelis et aditu difficilis videri studeat, sed ut cognoscant pro summo honore ducendum appropinquare Deo, et maxime ob Ægyptiacos sacrificulos. His enim, si castitatem observabant, patebant dæmonum occulta adyta : quanto magis castis occulta Dei patere fas erat? Præterea majore prærogativa, ut vulgo solet, dignus habendus est dux, quam populus. Paulo ante dixit Deus Mosi : « Ecce ego advenio ad te in columna nubis, ut audiat populus me loquentem tibi, et fidem tibi habeant perpetuo. » Repe-

[65] Philipp. III, 8. [66] Jerem. VIII, 8, 9. [67] I Petr. II, 9, 10. [68] Exod. III, 5. [69] Jerem. II, 27.

tamus paulo supra quomodo quadam gradatione ad sublimiora virtutis nostram mentem deducat oratio. Nam oculos ad Mosen et ad nubem flectit quicunque ingreditur virtutis iter. Moses ostendit præcepta legis : nubes indicat mentem, quæ antecessit legem, et transitu aquæ deposuit et interfecit omnem alienigenam religionem penitus lota et repurgata : quæ degustavit aquas Marath, scilicet vitam a sæculi voluptatibus segregatam, et dulcedinem apportantem illis, qui lignum decenter et digne susceperint : quæ deinde oblectata pulchritudine et amœnitate evangelicarum palmarum et fontium fecunda scaturigine, fruatur cœlesti pane et vere ambrosia : quæ deinceps satiata humore ex petra profluente vincat, et potenter domet per crucis signum adversarios. Mens, inquam, tum demum incumbit spiritualium speculationi si utatur duce repurgatione, corpore scilicet et vestimentis lotis aqua. Oportet siquidem nos pariter corpore et animo puros esse, ut externus habitus respondeat interiori. Nam polita vestimenta significant vitæ honestum amictum et habitum. Oportet enim etiam carnis voluptates necari, si volumus nos, quoad interna perhiberi probos. Nam inquit : « Induite Dominum nostrum Jesum Christum ; et carnis curam ne egeritis ad cupiditatem [70]. » Quapropter haud ab re quam longissime a castris submovet lex leprosos, et illos, quos hæmorrhoides infestant. Fortassis hoc loco intelligit sensus, qui nobis cohabitant : quibus repudium dare decet illum, qui vult in sublimiorem Dei scandere speculationem. Theologia siquidem revera quiddam acclive difficulter aditu est, ad cujus radices ægre venire potest multitudo incondita. Quapropter bestiæ et jumenta, quæ valent sensitiva anima, procul a monte abiguntur. Motu enim moventur irrationali, et solum sequuntur sensum. Fortassis hoc loco intelligit hominem malum et ferum, quem, cum non sit capax theologiæ, non oportet immorari silvis insidiose captantem aliquod dogma aut verbum, deinde cum tumultu exsilientem lacerare salubres sermones conviciis. Quicunque propius accesserit, lapidibus perimetur. Siquidem feris et belluinis hominibus veri sermones sunt lapides rigidi. Si pardalis fuerit, interficiatur una cum maculis suis variis : sive leo rapax et rugiens quærens quem devoret ; sive aper conculcans pulchras et pellucidas veritatis gemmas; sive lupus Arabicus et alienus. Vel si fuerit bestia aliqua prædictis solertior, quoque necetur, ut vulpes scilicet fraudulentus aliquis homo et incredulus, qui pro diversitate rerum et temporum varias induit formas et habitus. Vulpes quoque quæ parvas vites corrumpit, magnis hoc periculum effugientibus. Præterea si restat aliud animal carnivorum, quodque lex impurum pronuntiat et in cibis damnat. Nam ab his sejunctus sermo legis, vult solidis et lapideis incidi tabulis. Lapides quoque intelliguntur hoc loco inventiones hæreticorum, qui inventorem et auctorem impiorum dogmatum opprimunt. Verum consideremus et diligenter perpendamus tertium diem, in cujus diluculum matutinum miranda illa coinciderunt. Nam advenit ad nos unigenitus Dei Filius non in primordio sæculi, aut intermediis temporibus, sed quasi in tertio et ultimo tempore : et quasi in diluculo principioque diei fugatis nocte et caligine **272** ad nos profectus est. Hoc tempus, quod præcessit adventum Domini, sæculi hujus princeps corruperat et obfuscarat idololatria et impuritate vitæ. At Christus apparens plurimum desideratum diem ostendit. De hoc die canit David : « Hæc est illa dies, quam fecit Dominus. Exsultemus et lætemur in ea [71]. » Verum sapientissimus Paulus in hunc modum fatur : « Nox præcessit, at dies appropinquavit [72]. » Et iterum : « Non noctis nec tenebrarum sumus filii : sed sumus filii lucis et filii diei [73]. » Fulgura visebantur in monte Sina, quæ erant typus divinæ lucis et splendoris discurrentis per eam regionem, quæ cœlo subjecta est. Nam inquit : « Fulgura tua apparuerunt orbi [74]. » Caligo significat Christi mysterium non posse capi, sicuti et ille locus : « Posuit tenebras absconsionem suam in circuitu tabernaculi sui [75], » tenebrosa aqua aeria, quæ solius indiget Dei eam illustrantis, sicuti et Petro dicitur : « Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater in cœlis [76]. » Testis est etiam Paulus, sibi indicatum esse mysterium et revelationem [77]. » Clangor tubæ subindicabat evangelicorum oraculorum consonantiam, quæ cum gaudio quodam illabatur auribus et animis. Nam Deus alicubi per prophetam in hunc modum loquitur : « Constitui super vos speculatores, audite vocem tubæ : Et dixerunt: Non audiemus. Quapropter gentes audiverunt, et qui pascunt greges inter ipsas. Audi, terra : Ecce induco in populum hunc mala, fructum scilicet aversionis eorum, quod sermoni meo non auscultarunt, et legem meam repulerunt [78]. » Siquidem tuba evangelica per apostolos primo apud illos insonuit. At allocuti sunt speculatores, dicentes : « Non audiemus. » Hinc accidit, ut sonus tubæ perveniret ad gentes, cum prius Judæis diceretur : « Vobis necesse erat primo loqui sermonem Dei ; sed quia hunc aversamini, et vos indignos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus [79]. » De hac tuba scribit quoque Isaias in hunc modum : « Et erit in die illo, et tuba canent magna [80]. » Lex quoque dici potest tuba, sed gracilem et tardam vocem reddens, et in sola resonans Judæa, in qua cognitus est Deus. At magna tuba scilicet Christus insonat, dicens : « Et annuntiabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus [81]. » Sonum autem ceu organa edebant prophetæ et apostoli. Nam « in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum [82]. » Moses obviam ducit populum Deo in radicem montis Sina. Siquidem lex non in montem adducere potest illos, quos informavit. Sic enim et Salvator inquit : « Vobis datum est nosse mysteria

[70] Rom. XIII, 14. [71] Psal. CXVII, 24. [72] Rom. XIII, 12. [73] I Thess. V, 3 [74] Psal. XCVI, 4. [75] Psal. XVII, 12. [76] Matth. XVI, 17. [77] I Tim. VIII, 16. [78] Jerem. VI, 17-19. [79] Act. XIII, 46, 47. [80] Isa. XXVII, 13. [81] Matth. XXIV, 14. [82] Psal. XVIII, 5 ; Rom. X, 18.

regni : his vero non datum est [83]. » Præterea confitetur Patri, quod hæc omnia occultaverit sapientes et intelligentes, et revelaverit parvulis [84]. Non igitur Moses, verum Christus nos ad perfectionem adducit : « In ipso enim sunt omnes thesauri sapientiæ et cognitionis reconditi [85]. » Descendit autem ad nos ut ignis conflatoris, si libet usurpare prophetæ vocem [86]. « Et ipse baptizabit vos in Spiritu sancto et igne [87]. » Ignis quidem consumet quidquid in nobis fuerit superfluum, et eliquabit peccati immunditiem, nec concedet ut redeamus ad absurdas voluptates, nosque ibi refrigeremus. Nam facti sumus fervidi in ipso spiritu. Quapropter ait : « Ignem veni mittere super terram, et quid volo si jam succensus est [88] ? » Hinc et priscis apparuit ignis : cæterum fumus additus fuit igni, qui significat divinæ gloriæ contemptorum lacrymas et tenebras externas, in quas præcipites dabuntur, ibi erit ploratus et stridor dentium.

Voces tubæ fortiores, etc. [XX, 19.] Evangeliorum tuba clare et magno clangore resonat. Initio audiebatur in Judæa, deinde sua pomeria proferens evagata est per universum orbem. Imperat Deus, ne quis speculabundus propius accedat, sacerdotes adeuntes sanctificandos aut mortis pœnam incursuros, etc. Non enim ea virtute viget lex, ut nos possit sistere in conspectum Dei. Versatur siquidem in umbris et typis. At veritatis pulchritudo constitit in Christo, per quem adducti sumus et collocati prope Patrem quasi in montem ascendentes, scilicet in ipsius notitiam. Qui enim novit Filium, cognovit per ipsum et in ipso Patrem. Docet quoque legis consecrationem **273** non perfecte tenere sanctitatem, cum imperet etiam sacerdotes consecrandos et sanctificandos esse. Christus autem inculpabilis et sanctorum sanctissimus noster pontifex est. Nam legis consecratio subministrans balneum et aquas ad carnis sordes eluendas, neminem, quoad conscientiam, perfectum reddidit. Quapropter ut imperfecta jubetur consecrari, ut quæ non habeat perfectam et absolutam sanctitatem : sanctificanda vero sit suo tempore in Christo, quando facessentibus typis ipsa coruscaverit veritas. Non igitur nos addecet sectari legis sanctimoniam Christi sanctimonia apparente. Aut mors aut pœna. Nam in Christo populi et vetusta veneradaque sacerdotum consecratur et dedicatur familia. Quidquid non fuerit sanctum, id impurum, profanum et mortuum dixeris. « Amen enim, inquit, amen dico vobis, nisi credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [89]. » Hinc quoque colligitur fore ut Judæi recalcitrantes suo tempore sint rejiciendi a Domino : ad quem non aliter, nisi per Christum, revertentur. Ita se rem habere patet ex his verbis, quibus Mosen allocutus est Deus, inquiens : « Vade, descende, et ascende tu et Aaron tecum. » Nam dimissus Moses non aliter, nisi comite Aarone, qui fuit Christi typus, rediit in montem. Per solum enim Christum patet nobis ad Patrem aditus. Hunc in extremis temporibus cognoscent exsules Judæi.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de domo servitutis, etc. [XX, 2.] Omnis qui, contempto præsenti sæculo, sermonis divini instinctu fuerit jussus iter facere in regnum cœlorum : is, inquam, exivit Ægypto liberatus et solutus mundi negotiis et malis, quæ nos excruciant. Hæc merito quis appellaverit domum servitutis. Talis exquirit domum libertatis, scilicet Jerusalem, volens consistere in conspectu Dei, et confiteri Domino, et contemplari ejus pacem. In hunc modum Dominus illius fit Deus. Nec libertate fruitur in Ægypto etsi vescatur agno paschali, nec in castris, quæ alia mutaverunt ex aliis filii Israel, antequam venirent in terram promissam. Nec enim talis, licet sit manumissus tot modis, libertatem veram capit prius, quam accesserit ad montem Dei. Hoc prooemium est Decalogi.

Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Πρώτη A καὶ μία ἐντολή, δευτέρας οὔσης τῆς μετὰ ταῦτα περὶ εἰδώλων καὶ ὁμοιωμάτων διεξιούσης. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν τις στήσειε τὴν Δεκάλογον. Καὶ εἴη ἂν ἡ πρώτη περὶ δυνάμεων ἀσωμάτων, ἃς τινες (85) προσκυνοῦσι χωρὶς εἰδώλων τε καὶ ὁμοιωμάτων.

Non erunt tibi dii præter me, etc. [XX, 3.] Hoc primum est præceptum, secundo sermocinante de idolis et imaginibus. Ne enim in hunc modum quis leges distinguat, non poterit in ordinem certum redigere Decalogum. Primum igitur præceptum versatur in potentiis incorporeis et invisibilibus, quas quidam divinis honoribus prosequuntur, nullis vel idolis vel imaginibus positis.

Simulacra sunt animalium et corporum, quæ in rerum natura sunt, imagines. Idola vero sunt similitudines et figmenta earum rerum quas non esse constat in rerum natura. Nam idolum nihil subsistens est. Paulus idcirco : « Nullum enim idolum est in mundo [90] ; » velut si quis effingat hippocentauros et panes, aut alias monstrosas naturas. Omnis itaque intellectus versatus in quadam divinæ naturæ cogitatione secundum imaginativam virtutem, fingit idolum, nec tamen Deum annuntiat. Petuntur etiam imagines corporum cœlestium, quibusdam pingentibus aut sculpentibus solem aut lunam. Fortassis hoc edictum porrigendum quoque est ad astrologorum decades. Nam describunt et delineant absurdos quosdam dæmones, qui nimirum a Paulo nuncupantur spiritualia malitiæ in cœlestibus, ut etiam conjicere possumus ex his verbis : « Inebriatus est gladius meus in cœlo [91]. » Illiusmodi siquidem dæmones ascri-

[83] Matth. XIII, 11. [84] Matth. XI, 25. [85] Coloss. II, 3. [86] Isa. LXVI, 15. [87] Matth. III, 11. [88] Luc. XII, 49. [89] Joan. VIII, 24. [90] I Cor. VIII, 4. [91] Isa. XXXIV, 5.

NOTÆ.

(85) Ὁ Πλάτων καὶ οἱ Πλατωνικοί. Παρὰ Ἐπιφαν. ἐν αἱρέσ. 4 ἀπὸ Ἑλληνισ.

buunt suis tabulis astrologicis: etiam appingunt phylacteriis, quibus vel cient vel propulsant dæmones. In phylacteriis reperire est simulacra et idola. Quidam quærunt: Si adeo detestatur imagines, quare Cherubim fingi voluit? Respondetur: Non jussit fieri Cherubim ut adorentur; sed arca adoranda erat sub imaginibus vitulorum, quibus apud Ægyptios divinus deferebatur honor, ut sic cognoscerent se pariter Deum et numina Ægyptiaca colere.

Non adorabis ea neque coles ea, etc. [XX, 5.] Qui idola colit, is etiam adorat: at qui adorat, non continuo et colit. Cultus enim proficiscitur ex animo imagini propenso: at **274** adoratio fit motu quodam et specie cultus. Sic enim interdum ministri adorant magistratus vel sub specie adulationis, aut seculi affectiones animi invitantes eos, de quibus legitur in libro Numerorum, quod idolis servierint. Nam scriptum est de his, quod nec cultum præstiterint et inservierint idolis illorum. Deus autem, qui ex tota anima diligi quærit, non fert illos qui etiam specie tenus impie agunt. Siquidem hunc, qui alienos abnegaverit deos, oportet jam esse particulam Dei et hunc amare ex tota anima. Abstinendum quoque est ab malis amatoribus, qui instar scorti corrumpunt animam, sicuti traditur de Jerusalem, cum amatores ejus versi forent in hostes: « Revertar ad maritum meum priorem. Quia bene mihi erat tunc magis quam nunc [92]. » Nisi in hunc modum reversus fueris ad Deum, rogaverisque ut ipse te suscipiat, tuumque peccatum eluat et emundet, profecto in maximo versaberis periculo. Quapropter Josua alloquitur Israelitas ad eum modum: « Vosmetipsi eligite, an velitis servire diis istorum locorum, aut colere Deum. » His respondentibus: « Colemus Dominum Deum, » infert ipse: « Vos testes estis contra vosmetipsos, quod elegeritis colere Dominum Deum Israel [93]. » Damnum itaque et periculum maximum est, si quis, spreta hac electione, defecerit a vero Numine, aut id non rite coleret. Multi enim supersunt hostes infestissimi, qui nos in suas partes pellicere et attrahere nituntur. Siquidem spiritus immundus ubi exiverit de homine, pererrat loca arida: et non inventa requie, reversus si repererit domum, ex qua exierat, vacantem: solus timet intrare. Adjungit igitur sibi septem alios pejores, et hominis novissima reddit periculosiora et graviora primis [94]. Nam in hunc modum recuperatum hominem addicit dæmonibus, et vitam ejus declarat multo deteriorem et praviorem quam fuerit, antequam se jungeret Domino. Nam in singulis ethnicis habitant dæmones; quia dii gentium dæmonia sunt [95]. Ubi igitur ejectus fuerit dæmon, tuque non amplexus firmiter fueris eum, qui dixit: « Habitabo in vobis, et ero ipsorum Deus [96]: » reddideris te priori dæmoni, et septem aliis perniciosioribus. Si Deus tecum et in te fuerit, dæmones advenire ad te non audebunt. Nam « Quæ communio est justitiæ et injustitiæ? aut quæ societas est luci cum tenebris? aut quæ concordia templo Dei cum idolis? quæ pars fidelis cum perfido [97]? » Nos namque sumus templum Dei viventis, sicuti locutus est Deus: « Quia habitabo in illis, et ambulabo inter illos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [98]. » Quapropter exite de medio eorum, et separemini et immundum ne tetigeritis, et ego suscipiam vos, et ero vobis loco Patris, et vos eritis mihi filii et filiæ, dicit Dominus, penes quem summa rerum est omnium.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, etc. [XX, 5.] Nemo zelotypiæ affectu incenditur propter scortum: sed uxor illam affectionem commovet. Scortum enim vulgo prostat, omnibusque sui copiam facit. Uxor est ejus, nec alterius, cui matrimonio conjuncta est. Merito igitur, si adulterii suspicio suboriretur, eam æmularetur maritus. Nam medius inter zelum est furor viri, ut perhibet Salomon. Similiter accidit et animæ habenti unum sermonem, unum sponsum, cui agglutinata est. Si vero anima fuerit scortationi obnoxia, alius ingrediatur aliusque egrediatur dæmon, ut fieri solet: nullus adest zelus. Quapropter idola venerari docuere gentium leges. At sponsus et bonus ille æmulator, etsi quando scortum susceperit, non cessat illud corrigere et ad modestiam perducere. Hinc Oseas scortum accipiens, inquit: « Multis diebus apud me sedebis, nec scortaberis, nec eris alteri viro conjuncta, nec ego veniam ad te [99]. » Paravit Deus magnum convivium propter nuptias Filii sui, et est Deus zelotes, non concedens ut alius rem habeat cum anima. Præterea libellum repudii permittit in lege: quem locum cum produceret adversus Pharisæos secundum litteram, Paulus tandem inquit: « Factus sum Judæis ut Judæus, ut Judæos lucrer [1]. » Hoc idem latius explicat: « Et hic est repudii libellus, quo dimisi matrem vestram. Ecce ob peccata vestra venditi estis, et propter peccata vestra repudiavi matrem vestram [2]. Si vero adultera **275** reversa fuerit eamque absolverit ab omnibus iniquitatibus Deus, sic eam appellat: « Vide ne amplius polluaris [3]. » Pro omni anima Deus sedulo nititur et laborat. Si vero anima reliquerit Ecclesiam, ipsa libellum repudii reddit sponso. Hanc alloquitur: « Scortata es cum pastoribus multis, et ad me reflexisti iter, dicit Dominus [4]. » Cæterum si anima agat pœnitentiam, suscipienda est impunitate præteritorum concessa. Si quis vero se sociaverit animæ adhuc scortationem sectanti, caveat ne conglutinatus scorto unum in corpus coalescat. Animam autem adulteram non amplius suo zelo dignam habebit Dominus. Nam inquit per Ezechielem: « Zelus meus recedet abs te, nec amplius irascar tibi [5]. » Hæc omnia benignitatis et clementiæ divinæ sunt signa. Commiserans nos, irascitur et castigat nos: et accessu misericordiæ sopitur furor. Is vero indignus est misericordia et disciplina, qui non cessat delinquere. Propterea ait eam esse derelictam et exosam. « Nam frontem me-

[92] Osee II, 7. [93] Josue XXIV, 22-25. [94] Matth. XII, 43-46. [95] Psal. XCV, 5. [96] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16. [97] II Cor. VI, 14, 15. [98] Levit. XXVI, 12, II Cor. VI, 16. [99] Osee III, 3. [1] I Cor. IX, 20. [2] Isa. L, 1. [3] Osee I, 2. [4] Jerem. III, 1. [5] Ezech. XVI, 42.

retricis induisti. Impudenter egisti cum omnibus amatoribus tuis [6]. » Tunc dicet : « Zelus meus recedet a te. »

Refundens peccata parentum in liberos in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me, etc. [XX, 5.] Hæc legis periodus hæreticorum ora laxavit adversus Deum, cum objiciant legem Dei neque justitiæ vel æquitatis quidquam obtinere. Cum eamdem hæresim postmodum Judæorum filii foverent, graviter reprehenduntur. Nam Ezechielem sic compellat Deus : « Fili Israel, quæ est illa parabola, cum dicunt in Israel : Patres ederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt. Vivo ego, dicit Dominus, illa parabola non amplius dicetur in Israel. Quia omnes animæ meæ sunt. Ut anima patris mea est, sic et filii. Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur. Et filius nequaquam portabit peccatum patris [7]. » Quærenda itaque est expositio, quæ proprie hunc locum concernat. Quidam aiunt opus fuisse gravissimis terriculamentis, quibus perterrerentur legem accepturi, ut tenacius eam retinerent. Quapropter continuo Deus se nominat zeloten : deinde subjunxit : « Pœnis subjiciens impiorum parentum liberos, si sequantur impietatem paternam, et æmulentur majorum falsam religionem ; » etiamsi divina clementia pepercerit parentibus, tamen profanum illud genus contemptæ religionis scelus non feret inultum. Ne autem videatur crudelis, subdit : « Faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, » etc. Hæc comminatio admodum periculosa et gravis apparebat, si ad rem esset collata ante fecundam successionem generis. Nam omnis spes opesque ipsis in generis fecunda propagatione sitæ erant. Sic si minatur, ut cesset genus illorum, non injuria afficiuntur, qui nondum sunt nati. Quomodo enim injuriæ capax fuerit vel injuria ceciderit in hunc qui non est in natura rerum? Illi plectuntur, propter quos hujuscemodi pœnas induxit. Par vel non dissimilis ratio est, ut patiantur pro parentum peccatis liberi. Hi non puniuntur per se, quatenus naturali rapiuntur morte : illi pœnas sentiunt, propter quos in mortis discrimen præcipitantur. Parentes non tam dolent sua morte, quam liberorum, præsertim si his fuerint auctores mortis. Nam mors naturalis non pœna ducitur, sed ob peccata obire mortem grave et ignominiosum est. Ut igitur parentes a peccandi licentia retraheret, liberis ob parentum delicta gravissimas et acerbissimas prædicit impendere pœnas. Alii aliter sentientes proponunt, hæc verba non universaliter, sed particulariter esse intelligenda, ut quæ conveniant solis his qui egressi sunt Ægypto, ad quos sint dicta, et in quibus in effectum sint producta. Nam cum idololatriæ malum tertia demum et quarta generatione illorum, qui venerant in Ægyptum, adolevisset turpiter : edicit vitulum formaturus, se non amplius post tot egregia et mirabilia facta, quæ viderint, veniam daturum idololatris, ut in Ægypto. Imo si imitati fuerint impietatem illorum, qui fuere in Ægypto tertia et quarta generatione, fore ut et horum nomine pœnas luant, non tam ob illorum peccata, quæ clementia Dei præteriit, quam ob sua, non digni exsistentes venia post tanta beneficia et miracula Dei, si idolorum cultui se dediderint. Huic loco astipulatur, quod in Deuteronomio dicitur : « Pater non pro filio, nec filius pro **276** patre, sed unusquisque in suo peccato morietur [8]. » Alii præterea non inepte inquisiverunt, qui sint hoc loco patres, et quæ generationes. Nam omnis, qui aliquem ad virtutem reformat, aut ad vitia perducit, quodammodo ejus pater est auctoritate Scripturæ. Siquidem Christus dicit peccatoribus : « Quia vos ex diabolo estis [9]. » Diaboli peccatum tribuitur filio, quod paternam operationem accipit, cum deberet se huic opponere indutus totam armaturam Dei, et gerens scutum fidei. At telum a diabolo missum, si quis exceperit, mox et ipsum sauciabit. Sic diabolus cum primo obrepsisset animo Judæ, deinde sumpta buccella in ipsum ingressus est. Itaque statuamus peccatoris patrem esse diabolum : nec solum hunc esse delinquentis patrem, sed quicunque hunc malum docuerint, et ad vitia agenda impulerint. Justorum vero pater censetur Deus. Quapropter Salvator inquit : « Filioli, adhuc pauxillum temporis vobiscum sum [10]. » Et iterum : « Fili, remittuntur tibi peccata [11]. » Et iterum : « Filia, fides tua servavit te [12]. » Etiam horum patres sunt plurimi. Nam dictum est Abrahæ : Tu abibis ad patres tuos, scilicet ad eos patres, quos secundum carnalem nativitatem sortitus est : qui neque fideles neque sancti erant. Nam si vel fide vel sanctitate fuissent præditi, non audivisset Abraham imperantem : « Exi de terra tua, et ex domo patris tui [13]. » Non igitur immerito quis vel præmium vel pœnam sortitur pro ingenio suo, quo accipit vel Dei vel diaboli inspirationem. Siquidem Deus observat peccatores. Nam inquit : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui [14]. » Deus igitur, quod tibi suggessit zelotes exsistens compensat beneficentia sua tibi, qui filius es. De his, qui digni sunt ut erudiantur, sic loquitur : « Inspiciam et visitabo virga iniquitates eorum, et flagellis peccata eorum [15]. » Quare? « Ut misericordiam meam effundam super eos [16]. » Castigat itaque non apostatas, sed omnem filium, quem in filiorum album transcribit. Nam de peccatoribus ad pœnitentiam redire nesciis, sic in propheta quodam verba facit : « Non visitabo filias vestras si scortatæ fuerint, neque sponsas vestras, si adulteriis sese maculaverint [17]. » Diabolus peccavit a jactis fundamentis mundi. Facessunt ignis et flagella. Non enim est dignus illis pœnis, quibus corriguntur a Deo pii, de quibus bona concipitur spes. Nec idem diabolus proferre potest hæc verba : « Domine, ne in furore tuo redarguas me, neque in ira tua castiges me [18]. » Summis itaque votis expetendum et optandum est, pri-

[6] Ezech. XVI, 30. [7] Ezech. XVIII, 1 seqq. [8] Exod. XXIV, 16. [9] Joan. VIII, 44. [10] Joan. VII, 33. [11] Matth. IX, 2. [12] ibid. 22. [13] Gen XII, 1. [14] Psal. XLIV, 11, 12. [15] Psal. LXXXVIII, 33. [16] ibid. 34. [17] Osee IV, 14. [18] Psal. VI. 2.

mo, ne peccemus, aut si peccaverimus, continuo in hoc sæculo pœnas delictorum demus, ne in futuro puniamur sæculo : sed potius requiescamus, beatitudineque fruamur delatiân sinum Abrahæ. Hæc quidem hactenus de patribus. Nunc accedamus ad generationes. Salvator inter cætera in quodam loco ait : « Nequaquam transibit generatio hæc, donec omnia fiant [19]. » Et sane de consummatione verba faciebat. Non igitur vera dixisset, si intellexisset eam generationem, quæ per id tempus superstes erat. Itaque patet generationem dici totum illud tempus quod a Christi adventu extenditur usque ad consummationem. Quatuor numerantur a primordiis mundi testamenta et generationes. Prima, quæ se porrexit usque ad diluvium. Huic successit altera, quæ duravit initio sumpto ab Abraham usque ad legem. Tertia excurrit in adventum usque Christi. Quarta perseverabit usque ad consummationem. In singulis generationibus, illos, de quibus bene sperabat, erudivit. Tres priores pulchre distinxit : at quartæ distinctio certa nobis est incerta. Generationes, quæ antecessere adventum Christi, in unum contraxit et collegit numerum. Nam solæ illæ concernebant Israelitas. Quartum vero, in quam omnes speraverunt, non abs re segregavit. Hæc autem in hunc modum capienda sunt magis per præoccupationem.

Non assumes nomen Domini Dei tui vane. [XX, 7.] Aut non pejerabis : aut non cognominabis Deum idolum aut aliud opus ex ligno fabrefactum, secundum verba Isaiæ, dicentis : « Ex altera parte ligni fecerunt deos, et adoraverunt eos [20]. » Attamen **277** « quamvis dicantur quidam dii et domini in cœlo et super terra, at nobis unus est Deus : Pater ex quo omnia et nos in ipsum. Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum [21]. » Non enim Deitatem in solo terminamus Patre, sed in tribus personis unam confitemur Deitatem et essentiam. « Non erunt, inquit, tibi dii alii præter me. » Et : Dominum Deum tuum adorabis, eumque solum coles. » Siquidem unus est Deus Pater, et unus Dominus. Nec unum Deum privamus suo dominio : nec asserimus eum, qui revera et naturaliter est Dominus, non etiam esse Deum. Nam omnino Deitatem sequetur dominium seu dominatio : dominationem veram subsequetur Deitatis gloria.

Mementote diem Sabbatorum sanctificare, etc. [XX, 8.] Sabbatum est extremus sive ultimus septimanæ dies : et præ se fert, quasi sub involucro quodam adventum Christi, qui apparuit in fine et consummatione et occasu præsentis sæculi. Per hunc obtinuimus tranquillitatem et affectuum quietem. Nam dum in illo requiescimus, consequimur libertatem vitæ non amplius in varios labores et vitia distracti. De hoc Sabbato disputat Paulus, dicens : « Manifestum igitur est, quod Sabbatum relinquitur populo Dei [22]. » Illos, qui non apprehenderint fidem, negat intrasse in quietem ejus, quantumvis glorientur externo Sabbati otio. Quare autem lex capitaliter damnavit illum, qui in Sabbato ligna collegerat? ligna enim illa mortua et arida ignique accommoda, designant peccatum. Nam mors, quæ ex vitiis prorumpit, alimentā et fomenta sunt ignis, qui comparatus est ad puniendos impios. Soli igitur in requiem ingrediuntur fideles liberati ab omnibus peccatis. Hæc et Jeremias præcipit, dicens : « Sta in omnibus mortis, impera regibus et populis Juda, ne ferant in Sabbato onera [23], » id est, semel impunitatem per Christum consecuti, ne amplius difficile et importabile peccati onus humeris subeant : « Nec egrediantur, ait, portis Israel [24]. » Non enim oportet nos ferre pedem extra sanctam civitatem defectionem meditantes intra domum Dei, scilicet Ecclesiam, constituti. De Ecclesia in hunc modum loquitur David : « Magnifica et honorifica de te narravit civitas Dei [25]. » Etiam de hac inquit Salvator : « Hic habitabo, quia elegi eam [26]. » Jussi sunt Sabbatum sanctificare, quod quidem fit, si exercuerint se in operibus bonis eo die, ut et sacerdotes, qui non profanant Sabbatum, licet rem divinam faciant et victimas cædant. Huc accedit, quod circumcisionis nota recipitur in Sabbato. Ambo enim illa objecit Christus culpantibus Sabbati transgressionem. Cæterum circumcisio, quæ absque manuum opera peragitur secundum Paulum, celebratur ab illis, qui nomen dederunt Christo, octavo die, qui repræsentat resurrectionem. Hoc die, cum destruxisset Christus mortis imperium, divino Spiritu discipulos obsignavit. Nam afflavit illos, inquiens : « Accipite Spiritum sanctum [27]. » Oportet Sabbati cultores esse fortes et comminuere hostes, quemadmodum Jesus Sabbato expugnavit et cepit Jerichuntem. Imperat quoque lex, ut septimo anno manumittatur servus Hebræus, ut mox tradetur. In Deuteronomio additur servum non dimittendum esse vacuum : « Da ei viaticum de ovibus tuis, de frumento tuo, de torculari tuo, sicuti tibi benedixit Dominus Deus tuus [28]. » Sex anni significant tempus, quo ante adventum Domini, Israelitæ servitutis tenebantur spiritu subinde peccatores ulciscente. At in novissimis temporibus, quæ per septimum indicantur annum, adventante Christo servitutis spiritus factus est irritus, oblata redemptione et adoptione ex fide, nec ex operibus. Quapropter adjectum est : « Egredietur liber gratis. » Viatica illa Christum nobis ob oculos ponunt. Nam ut nos eriperet et subtraheret peccati tyrannidi, factus est victima inculpabilis, et ut ovis ductus est ad cædem : donans nos participatione benedictionis vivificæ et sanctæ carnis et sanguinis sui Judæos contumaciter ista transgredientes graviter reprehendit per Jeremiam, non ferens typos transgressione violari, et in umbris illudi veritati. **278** Quod vero gratis in Christo justificemur liquet ex Deuteronomio, ubi Deus jubet omne debitum fratri condonandum esse anno septimo. Quia annus ille nominatur a Deo remissio vel tabularum abolitio. « Ab alieno

[19] Matth. XXIV, 34. [20] Isa. XLIV, 15. [21] I Cor. VIII, 5, 6. [22] Hebr. IV, 9. [23] Jerem. XVII, 22-24. [24] ibid. 21. [25] Psal. LXXXVI, 3. [26] Psal. CXXXI, 14. [27] Joan. XX, 22. [28] Deut. XV, 13, 14.

autem exiges, » etc., in quibus verbis quoque latet Christi mysterium. Illis enim, qui interventu fidei venerunt in numerum propinquorum et fratrum, et divinæ naturæ participes et consortes facti sunt participatione Spiritus sancti : illis, inquam, omnia remisit debita, nihil ob delicta punitis. Alienos autem, scilicet incredulitati obnoxios, ab hoc beneficio exclusit. Quapropter discipulos affatur : « Si vos permanseritis in sermone meo, vere discipuli mei estis, et cognoscetis veritatem, et veritas vos liberos faciet [29]. » Incredulos sic alloquitur : « Amen, amen dico vobis, nisi credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [30]. » Significatur quoque nostri esse officii, ut seponamus in præsenti sæculo et congregemus spirituales escas : nec colligendum esse in Sabbato manna cœleste, quem cibum nominat David panem angelorum [31]. Hic cibus nos pascit et reficit divinum in morem, si habeamus in nobis commorantem sermonem Dei vivificantem mortales, qui nobis præparandus est in hoc sæculo, si affectamus sempiternum Sabbatum, sicuti habet proloquium hoc, quod competit omni sancto : « Fructus laborum tuorum edes [32]. » Non igitur inconsequenter præcepto : « Diliges Dominum Deum tuum, » etc., connexa est incarnatio Christi sub typo Sabbati, secundum illud oraculum : « Hæc autem est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [33]. » Nam continuo mentioni Patris subjicitur relatio Filii Judæis, qui existimabant se absque Filio cognoscere Patrem, ait : « Neque me novistis neque Patrem. Si me novissetis, utique novissetis et Patrem meum [34]. »

Honora patrem tuum, ut bene tibi sit, etc. [XX,] Deus, qui omnia producit et creat, post leges quæ ad ipsum pertinent, merito secundas tribuit parentibus, qui post Deum secunda, ut simus, causa sunt. Plurimo parentes digni sunt honore; nemo tamen ipsos præferat Numini secundum hoc oraculum. « Qui diligit patrem aut matrem supra me, non est me dignus [35]. » Reverentiam deferendam esse genitoribus exemplo est Christus, qui e cruce pendens, commisit fidei discipuli spectatissimi matrem

Οὐ φονεύσεις · Οὐ μοιχεύσεις. Μετὰ Θεὸν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς γονέας αἰδῶ, ἀκόλουθος ἡ πρὸς τοὺς ἄλλους φιλανθρωπία.

Non occides : Non mœchaberis, etc. [XX, 13, 14.] Post Deum et venerandos parentes tertium locum habent reliqui mortales, quibus quoque debetur benevolentia et amor.

Nam legis hæc sunt verba : « Diliges proximum tuum ut temetipsum. » Diligendi proximum commonstravit viam Christus, non abnuens vitam pro proximo profundere, quod exemplum dilectionis adeo præstans est, ut nemo id facile superare queat. Verum Scriptura sacra duos nobis proposuit canones, qui nos omni exornant virtute. Alicubi enim præcipit : « Ne feceris alteri, quod tibi fieri non vis [36]. » Hic canon omnes tollit injurias, omnemque inferendi injurias cupidinem. Alicubi inquit Christus : « Quæ vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis [37]. » Hic canon ad omnem similiter nos cohortatur beneficentiam. Legem igitur implet charitas fide et spe præstantior, quam plurimis encomiis extulit Paulus comparans eam eleemosynæ et martyrio, reliquaque omnia, quæ ipsi insunt, bona pronuntians

Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνήν. Καὶ πῶς ἂν γένοιτο τὸ ἀκουστὸν, ὁρατόν; Ἢ τοῦτο Γραφῆς ἰδίωμα. Εὕροις δ' ἂν καὶ τὸ ὁρατὸν ἀκουστὸν, ὡς τὸ ἐν πη' ψαλμῷ· « Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἶπας · Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν. » Καὶ ἐν Ἀμὼς δέ φησι· « Λόγοι οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκαρεὶμ ἐκ Θεκουὲ, οὓς εἶδεν. » Ἐμφανῆ γὰρ τοῖς ἁγίοις προφήταις καθίστησι Θεὸς ὁμοῦ ταῖς ἀποκαλύψεσι μονονουχὶ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα, ὡς δοκεῖν ὁρᾶσθαι τοὺς λόγους. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό · « Ἡ ὅρασις Ἀβδιοῦ · » καὶ τό · « Πρόσεχε σεαυτῷ καὶ φύλαξον τὴν ψυχήν σου σφόδρα, μή ποτε ἐπιλάθῃ τοὺς λόγους, οὓς ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοί σου. »

Et omnis populus videbat vocem, etc. Qua ratione de auditu prædicatur visus? Fortassis hæc consuetudo est Scripturæ. Nam invenias etiam visum tribui auribus, ut in psal. LXXXVIII : « Tunc locutus es in visione filiis tuis, et dixisti : « Posui auxilium in potente [38]. » Amos quoque ait : « Sermones facti sunt in Accarim ex Thekne, quos vidit [39]. » Deus enim sanctorum prophetarum oculis quasi subjicit res tanta evidentia, ut existiment se oculis cernere, et quasi in rem præsentem adductos esse. Huc faciunt, quæ sequuntur : « Visio Abdiæ [40]; » præterea observa : « Et custodi animam tuam vehementer, nequando obliviscaris sermonum, quos viderunt oculi tui [41]. »

279 *Moses intravit in caliginem*, etc. [XX, 21.] Hæc apparitio diversa est a priore. Hæc enim in luce illa interventu caliginis fit. Cæterum si consequentiæ intuearis rationem, nihil hic absurdi commisti videbis. Nam pietatis notitia ubi primum aliquem ceperit, continuo transit in lucem. Siquidem tenebræ et pietas adversis inter sese concurrunt frontibus. Mens autem speculationi rerum divinarum dicata, subinde proficit et crescit in visione invisibilis Dei. Nam relictis sensilibus et intelligibilibus, contendit ad stabilissimum et solidissimum bonum : nec quærendi studium et ardorem deponit priusquam assequatur inconspicuum et incomprehensibile bonum, fruaturque visione Dei. Vera enim Dei notitia est, agnoscere suam ignorantiam, quæ tenebras et caliginem apportare amat. Proinde Joannes, qui

[29] Joan. VIII, 31, 32. [30] ibid. 24. [31] Psal. LXXVII, 25. [32] Psal. CXXVII, 2. [33] Joan. XVII, 3. [34] Joan. XIV, 7. [35] Matth. X, 37. [36] Tob. IV, 16. [37] Matth. VII, 12. [38] Psal. LXXXVIII, 19. [39] Amos I, 1. [40] Abd. 1. [41] Deut. IV, 9.

sublimia et abstrusa theologiæ scrutatur, inquit magna asseveratione : « Deum nemo vidit unquam [42], » etc., quod proloquium significat, nullis intellectus humani viribus Dei notitiam comprehendi posse. Ingressus igitur est, ait, Moses in caliginem, ubi Deus erat, « qui posuit tenebras velamen suum [43], » ut canit David arcanissimis initiatus mysteriis.

Altare e terra facietis mihi, etc. [XX, 24.] Ab omni idololatria avertit suos Deus, et ad se solum ipsorum animos convertit. Vidistis enim, quod de cœlo, cujus ego sum conditor, vobiscum sim collocutus. Quia autem per Filium adducimur ad Patrem, de ipso quoque leges sancit, docetque quomodo in ipso debeamus ferre fructus. Ipse est altare de terra erectum. Quia assumpsit carnem, quæ quidem terrena est si materiam inspicias. In hoc adducimur et offerimur. Nam ipse testatur : « Sine me nihil potestis facere [44]. » Illis, qui altare exstruxerint, pollicetur suum adventum et benedictionem. Siquidem et his, qui typos acceperunt, veritatis exortum est jubar, scilicet Christus. Is ille est, qui nos cœlitus collocupletavit et ditavit æterna benedictione, quam impartitur Pater. Per illum adoptati sumus : quæ adoptio confirmata est Spiritu sancto. Præterea quod sequitur, quoque in Christo effectum sortitur, dum præcipit ut ara construatur ex lapidibus non politis manu artificis. Christus namque fuit lapis electus, angularis, pretiosus, nec ullo peccato consauciatus : nescius excipere vulnera, quæ mortalibus infligit diabolus. Nec dividitur seorsim in Deum et hominem. Non enim divisus est, ut testatur divinus Apostolus [45]. Vel lapides impoliti, significant ministros Dei non esse abstrahendos in varia et mundi negotia : sed pariter corpore et animo debere esse deditos et consecratos cultui divino, ut fuit sanctum Dei templum. Prophetico autem more prædicit olim fore, ut circumcisio aboleatur. « Nec ascendes gradibus ad aram, » id est, Ne sis transgressor legis.

Et hæc sunt jura, etc. [XXI, 1.] Juris formam tenet, quod inquit : Si acquisiveris servum Hebræum, sex annis serviet tibi [46]. »

Et iterum : Si quis vendiderit filiam suam in servitutem, etc. Judicium est, exempli gratia : Si sacerdotis filia scortata fuerit, vel adulterium commiserit, viva concremetur : si autem ex alia fuerit nata tribu, lapidibus obruatur [47]. » Præceptum est, exempli gratia : « Non erunt tibi dii alii præter me [48]. » Imperium sive mandatum, exempli gratia : « Descende, et obtestare filios Israel, dicens : Lavate stolas vestras, et triduo abstinete ab uxoribus [49]. » Testimonium : Obtestor, sive in testimonium adversus vos hodie voco cœlum et terram, si transgressi fueritis [50], » etc. Adducet eum dominus suus ad consessum judicum. De servitute sexennii et manumissione, disseruimus in expositione quarti præcepti. Pro judicio autem sive consessu judicum Aquila interpretatus est : *ad deos*. Sic enim judices cognominantur, judicumque sententiam sive suffragia vocat judicium, ut supra demonstravit Moses, inquiens ad Jethronem socerum : « Quia venit ad me populus, et quærit judicium a Deo [51]. » Quapropter Dei judicium dicitur piorum sententia et calculus. « Quæcunque enim, inquit, ligaveritis super terra, erunt ligata et in cœlis [52]. »

280 *Redimet eam*, etc. [XXI, 8.] Restituet eam patri accipiens ipse pretium fortassis. Sed quæ ratio permittit æquum esse, ut is, qui mulierem emerit in pellicatum et cum ea concubuerit, tandem eam redhibeat patri recipiens ipse pretium, quod prius pro illa numeraverat? Verum quod infertur de ea, quæ filio erat desponsa pretii loco dicitur : « Egredietur gratis, » etc., satis declarat non fuisse æquum, ut illa exiret gratis. Quapropter haud immerito addit *fortassis* redimet. Quid igitur sibi vult, quod ait : « Non egredietur, ut abeunt servæ. » Nimirum docet non licere hanc venundari quibuslibet, nec externæ genti, aut dominus fortassis cupit vel affectat ejus nuptias, siculi dedimus de illa, quam filius domini uxorem duxit. Si autem illi præbuerit necessaria, vestitum, pudicitiæ pretium, non iniquum est et si ipse acceperit pretium. Secundum itaque primi expositio perhibetur. Nam quæ foret exceptio, ut aliter in patre et aliter in filio ista verba accipienda essent? Itaque æquo jure tam patrem quam fi-

A *Ἀπολυτρώσει αὐτήν*, δῆλον ὅτι ἀναδιδοὺς αὐτὴν τῷ πατρὶ, καὶ λαμβάνων ἴσως τὸ τίμημα. Ποῦ δὲ δίκαιον ἐπὶ παλλακείᾳ πριάμενον καὶ συγγενόμενον, ἀναλαμβάνειν τὸ τίμημα ; Πλὴν τὸ ἐπαγόμενον περὶ τῆς υἱῷ συναφθείσης ἐν ἐπιτιμίου λόγῳ, τό · « Ἐξελεύσεται δωρεὰν ἄνευ ἀργυρίου, » ὡς δωρεὰν ταύτην οὐκ ἦν ἐξελθεῖν (86) (ἀπὸ τοῦ μισθώσαντος πρὸς τὸν πατέρα) ὅθεν ἴσως καὶ τὸ, λυτρώσει, φησί. Τί οὖν ἐστι τὸ, « Οὐκ ἀπελεύσεται, ὥσπερ ἀποτρέχουσιν αἱ δοῦλαι ; » Ἢ τοίνυν τὸ μὴ πραθῆναι ταύτην ᾧ ἂν ἐθέλῃ παρίστησιν · οὐδὲ γὰρ ἔθνει ἑτέρῳ · ἢ καὶ αὐτὴν ἀξιοῖ λαμβάνειν ἃ καὶ περὶ τῆς τῷ υἱῷ συναπτομένης φησίν. Εἰ δὲ παρεῖχεν αὐτῇ (ὁ πατὴρ ὁ ἔχων τὴν παλλακὴν) τὰ δέοντα, καὶ τὸν ἱματισμὸν, καὶ τὴν ὁμιλίαν, οὐκ ἄδικον, εἰ καὶ αὐτὸς ἐλάμβανε B τὴν τιμήν · σαφήνεια τοίνυν τοῦ πρώτου τὸ δεύτερον (τὸ περὶ υἱοῦ) · ἐπεὶ καὶ τίς ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ, ἐπὶ μὲν τοῦ πατρὸς τοιῶσδε, ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ἑτέρως; Ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς κοινὸν τό · « Κατὰ τὸ δικαίωμα τῶν θυγατέρων ποιήσει αὐτῇ. » Ὑπὲρ ὁ Σύμμαχος, *τῶν νεανίδων*, ἐξέδωκε. Κατὰ τὰς εὐ-

[42] Joan. I, 18. [43] Psal. XVII, 12. [44] Joan. XV, 5. [45] I Cor. I, 13. [46] Deut. XV, 12. [47] Levit. XXI, 9. [48] Exod. XX, 3. [49] Exod. XIX, 10, 11. [50] Deut. IV, 26. [51] Exod. XVIII, 15. [52] Matth. XVIII, 18.

NOTÆ.

(86) Τὰ ἐν τῷδε τῷ ὑπομνήμ. μεταξὺ τῶν καμπύλων ὁρώμενα, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἔκειντο ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. ἀλλ' ἐπάνω τῶν σειρῶν.

γενῖδας γὰρ συνῴκει αὐτῷ, οὐχ ὡς δούλη καταφρονουμένη. Τοιγαροῦν καὶ ἀπιοῦσα, τὰ τῆς ὁμιλίας λαμβάνει. Καὶ τοῦτο ἄρα κοινὸν ἐπὶ τοῦ πατρός.

A lium obligant ista verba ; « Secundum jus filiarum faciet ei. » Symmachus in sua versione posuit, pro « secundum jus filiarum, » *secundum jus nobilium*. Nam illam filio conjunxit, non ut ignobilem et servam, sed ut nobilem. Quapropter egrediens, capit pretium pudicitiæ. Et hoc quidem tam ad patrem quam ad filium interpretatione trahendum est.

Si quis furatus fuerit aliquem de filiis Israel, etc. Allegorice sub plagiariis intellige hæreticos, qui rectum religionis et libertatis callem ingressos subruunt, et ad pestiferas suas pelliciunt opiniones. Mors autem his pœna statuitur. Scriptura monet ut ne quidem, *salve* [53], dixerimus illis hominibus. Nec nos immanes et crudeles efficere studet, sed talia imperat, ne oves incidant in feritatem luporum talium. Quæ namque pars fidelis cum perfido ? Præterea adjicit : « Et scortatoribus sæculi hujus ne admisceamini, ne vos ex patrio Ecclesiæ lare raptos conjiciant in Ecclesiam malignantium. Nam mores bonos corrumpunt colloquia prava [54]. » Hoc idem videtur subindicare Amos, inquiens : « Super tribus peccatis Tyri, et super quatuor, non convertam eam. Quia incluserunt captivos Solomonis in Idumæam [55]. » Per alium prophetam alloquitur Tyrum et Sidonem in hæc verba : « Et filios Juda et filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut eos expelleretis suis finibus [56]. »

Operas ejus et impensas in medicos factas persolvet, etc. [XXI, 19] Aliter agitur in evangelica republica. Nam dicit : « Cædenti dextram tuam malam, obverte et alteram [57]. »

Si quis verberaverit servum suum, etc. [20.] Capitaliter per omnia punit iram. Non enim æquum est, ut vita spolietur is temere, qui vi quadam superiore cui resistere nequivit, in servitutem addictus est. Quare autem, ubi ex vulnere vel verbere convaluerit servus, et deinde mortem obierit, dominus insons habebitur ? Quia mors illa accidit servo non ex ira herili, sed naturalis quidam casus mortis causam præstitit. Nemo enim vult amittere servum, quem suo ære comparaverit.

Et puerulus exierit ab ipsa formatus, etc. [22] Aiunt quadragesimo die fetum in utero materno formam recipere. Quapropter tradunt Mosen reformantem Israelitas pulso Ægyptiaco errore, et Christum regenerantem humanam naturam, quæ exciderat continentia in Adamo, jejunasse quadraginta diebus utrumque. Necessitas enim postulabat immoderatum primævi parentis appetitum curari temperantiæ remedio. Significatur etiam hoc loco anima, quæ Christum per fidem concipit, et divinum intra sese format sermonem, secundum hoc proloquium : « Propter metum tuum, Domine, in utero concepimus et parturiimus [58]. » Fides igitur est fetus, qui divinos in nobis characteres exarat. Proinde ad Galatas, qui defecerant a fidei soliditate, vociferatur Paulus : « Filioli, quos iterum parturio, donec **281** Christus formetur in vobis [59]. » Si quis igitur fraudulento sermone istum partum ex alicujus animo ejecerit, et fidei in ejus animo aborsum procuraverit, in Christo situm erit sponso, ut statuat qua pœna quave multa is sit feriendus. « Et dabit cum dignitate, » id est gratias aget, habebitque ingentes, quod non et morte multatus sit. Sin vero læserit eam, quæ jam partui vicina est, in extremo versabitur periculo.

Si quis percusserit oculum servi sui, etc. [26] Iterum monet comprimendos esse affectus impetuosos, edicens, ne quis temere delinquat ira percitus in naturam, cujus Dominus est Deus. Nam servitus non est naturalis morbus, sed ascititium censetur malum, promanans ex avaritia. Lex igitur egregie nos ad venturam gratiam præmuniens, inhibet naturæ, postea per Christum restaurandæ, mutilationes et occæcationes. Oculus vero repræsentat mentem, in qua coruscat et resplendet lux, quæ intellectu percipitur. Ut cibus conficitur dentibus, et inde in ventriculum trajectus vitam suggerit : ita dura et incomprehensibilia, quæ habet divinorum speculatio, mentis vi commoluntur et animam nutriunt. Si igitur dominus diversam secutus religionem importet damnum aliquod servis in religionis negotio, fugiant servi atque eo gressus ferant, ubi animam illæsam conservare queant. Nec quisquam rationem habeat aliquam servitii, quasi hoc necessarium sit : quod quidem sæpius fecere fideles servi, haud sustinentes æquo animo vim, quæ ob hæc a dominis intentatur.

Si cornu petierit taurus virum aut mulierem, etc. [28.] Num et boves Deo curæ sunt [60] ? aut propter nos omnino hæc dicit, inquit Paulus. Comparat animal ferociens et robustum contumeliis certanti et superbo, qui semper cupit in omni negotio et contractu primas ferre. Taurus si per se pauperiem faciat, non periculum dat domino suo. Nemo enim pro alienis delictis, quorum non auctor vel causa est, pœnis exagitatur. Si vero consilio et impulsu domini pauperiem faciat, non sibi solum, sed etiam domino capitale supplicium apportat.

Hujus bovis carnes damnantur in cibo, etc. Non enim nos in societatem alienæ impuritatis venire decet. Proinde Scriptura edicit : « Ne communicaveris alienis peccatis [61]. » Dominus vero evitat capitale supplicium, si in æstimationem rei condemnatus fuerit a judicibus. Sic et verus judex enormia vitia et delicta capitali sententia prosternit, in minoribus veniam tribuit si quis paratus fuerit æstimationem rei offerre. Cæterum rei æstimationem compensat lacrymula, quam expresserit veræ pœnitentiæ labor :

[53] II Joan. 10. [54] I Cor. v, 9, 10 ; xv, 33. [55] Amos I, 9. [56] Joel. III, 6. [57] Matth. v, 39. [58] Isa. XXVI, 18. [59] Galat. IV, 19. [60] I Cor. IX, 9. [61] I Tim. v, 22.

similiter et commiseratio, qua afficimur erga pauperem, minora delicta abolet. Avaritia in causa est, quod majoris æstimantur filius et filia qui liberæ sunt conditionis, quam servus et serva. In Christo Jesu nulla differentia vel liberi vel servi est. Igitur nihil ab ænigmate differt præsens locus. Siquidem filiorum et filiarum loco habentur sancti, qui veram sectantur religionem. Servi et ancillæ reputantur quotquot peccati jugo premuntur. Deus itaque aliter judicat delictum, quo offenditur pius; et porro aliter plectit commissum, quod in impium committitur.

Si quis aperuerit cisternam, etc. [XXI, 33] Non oportet nos fratri ponere offendiculum, ut nos inde utilitatem aliquam capiamus; sive, ut rem apertius eloquar, non ex incommodo alterius nos nostra commoda comparare decet. Cæterum cisternam aperit vel fodit, qui eruit ex imo Scripturæ sacrosanctæ sensus, nec superficiei nudæ inhæret. Nam in profundo et quasi in adytis Scripturæ sacræ latet vivifica vis. Hæc autem vis nihil est aliud, quam æterna vita, sicuti attestatur Christus dicens: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [62]. » Qui igitur suis laboribus, quos impendit enucleandæ Scripturæ, aliis prodesse studet, is dicitur effodere cisternam. Verum hic caute **282** imperitos et rudes doceat, quod per cadaver tacite innuitur, ne scilicet sua doctrina interitus afferatur animæ sanctæ, quæ est ex Israel, aut profanæ, quæ oriunda est ex géntibus. Bos enim et asinus in lege hanc distinctionem important. Si tale quid acciderit, multabitur; verum cadaver ipsi adjudicabitur. Sic quoque mors pereuntis illi imputabitur. Quapropter Paulus inquit: « Nolite dare offendiculum Judæis et Græcis et Ecclesiæ Dei [63]. » Hæretici quoque fodiunt cisternas, dum falsam inducunt religionem: at hæ cisternæ nuncupantur pertusæ, quæ non possunt continere aquas.

Si alicujus taurus alterius cornu petierit, etc. [35.] Si quis consulto aliquem injuria affecerit instinctu avaritiæ, æquitatis ratio permittit, ut injuria affectus emolumentum capiat ex injurii bonis, communemque experiatur lætitiam: sicuti e regione is, qui inconsulto injuriam fecerit alicui, communem sibi faciat injuriam passi cladem. Hæc omnia docentur per hæc verba, quibus jubentur cadaver inter sese dividere. Lex siquidem sub involucro inducere illud satagit, quod dicitur: « Gaudete cum gaudentibus: et flete cum flentibus [64]. » Si quis vero avaritiæ obsecutus ex animi proposito certo injuriam alicui intulerit, certe æstimationem injuriæ persolvet, solusque periculum passi damnum in suam animam recipiet. Non enim æquitatis ratio patitur, ut in id, quod possunt (si bona respicias) injusti condemnentur, sed damnum sentient, et clades, quam invexere proximo, in ipsorum capita redundet.

Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, etc. [XXII, 1.] Animantia hæc secundum legem ambo censentur munda, solaque quantitate inter sese differunt. Bos quidem agriculturæ dicatus est: at ovis plurima commoda dat suo corpore homini, et inter fructifera computatur. Ambo autem significationem habent piorum, qui incumbunt et incubuerunt sacræ Scripturæ caulis et stabulis. Plurimi sunt fures et plagiarii, qui obambulant insidiantes Ecclesiis, perfodientes ejus muros et tacite penetrantes variis illusionibus et fraudibus capientes et de Ecclesiæ soliditate trahentes simpliciorum animos. Secundum proportionem igitur spiritualis quantitatis, et secundum fidei magnitudinem, hi in quinque alii in quatuor damnantur. Non enim omnes sumus æquales religionis intuitu. Unusquisque namque nostrum habet peculiare donum ex Deo, hic quidem sic, alius vero sic [65]. Si quis autem deprehendatur in re ipsa et noctu, id est, adhuc mutilans animam et noctis opera perpetrans, moriatur indicta causa ac si in prælio vel bello occubuisset. Si autem dies illuxerit, id est, si vera religionis notitia adhuc in ipso radiaverit, furem non amplius patitur capite periclitari. Noctis siquidem opera puniuntur: Venia datur his, quæ in luce committuntur. Deus siquidem ignovit delicta priscorum per ignorantiam et in tenebris commissa. His congruit illud dictum: « Qui quondam eratis tenebræ, nunc estis lux in Domino [66]. » Ad eum modum et Paulus, qui fuerat blasphemus, justificatus est; venundatur, qui multam solvere nequit, scilicet qui non potest in vera perseverare, ut decet, pœnitentia, et permanet in pristinis contumaciter vitiis. Exuti igitur honore, qui competit liberis, audiunt: « Ecce ob peccata vestra venditi estis [67]. » Si quis vero fraudulentus primam adhibuerit tentationem, necdum perdiderit et corruperit deceptum, in duplum condemnabitur. Nam illum, cujus animæ insidias struxit, non cepit. Reservatur enim Domino. Et mala, quæ parabat, ipse patitur capitale sustinens supplicium.

Si quis pecoribus immissis læserit agrum alicujus, etc. [5.] Non enim nos oportet nostra, sed etiam, quæ sunt aliorum, quærere. Depascuntur agrum, Ecclesiam, et Domini vineas filii hæreticorum instar sævarum belluarum. Verum hæresis **283** auctores pestiferi pœnas luent omnium, quæ hæretici in Ecclesiam Domini deliquerint. Recidet enim in ipsos interitus, cui nos involverunt, qui, dum adhæremus sanæ doctrinæ, comparamur amœnissimo et pulcherrimo agro quoad animam. Quapropter mala, quæ nobis dederunt, patientur et ipsi.

Si ignis egressus in spinas, etc. [6.] Non enim decet ut illi, qui ad perdendum et corrumpendum nati, etiam destruant ipsum bonum. Spinæ secundum intellectum allegoricum existimantur, religio

[62] Joan. XVII, 3. [63] I Cor. IV, 12. [64] Rom. XII, 15. [65] I Cor. VII, 7. [66] Ephes. V, 8. [67] Isa. L, 1.

erratica hæretica, inquam, et Græcanica, quæ quidem nutrit ignem et incendit gehennæ flammam. Sub segete accipienda sunt mitia alimenta, quæ vitam vegetant. Hæc comparantur doctrinis, quæ vivifico pane nempe Christo suos asseclas pascunt. Campus vero planus et iter facientibus idoneus judicatur Scriptura sacra. Omnia enim obviam sunt et quasi in conspectu intelligentibus Scripturam secundum litteram, rectaque putantur illis, qui invenerint notitiam Ecclesiæ, itaque doctores flamma suorum sermonum adversariorum spinas consumentes dum patrocinantur veritati, industrios et cautos conservant ne quod veritatis dogma despicerent. Si quid rerum ad religionem necessariarum ignis absumpserit una cum spinis sive malis, Ecclesiæ doctor negligentiæ pœnas dabit.

Si quis deceperit virginem nondum desponsam, etc. [XXII, 16.] Adulterium mulieris viro nuptæ repræsentat copulæ, qua jungimur Deo, destructionem. Utrisque lex capitale irrogat supplicium. Nam adulter male seminat: adultera male semen excipit. Virginem desponsam intellige animam, quæ nunc primum eruditur in religione, necdum perfecte conjuncta est Deo: sed exspectat adhuc quasi nuptias baptismi donum, arrhabonem quodammodo tenens institutionis sermonem, quemadmodum scriptum est: « Copulavi vos uni viro, ut virginem castam præstaretis Christo [68]. » Præterea animarum sponsus in prophetis sic loquitur: « Despondebo te mihi in sempiternum in justitia, in judicio, in misericordia, in commiserationibus. Et despondebo te mihi in fide, et cognosces Deum [69]. » Si igitur anima in fide novitia vitiatur, corruptæ virginitatis insimulabitur. Nam sub manu est sponsi, qui mox ipsam ducet. Quæ vero anima nondum sponsalia contraxit cum Christo intercedente fide, eique fucus factus fuerit ab hæreticis, errori implicita est. Sæpius enim ethnicorum et Judæorum hæretici ad sese pellexerunt incautas animas. Seductor solvet Patri spirituum pœnas nomine sermonum, quibus miseros sollicitavit: hique pro multa computabuntur. Uxor vero ejus manebit donec ablutis sordibus reversa fuerit ad veritatem. Et si quid pietatis adhuc inhæserit illi mulieri ex operibus pristinis, non permanebit apud fraudulentum deceptorem, imo auferetur. Expendet autem nomine pœnæ sermones, quibus ludificatus est virginem.

Πᾶν κοιμώμενον μετὰ κτήνους· θανάτῳ ἀποκτενεῖται. Μῖξις γὰρ νοητὴ πρὸς νοῦν ἀλογίαν νοσήσαντα, θανάτου πρόξενος τοῖς τε φθαρεῖσι καὶ φθείρουσι.

A *Omnem qui dormit cum jumento*, etc. [19.] Nam si quis intellectu præditus amicitiam et familiaritatem contraxerit cum homine bruto, nihil nisi mortem uterque lucrantur ex ea familiaritate.

Id enim satis in Levitico explicatur.

Nam et vos eratis peregrini, etc. [21.] Fuistis quidem peregrini, at non quo illi modo. Defuit enim vobis regio et terra. At illi in societatem reipublicæ et legum admittendi sunt. Quamvis peregrini abstinuerint Ægyptiaca superstitione et accesserint ad Deum, tamen indicat, quod peregrini illi non omnino habuerint carnis circumcisionem. Nec enim Hebræi in Ægypto omnes circumcisione signati erant. Igitur hoc loco circumcisio spiritualis accipienda est, quæ per continentiam se exerit. 284
Insigni providentia dignatur pupillos et viduas propter solitudinem ipsorum. Et graviter edicit, ne quis his injuriam faciat. Nec tam corporis, quam animæ injurias, quibus opportuni sunt illi, inhibet. Nemo enim pupillos vel stultitiam vel intemperantiam doceat, imo sapientiam et temperantiam his instillare instituat, quatenus dextra indole fuerint præditi ad recipiendos divini sermonis characteres.

Diis non maledices, etc. [28.] Non maledictis incesses judices, ut apparet ex sequentibus, cum dicit: « Principibus populi tui non maledices. » Reverentia siquidem deferenda est magistratibus, et sollicite cavendum, ne clam in illorum incidamus furorem. Omne autem convicium, quod in verum jactatur principem, falsum est. Præterea qui detrahit judicibus, spernit legem, ipsumque, qui nobis legem dedit. Plurimi ad hæc, dum non abstinent conviciis proscindere proximum, assuetudine tandem etiam in Deum jaculari convicia non abhorruerunt. Sic Judæi didicere blasphemare Deum, dum non cessarunt maledico ore conspurcare doctores legis. Ad eum modum exercitati cæde prophetarum et justorum, ausi fuerunt Dominicum profundere sanguinem. Quapropter inquit Christus: « In cathedra Mosis sedent Scribæ et Pharisæi. Omnia igitur, quæ dicunt vobis, facite; at secundum opera eorum non facite [70]. » Hinc etiam Paulus seipsum reprehendit et colligit, cum liberius invectus esset in summum pontificem. Quapropter inquit Eliud apud Jobum: « Impius est quicunque dixerit regi: Inique agis [71]. » Impiissimus fuerit in magistratus, qui non reveretur vultum viri venerandi: nec honorare novit viros integros. In Proverbiis legitur: « Multare virum justum non est honestum, neque sanctum insidiari proceribus justis [72]. »

Carnem a bestiis captam non edetis, sed objicietis cani, etc. [31.] Scriptura sacra impudentem et impurum solet vocare canem, cui congruit omnis sermo, qui in perniciem animarum, procedit et diabolo, sine quo non licet dicere anathema Jesu [72*]. Obmittendi sunt itaque sermones, quos si quis receperit, cedat in alimentum diabolo.

[68] II Cor. xi, 2. [69] Osee ii, 19, 20. [70] Matth. xxiii, 2, 3. [71] Job xxxiv, 18. [72] Prov. xvii, 26.
[72*] I Cor. xii, 3.

Non suscipies rumorem vanum, etc. [XXIII, 1.] Quapropter quidam Nomothetæ prohibent auritis testibus ferre testimonium : et oculatis permittitur testibus, quasi rei veritas oculorum testimonio confirmetur, at mendacium roboretur aurium testimonio.

Pauperis non misereberis in judicio, etc. [3.] Nam justitia divinum quoddam est et sincerum, nec odio vel gratia corrumpitur. Quapropter eleganter dictum est : « Judicium Dei est [73], » etc. juste justum sequeris [74]. » Nam justus si perit juste, ejus est. Opus est igitur sapientia ad discernendum justum : nec temere et importune decurrendum est ad misericordiam.

Si occurreris bovi inimici tui, etc. [4.] Eximia clementia hic docetur, ne scilicet noceamus inimico, imo huic totis prodesse studeamus viribus. Quem vero lædet, qui nec inimico injurius esse in animum inducit? Præterea tollit odium et discordiam spargens semina pacis. Beneficium siquidem reipsa datum amicitias conciliare novit, et ad referendam gratiam pellit hominem non per omnia iniquum. Qui vero instruitur non despicere jumenta, quomodo non insignem benevolentiam et humanitatem exhibeat hominibus? Sic et Christus, quamvis lapidibus peteretur ab Israelitis, tamen acclamat : « Donec diem habetis ambulate, ne tenebræ vos apprehendant [75]; » ac si diceret : Benefacite inimicis vestris, et orate pro his qui vos persequuntur [76]. »

Tribus temporibus anni mihi festum celebrabitis, etc. [14.] Deus cum sit spiritus **285** spirituales habet celebritates, quas nullus frequentabit terrenus, ut nec spiritualis terrenam, de quibus dictum est : « Solemnitates vestræ in luctum, et cantilenæ vestræ in lamentationes et lugubria carmina [77]. » Quemadmodum « Qui credit in me, non condemnatur : at qui non credit, jam condemnatus est [78]: » sic inter eos, qui dies festos Deo non carnaliter agitant, non judicantur et condemnantur. Nisi adesset mensis novorum fructuum, non licebat festos celebrare dies Domino. Si requiritur mensis novorum fructuum, cedo, qui sunt novi illi fructus? Si intelligis externos, quos tellus alma fundit fructus, profecto si annus serius fructus ad maturitatem produxerit : certe non imminet mensis novorum fructuum. Præterea si sterilitas exorta fuerit, nullique ob id pronati fuerint fructus, quo pacto festum agemus Domino? Verumtamen quotannis festos dies agere jubemur voce divina. Præterea quo modo peragemus secundum festum, quod non solum messis sed et primitiarum cognominatur? Si enim cui fructus nascantur novissimi, quomodo festum frequentabit laborans penuria primitiarum? Quid faciet ille, cui defuerit ager, lege disertis verbis dicente : « Operum tuorum, quæ seris in agro tuo. » Quomodo tertiam celebritatem exordiar opera consummationis non habens in exitu anni? Si anni finis incurrit in decimum mensem, accidit ut tertia celebritas agitetur ante Pascha, quod nobis parit mensis primus. Qua ratione celebritas exitus in septimo mense celebratur, qui tamen annum non finit. Cæterum hæc missa faciamus, et sequamur id, quod dicitur : Ascende in montem, et ascendentes mente constituamus dies illos Domino dicatos. Ordine quodam cohærent illæ celebritates. Ni præcesserit prima, secunda sequi nequit : similiter dicendum est de tertia, quæ non venit, nisi præeuntibus duabus. In secundo festo non possum colligere opera mea omnia, sed saltem quæ seminavi. Non enim necessitas mihi incumbit solum seminandi, sed et plantandi et plantas tuendi, putandique. Si igitur voles frequentare festum Azymorum in mense novarum frugum, exue veterem hominem cum operibus suis, et evadas novus homo, ut mensis festi novorum fructuum, sit tibi novus et tuus. Hic enim mensis non utrisque tam veteribus quam novis addictus est. Verum quomodo erimus novi? Si exuamus veterem hominem cum operibus suis, et induamus novum, qui renovatur ad cognitionem secundum imaginem Conditoris [79]. Quæ igitur sit celebritas Azymorum, et qui sint panes illi azymi docet Paulus : « Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Itaque festum ejus celebremus non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et versutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, in sinceritate et veritate [80]. » Hæc eadem et lex commonstrat, inquiens : « Eradicabitur omnis anima, ubi inventum fuerit fermentum. » Si eadem sunt in conspectu Dei, fermentum, adulterium, scortatio, et Sodomia, quare singula illa peculiaribus inhibet legibus? Si igitur possides fermentum malitiæ, nec exterminaveris omne fermentum malitiæ de principali parte animi, quæ domus censetur, profecto auctoritas divina præcipit, ut eradiceris. Nam necessitas postulat ut is, qui attigerit mensem novarum frugum, innovetur, nec quidquam pristinæ retineat fæcis. Antiqua præterierunt, ecce nova facta sunt [81]. Quia autem inquit : « Tribus temporibus anni, » etc., primum enarrabimus ipsum annum. Christus Jesus quo tempore mihi apparuit, qui justitiæ verus Sol perhibetur, constituit mihi mensem primum. Dum enim adhuc hærebam in Ægypto, non vidi mensem primum, nec is mihi imminebat. Quamprimum vero cœpero festum celebrare Domini, dicitur ad me : Mensis hic sit vobis principium mensium. » Et quemadmodum sol metitur et suo cursu absolvit externum hunc annum : ita justitiæ Sol **286** acceptum perficit annum, cujus sanatio in alis ejus, sicuti habetur in Propheta [82] : « Timentibus autem nomen meum exorietur Sol justitiæ [83], lux scilicet vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum [84]. » Cum enim sit sermo, radios suos immittit in animas. Quidam intelligunt annum acceptum, quem Christus

[73] Deut. I, 17. [74] Deut. XVI, 20. [75] Joan. XII, 35. [76] Matth. V, 44. [77] Amos VIII, 10. [78] Joan. III, 18. [79] Coloss. III, 9. 10. [80] I Cor. V, 7. [81] II Cor. V, 17. [82] Psal. LX, 5. [83] Malach. IV, 2. [84] Joan. I, 19.

solum annuntiavit. Et sane tria ostenduntur, dum celebravit Pascha, et prædicavit, ut monet Joannes in Evangelio. In hoc itaque anno agitamus tres dies festos; de primo sermocinati sumus : explicemus nunc secundum. Cæterum in medio utriusque (quod præmonendi sumus) ponitur : « Non videberis coram me vacuus [85]. » Omnis siquidem homo plenus est et abundat scientia et cognitione Trinitatis, singulasque novit exacte distinguere personas, virtutibusque omnibus est instructus : Aut si his caret, abundat opinionibus et ob eas vacuus habetur. Nemo autem vacuus festo se sociare audet. Talis vero fuerit, qui non ederit panes infermentatos in mense novarum frugum.

A *Καὶ ἑορτὴν τοῦ θερισμοῦ πρωτογεννημάτων ποιήσεις τῶν ἔργων σου, ὧν ἂν σπείρῃς ἐν τῷ ἀγρῷ σου.* Ἔχει πᾶς ἄνθρωπος ἀγρὸν, ἐν ᾧ σπείρει. Περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ὃ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. » — « Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. » Οὐκοῦν ἀγρὸς τὸ πνεῦμα, ἐν ᾧ σπείρων, ζήτει ἵνα ἀνατείλῃ σοι πρωτογεννήματα· ὧν ἐκτὸς, οὐκ ἂν ἑορτάσαις. Τίνα ταῦτα; ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, ἐγκράτεια. Περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Ἰησοῦς· « Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. » Θερισμοῦ τοίνυν ἡ ἑορτή. Ποίου τούτου; « Ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν. Ὁ θερίζων μισθὸν B λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Οὐκοῦν σπείρας εἰς τὸν εἰρημένον ἀγρὸν, πειράθητι θερίσαι θερισμὸν πρωτογεννημάτων· ὥστε μὴ εἶναί σου ἀναβαλλόμενα καὶ ὑπερτιθέμενα τὰ σπέρματα, ἀλλ' ὡς ποιῆσαί σε ἐν πρώτοις ἀναφέρειν τὸ δράγμα· ὃ μὴ ἔχων οὐκ ἂν ἑορτάσαις, οὐδ' ἂν μὴ ᾖ ταῦτα τῶν ἔργων σου, καὶ τοῦ ἀγροῦ σου. Πρωτογεννήματα δὲ, τῷ ἀνυπερθέτῳ· ἵνα ᾖ πρὸ τῶν ἄλλων τὰ σὰ, μὴ χρόνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ διαφέροντι, καὶ τῷ βεβιωκέναι φιλοτιμότερον τῶν εἰς τὸ πνεῦμα σπειρόντων.

Secunda igitur, ait, *celebritas operum tuorum, quæ seminas in agro*, etc. [XXIII, 16.] Nemo mortalium est, qui non possideat agrum in quem seminet jactet. Huc respiciens Paulus apostolus, inquit : « Quod seminaverit homo, idem et metet [86]; » sive ut elegantius explanetur : Ut sementem feceris, ita metes. « Qui sementem facit in carnem, ex carne metet corruptionem. Qui seminat in spiritum, ex spiritu metet vitam æternam [87]. » Itaque ager est spiritus, in quo serens quære ut tibi proveniant primitiæ, sine quibus non poteris festum diem celebrare Domino. Sed quæ sunt illæ primitiæ? Fructus spiritus, dilectio, gaudium, pax, longanimitas, continentia, de quibus loquitur Jesus : « A fructibus eorum cognoscetis eos [88]. » Messis igitur celebritas est. Et quæ illa? « Ecce dico vobis : Tollite oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt ad messem. Qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam [89]. » Itaque semen spargens in prædictum agrum, conare deinde metere messem primitiarum; ne dum procrastinas et differs sementem facere, nequeas tandem manipulum primitiarum offerre, citra quem non poteris frequentare festum Domini. Hæ procurandæ sunt, etsi non fuerint de operibus tuis et agro tuo. Imprimis non differendæ sunt primitiæ, ut hæ præ cæteris tuæ esse existimentur, non solum ratione temporis, sed etiam ratione excellentiæ, ut videaris vixisse digne his, qui in spiritum serent.

Accidit enim ut quis seminet, nec tamen vivat ut primitiæ progignantur : sed secundi et tertii proveniant fructus nihil distantes a frumento. Quidam metit eximios fructus, alius minus eximios, tertius metit fructus vento corruptos, sicuti habet propheticum oraculum. Alii semina mandant sulcis, quæ dantur locustæ, brucho et erucæ. Hoc accidit, quando semina non fuerint digna ut benedictionem accipiant a Deo. Traduntur igitur hujuscemodi corruptionibus, quod non digna censeantur, ut offerantur et imponantur aræ Dei. Tertia celebritas est perfectionis et consummationis operum, et consummationis mundi. Hanc frequentat, qui perfecte proficit, et cum Paulo clamat : « Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [90]. » Hic cum in carne vivat, non secundum carnem militat. Non intuetur quæ oculis subjecta sunt, sed aspicit æterna.

Tribus temporibus anni, conspicietur omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, etc. [17.] Quid causæ est, quod seorsim hæc præcipit, nec conjunctim in hunc modum locutus est : Ter quotannis festum celebrabitis mihi, et omne masculinum apparebit coram Domino Deo tuo? Opera igitur nostra quæ facimus, aut dicuntur esse mulier, scilicet si serimus in carnem, quæ quidem opera sunt externa et enervata : aut appellantur vir, scilicet si spiritus ediderimus opera, quæ sola digna sunt, ut proferantur in conspectu Dei. Dedignatur siquidem intueri mulieres. **287** Convenit igitur solis his, qui viriliter agunt, agitare celebritates Domini. Cum prædixisset legem, secrevisset injuriæ occasionem, collaudasset id quod tendit ad utilitatem proximi, proposuisset viam vitæ quæ sibi placet, postremo induxit spirituales celebritates, ipsis cogitandum relinquens illum laborem tandem exiturum in oblectationem. Iterum tres illas celebritates dirigamus in Christum. Sed de prima verba fe-

[85] Exod. XXIII, 15. [86] Galat. VI, 7. [87] ibid. 8. [88] Matth. VII, 16. [89] Joan. IV, 35, 36. [90] Galat. VI, 14.

cimus, cum paschalem enarravimus celebritatem. At in secunda cernere est primitias renovati et restaurati hominis, Christum nempe sub typo manipuli primitiarum oblatum. Nam instar spicarum et aristarum refloruimus in mundo. Quapropter testabatur Christus, albas esse regiones. Hic Christus fuit primitiæ, novus fructus, et primogenitus ex mortuis, transformans omnia ad novitatem, et expellens vetustatem. Hic, inquam, pro nobis visus est in conspectu Dei et Patris. Propter nos conscendit cœlos, ut manipulus novarum frugum oblatus patri. Imo ipse in sese adducit nos in conspectum Patris. Ipse siquidem, ut Deus, est coæternus Patri : et nos, nos, inquam, qui fuimus abdicati a Patre irato propter transgressionem Adami et peccatum, quod in nos grassatur : reduxit in conspectum Patris. Accedamus nunc ad tertiam solemnitatem, quam quoque excutiamus. Videtur itaque septimus mensis tempus consummationis significare. Tunc enim opera in thesauris ejus recondita recludentur, et judicii tempestas in nos redundabit. Quapropter meminerimus dicentis: « Nolite vobis colligere thesauros super terra, ubi tinea et ærugo absumit, et ubi fures perfodiunt et furantur. Colligite vobis potius thesauros in cœlis [90*]. » Nunc enim revera extrema agitur ætas.

Non sacrificabis super fermentum sanguinem incensi mei, etc. [XXIII, 18.] Differentia est sacrificiorum. Quædam victimæ offeruntur totæ : quarumdam partes tantummodo incenduntur in ara. Quarumdam sanguis offertur, carnes vero eduntur. Dicuntur autem illæ hostiæ holocausta et pacifica, quia pro peccato abolendo incenduntur. Nunc vero non incendes neque offeres sanguinem cum panibus fermentatis, sed cum panibus fermento carentibus. Nam fermentum massæ mistum mutationem inducit, et farinam acidam reddit : et ex fermentata massa accipitur pars, quæ quoque in fermentum transit. Et in hunc modum primum fermentum in multas abit generationes, sicuti etiam ignis, quo exstincto reservamus reliquias in cinere, quibus e cinere dimoto productis alium suscitamus ignem. Cæterum incertum est, an accipientes fermentum pure illud fermentent. Proinde per incerta illa nos a fermento dehortatur. Sub hoc quasi symbolo monet voluptatem esse contemnendam. Nam fermentum non est cibus, sed quoddam cibi et gulæ irritamentum. Præterea sub fermento ceu symbolo nos admonet, ne vana opinione inflemur. Sanguis victimarum demonstrat animam, quæ libat Domino. Verum haud pium est conjungere et commiscere ea, quæ commistionem sui natura refugiunt.

Non jacebit pinguedo festi mei usque mane, etc. Imo potius sit materia sacræ flammæ. Infra de hoc et aliis dicetur sacrificiis.

Primitias fructuum terræ tuæ inferes in domum Domini Dei, etc. [19]. Hæc præcipiuntur, ut sint grati : et hinc alimenta porrigantur sacerdotibus et Levitis. Anagogicus horum sensus supra elucidatus est.

Non coques agnum in lacte matris suæ, etc. [91] A Non exscindes agnum ex utero matris, festumque coques. Aut si coquis agnum, ne superinfundas lac matris ejus. Aut quantisper agnus materna ubera siccat, tantisper eum immolabis et coques. Verum hoc magis cavendum esse adhortatur propter dolorem fetæ.

Οὐχ ἑψήσεις ἄρνα ἐν γάλακτι μητρὸς αὐτοῦ. Ἢ μὴ ἐκβαλὼν ἄρνα ἀπὸ μητρὸς ἑψήσῃς· ἢ ἑψῶν ἄρνα, μὴ ἐπιβάλῃς τὸ γάλα τῆς μητρὸς αὐτοῦ· ἢ ἐν ὅσῳ γαλουχεῖ, οὐ θύσεις καὶ ἑψήσεις. Ὃ καὶ μᾶλλον, διὰ τὸ τῆς τεκούσης ὀδυνηρόν.

Nimirum hac eadem de causa inquit in Levitico : « Vitulum aut ovem aut capram, si prognatæ fuerint, erunt septem diebus sub matre. Die octavo et ultra recipiuntur in sacrificium et munus Domino. Vitulum et ovem, **288** matrem et ejus prolem non mactabitis uno die [91]. » Agnum modo partu editum et lactentem mactari non sinit ; Ostendens eum adhuc esse imperfectum, et proinde qui modum intellectu polleat nec adhuc sanctus sit, ob ea non esse acceptum et gratum Deo. Hujus farinæ erant, ad quos scribit Paulus : « Nam cum debeatis ratione temporis doctores esse, iterum opus habetis eo, qui vos doceat, quæ sunt elementa principii oraculorum Dei. Et facti estis hi, qui lacte nec solido cibo opus habent [92]. » Die octavo et reliquis diebus, qui octavum consequebantur usque in infinitum, referebantur in numerum et usum victimarum. Cæterum dies octavus adumbrat nobis diem, quo Christus resurrexit a mortuis, ceditque in principium sæculi novi, prisco sæculo legis septem diebus prioribus evoluto. Primum siquidem sæculum adhuc fuit profanum respectu temporis, quo lex valuit et cultus carnalis; verum fit in Christo munus gratum et acceptum octavo die et insequentibus. Nam Christo vocatio cessare nequit, initium capiens resurrectionem. Ponens autem legem Christum concernentes, prænovit Deus Judæorum intractabilem inobedientiam omne regimen et moderamen abnuentem. Quapropter exterminabantur merito ut parricidæ, qui manus cæde herili cruentarint. Verum non semel Jerusalem penitus interibit. Imo manebit orba exspectans novissimum tempus, quo servabitur, secuta præeuntes gentes. Symmachus interpretatus est : *Non parabis hædum in lacte matris suæ*, etc. Quæ translatio docet, peccatores non posse comedi adhuc infantes et sub matre malitiæ lac ducentes, nisi prius ad meliorem deferantur doctrinam et institutionem. Hædi siquidem creduntur, quotquot a læva stantes juxta tribunal Christi, audiunt dicentem Dominum : « Amen, amen nunquam novi vos [93]. »

[90*] Matth. VI, 19, 20. [91] Levit. XXII, 27, 28 [92] Hebr. V, 12. [93] Matth. VII, 23.

Nec sane quis coxerit etiam agnum in lacte materno. Nam infantes in negotio Christi, et imperfectos adhuc quoad animum, impossibile est duci per ignem et tribulationes. Exspectandum est donec attingant ætatem virilem, et in spirituali fortitudine adolescant. Præterea sub typo quodam innuit, non omnia interitura propter tyrannidem gravem, quæ ipsos maneat : sed ipsos permansuros et duraturos quasi quibusdam successionibus generis, dum hoc in illo aliud in alio incolumitatem adipiscitur, Deo aversante suarum creaturarum universale excidium. Ad hæc decenter ista prædicuntur. Nam conveniunt sermonibus Christi, per quem deperdita servantur et revirescunt ad vitam.

Et ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, etc. [XXIII, 20.] Quidam aiunt prophetam, et loquentis in ipso vocem, quem prophetam jubentur audire. Sermonis autem confirmatio est opus, quod sermonem consequitur. Persuasus igitur et faciens quæ imperantur, habebit patronum et defensorem, doctorem, qui sua dogmata tuebitur per se : nec ea, licet conentur, poterunt adversarii infringere. Qui vero propheta ipsos induxit in terram promissam, Jesus est, filius scilicet Nave, si externum considerare velis Jesum. Si autem Jesus est, qui præsentem habet orationem, ei etiam competet, quod infertur : « Nomen enim meum est super ipso. » Si sermo ille profertur a Patre, sciendum est hoc loco dici, magni consilii angelum [94], qui est et revera vocatur Deus sicuti Pater, qui ipsum genuit.

Οὐ γὰρ ὑποστείληταί σε· τὸ γὰρ ὄνομά μου ἔστιν ἐπ' αὐτῷ. Τὸ δ', *Οὐ μὴ ὑποστείληται*, Σύμμαχος ἐκδέδωκεν, *Οὐκ ἀφήσει παράπτωμα ὑμῶν.*

A *Non subterfugiet*, etc. Symmachus vertit : *Non remittet peccatum vestrum.*

Destruendo destrues, et comminuendo comminues statuas illorum, etc. [21.] Sub statuis quasi in ænigmate intelliguntur hæreticorum dogmata, quæ stare et firma esse putantur. Quædam dogmata, quæ sensui et intellectui nostro sub his statuis ingeruntur, sunt civilia : quæ profecto convelli nefas duxerim : imo in sua sede permaneant solida et inconcussa. Verum dogmata, quæ ad casum nos impellunt, diruenda sunt, et ita diruenda, ut nequeant refici iterum et conjungi. Hæc enim exprimuntur per illam emphasim : « Destruendo destrues, et conterendo conteres. » Nam si ea, quæ demolitus fuero, iterum exstruo, meipsum transgressorem constituo.

289 *Et benedicam pani tuo, et vino tuo, et aquæ tuæ; et avertam abs te languorem*, etc. [25.] Pollicetur alimenta et sanitatem. Interim dum mentionem facit solummodo rerum necessariarum, obiter et temperantiam nobis commendat. Præterea documentum saluberrimum exhibuit, quod nihil prædictorum nos pascat vel juvet, imo magis lædat, si Deus illa non prosperaverit sua benedictione. Videtur ad hæc, illis, qui prædicta faciunt, promitti mystica mensa.

Non erit sterilis neque vidua in terra tua, etc. [26.] Externa fecunditas pertinet ad eos, qui magna cupidine affectant fecundam prolem. Interna fecunditas apprehendit illos, qui prædicta exsequuntur, et benedictionem consequuntur : quibus rebus ita formantur, ut cognoscant ipsorum officii esse, ne sint steriles et infecundi mente et opere.

Numerum dierum tuorum implebo, etc. Perducam te in splendidam et valentem, annosamque senectam. Ut promittit immaturas mortes inobedientibus, ita pollicetur obedientibus. Nestoreos annos. Non enim ostendit singulis præfixum esse certum vitæ finem, dum vitæ nostræ tempus pro arbitrio nunc minuit, nunc producit et extendit : quod quidem nequaquam accideret, si singulis certus vitæ præstitutus esset terminus. Deus quidem hæc omnia præcognoscit : nec tamen idcirco ejus prænotio credenda est esse terminus nostræ vitæ. Dei terminus, quem nostræ vitæ ponit, respicit animi nostri propositum, prout virtutem vel vitium apprehendimus : proinde vel ampliatur vel contrahitur pro arbitrio Dei, nec quamdam necessitatem importat mortalibus. Natura suum cursum a Deo accipiens, sæpe interpolatur accidentibus materiæ, quemadmodum nihil sine pietate prohibuerit. Si autem contrarium evenerit peccatoribus et justis, hæc propter nos fieri credendum, et in nos reduci oportet ut auctores, nec ad justa et elimata Dei judicia. Eleganter vero inquit, non mensibus, non annis vitam supplicum suorum numerandam esse. Nam vere dies viri sapientis est comparandus sæculo. Bene præterea traditur : *Supplebo*, etc., propter vacua virtute et sapientia interstitia, quæ sunt in animo proficientis : quem vult ad exemplum musici instrumenti ad concentum adduci, ut consonent et concinant decenter illius hominis voluntas, sermones et facta. Hæc igitur habenda sunt pro diebus, quos justitiæ Sol in animis nostris metitur : nunc quidem particulariter fulgens secundum credentium proportionem. Ubi autem id, quod ex parte fuerit, incassabitur, universaliter sive totus splendebit. Hoc erit, quando perpetuo suos radios ostentabit nullo noctis interventu prohibitus. Propheta siquidem ait : « Non occidet ipsis sol [95]. » Illiusmodi dierum plenus erat Abraham. Et justorum dies in numerato tenet Deus; nulla memoria dignatur dies impiorum, ut videre est in exemplo eorum, qui ab Setho, et illorum qui descendunt ab Caino. De his diebus loquitur David, dicens : « Ne rapias me in dimidio dierum meorum [96]. »

Et timorem meum mittam qui antecedet te, etc. [27.] Hæc formido novit potentius profligare hostes, quam immensæ copiæ militares. At charitatis timor præcedit pios, qui innascitur perfectis. Per ambo enim illa colitur et honoratur Deus. Qui hunc timorem habet, non metuet a timore nocturno, sive a dextris sive ex angulo, sive ex ventis malitiæ, sive ex affectionibus ignominiæ.

[94] Isa. IX, 6 sec. LXX. [95] Isa. LX, 20 [96] Psal. CI 2.

Et emittam crabrones ante te, etc. [XXIII, 28.] Crabrones ex occulto non prævisi cædunt et consauciant lethaliter caput, et quæ capiti sunt annexa. Ut igitur ex prædicto versu patet, videmus Deum per minutissima insecta, per culices, nec non ranas domare posse superbos Ægyptios. Significat quoque se ex cœlo de improviso, præter spem, missurum auxilium. Si extimescitis copias alienigenarum, metum ponite, crabronibus et vespis infringam illorum impetum, ipsosque dabo victos. Amat enim Deus per paucos vincere, ut liquet exemplo Gedeonis, qui trecentis fudit innumeras hostium copias. Prædicit præterea, quæ sequuntur, ne ubi **290** vicerunt, victoria insolescant, suæque virtuti victoriam acceptam ferant.

Non ejiciam eos anno uno, etc. [29.] Nam feræ fugitant domicilia multorum hominum, ut qui natura illis imperitent. Cæterum solitudines et solitaria loca frequentare consueverunt. Nec licet animos illorum, qui festinabant in terram promissam in unum contrahere liberatos ignorantiæ vinculis, et abundantes refertosque divina scientia. Nec enim perpeti possunt, si quis ignorantiam ipsorum eximat animis; nec tolerare possunt doctrinæ affluentiam nimiam. Cæterum non vult, ut dominium terræ citra prælia et pericula acquirant. Nam quæ magnis parimus nobis laboribus, illorum possessionem plurimi facimus. Præterea omnis, qui in prælio versatur, implorat auxilium divinum, ut liberetur ab imminente periculo, scilicet ne in potestatem hostium deveniat. Ad hæc anima, quæ sine pulvere et labore potitur et fruitur libertate, ea ad socordiam et negligentiam inclinat, obnoxiaque et opportuna est hostibus invisibilibus : et tandem patitur, quæ fecisse didicimus in Evangelio impurum spiritum, qui revertebatur in pristinas sedes junctis sibi septem aliis deterioribus. Paulatim igitur exturbat incolas terræ, donec ad mensuram ætatis implementi Christi pertingant.

Et dabo fines tuos, etc. [31.] Pomerii prolationem promittit, si observent legem : pomerii coarctationem minatur, si legem transgrediantur.

A Dan usque Bersabe, etc. Hoc contigit regnantibus Davide et Salomone : quorum regnum promotum est usque ad Euphratem.

Si servieris diis illorum, erunt tibi offendiculo, etc. [33.] Nam si iter facienti offendicula posita fuerint, defatigatur et itineris molestiis divexatur graviter priusquam iter perficiat. Præterea anima ad Deum iter ingrediens impiis ambagibus ab itinere recto abstrahitur.

Ascende ad Deum tu et Aaron, usque ad hunc locum : *Apparuerunt in loco Dei, et ederunt et biberunt*, etc. [24, 1-11.] Assolet Scriptura sacra frequenter Ecclesiam nominare ista voce, præsertim spiritualem Ecclesiam montis sub nomine comprehendere avet, et propter hanc terrenæ Ecclesiæ istud nomen attribuit. Nam qui in Ecclesiis versantur, nihil humile sentiunt; verum segregati ab terrenarum rerum cura et fæce, sublimes feruntur et cœlestia meditantes perquirunt. Nam potentes Dei vehementer supra terram elati sunt. Et iterum : « Quis ascendit in montem Domini [97]? » etc., qui mons ab impiis scandi nequit. Quare populus non ascendit in montem? Quia multi sunt vocati, at electi pauci [98]. Ex his, qui se in montem receperunt, Moses solus accedit ad Deum, eminus autem cum reliquis consistit Aaron, quamvis typum gereret Christi veri pontificis, per quem etiam nos censemur regale sacerdotium. Quapropter non contemnit nostram conditionem, sed descendens ad nos inter nos moratur. Moses præfertur fratri ut sequester et arbiter naturalis legislatoris et Dei, quatenus et ipse legi subjiciebatur. Quamvis Moses absque Aarone non ausus fuerit intrare ad Pharaonem, sed illum ut auxiliatorem accepit et socium periculi ab Deo, quamvis dignitate foret secundus. Ascendimus igitur quasi in montem in sanctas et supernas mansiones, qui sumus sancti et electi, nec tamen ascendimus nisi stipati comite Christo. Nam Aaron cum his erat, licet illis adnumeraretur, qui eminus collocati erant. Christus siquidem eminus consistit propter nos, ut et nos cum eo et per eum appropinquemus Patri. Cum enim Christus natura sit conjunctus Patri, si ejus participes facti fuerimus per Spiritum, connectemur per ipsum quoque Patri in divinæ naturæ societatem venientes. Nec aliter illi contenderunt in montem, quam prius exercitati sanguine Christi, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro nobis, offerens suam carnem, ut irreprehensibile sacrificium, Deo et Patri. Diluculo enim, ait, Moses aram posuit, addidit illi duodecim lapides secundum numerum duodecim tribuum Israel. Dimittens autem adolescentes filiorum Israel, jussit ut offerant holocausta et vitulos sacrificium salutis. Ara quam in radicibus montis statuerat, significabat **291** Ecclesiam super terra, subjectam vero supernæ Ecclesiæ primogenitorum matri. Aram hanc cingere jubet duodecim tribus, quasi is locus, utpote Ecclesia Dei, his vel maxime competeret. Christus namque inquit : « Non sum missus nisi ad perditas oves domus Israel [99]. » Sed viri expediti et fortes peracturi erant Christi mysterium, ut indicabatur per missos illos juvenes. Hoc autem exsecutos esse comperimus apostolos, qui in omnes orbis plagas missi, Evangelium annuntiabant adducentes holocausta, scilicet fideles, fide et virtute exornatos. Hoc vero opus desiderabat juvenilem et fortem animum, qui non flecteretur terrenis rebus, et vere dicere posset : « Mihi vivere Christus est, et mori lucrum [1]. » Verum autem sacrificium præfigurabatur per vitulos. Vitulo siquidem perfecto comparatur Christus propter fortitudinem et puritatem. Confertur et vitulo parvo. Quia non subiit jugum legis servile, cum foret, utpote Deus, liber. Vitulus subditur jugo interdum, interdum immunis est ab aratro. Sic Christus bajulavit carnem, quæ erat subdita jugo peccati, interim a peccato erat purissima. Nam

[97] Psal. XXIII, 3. [98] Matth. XX, 16. [99] Matth. XV, 24. [1] Philipp. I, 21.

condemnavit peccatum in carne. Dicitur quoque vitulus, quia nova fuit creatura. Hujus sanguine populum aspergit Moses necnon ipsum librum. Siquidem lex imperfecta est, nec quit sanctitatem dare : et ad eam rem præstandam eget Christi.

Diluculo exstruit aram, etc. Lucifero enim micante, et spirituali exorto die, cujus exortus compescuit hujus vitæ præsentis noctem, apparuit splendidum Ecclesiæ jubar. Ara vero est, in qua peragit Christi mysterium. Astiterunt ei tribus terræ quas portendebant duodecim lapides, ut patet ex testimonio Petri, dicentis : « In quo ipsi quoque veluti vivi lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum [2]. » Tunc quoque in conspectu fuimus Patris, quemadmodum scriptum est : « Mane assistam, et videbis me [3]. » In hunc igitur modum instructi accurrimus in montem, prius tamen Mose scribente verba Domini. Nam supernæ profectionis cupidos tenere oportet menti insculptam et incisam legem Domini, dicentes : « In corde meo abdidi oracula tua, ne tibi unquam peccem [4]. » Huc facit, quod scribitur : « Loqueris de illis sedens in domo, iter faciens, cubans, et surgens [5]. » Quapropter et viderunt locum, ubi steterat Deus Israel. Color ille repræsentat cœlum, in quo requiescit inter angelos habitans, et sanctus inter sanctos alta quiete fruens, ostendente hoc sermone illis, qui hactenus multorum deorum superstitione fuerant conspurcati, et creaturam divinis honoribus coluerant, cœlum vero Deo esse subjectum. Quod vero ibi ederint et biberint, explicat delicias in cœlum scandentibus præparatas. Quod positum est : « Nullus dissensit, » etc., si seriem narrationis intuearis, hic erit sensus : Omnes incolumes conservati sunt. Si vero spiritualem sensum hinc elicere ,voles, indicat omnes in religionis negotio consensisse uno animo.

A Διὸ περὶ τῆς ἀειπαρθένου (87) προφητεύων ὁ μακάριος Ἰὼβ, « Γῆ, φησίν· ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται ἄρτος, ὑποκάτωθεν ἐστράφη ὡσεὶ πῦρ. Τόπος σαπφείρου οἱ λίθοι αὐτῆς· » τὸ καθαρὸν (88) καὶ ἅγιον καὶ ἀμίαντον τῆς παρθενίας σῶμα δηλῶν· καὶ ὅτι τὸν τοῦ νόμου Θεὸν τέτοκε. Καὶ ἐν τῷ Ἄσματι ἡ νύμφη περὶ τοῦ νυμφίου φησί· « Κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου· » κοιλίαν Χριστοῦ καλοῦσα τὸν χορὸν τῶν ἁγίων τὸν παρ' αὐτοῦ λοχευθέντα. Καθαρὸν (89) δὲ ὡς πυξίον ἐλεφάντινον, ὅπερ οὐ παραδέχεται ῥύπον. Ἐπὶ τοῦτο (90) καὶ κωδίκιλλον γράφονται οὐκ ἐπιγείου ἀρχῆς, ἀλλ' ἐπουρανίου βασιλείας· « Ἐπὶ λίθου δὲ σαπφείρου, » φησὶν, ἐπειδὴ ὡς ἂν ὁ σάπφειρος προσπελάσῃ πράγματι, τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται· οὕτω καὶ ὁ τῶν ἁγίων B χορὸς τοὺς πλησιάζοντας διὰ τῆς πίστεως, καὶ τῆς πνευματικῆς χάριτος, εἰς οὐρανοὺς ἀνιμᾶται.

Sapphirus commonstrat beatam Virginem, de qua vaticinatus Job, inquit : « Terra ex ipsa egredietur, panis subter versus est quasi ignis, locus Sapphiri lapides ejus [6-7] » quibus verbis designatur purissimum Virginis corpus ; et quod legem Dei pepererit. Præterea in Canticis canticorum sponsa de sponso canit : « Venter ejus pixis eburnea insistens lapidi sapphiro [8]. » Ventrem Christi nominat sanctorum chorum, quem ipse in almam lucem protraxit et fovit. Is vero mundus perhibetur, ut pixis eburnea, quæ nihil impuri recipit. « Super lapide sapphiro, » etc. Quia sapphirus omnem vicinam materiam potenter attrahit. Ad eum modum sanctus sanctorum chorus eos, qui ad ipsum in fide vera accedunt Spiritu sancto imbuti, transmittit in cœlos.

Et surgens Moses ejusque minister Jesus ascenderunt, etc. Moses vocatur, ut qui suscepturus esset legem. Jesus non vocatus ascendit una cum Mose. Jesus autem est typus Christi, qui non vocatur a Patre ut cæteri. Nam semper est nobis præsto, et vocatis parat viam, ut per eam ad Patrem ingredi possint, agens partes Mediatoris et Arbitri. Impossibile namque est, ut appropinquemus Deo Patri citra opem Mediatoris et arbitri Christi.

292 *Et descendit gloria Dei super montem Sina*, etc. [XXIV, 16.] Reprehendit illos, qui opinantur quasdam ambulatorias potentias et virtutes commorari apud Deum. Non enim Deum solum per se descendisse in montem attestatur, sed etiam gloriam ipsius : sive indicando ipsius potentiarum vel virtutum præsentiam (nam et regis gloria dicitur militaris manus), sive existimationem et divinæ gloriæ famam celebrem ostendendo. Præsens spectaculum ita animos omnium confirmavit, ut firmissime crederent Deum ipsum leges, quæ latæ sunt, sanxisse. Nil prohibet, ut intelligas veram gloriam patris, Filium scilicet, quatenus fas erat, ibi apparuisse.

Καὶ ἐκάλυψεν αὐτὸν ἡ νεφέλη ἓξ ἡμέρας. Καὶ ἐκάλεσε Κύριος τὸν Μωϋσῆν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἐκ μέσου τῆς νεφέλης. Τὸν ἴσον ἀριθμὸν ἀπ- C ένειμε καὶ τῇ τοῦ κόσμου γενέσει, καὶ τῇ τοῦ ὁρατικοῦ γένους ἐκλογῇ, τὴν ἑξάδα· βουλόμενος ἐπιδεῖξαι,

Et occultavit ipsum nubes interdiu, et vocavit Dominus Mosen septimo die in medio ignis, etc. Eumdem numerum assignavit generationi mundi et electioni populi Israelitici. Is autem numerus senarius est. Quibus verbis docet se esse conditorem

[2] 1 Petr. II, 5. [3] Psal. v, 5. [4] Psal. LLXVIII, 11. [5] Deut. VI, 7. [6-7] Job XXVIII, 5. [8] Cant. v, 14.

NOTÆ.

(87) Ἡ δὲ σάπφειρος δύναται καὶ τὴν ἁγίαν σημαίνειν Παρθένον, περὶ ἧς προφητεύων ὁ Ἰὼβ, κτ. ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(88) Τὸ καθαρὸν σῶμα τῆς παρθένου δηλῶν. Ὁ αὐτ.

(89) Καθάριον δὲ ὡς πυξίον τὸ ἐλεφάντινον. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(90) Τὰ ἀπὸ τοῦ, ἐπὶ τοῦτο, ἄχρι τοῦ, βασιλείας, οὐ περιέχει ὁ εἰρημ. κώδ.

mundi, et elegisse genus Israeliticum. Revocatio prophetæ et regeneratio, quæ priore est melior. Septimo revocatur die : et in hoc distat a primævo parente, quod hic ex terra processit et cum corpore constitit ; ille vero absque corpore. Quapropter terreno illi tributus est suus numerus, nempe senarius. At huic additus est numerus sanctissimus, nempe senarius.

A ὅτι αὐτὸς καὶ τὸν κόσμον ἐδημιούργησε, καὶ τὸ γένος εἵλετο. Ἡ δὲ ἀνάκλησις τοῦ Προφήτου, δευτέρα γένεσίς ἐστι τῆς προτέρας ἀμείνων. Ἑβδόμῃ δὲ ἀνακαλεῖται ἡμέρᾳ, ταύτῃ διαφέρων τοῦ πρωτοπλάστου. Ὅτι ἐκεῖνος μὲν, ἐκ γῆς καὶ μετὰ σώματος συνίστατο · οὗτος δὲ, ἄνευ σώματος. Διὸ τῷ μὲν γηγενεῖ, ἀριθμὸς οἰκεῖος ἀπενεμήθη ἑξάς · τούτῳ δὲ, ἡ ἱερωτάτη φύσις τῆς ἑβδομάδος.

Deus ostentavit ignem, non quod sit ignis ille externus, sed ut metum incuteret Judæis. Hoc idem ut significaret, statim induxit : « Coram filiis Israel. » Ignis vero symbolum est, Deum absumere impias ratiocinationes non secus, ut ignis obstantia quæque domat et consumit.

Moses quadraginta continuos dies in monte perseverat. Tot enim annorum spatio, computato die pro anno, ingrata illa generatio Judæorum corrumpenda et abolenda erat in solitudine : pro quibus supplicavit totidem diebus Domino, præcipue eo tempore, quo leges dandæ erant. Tabernaculum erat sanctuarium, quod circumferri poterat. Quibus vero ponuntur leges ? num in solitudine mox perituris ? Pro quibus cædendæ erant victimæ ? num pro his, qui in vasta solitudine mox erant vita spoliandi ?

Τεσσαράκοντα δὲ μενει τὰς πάσας ἡμέρας ἐν ὄρει Μωϋσῆς, ὅσα ἤμελλεν ἔτη τῶν εὐπαθόντων ἡ ἀγνώμων φθείρεσθαι γενεά. Ὑπὲρ ὧν ἐν ἰσαρίθμοις ἡμέραις ἱκέτευε τὸν πατέρα, καὶ μάλιστα παρὰ τοιοῦτον καιρὸν, ἐν ᾧ δίδονται νόμοι. Καὶ φορητὴν ἱερὸν, ἡ B σκηνή. Τίσι γὰρ οἱ νόμοι; ἆρά γε τοῖς ἀπολλυμένοις; Ὑπὲρ τίνων δὲ αἱ θυσίαι, τῶν μικρὸν ὕστερον φθαρησομένων; Προῄδει γὰρ ὡς προφήτης τὰ ἐσόμενα.

Et accipite mihi primitias ab omnibus, quorum cordi videbitur accipere, etc. [XXV, 2.] Docet his verbis Dominus, si quis velit beneficia conferre Ecclesiis, ut ex animo id facere aggrediatur. Siquidem nec caprinam lanam, si ex prompto afferatur animo, aspernatur : magni qnoque facit duos illos quadrantes, quos in gazophylacium conjecit vidua. Congestis autem primitiis, vide inde mihi tabernaculum fabrices, et apparebo vobis : quæ quidem verba fundit, quasi hactenus non apparuerit illis, quamvis videretur descendisse in specie ignis. Cæterum illa visio umbra dicenda est, et veram visionem crede Christum, sicuti monet Scriptura, dicens : « Deus Dominus, et apparuit nobis [9]. » In Christo scilicet conspicamur et Patrem. Externa illa ecclesia exstruitur ad exemplar Ecclesiæ primogenitorum. Quapropter inquit : « Sicuti ostendero tibi. » Et in hunc modum iter faciens dum ex alio in aliud transcendit cacumen in sublimia tendens, subinde sublimior fertur. Primo quidem derelinquit montis radicem, separatus ab omnibus, quæ in ardua nisum prohibeant. Dein audit clangorem tubarum levatus paulatim in montem. Deinde in inconspicuum Dei notitiæ penetrale ingreditur. Nec in hoc moram facit : inde vestigia flectit ad tabernaculum citra manuum operam fabrefactum. Hic requiescit. Istud enim tabernaculum finis est, qui proponitur in montem contendenti, sicuti prius est edoctus cœlesti tuba. Nam cœli mirabilis apparatus et ornatus, Dei, ut habetur in Psalmis [10], enarrant gloriam. Huc facit illud propheticum : « Tuba clanxit cœlum desuper [11]. » Idcirco enarrat cœlum Dei gloriam, ut hac impulsi transcurramus eo mente, ubi Deus est. Caligo nominatur nubes, in qua abditus speculabatur tabernaculum, quod nullæ excitaverant manus. Id tabernaculum nobis, qui in terra degimus, commonstrat sub typo manu facti tabernaculi. Nam ait : « Facies mihi secundum omnia, quæ monstravero tibi. » Dei potentia sapientiaque, quæ nulla desiderant manuum ministeria per se, patiuntur nostris manibus exstrui, si in nobis sine intra nos illud tabernaculum figendum est ; recipiuntque materiale hoc ædificium, quod conditur. 293
Nam qui ante sæcula condita fuit ingenitus, carnem induit, et natales tempori astrictos accepit. Qui hoc Universum in se continet, in nobis suum constituit tabernaculum. Omnia siquidem interpretatione huc trahenda sunt accepta occasione a Paulo, qui, cum raptus esset in tertium cœlum, [12] inquit velum tabernaculi in terra exstructi esse carnem Christi [13]. Præterea idem Apostolus initiatus mysteriis paradisi, affirmat etiam arcam fuisse typum Christi [14]. Nam tanquam in arca in Virginis templo inhabitavit omnis plenitudo Deitatis corporaliter [15]. Mysteria enim, quæ latebant in arca, repræsentarunt sermonem Dei. Ligna arcæ nullam sentiebant putredinem. Sic Christi corpus nullam experiebatur corruptionem. Arca fuit inaurata, sic corpus Christi divina natura confirmatum et compactum fuit, ut posset potenter resistere corruptioni. Nam caro ejus non vidit corruptionem [16]. Siquidem inquit : « Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud [17]. » Petrus quoque docet eum quidem occisum esse corpore, vivificatum vero spiritu [18]. Transmisit enim splendorem et immortalitatem in suam carnem. Si enim justi fulgebunt ut sol in regno Patris, quid dicemus de gloria Christi ? Auro corruscant vectes, annuli, et omnia, quæ arcam concernunt. Sic qui fuerunt Christi gloria celebres, eique per charitatem connexi, cœlitus illustrati plurimum utilitatis præstant omnibus Dei visiones explicantes. Vel hæc intelligenda sunt de invisibilibus potentiis, In ipso siquidem condita sunt omnia, invisibilia et visibilia,

[9] Baruch. iii, 36-38. [10] Psal. xviii, 1. [11] Amos iii, 6. [12] II Cor. xii, 2. [13] Hebr. x, 20. [14] Hebr. ix, 4 seqq. [15] Coloss. ii, 9. [16] Act. ii, 31. [17] Joan. ii, 19. [18] I Petr. i, 18.

sive Throni, sive Principatus, sive Potestates, sive Dominationes, sive Potentiæ [19]. Hæ secundum Dei voluntatem, universam sustinent arcam : hancque bajulant in nostrum ministerium missi propter eos, qui hæreditario jure sortiuntur salutem. Hæ potentiæ quasi quibusdam annulis animabus servandorum inserti, humi abjectos ad excelsa virtutis erigunt.

Et facies propitiatorium, impositionem auri puri, etc. [XXV, 17.] Impositionis nomen significat arcæ operculum, Christus vero fuit illud operculum et propitiatorium. Nam Paulus ait : « Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in ipsius sanguine, ad ostensionem justitiæ suæ [20]. Huc facit Joannis pronuntiatum : « Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris [21]. » Per ipsum siquidem optamus et petimus omnia bona. « Hactenus (inquit) nihil petivistis in nomine meo. Petite, et dabitur nobis [22]. » Per ipsum enim placatus est Pater, ad quem contendimus per Christum. Ipse namque dicit : « Ego sum via [23] ; Ego sum ostium [24]. Nec quisquam, nisi per me, venit ad Patrem [25]. » Licet Christus fuerit inter nos, tamen divinam obtinuit gloriam, quæ ipsum decebat. Quapropter propitiatorio adhibent Cherubim, qui ipsum tueantur et custodiant. Hi semper intuentur ipsum nescii visione ipsius exsaturari. Alis suis velant arcam, sicuti Isaias tradit [26], Seraphim obtexisse duabus alis pedes, et duabus vultum ejus, et reliquis duabus volasse. Nomen autem Cherubim portendit infinitam quamdam notitiam, et sapientiæ affluentiam redundantem. Simul quoque docemur vultum Dei non posse a mortali quoquam conspici. Lucem enim, (ut habet Paulus [27]) inaccessam inhabitat. Præterea Deus ipse ita compellat Mosen : « Nemo videbit faciem Dei et vivet [28] ; neque etiam, si quis conspicatus fuerit ejus vestigia et vias. « Inscrutabilia enim vestigia ejus, et impervestigabiles viæ ejus [29], » inquit Paulus. Præterea David ait : « In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis? Et vestigia tua non deprehendentur (*vel* cognoscentur [30]). » Mare enim non recipit, aut si recipit, non servat vestigium pedis. Fortassis Seraphim perhibentur suos pedes et suos vultus celare alis. Nam in Dei sapientia non est vel principium vel finem reperire. Principium humani corporis caput est, ejusque finis feruntur esse pedes. Cæterum omnia illa evidenter edocent et evincunt ministerium, quod defertur his, ad quos sempiternæ vitæ devolvetur hæreditas. Hic absconditur ab alis Cherubim arca, illic ab Seraphim alis contegitur vultus. Idem utrobique consistit sensus.

Supra propitiatorium cognoscar tibi, et loquar tibi, etc. [22.] Hic erudimur, quamvis inaniverit se Christus, tamen non humano, sed divino more dicit : « Ego et Pater unum **294** sumus [31]. » Et : « Qui me vidit, vidit Patrem [32]. » Quibus ex verbis elicitur, quod præcesserit omne quod creatum est, licet carnem tandem induerit. Verumtamen cunctos mortales, etiam quoad humanitatem, multis parafangis excessit. Propitiatorium inauratum divinam Christi manifestat naturam. Ei autem comparantur homines, quatenus in ipsius exemplar sese transformant. Locus vero, qui illa capit, a vulgo non calcatur, et Sancta sanctorum nominatur.

Et pones panes propositionis super mensam coram me semper, etc. [30.] Manifeste nobis commonstratur panis ex cœlo datus apponendus in mensis sanctis ecclesiarum. Et omnia vasa, quæ serviunt mystico usui arcanorum divinorum, credenda sunt esse typi manifestissimi futurorum.

Et facies candelabrum ex auro puro, etc. [31.] Aureum candelabrum typum Christi gerit, propter naturæ sinceritatem puram. « Candelabrum sit torno elaboratum, » etc. Quod additur ad elegantiam demonstrandam. Major erit nitor et elegantia si te verteris ad pulchritudinem, quæ non cadit sub sensum, sed solo intellectu percipitur. Nam formosus est, si formæ elegantiam intuearis, supra omnes filios hominum [33], id est, formæ elegantia anteit omnes mortales facile : Surculi sive calami, qui utrinque eminent, ex ipso, inquit, procedant candelabro. Christus enim cum unus sit, infinitus et multus esse putatur ob varietatem operationum. Lux, vita, potentia sive virtus, immortalitasque vocat, quæ nomina adeptus est ob varias operationes. Nec ejus potentia aliunde, quam ex sese pendet, plenus exsistens et abundans suis operationibus et virtutibus. Nec tamen peccaris, si lumina ex multis surculis vel calamis micantia, ne lucis in tabernaculo penuria sit, illa credideris sancti Spiritus repræsentare varios radios, quos septemplice divisione exponit Isaias [34]. Aliter et in hunc modum interpretari potes hoc dictum ; « Ex uno fuit auro puro, » etc. Christus totus omnino est Deus, nec ad eum modum, quo creati mortales, existimatur sanctificatus. Quodj vero totus sit unctus, designat numerus senarius calamorum. Hinc donorum distributio large effunditur. « Huic datus est sermo sapientiæ, illi sermo cognitionis, et discretio spirituum [35], etc. Non enim secundum mensuram, ut inquit Joannes [36], dat spiritum : sed ex ipsius plenitudine nos omnes accepimus.

Et impones candelabro lucernas, et lucebunt ex uno aspectu, etc. [37.] In libro Numerorum sic scriptum reperimus : « E regione candelabri accendit lucernas [37]. » Nam lux nullum splendorem transmittit ad eos, qui se avertunt a Deo ; verum his splendet, qui per sanctificationem tracti fuerint in conspectum Dei : ibique steterint versis in Deum vultibus ob fidei alacritatem et vitæ piæ gravitatem. Quapropter per Isaiam peccatores affatur Deus : « Quando extenderitis ad me, avertam oculos meos

[19] Coloss. I, 15-16. [20] Rom. III, 25. [21] I Joan. II, 2. [22] Joan. XVI, 24. [23] Joan. XIV, 6. [24] Joan. X, 9. [25] Joan. XIV, 6. [26] Isa. VI, 2. [27] I Tim. VI, 16. [28] Exod. XXXIII, 20. [29] Rom. XI, 33. [30] Psal LXXVI, 20. [31] Joan. X, 30. [32] Joan. XIV, 9. [33] Psal. XLIV, 3. [34] Isa. XI, 2 seqq. [35] ibid. [36] Joan. III, 34. [37] Num. VIII, 3.

a nobis [38]. » At oculi Domini super justos, ut canit David [39]. Hoc candelabrum vidit Zacharias [40]. Angelus, qui istud ostendit, rem omnem in Christum transmovet, inquiens : Hi sunt oculi Dei inspicientes universam terram [41]. » Nam acutissime omnia perlustrat divina providentia. Cognoscit omnia etiam quæ in tenebris latent, juxta illud : « Et lux cum eo est [42]. » Indicat enim et scrutatur sensa et cogitationes cordis [43]. Nec ulla creatura non est manifesta in ipsius conspectu [44]. « Omnia sunt nuda et resupinata oculis ejus [45]. » Præterea per unum ex prophetis sic fatur : « Deus appropinquans sum ego, dicit Dominus, et non Deus a longe. Nunquid occultari poterit, ut non videam [46]. » Zacharias conspicatus duos ramos oleaginos, satis cognovit eos esse duos olei sive pinguedinis filios, qui steterunt in conspectu Domini universæ terræ [47]. At hi sunt populus gentilis et Israeliticus, Christum in medio habentes, a quo ungunt oleo. Oleum vero typus est Spiritus sancti, quemadmodum scriptum est. « Impinguasti oleo caput meus [48]. » Vocat eos ramos defractos olivæ nec olivas, etc., quibus verbis monstrat utriusque populi fideles. Non enim omnes crediderunt. Propterea David alloquitur Christum super sponsa sua et filiis per fidem in ipsum transplantatis· « Uxor tua ut vitis frugifera erit in lateribus domus tuæ, et filii tui sicut plantulæ olivarum in circuitu mensæ tuæ [49]. » Vitam enim acquirimus **295** ex participatione spiritus, et vitam recuperamus in sancta Christi mensa fidem in ipsum intra nos recipientes.

Facies altare ex lignis putrescere nesciis, quinque cubitorum, etc. [XXVII, 1.] Magna enim mensura requirebatur propter lignorum congeriem, et sectiones boum, et holocausta. Omnia ejus vasa sunt ænea. Sic enim ignis impetum perpeti poterunt. Coronæ et cornua in angulis adduntur. Nihil enim inornatum conspicere est apud sapientissimum Deum. Hæc ara idonea est victimis, quas lex imperabat. Nihil enim de materia, ut in prædictis, auri in ista ara videtur. Nam legis umbra infirmior est, quam ut præstare possit suis cultoribus Spiritum sanctum. Hi enim non libertatis, sed servitutis agitabantur spiritu. Siquidem Spiritus reservatus in hæc tempora dabatur apostolis post ascensionem Domini. « Inflavit enim in eos, dicens : Accipite Spiritum sanctum [50]. » Etiam Joannes inquit : « Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus [51]. » Præterea Paulus declaravit spiritus differentiam, dicens : « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum ad timorem : sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus : Abba, Pater [52]. » Nacti siquidem sumus immortalitatem, quæ per aurum significatur, participatione Spiritus sancti. Æs nobis ob oculos ponit rebelles Judæos, qui seditionem concitarunt contra Christum, sicuti Core et Dathan conjurarunt adversus Mosen. Sed horum thuribula ænea jussu divino refusa sunt et extenuata in laminas, affixaque altari. Beseleel altare æneum ex tali construxit materia, ut ex sequentibus clarius percipiemus. Lex igitur hujuscemodi exemplis jam olim declaravit legis cultum esse quemdam tyrannum, et per seditiosos Core et Dathan horumque complices significari inobedientibus duras pœnas. Altare enim illud, quod lex fieri præcepit, est symbolum exasperantis et contradicentis populi. Prædicta autem dona, quibus additum est aurum, docent oblationem fidelium esse gratam acceptamque.

Altare vocat, ut aiunt quidam, aram sub divo positam. Hæc sita est in aditu primo tabernaculi : tantoque spatio abest tabernaculo, quantum postulant victimæ, quæ quotidie cæduntur. Hunc locum sibi vindicant ministri, qui sacra faciunt. Collocata autem est in confinio quatuor et quinque columnarum , de quibus postea dicetur. Hunc itaque locum appelles licet templi vestibulum, quod distinguit duobus tapetiis, interno, quod vocatur velum : et externo, cui nomen dixere tegumento. Hic visebantur thuribulum, candelabrum et mensa.

Θυσιαστήριον δέ φασι, (91) καλεῖ τὸν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸν τῶν εἰσόδων τῆς σκηνῆς, ἄντικρυς ἀφεστῶτα τοσοῦτον, ὅσον ἱκανὸν λειτουργοῖς εἶναι διάστημα πρὸς τὰς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτελουμένας θυσίας. Ἦν δὲ ἐν μεθορίῳ τῶν δ' καὶ ε' κιόνων, περὶ ὧν ἐρεῖ. Ὅπερ ἐστὶν, εἰπεῖν κυρίως, πρόναον, εἰργόμενον δυσὶν ὑφάσμασι, τῷ μὲν ἔνδον, ὃ καλεῖται καταπέτασμα · τῷ δὲ ἐκτὸς, ὃ προσαγορεύεται κάλυμμα · ἔνθα ἦν καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἡ λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα.

Et facies altare thymiamatis, etc. Ecce legis altari succedit ordine ara gratiæ. Nam aurum, quod huic adjungitur gratiam portendit, ut jam millies monuimus. Cornua aptantur quasi expansæ manus huic aræ : quæ demonstrant sub typo pretiosam Christi crucem. Hujus spectaculum ubique et per omnia nostro intellectui ingerit ara illa quadrata. In omni enim loco cognoscitur Christus crucifixus. Hæc ara exornatur flexili corona. Nam Christus formosus est, si formam ejus consideres, supra omnes mortales, id est, formæ elegantia facile omnes superat mortales. Christi discipuli conferuntur vestibus. Nam hi circumferunt Christi mysterium prædicando, ut Dei ministri et dispensatores mysteriorum Christi.

Pones ipsam e regione veli, quod est super arca, etc. [21.] Nempe e regione propitiatorii, quod erat

[38] Isa. I, 15. [39] Psal. XXXIII, 16. [40] Zachar. IV, 2. [41] ibid. 10. [42] Dan. II, 22. [43] Rom. VIII, 27. [44] Hebr. IV, 13. [45] ibid. [46] Jerem. XXIII, 23. [47] Zach. IV, 14. [48] Psal. XXII, 5. [49] Psal. LLXXVII, 3, 4. [50] Joan. XX, 22. [51] Joan. VII, 39. [52] Rom. VIII, 15.

NOTÆ.

(91) Ἰώσηπ. ἐν κεφ. 5 τοῦ 3 περὶ Ἰουδαϊκ. Ἀρχαιολ. βιβλ. καὶ Φίλ. ὁ Ἑβρ. ἐν τῷ 3, περὶ Μωϋσ. βίβ. σελ. 667.

editius, arca siquidem humi posita erat. Nam Deus sermo excellentior erat respectu divinæ naturæ, quam humanæ, quam a terra sumpserat. Auream aram, quæ typus est Christi, jubet statui supra Cherubim e regione ejus loci, unde Deus loquitur et intelligitur, quasi nos per Christum adducamur in conspectum Patris, versemurque in ejus oculis. Nam hominem, qui se averterat a Deo propter peccatum, iterum constituit et reduxit in conspectum Patris Christus. Siquidem pro nobis præcursor introivit in cœlum, ut ibi appareat coram facie Dei, et pro nobis intercedat peccatoribus. Ipse est pax nostra, ipse est thymiama illud compositum intuitu incarnationis. Nam ex duabus compositus est Christus naturis, ex subtili et spissa : hæc humana, illa divina est : quia caret crassitie legalis cultus. Nam obtulit semetipsum pro nobis in odorem bonæ fragrantiæ, dictus sacerdos et inquiens : « Victimam et oblationem noluisti. » **296** Nec tibi grata fuerunt holocausta, in hoc comparata, ut expientur delicta. « At corpus mihi aptasti. Tunc dixi : Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam [53]. » Nam ut ipsius verbis utar, « Propterea e cœlo descendi, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Hæc autem est voluntas Patris mei, ut omne quod dedit mihi, non perdam, sed resuscitem illud in novissimo die [54]. » Etiam David dirigit in odorem bonæ fragrantiæ Deo orationis incensum sive thymiama, peragens suum sacrificium extendendo manus suas. Obtulit itaque Christus semetipsum thymiama compositum et tenue vel subtile. Hujus rei locuples testis est Paulus, dicens : « Deo autem gratia, qui semper per nos triumphat in Christo, et fragrantiam notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus in servatis et pereuntibus [55]. » Et iterum : « Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et victimam Deo in odorem bonæ fragrantiæ [56]. » Incensi autem tempus assignatur matutinum et vespertinum, per quæ significatur perpetuo esse orandum.

Quando lucernæ parantur et accenduntur, etc. Nam dum illuminamur divinæ lucis splendore, replemur abunde bono Christi odore. Nam fidei lux præstat, nosque ita præparat, ut queamus Christi cognoscere mysterium. Ait enim : « Si non credītis, nequaquam intelligetis [57]. » Thymiama semper adolendum est. Semper siquidem Christus spargit et effundit bonos odores in suo tabernaculo, scilicet Ecclesia. Quod autem lex per Christum antiquetur, satis declaratur per id, quod prohibet holocausta et libamina inferre super aram auream. Idcirco clamat propheta : « Sublatum est ex domo sacrificium et libamen [58]. » Nova enim in Christo est natura. Gratia exciderunt, qui in lege justificationem quærunt post ostentatam veritatem.

Nec feres, inquit, in hanc aram thymiama aliud, etc. Unus enim nobis est doctor et antistes : huicque soli adhærescamus deditique simus, dicentes : « Unguentum effusum est nomen tuum. Propterea adolescentulæ dilexerunt te. Post te in odorem unguentorum curremus [59]. » Non sic fuerunt Judæi. Nam fugitantes Christi bonam fragrantiam, et recipientes aliud thymiama, filium scilicet iniquitatis, sequuntur Satanæ fetidissimum odorem. « Nam ejus, ait, adventus erit secundum operationem Satanæ [60]. » In hac ara imperatur Aaroni quotannis semel expiare se et populum. Jubetur quoque perungere et humectare sanguine expiationis apices cornuum eminentium. Nam sanctum sanctorum est. Hoc idem eleganter explanat Paulus, et ait : « At Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per majus et perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non hujus structuræ, neque per sanguinem hircorum ac vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta æterna redemptione reperta [61]. » Et iterum : « Cum semel sit mortuus, non amplius moritur : mors non amplius ei dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo [62]. » Videre itaque est Christum, ut nostra peccata diluat et aboleat, humectantem et irritantem proprio cruore crucem : quod quidem significatur per id, quod cornua aræ cruentanda præcipiuntur, Christum solum vere cognominaveris Sancta sanctorum. Nam ex hoc sanctificationem capit omnis creatura, quæ in cœlo quæque in terris est. Siquidem Joannes inquit : « Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus [63-64]. » De sanguine autem, quo expiatur populus, qui quoque aspergendus est aræ, in Levitico traditur per hæc verba : « Si autem universus populus Israel ignoraverit verbum [65], » etc. Dum audis altare et thuribulum, memento intelligendam esse adorationem, qua omnes cœlicolæ venerantur in cœlo summum regem. Non solum enim lingua eorum, qui sunt super terra et infra terram, sed etiam lingua illorum, qui in cœlo morantur, feruntur laudem transmittere ad illum penes quem rerum omnium summa est. Hoc itaque sacrificium, nempe sacrificium labiorum gratum est Deo, quemadmodum Apostolus testatur : « Et orationum bonus odor [66]. »

Fac lutrum æneum et basim ejus æneam, ut laventur ibi, etc. [XXX, 18.] Sacerdotes, qui secundum legis præscripta, sancti erant, opus habebant divini baptismi typo, quo **297** abluebantur priusquam pergerent rem sacram facere. Non enim sufficit ad salutem externa legis ablutio, quæ corpus solum emundat : postulatur illa ablutio, quæ purificat cor, et animæ sordes maculasque extergit. Ille, quem omnes secundum legem mundum pronuntiant, si hac ablutione caret, eamque non gratanter et cupide accipit ab vocante Domino, impurissimus habetur. Nam non justificati sumus ex operibus legis, si audiamus Scripturas. Salus nobis obtigit ex fide in Jesum Christum, qui nobis ad se et ad Patrem securum paravit aditum propulsata morte. Impossibile enim est ut sanguis taurorum et hircorum valeat auferre

[53] Psal. xxxix, 7, 8 ; Hebr. x, 8, 9. [54] Joan. vi, 38. 39. [55] II Cor. ii, 14, 15. [56] Ephes. v, 2. [57] Isa. vii, 9. [58] Joel i, 9. [59] Cant. i, 2, 3. [60] II Thess. ii, 9. [61] Hebr. ix, 11, 12. [62] Rom. vi, 9, 10. [63-64] Joan. i, 16. [65] Levit. iv, 13. [66] Hebr. xiii, 15.

peccata. Virtutem divini baptismi Dominum rogabat Joannes insignis ille præcursor Christi, inquiens: « Ego opus habeo, ut abs te baptizer [67]. » Lutra intelliguntur omnes illi, qui per baptismum sordes peccati eluunt, quemadmodum Joannes quoque præstans pœnitentiæ baptismum. Sic Petrus, qui eodem tempore tres in baptismi aquas immersit. Philippus eunuchi Candacis reginæ lutrum fuit. Manus et pedes sacerdotum loti subindicant puritatem et integritatem in omnibus ad quæ eundum, et in omnibus quæ sunt facienda. Non datur aliter introire in evangelicam civitatem. In hunc modum abluendi et consecrandi sumus. Nam propterea divinus Apostolus scribit: « Quapropter multi sunt in vobis infirmi, et plurimi dormiunt. Etenim si nosmetipsos judicassemus, haudquaquam judicati fuissemus [68]. » Quod lutrum illud significaverit sanctum baptisma testatur Beseleel artifex, qui id fecit. Nam in hunc modum de ipso disserit Scriptura: « Beseleel fecit æneum lutrum, et basim ejus æneam, ex speculis mulierum jejunantium, quæ jejunaverunt ad januas tabernaculi testimonii, quo die fixit ipsum [69]. » Verum quid sibi voluit illa specula? Israelitæ, cum versarentur in Ægypto, coluerunt idola. Ibi autem mulieres consecratæ et dicatæ idolorum cultui ingrediuntur in templum amictæ lineis vestibus. Dextra sistro, sinistra ornabatur speculo pro more illorum superstitionis. Mulieres Israeliticæ tenebant adhuc reliquias ejus vanitatis, quas obtulerunt in ædificium tabernaculi. Exstructo autem tabernaculo mulieres evangelicam temperantiam repræsentantes, et membra mortificantes, assiderunt tabernaculo jejuniis se macerantes. Hoc tabernaculum specimen fuit veri tabernaculi, id est, Ecclesiæ, quam fixit Dominus nec homo, eo, inquam, tempore, quo oportebat deditos dæmonum catervæ in sacra reformari vasa, quæ idonea forent ad suscipiendum sacrum baptisma, ut gloriari possent, se superasse legem. Ait enim: « Præbete corpora vestra victimam vivam sanctam et placentem Deo, rationalem cultum vestrum [70]. » Et iterum: « Glorificate igitur Deum in corpore vestro [71]. » Jejunantes mulieres sunt exemplaria illorum, qui transcripti sunt in civitatem evangelicam.

Et tabernaculum facies, decem aulæas ex bysso retorta, etc. [XXVI, 1.] Decem, inquit, tapetia inter sese connexa. Multæ enim mansiones apud Patrem, et plenitudo ecclesiarum, quæ unam Dei habent notitiam et unum scopum propositum, ad quem collimant. In pace siquidem vocavit nos Deus: et conjungimur connectimurque inter nos charitate et fide in omnibus ecclesiis ubique per orbem diffusis. « Unus Dominus, una fides, unum baptisma [72]. » Idem hoc prædixit David, canens: « Qui ponis terminos tuos pacem [73]. » Singula aulæa si latitudinem consideres, erunt quaternorum cubitorum: longitudo constabit vicenis octonis cubitis. Sub hoc involucro latet legis doctrinam recipi in ecclesias, verum esse angustam et arctam propter litteralis sensus obscuritatem. Ubi vero advenerit plenitudo temporis, reipsa comprobabitur Christi mysterium per resurrectionem, quam octonarius numerus præ se ferre videtur. Finis enim legis et prophetarum est Christus, cujus præceptum latum est, ut habet testimonium regii Psaltis. Corinthios quoque qui adhuc sapiebant ea quæ sunt legis eaque tantum non præferebant Christo, alloquitur in hunc modum Paulus: « Os nostrum apertum est erga vos, Corinthii: cor nostrum dilatatum est. Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in visceribus vestris. Eamdem autem remunerationem ut a filiis exigo. Dilatemini et vos, ne ducatis jugum cum incredulis [74]. » Jubet aulæa contexi ex bysso duplicata et torta, etc., quibus verbis ostendit nexum sermonis cum **298** humano corpore. Nam byssus ex terra provenit. « Et ex hyacintho, » etc., qui quidem commonstrat sermonem e cœlo descendisse. Color siquidem hyacinthi refert colorem cœli. Præterea additur: « Ex purpura, » etc., quia Christus non est servilis conditionis, ut reliqui mortales: imo liberæ conditionis est, et ex Deo rex, et hujus universi Dominus. « Et ex coccino retorto, » etc. Nam Christus conjunctis et constructis in una persona utrisque naturis, pro nobis suum cruorem et sanguinem profudit. Hæc illa sunt tropæa, quibus serio triumphat Ecclesia. Nam ut canit David: « Regina a dextris astitit induta, et variis vestibus exornata [75]. » Verum ornatus ille, quo conspicua fuit, erat Christus: qui quidem, cum sit pro se unus, tamen alius atque alius vident, dum ex aliis atque aliis eruitur typis virtute intellectiva. « Pictura Cherubim erat in aulæis, » etc. Nam per Christum summa conjuncta et conglutinata sunt imis, et Ecclesia terrena connexa est supremis virtutibus et potentiis. Proinde etiam Salomon insculpsit parietibus templi Cherubim. Hac pictura exornavit domum Dei, quam delineat Ezechiel. Saga ex pilis contexta, pellesque rufæ et hyacinthinæ, quibus aulæa conteguntur, oculis nostris subjiciunt Christum, in quo utraque advertitur tam divina quam humana ejus natura. Hic est defensor et protector Ecclesiæ suæ. Incarnationis signum est cruor. Cruor et pili significant ærumnosam mortem tum suam tum discipulorum. Pelles demonstrant illos, qui vim carni suæ lascivæ et petulanti fecere continentiam et temperantiam apprehendentes; cum vero illa, si colorem repules, mirifice floreant, satis nobis in mentem revocant Spiritus sancti participationem, quam jam olim pollicitus est. Vel fortassis commonstrant nobis sub illo colore verecundam temperantiam.

Columnæ fiant aulæis, quarum latitudo sit unius et dimidii cubiti, etc. Nullam dabis columnam tabernaculi, quæ non repræsentet nobis Christum, qui est firmissimum Ecclesiæ columen. Perfectus est Christus respectu divinæ naturæ, quæ per unum columnæ significatur cubitum. Quia vero incarnatus est, assumpsit etiam dimidium, et quasi diminutus creditur propter carnem. Quapropter is, qui Patri

[67] Matth. III, 14. [68] I Cor. XI, 30, 31. [69] Exod. XXXVIII, 8, 9. [70] Rom. XII, 1. [71] I Cor. VI, 20. [72] Ephes. IV, 5. [73] Psal. CXLVII, 14. [74] II Cor. VI, 11-13. [75] Psal. XLIV, 10.

per se æqualis agnoscitur, inquit : « Pater meus major me est[76]. » Cæterum Christi absolutissima perfectio illico perspicitur in decem longitudinis cubitis. Decas enim in Scriptura sacra semper perfectionis signum est.

Aureum caput, et aureum corpus, etc. Quia Christus, qui templum censetur, ex Virgine prognatus, cœlesti natura ditavit suum domicilium, scilicet beatam Virginem.

Ex argento autem et ex duobus erit basis, etc. [XXVI, 2-4.] Splendidus enim et conspicuus est Christus etiam in terra, sicuti illud habet eloquium : « Dominus Deus apparuit nobis, » duplicem notitiam habens.

Τὸ ῥητὸν διασταλτέον οὕτως· ἡ αὐλαία ἡ μία ἔσται μέτρον. Τουτέστι πρὸς τὴν μίαν ποιήσεις πάσας. Καὶ πρὸς σαφήνειαν ἐπάγει· « Τὸ αὐτὸ ἔσται μέτρον ταῖς αὐλαίαις. » Αὐλαίας δὲ καλεῖ τὰ παραπετάσματα, καὶ Ῥωμαίων φωνῇ, κορτίνας.

Cæterum series narrationis in hunc modum, ut clarior sit, distinguatur : Unum aulæum erit mensura, id est, ad exemplar et juxta quantitatem illius unius, facies cætera omnia. Quod ut evidentius cernatur, infert : « Hæc eadem mensura erit aulæis. » Aulæa vocat vela, quæ Romanorum lingua dicuntur cortinæ.

Εἰς δὲ β' πεντάδας διῄρηκε τὰς αὐλαίας ἀλλήλαις, εἰπὼν τὰς πέντε συνέχεσθαι, καὶ τὸ πῶς οὐ προσέθηκεν. Εἰ μὴ μόνον ἐπὶ τῶν ἄκρων ἑκατέρας πεντάδος ἀγκύλας καὶ κρίκους εἰπὼν, ὡς ἂν αἱ ε' ταῖς ε' συνάπτοιντο. Μήποτε οὖν συνέβαινε πρὸς ἀλλήλας ἐῤῥάφθαι τὰς ε'; εἰ γὰρ καὶ αὐτῶν ἑκάστη ἀγκύλας εἶχε καὶ κρίκους, πῶς ἔχει λόγον ἡ τῶν β' πεντάδων διαίρεσις, γινομένου καθ' ἑκάστην ὅπερ καὶ κατὰ τὸ μέσον ἐγίνετο; εἰ μὴ ἄρα τοῖς μὲν ἄκροις τοῦ πλάτους αἱ ε' πρὸς ἀλλήλας συνήπτοντο· τοῖς δὲ ἄκροις τοῦ μήκους, αἱ ε' ταῖς ε'. Ὅθεν ἴσως καὶ ἀντιπροσώπους φησίν. Ὅπερ ἐπὶ τῶν δέῤῥεων ἀπεμφαίνει, τῆς ἑνδεκάτης ἐπιδιπλουμένης κατὰ πρόσωπον τῆς σκηνῆς. Ἐφ' ὧν καὶ β' πήχεις τῷ μήκει παρὰ τὰς αὐλαίας προσέθηκεν· ὡς ἂν ἑκατέρωθεν εἷς πῆχυς χαλώμενος, σκέποι τὰ πλάγια τῆς σκηνῆς, ὥσπερ καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς διὰ τῆς ἐπιδιπλουμένης ἑνδεκάτης δέῤῥεως. Ἐσαφήνισε δὲ τὸ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῶν αὐλαιῶν εἰρημένον, εἰπών· « Καὶ ποιήσεις ἀγκύλας ν' ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς δέῤῥεως τῆς μιᾶς, τῆς ἀνὰ μέσον. » Ὡς γὰρ τῆς συμβολῆς τῆς πεντάδος (τῶν δέῤῥεων) καὶ ἑξάδος, κατὰ τὸ ἄκρον τοῦ πλάτους τῶν δύω μέσων αὐλαιῶν γινομένης, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ ἄκρον τοῦ μήκους τῶν ε' πρὸς τὰς ε', οὕτω φησί. Τοῦ δὲ μήκους τῆς σκηνῆς λ' πήχεις ἐπέχοντος, τὸ πλάτος τῶν αὐλαιῶν τῶν ἐπικειμένων, πήχεων ἦν μ'. Τούτων δὲ λ' μὲν, ἐστέγαζον τὴν σκηνήν· θ' δὲ, κατὰ τοῦ ὀπισθοδόμου ἐπεῤῥίπτοντο· ὁ δὲ εἷς, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον τῆς σκηνῆς.

In quinque quinarios divisit et distribuit aulæa omnia, dum jubet quinque inter sese constringi. Non tamen aperuit, quo pacto sint conjungendæ, nisi fortassis res inde intelligatur, quod in summitatibus utriusque quinarii fieri jussit ansas et annulos, quibus fortassis inter sese erunt compingenda. Non enim arbitror inter sese consutos esse aulæorum quinarios. Si enim singuli quinarii suas ansas et annulos habent, quæ ratio erit divisionis in duos quinarios, si in singulis accidit, quod et in medio eveniebat. Nisi forte in summitate latitudinis duo aulæorum quinarii inter se connectantur; et in summitate longitudinis pari ratione duo quinarii aulæorum copulentur. Hinc fortassis dicit, adversis frontibus quinarios unum ad alterum applicari, quod quidem manifestatur ex pellibus, quarum undecima duplicatur ex adverso tabernaculi, quibus quoque auxit longitudinis cubitos adjiciens adhuc duos, ut excederent binis cubitis aulæa. Quid autem sibi vult appendix sive additio illa? scilicet ut utrinque eminens et propendens cubitus contegat obliquum tabernaculum, non aliter, quam tabernaculi frontem velat duplicata undecima pellis. Quod de aulæis 299 diximus confirmatur et magis elucidatur per sequentia verba : « Et facies ansas sive fibulas quinquaginta in labio pellis unius, quæ in medio est, quasi concurrant quinarius et senarius in summitate latitudinis aulæorum, quæ in medio posita sunt : et non in summitate longitudinis, ubi quinque connectuntur quinque aulæis. » Cum tabernaculi longitudo amplecteretur cubitos triginta, non ab re latitudo aulæorum, quæ contegebant tabernaculum, extendebatur usque ad quadragesimum cubitum. Triginta cubitorum aulæa contegebant tabernaculum. Novem deinde cubitorum aulæa operiebant posteriorem tabernaculi partem. Aulæa unius cubiti celabant frontem tabernaculi. In hunc modum aulæa illa quadraginta cubitorum distribuebantur ad operiendum tabernaculum.

ιε'. *Καὶ ποιήσεις στύλους τῇ σκηνῇ ἐκ ξύλων ἀσήπτων.* Τοὺς στύλους σανίδας, φησὶ, παχείας πρὸς ἀλλήλας ἁρμοττομένας διά τινων ἀγκωνίσκων. Οὕτω δὲ καλεῖ γνωνιώδεις τινὰς ἐκκοπὰς, εἰς ἀλλήλας ἐμβαλλομένας, ὡς μὴ διαχαίνειν τῶν σανίδων

Et facies columnas tabernaculo, etc. [15.] Columnas hoc loco nominat tabulas spissas et inter sese conjunctas quibusdam annulis seu fibulis. Habebant quoque incisiones quasdam, quibus constringebantur, ne in medio turpiter hiarent. Singulas ta-

[76] Joan. xiv, 28.

bulas erectas sustinebat basis ex duabus composita partibus, quæ mediam excipiebant tabulam.

A τὸ μέσον. Ἑκάστην δὲ σανίδα συνεῖχεν ὀρθὴν βάσις ἐκ δύω συγκειμένη μερῶν, μέσην ποιούντων αὐτὴν ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα συμβολῇ.

Columnæ numero erant viginti ab uno dimidio cubito. Itaque longitudo tabernaculi amplectebatur cubitos triginta, at latitudo habebat columnas octo, quæ pariebant, si computare velis, duodecim cubitos æquales prioribus respectu fastigiorum et basium. Excipiuntur duo cubiti angulares, qui suo flexu latus anguli utrumque continebant, scilicet qua in longitudinem et qua in latitudinem tabernaculum se expandit. Habuit itaque longitudo aulæorum cubitos viginti octo. Latitudo tabernaculi non excessit duodecim cubitos. Reliqui igitur numero sedecim cubiti adjecti erant parietibus tabernaculi, utrinque octo se mutuo intuentes, ut obliqua taber- B naculi velarent. Aberant a terra sive pavimento cubitis duobus aulæa, ne divina illa textura contingeret humum et conspurcaretur attritu terræ.

Ἦσαν κ' στύλοι ἀπὸ ἑνὸς ἡμίσεος πήχεως. Ὡς εἶναι τῆς σκηνῆς τὸ μῆκος, λ' πήχεων· τὸ δὲ πλάτος, η' στύλων, τουτέστι ιβ' πήχεων ἴσων τοῖς πρώτοις, καὶ ἀλλήλοις, κατὰ τὰς κεφαλὰς καὶ τὰς βάσεις· πλὴν τῶν β' γωνιαίων, οἵτινες τῇ καμπῇ τῆς γωνίας συνεῖχον ἑκατέραν πλευρὰν, τὴν εἰς μῆκός τε καὶ πλάτος φημί. Εἰ τοίνυν τὸ μῆκος τῶν αὐλαιῶν, πήχεων κη'· τὸ δὲ τῆς σκηνῆς πλάτος, ιβ'· συνέβαινε τοὺς ἄλλους ις' πήχεις κατὰ τῶν τῆς σκηνῆς ἐπερρίφθαι τοίχων, τὰ πλάγια σκέποντας ἑκατέρωθι πρὸς η', δύω πήχεις τοῦ ἐδάφους ἀπέχοντας, ὡς ἂν μὴ κατὰ γῆς ὕφασμα τὸ ἱεροπρεπὲς ἐπισύροιτο. Τὸ γὰρ ὕψος τῆς σκηνῆς ι' πήχεων ἦν. Τινὲς δὲ τὸ πλάτος τῆς σκηνῆς ι' πήχεων εἰπόντες σὺν τῷ βάθει τῶν κιόνων, εἰς τὰς πλαγίας ἐπέρριψαν, ὡς ἕνα πῆχυν ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς.

Nam altitudo tabernaculi explebat mensura decem cubitorum. Quidam latitudinem tabernaculi producunt ad decem cubitos basi columnarum adnumerata novem cubitis in obliquum vergentibus, quæ præstant ut aulæa cubito absint a terra.

Ut ante columnæ apte inter sese cohæreant, lignum transversum per totam seriem columnarum meabat medias contingens columnas. Hujus ligni extrema copulabantur columnarum extremitatibus utrinque, ut solide compingerentur columnæ. Lignum illud in medio consertum, appellabatur vectis. Reliqui quatuor vectes non ex medio compaginis prodibant : sed tenebantur ab externa tabernaculi superficie annulis impacti, et constringebant arctius columnas sive tabulas.

Ὡς ἂν οἱ στύλοι δὲ πρὸς ἀλλήλους συσφίγγοιντο μέσον ξύλον εἶχον ἕκαστος, δι' ὅλου τοῦ πλάτους τοῦ κίονος διικνούμενον· οὗ τὰ ἄκρα τοῖς ἄκροις τῶν ἑκατέρωθεν κιόνων ἡρμόττετο, ὡς ἂν ἀλλήλους διακρατοῖεν οἱ κίονες· ὃν μέσον ἐκάλει μοχλόν. Οἱ δὲ δ' ἄλλοι μοχλοὶ οὐκ ἐκ μέσου διείροντο, ἀλλ' ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας δακτυλίοις ἐμπεπηγόσι συνείχοντο, διακρατοῦντες πρὸς ἀλλήλους τοὺς κίονας.

Quatuor columnas ponit ante tabernaculum sustinentes velum, intra quas collocanda erat arca in extremo tabernaculo, ut esset opposita his, qui ab orientali plaga ingrediuntur in tabernaculum. Harum autem bases non amplius memorat duplicatas.

C Epispastrum vocat texturam, qua contrahebatur et complebatur velum alterum videlicet, ut apparet, velum convelans candelabrum et mensam, pendens e quinque columnis, ut præcedens ex quatuor. Quapropter Aquilæ versio habet : *Et facies epispastro*. At Septuaginta interpretes hunc legunt in modum : *Et facies velo quinque columnas*. Quidam putant hæc intelligenda esse de atrio, ut ea, quæ sunt in tabernaculo, nequeant videri, qui foris sunt.

Ἐπίσπαστρον δέ φησι, δι' οὗ συνήγετό τε καὶ ἡπλοῦτο τὸ καταπέτασμα, ἕτερον, ὡς ἔοικε, καταπέτασμα καλύπτον τὴν λυχνίαν τε καὶ τὴν τράπεζαν, ἐπὶ ε' κιόνων κρεμάμενον, ὥσπερ ἐπὶ δ' τὸ πρῶτον. Διὸ ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶ, *Καὶ ποιήσεις τῷ ἐπισπάστρῳ*· οἱ δὲ Ο', *Καὶ ποιήσεις τῷ καταπετάσματι ε' στύλους*. Τινὲς (91*) δὲ κατὰ τοῦ προπύλου ταῦτά φασιν, ὡς ἂν τὰ τῆς σκηνῆς τοῖς ἔξωθεν ὁρῶσιν ἀθέατα.

Et facies atrium tabernaculo, etc. In hujus atrii medio situm erat tabernaculum. Idcirco, ne quis arbitretur atrii, quod hic jubetur parari, columnas inter sese fuisse coaptatas quemadmodum D hactenus de junctura tabularum vel columnarum tabernaculi dedimus : atrii columnæ ita erant depactæ, ut inter singulas vacuum quinque cubitorum relinqueretur intervallum. Quo pacto enim alio qui potuissent circumdare tabernaculum in medio exstructum, cum responderent numero columnarum tabernaculi ? Hæ columnæ sustinebant

Καὶ ποιήσεις αὐλὴν τῇ σκηνῇ. Ταύτης ἐν μέσῳ ἦν ἡ σκηνή. Ὅθεν ταύτης τοὺς στύλους οὐ δεῖ λαμβάνειν ἡρμοσμένους ἀλλήλοις, ὥσπερ αὐτῆς τῆς σκηνῆς, διασταδὸν δὲ κατὰ τὰ μέσα φυλάττοντας· ε' γὰρ εἶχον πήχεις μεταξύ. Πῶς γὰρ ἂν καὶ περιεῖχον, ἰσάριθμοι τοῖς περιεχομένοις τυγχάνοντες; ἀνεῖχον δὲ τὰ ἱστία κύκλῳ τοῖς πλαγίοις ἐπερριμμένα, τοίχων δίκην, ἀλλ' οὐ στέγης τρόπον, ὥσπερ οἱ τῆς σκηνῆς.

NOTÆ.

(91*) Ὁ Φιλ. ὁ Ἑβρ. ἐν τῷ περὶ Μωϋσ. 3 λόγ. σελ. 668. Καὶ ὁ Ἰώσηπ. ἐν τῷ ˜ κεφ. τοῦ 3 περὶ Ἰουδαϊκ. Ἀρχαιολ. βιβλ.

vela, quæ appensa ex transverso columnis, ambiebant aram atrio dicatam. Nec tamen atrium integebant, ut legimus de tabernaculi aulæis.

Ἦν δὲ τὰ μὲν εἰς μῆκος ἱστία, πήχεων ρ' ἐξ ἑκα- A
τέρου μέρους· τὰ δὲ εἰς πλάτος, ν'. Οἱ δὲ συνέχοντες
κίονες, οἱ μὲν εἰς μῆκος πρὸς κ' ἑκατέρωθεν, οἱ δὲ
εἰς πλάτος πρὸς ι' · τὸ δὲ ὕψος κύκλῳ, ιε' πήχεων.
Ἀλλ' ἔξωθεν τῶν εἰρημένων κιόνων κατά τε μῆκος
καὶ πλάτος ἑκατέρωθεν εὑρίσκομεν γ' καὶ γ' ἐξ ἑκα-
τέρου κλίτους, καὶ δ' κατὰ τὴν εἴσοδον τῆς αὐλῆς.
Καὶ μή ποτε τούτους ἐνυφασμένους δεῖ λαβεῖν τοῖς
ἱστίοις ἐκ ποικιλίας, ὡς αὐτὸς ἔφη, ῥαφιδευτοῦ; Τοι-
γαροῦν ἐπὶ τῶν ἄλλων τὰς ὕλας εἰπὼν, καὶ τὸν πε-
ρικείμενον κόσμον ταῖς κεφαλίσι καὶ ταῖς βάσεσιν,
ἐπὶ τούτων οὐδὲν τοιοῦτον προσέθηκε. Τοὐναντίον δὲ,
μετὰ τὸν τῶν δ' λόγον, ὥσπερ ἀντιδιαστέλλων αὐτοῖς
τοὺς ἐν κύκλῳ, φησί· « Πέντε οἱ στύλοι τῆς αὐλῆς
αὐτῶν κύκλῳ κατηργυρωμένοι. » Τινὲς δὲ (92) τοὺς
δ' πρὸ τῆς αὐλῆς ἑστάναι φασὶ, προπυλαίου χρείαν B
πληροῦντας, ἐπικειμένου παραπετάσματος καταντι-
κρὺ τῆς σκηνῆς· ὡς ἂν μὴ ἐκ παρόδου πάλιν ὁρῷτο,
ὥσπερ ἔνδον ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ οἷον ἐκεῖνο τὸ παρα-
πέτασμα. Μή ποτε οὖν καὶ οἱ γ' ἑκατέρωθεν κόσμου
χάριν; προσγράφεται δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ « πρὸς Λίβα,
πρὸς Νότον· » ἀντὶ δὲ τοῦ, « πρὸς Ἀπηλιώτην, πρὸς
Βοῤῥᾶν, » πρὸς τὸ σαφέστερον μεταποιηθέν. Ἐπιφέ-
ρει γὰρ τὰ λοιπὰ δύω κλίματα, τό τε « πρὸς θάλασ-
σαν, » ὅ ἐστι πρὸς δύσιν, καὶ τὸ « πρὸς ἀνατολάς. »

300 Centum cubitorum longitudinem utrinque vestiebant vela sive mavis aulæa: at quinquaginta cubitorum secundum latitudinem ambiebat mensuram. Columnæ, quibus vela sive aulæa atrii incumbebant, reperiuntur in longitudinis spatio viginti, et in latitudine decem. Altitudo operis omni ex parte constabat cubitis quindecim. Verum extra prædictas columnas invenimus ternas in utroque latere longitudinis et latitudinis. Præterea quatuor columnæ occurrunt intranti in atrium. Fortassis hæ sunt illæ columnæ, quas textus tradit exornatas esse velis, et confectas opera illorum, qui acu pingere consueverunt, ut undique operis reluceat magnificentia. Vel in relatione cæterarum columnarum cum narrasset ornatum capitum et basium, miror quod de his nihil tale prædicaverit. Cæterum, ut contrarium videas, post relationem columnarum quatuor, quasi ab his secernat in circuitu atrii positas, inquit: « Omnes columnæ atrii in circuitu obducantur argento, » etc. Quidam perhibent, quatuor illas columnas sitas fuisse extra atrium, et usum vestibuli præbuisse appenso velo ex adverso tabernaculi, ne videlicet temere quivis oculos in atrium quoque conjiceret, arceretorque quasi secundo velo. Fortassis et ternæ illæ ornatus gratia utrinque accesserunt, Nam additur tribus in hoc latere collocatis: « Versus Africum, et Austrum. » Alteris tribus adjicitur: « Versus Subsolanum et Boream: » quæ omnia dicuntur, ut res dilucidior sit. Nam etiam reliquorum, quæ numero duo sunt, meminit climatum: « Versus mare, » sub quibus verbis monstratur occasus: « Versus exortum solis, » quibus verbis declaratnr oriens.

Cæterum illud vide, ut Ecclesia nunc angustior et arctior demonstretur sub typo tabernaculi: nunc vero iterum amplietur et dilatetur sub typo atrii, secundum Isaiæ proloquium: « Dilata locum tabernaculi tui, et aulæorum tuorum, fige nec peperceris. Præterea in dextras et sinistras partes expande [77]. » Nam Ecclesia initio in unum quasi orbis angulum conjecta, tempore succedente in universum diffusa est orbem. Nunc aspice columnas totas auro obductas, quarum bases, quibus innituntur, nitent argento et auro. Ceu digito commonstrant illæ columnæ Christum coruscantem radiis argenteis offundentem oculis nostris lucis candidum judicium. Quod vero columnarum bases constant ære et argento, satis evidenter indicatur sermonem ejus in orbe lucidum et reboantem volitare ubique. Nec absurdum fuerit sub columnis intelligi sanctos apostolos, siquidem Paulus non abhorret Christum nominare Ecclesiam. Proinde apostoli quoque divino fulgore resplendent participatione Christi quodammodo haurientes splendorem, sicuti alicubi in sacra Scriptura legitur: « Et erit splendor Domini Dei nostri super nos [78]. » Cæterum splendor est ille, qui semetipsum vocat lucem mundi. Horum basis et fundamentum stabilissimum creditur, si magna voce et diserte miseris mortalibus objecerint sacrosanctum Evangelium. Nam Dominus, inquit [79], dabit verbum annuntiantibus Evangelium in magna potentia et virtute. Præterea pedes annuntiantium bona pulchri sunt, ut patet ex Scriptura [80]. Nec solum apostolos, verum prophetas et doctores ecclesiasticos sub illo involucro teneri nemini dubium esse arbitror. Nam non soli Petrus et Jacobus, Joannesque columnæ Ecclesiæ existimantur, nec solus Joannes Baptista lucerna erat ardens [81]: ista nomina conveniunt omnibus, qui per ipsos Ecclesiam fulciunt et sartam tectam habent. Ejus rei testimonium luculentum fuerit, quod inquit: « Vos estis lux mundi [82]. » Et iterum cum divinus Paulus quibusdam imperat, ut sint columnæ, dicens: « Estote solidi et immobiles [83]. » Etiam Timotheum paravit et instruxit [84], ut esset columna et stabilimentum Ecclesiæ.

301 *Et accipiant mihi oleum ex olivis*, etc. [XXVII, 20.] Lucerna perennis, quæ alitur vero et puro oleo, nihil aliud est, quam verorum sacerdotum doctrina Christi auribus nostris lucem infundens et erroris tene

[77] Isa. LIV, 2, 3. [78] Psal. LXXXIX, 17. [79] Psal. LXVII, 12. [80] Isa. LII, 7; Rom. X, 15. [81] Joan. V, 35. [82] Matth. V, 14. [83] I Cor, XV, 58. [84] II Tim. III, 15.

NOTÆ.

(92) Φιλ. ὁ Ἑβρ. ἐν τῷ περὶ βίου Μωϋσ. 3 λόγῳ σελ. 668.

bras propulsans, non ferens artificiale et adulterinum oleum, quorum de numero sunt, quæ homines ex quibusdam seminibus exprimunt. Non enim veri et legitimi doctores docent in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis veritatem [85] : quemadmodum hæretici adulterinum excogitant oleum, et ex ipso lumen producere machinantur. Aut si habuerint olivarum oleum, id tamen non possident purum, sed turbidum et amurca inquinatum, ut verisimile est, dæmonibus ipsis oleum hoc conspurcantibus per impietatem. Nemo etenim inquit *Dominus Deus*, nisi in Spiritu sancto. Affertur autem ab filiis Israel. Quis enim fructus a nobis Deo offertur, aut quod spirituale donum, quod comparandum sit vero Sermoni, qui haud patitur in nobis manere imbecillam illuminationem proficiscentem a Christo. Candelabrum extra velum ponebatur. Cum enim Christus per se lux sit, non opus habet adventitio lumine : sed ad nos, qui extra Dei domicilium nati sumus et versamur, suæ lucis demittit radios.

Adduc ad te Aaronem et fratrem tuum et filios ejus ex filiis Israel, etc. [XXVIII, 1.] Deinde intulit illorum nomina. Nominatim enim describuntur, qui sacerdotio destinandi erant. Non enim sibi quis accipit honorem, sed a Deo vocatus. Qui vero temerario ausu ad sese trahere sacerdotium audebit, pœnas dabit, quemadmodum pœnas luisse novimus Dathan et Abiron. « Nam et Christus, sicuti docet Apostolus, non seipsum glorificavit, ut declararetur pontifex : sed is ipsum promovit ad eam dignitatem, qui ipsum in hunc modum appellabat : « Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec [86]. » Imperat autem Mosi Deus, ut secundum ritum legis accersat et inungat Aaronem. Nam et Christus consilio Patris vocatus est, ut summo fungatur sacerdotio. Una quoque vocati sunt ad idem officium discipuli, qui inquiunt : « Dei sumus cooperarii [87]. » Nam omnia fere orbis climata peragrarunt, annuntiantes sacrosanctum Evangelium, magnis laboribus Evangelico negotio deservientes. Nec absurde accersendus et advocandus monetur Aaron. Nam lex per se fuit infirma ad sanctificationem præstandam suis cultoribus. Siquidem impossibile est sanguinem taurorum et hircorum auferre peccata [88]. Christus autem unicàm pro peccatis abolendis offerens oblationem, perfectos reddidit in æternum sanctificatos. Quapropter hæc reputans Paulus, rejectamenta et stercora existimat, quæ in lege traduntur, si componantur cum immensa et excellenti notitia Christi. Initio quoque nisi Aaron additus fuisset socius Mosi gracilitatem linguæ excusanti, non potuisset Moses intrare ad Pharaonem petiturus populo commeatum. Christo dati sunt mirabiles discipuli, confirmati ab eo ad forti animo capessendam apostolicam functionem, secundum pronuntiatum Pauli, dicentis : « Omnia possum in Christo me corroborante [89]. »

Et facies stolam sanctam, etc. [2.] Christus vestis est conveniens sancto generi. Præcipit enim Paulus : « Induite Dominum Jesum Christum [90]. » Etiam Isaias temporis longo intervallo separatus ab Ecclesia, ait : « Exsultet anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutaris, et tunica lætitiæ [91]. » Quotquot enim in Christum baptizati estis, Christum induistis [92].

Et accipient aurum et hyacinthum, etc. [5.] Quæ dicenda erant de his, supra enarravimus abunde. Proinde superfluum fuerit.

Et texturam superhumeralis, quod est super ipso secundum facturam ex ipsa erit, etc. [XVIII, 8.] Aquila vertit : *Et textura vestimenti ejus*, quod est super ipso. Superhumerale autem est tunica brevis usque ad præcordia pertingens instar thoracis. Nomen invenit ab humeris, quibus incumbit, quosque velat.

Et accipies duos lapides, lapides smaragdi, etc. [XVIII, 9.] Hæc gemma pallida est, et nigrum colorem pellucide admistum tenet, cœlumque colore refert, quemadmodum et sapphirus, qui haud dissimilis perhibetur smaragdo. Hæc gemma inhærebat superhumerali descriptum et in sua distributum genera populum Israeliticum continens. Nam quotquot scripti sunt in libro vitæ, in cœlo requiescent in Christo,
302 qui eos ad exemplum puerulorum, in humeris portat. Siquidem extendens alas suas excepit eos, et sustulit eos in tergum suum. Hinc attestatur David, inquiens : « In tergo suo obumbrabit te [93]. » In humeros itaque ipsius tollentur, secundum prophetæ vocem [94]. Et in brachium sive ulnas assumentur ad exemplum prisci Ephraim. Huc facit quod inquit Christus : « Nolite gaudere, quod dæmonia vobis subjiciuntur, sed quod nomina vestra scripta sunt in cœlis [95]. » Nam in Christo conspiciemur a Patre, Christusque efficiet, ut Pater nostri meminerit.

Et facies uncinos ex auro puro, etc. [XVIII, 13.] Dicuntur uncini propter rotunditatem. Latiores vero sunt, quam sit nummorum rotunditas. Fimbrias autem vocat quasdam catenulas resplendentes variis coloribus instar florum, proinde flores hic nominantur. Laminas nuncupat bracteas ex auro tenuissimo in pilos distributas et divisas, quæ filis complicabantur. Rationale autem erat textura quadrata et æquilatera continens mensuram palmi, quod catenulis quibusdam ex uncinis pendens circa præcordia pendebat. Rationalis siquidem pars animi eo loci in corde sedet, qua freti recte judicamus quæcunque contigerint. Hinc vocabatur rationale judicii. Cæterum Scriptura nominat judicium verum judicium, juxta illud Scriputræ oraculum : « Beati qui servant judicium, et faciunt (sive operantur) justitiam [96]. »

[85] I Cor. II, 4. [86] Hebr. V, 4-6. [87] I Cor. III, 9. [88] Hebr. X, 4. [89] Philipp. IV, 13. [90] Rom. XIII, 14. [91] Isa. LXI, 10. [92] Galat. III, 27. [93] Psal. XC, 4. [94] Isa. XXII, 22. [95] Luc. X, 20. [96] Psal. CV, 3.

Et iterum : « Honor regis judicium diligit [97]. » Insignem siquidem gloriam regi conciliat justitiæ amor.

Supra ipsum duodecim lapides auro inclusi, quibus inscriptæ sunt tribus in memoriam filiis Israel, etc. [XVIII, 21.] Lapides illi repræsentant viros sanctos, qui ob suam excellentiam, qua conspicui sunt apud Dominum, in ejus mente, quasi in corde siti sunt. Pendent quoque ex rationali quædam fimbriæ significantes bonorum operum fertile examen. Quapropter apud Davidem legimus, Ecclesiæ ornatum esse ex aureis fimbriis [98]. Ab rationali aureis annulis intercepta et elegans proserpit catenula per ambos transiens uncinos, seque extendit usque ad summitatem superhumeralis, in qua sunt descriptionis lapides. Qui enim cognitione et memoria Christi subnixi ad cœlestem festinant descriptionem, rem ipsam, quam affectant, assequuntur armis justitiæ dextra sinistraque instructi. Idcirco Paulus nos cohortatur dicens : « Induite universam armaturam Dei [99], » cujus arma aurea per uncinos sive parva scuta denotantur : quibus amicti strenue incedentes, erimus in descriptione et memoria Dei. Rationale annexum erat superhumerali, reipsa declarans arbitro Christo summa connexa esse imis. Ipse siquidem est pax nostra. Divisio illa triplex demonstrat sanctorum fidem. Firmitatem significat, quod ordines illi includuntur quadrata et æquilatera figura. Rationali, ait, incumbere oportet manifestationem et veritatem. Incertum est, an alii hic intelligendi sint lapides, vel capienda sit duorum nominum quasi in tabella quadam inscriptio : quæ quidem indicavit Christum esse et conversari cum sanctis. Nam ipse inquit : « Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [1]. » In ipso siquidem cognovimus Patrem, et voluntatem ejus bonam, et absolutam perfectionem, et quod Patri sit acceptus, sicuti docemur Scriptura sacra. Ait præterea : « Non amplius vos servos dico. Vos amici mei estis. Quia omnia, quæ audivi ex Patre meo, annuntiavi vobis [2]. » Veritas autem est, quod cognoscimus ipsum solum Dei naturalem Filium, nosque intercedente adoptione filiorum jura consecutos esse. Christus in conspectu Patris exsistens semper nostram causam agit, et pro nobis dicit. Vel alius hic latet et talis sensus. Superior cordis ornatus, qui paratur ex variis virtutibus, designatur per fimbrias illas supremas, quæ operi ornamenti causa accessere. Hyacinthus purpuræ implicatur. Nam vitæ puritati et sinceritati conjunctum est regnum cœlorum. Coccus applicatur bysso. Nam solet verecundiæ rubori copulari vitæ splendor **303** et puritas. Aurum, quod undique renitet in istis floribus subindicat thesaurum, qui reservatur sectantibus vitæ innocentiam. Exemplis autem patriarcharum, qui præcessere, humanæ vitæ ratio magis informatur, quam quasi quibusdam uncinis sive scutis corroboratam esse decet, scilicet virtute vitæ et fidei firmitate. Præterea talis nullo læditur vulnere tutus exsistens armis justitiæ dextra sinistraque. Ex his circa præcordia propendet rationale. Cordis autem quasi velum dixeris, quod in se circumfert patriarcharum symbola omnia. Qui prædictis armis instructus victoria potitus fuerit, omnibus patriarcharum virtutibus animam suam illustrabit et decorabit, alio alia virtute conspicuo. Insertoria, quæ externum illum ornatum applicant brachiis. docent vitam speculativam pendere ex practica. « Facies tunicam talarem interiorem totam ex hyacintho, » etc. Interiorem vocat, quod prædictis corpori sit propior. Talaris dicitur propter longitudinem, qua ad pedes usque promittebatur. Ex hyacintho confici præcipitur propter Christi immortalitatem, quam semper tenuit. Ideo David canit : « Sacerdotes ejus (Ecclesiæ) induam salute [3]. » Huic astipulatur sapientissimus Paulus : « Induite Dominum Jesum Christum [4]. » Nimirum hoc illud domicilium cœleste censetur, quo desideramus indui, scilicet lætitiæ tunica, vestimentum salutis, secundum prophetæ verba [5].

Christus si consideretur esse Aaron quatenus gestat talarem tunicam, undique et ubique concinentem habebat rationem. Nam cum foret Deus et unigenitus Patris, corpus suum effecit incorruptibile : et hoc amiciens seu vestiens cœlesti vita, potentius et superius morte declaravit. Ut enim doceat se vere esse vitam, inquit : « Ego sum resurrectio et vita [6]. » Ut demonstret se vitam largiri, ait : « Quemadmodum enim Pater habet vitam in semetipso, sic et Filio dedit vitam habere in semetipso [7]. » In fimbria tunicæ conspiciebantur mala punica et tintinnabula alternatim collocata, quæ quidem Aaronis in Sancta sanctorum introitum illustriorem efficiebant. Tintinnabula commonstrant sub typo quodam Evangelicam et divinam prædicationem, quæ circumsonat omnem civitatem, quod magnus sacerdos, qui est hostia irreprehensibilis, ingressus sit in Sancta sanctorum inventa æterna redemptione [8]. Nam unica oblatione consummatos reddidit in æternum sanctificatos. Mala autem punica quamdam urbium speciem præ se ferunt. Siquidem velantur putamine vel crusta, quemadmodum oppida cinguntur mœnibus. Intus grana tunicis tenuibus secernuntur, quemadmodum et oppida intra se infinita continent ædificia. Tintinnabulum positum est ad singula mala punica. Doctor enim in singulis civitatibus resonat annuntiando Salvatoris nostri in Sancta sanctorum introitum. Capitali subditur supplicio ni tintinnabula insonent. Periculosum siquidem est evangelicis doctoribus silentium. Hinc Paulus exclamat : « Væ mihi est, nisi evangelizem. [9] » Vel aliter is locus exponi poterit. Hyacinthus est color, quo talaris tunica tincta est, et indicat aera. Oportet enim administrantem apostolicam functionem corpus macerare, et liberari denso et crasso amictu , corpusque reddere quodammodo leve et aerium, ut au-

[97] Psal. XCVIII, 4. [98] Psal. XLIV, 14. [99] Ephes. VI, 11. [1] Matth. XXVIII, 20. [2] Joan. XV, 15. [3] Psal. CXXXI, 16. [4] Rom XIII, 14. [5] Isa. LXI, 10. [6] Joan. XI, 25. [7] Joan. V, 26. [8] Hebr. IX, 12. [9] I Cor. IX, 16.

dientes olim extremam tubam sublimes in aera obviam procedamus Servatori. Talis est is, de quo David : « Ut araneam extenuasti (*vel* eliquasti) corpus tuum [10] ; » qui non mutilat virtutem, sed virtutibus, quasi talari tunica velatus undique exornatur. Ut autem refulgeat bonorum operum splendore, accersit tintinnabula, quibus adjecta sunt mala punica. Imprimis tamen tintinnabula resonantia fidei puritatem deprædicant : at mala punica denuntiant opera. Oportet enim nos sectari vitam quodammodo miseram et insipidam primo aspectu instar mali punici, cujus putamen haud editur propter insipidam austeritatem. Cæterum simili ratione vita eadem dulcem et delectabilem fructum habet sepositum instar mali punici. Vita hæc philosophica a sensu vulgi remota est, et parum oblectamenti habere putatur. Cum autem sit quasi bonorum mare, suo tempore ceu percoquitur ipsius fructus, et quam pulcherrime **304** maturescit. Fructus illi conspicientur cum verus noster agricola revelaverit vitam nostram et retexerit reconditorum pulchritudinem. Tum demum mirabilis dulcedo perveniet ad illos, qui reconditis istis fruentur fructibus. Nam secundum Apostolum : » Omnis correptio in præsenti sæculo non gaudii, sed tristitiæ esse videtur [11]. « Tunica autem sit fimbriata, » etc. Fimbriæ, quas ipse κοσυμβούς vocat, sunt quædam orbiculares appendices, quæ ornamenti gratia operibus admoventur. Non enim nos solum imperata facere oportet, sed de nostro aliquid accedere oportet, ad exornandam et comendam animam. Horum de numero erat Paulus, qui gratis annuntiabat Evangelium, recusans accipere vel illa , quæ lex et consuetudo accipere permittebat sacra ministeria peragentibus. Cæterum nunc esuriens, nunc sitiens, alias in nuditate exsistens, egregie adventitia illa ornamenta sibi comparabat.

Facies laminam auream puram, in qua sculpes opera cœlatoris, sanctum Domino, etc. [XVIII, 36.] Hoc sane erat Christi mysterium, ejusque in hunc mundum descensus vel missionis præludium. Sanctificatum enim a Deo Patre se esse satis evidenter elucidat Emmanuel, eo quod traditus, quodque missus sit, verum ad gloriam et regnum. Propterea ipsum coronat. Quod enim Christus ex sese possidebat, id Aaron participatione assequitur, sicuti indicatur per laminam. Hyacinthus cœli indicium est, sicuti et ipse Christus loquitur : « Meum regnum non est de mundo hoc [12]. » Quod dicitur : « Et emundabit Aaron peccata sanctorum, » etc., huc refertur, quod priscorum delictorum abolitio significet omnem ablationem et perfectionem in Christo esse consummatam. Ipsius enim nostra tollit peccata. Ut vero sui regni æternitatem nobis proponat, ait : « Et erit semper super fronte Aaronis. » Impie igitur docent hæretici, quod Christus aliquando Patri restituturus sit regnum, ipseque regnare sit cessaturus? Ut sua ornamenta, ceu militi baltheum et galeam, accommodet, trahit ei mitram et cidarim. Nam Christus pro nobis forte prælium commisit, sicuti scriptum est : « Et arcum suum intendit, et paravit ipsum, sagittas suas confecit [13], » etc. Et iterum : « Debellatis et devictis principatibus triumphavit de potentiis, concussit dominationes, et captivos, qui super terra erant , redemit [14]. » Ex bysso autem tenui mitra et cidaris, » etc. Non enim densum vel visibile est spirituale bellum. Nam non adversus sanguinem et carnem nobis dimicatio est. Hæc capitis ornamenta, si quis et alium exquirat sensum, ostendunt reposita esse illis, qui pie vixerint, coronam inenarrabilibus sculpturis expolitam et excultam. Calceos non addit illiuscemodi ornamentis exornatos, ne gravaretur calceorum pondere, et quodammodo immobilis accessione pellium mortuis belluis detractarum fieret. Præterea calceos deponi jussit Deus, cum primum in flammante apparuisset rubo.

Et filiis Aaron facies tunicas, et zonas, et cidares, etc. [XVIII, 40.] Universus enim sacerdotum ordo bellicosus est, et acerrime oppugnat vitia, nec unquam cessat totis viribus sacrosanctæ defensare dogmata veritatis, capiens omnem intellectum ad obediendum Christo. Nec aliquam turpitudinem importat usus lineorum femoralium. Nam femoralia linea in hoc adhibentur, ut refrigerent et exstinguant cupidinis flammas. Nihil ex peccato tenent mortui. Non enim conficiuntur ex lana. Qui in hunc modum flammas opprimunt, non sentient æternam mortem.

Ablues eos aqua, et accipiens stolas eos indues, etc. [XVIII, 42.] Sic et nos abluti et repurgati sacro baptismate, recipimus gratiam cœlestem, lætitiæ induti tunicam, sicut scriptum est : « Induite Dominum Jesum Christum. [15] » Oleo inungit capita quemadmodum habet illud Scripturæ eloquium : « Impinguasti oleo caput meum [16]. » Illa unctio indicat spei alacrem hilaritatem, quæ adest vitæ sanctorum, vel significat visitationem cœlestem, qua nos visitavit Christus, et in maximam conjecit lætitiam. Misericordiam enim sumus consecuti quotcunque credidimus, et benedicimur a Domino macerantes animum seu mentem Spiritus sancti affluentia. Nam caput **305** quod unctionem capiebat, mentis typus est. His peractis consecrabantur manus sacerdotum ut forent idonei ad sacrificia irreprehensibiliter immolanda. Et nos tunc spiritualia dona offerimus Deo. « Qui namque ascendit in montem Domini ? » Secundum Davidis testimonium : « Qui fuerit innocens manibus, et mundus corde [17]. »

Et adduces vitulum ad januas tabernaculi testimonii, etc. usque ad hunc locum : *Concremabis reliqua igne. Non comedentur , quia sancta sunt*, etc. [10-34]. Mille modis nos sanctos facit Dominus noster Jesus Christus, utpote in umbris legalibus aliter atque aliter acceptus. Vitulus enim intelligitur Chri-

[10] Psal. XXXVIII, 13. [11] II Cor. VII, 10. [12] Joan. XVIII, 36. [13] Psal. VII, 13, 14. [14] Coloss. II, 15. [15] Rom. XIII, 14. [16] Psal. XXII, 5. [17] Psal. XXIII, 3, 4.

stus, sed immunis jugi. Siquidem Deus est. Jugo subjicitur: quia homo quoque est. Mactatur ad januas tabernaculi, utpote pro Ecclesia mortem subiens. Sanguis affunditur sancto altari. Sacrosancta namque et accepta fuit Patri mors Unigeniti. Intestina incenduntur in odorem bonæ fragrantiæ. At hæc typo quodam referunt internum hominem, scilicet mentem, in qua virtutum sedes est, quibus inhæret spiritualis fragrantia. Nec tamen uno, sed multis modis intestina declarant illa, quæ diximus. Quia plurima sunt, quæ inter intestina connumerantur, ut pinguedo, renes, summitas jecinoris. Reliquæ autem corporis partes exuruntur extra castra. Siquidem extra portam (ut testis est Paulus [18]) crudele supplicium sustinuit Christus. Præsignis et splendida gloria illius mortis delineatur per ignis naturam, quæ sacrificia absumit. Eadem ignis natura adumbrat divinitatem Christi, quemadmodum accidisse cognovimus quoque in Rubo, et in Sina monte. Ingenti autem gloria extollitur Christus, quod sustulit mortem. Nam supplicii ignominiam vicit resurrectionis gloria. Hujus rei argumentum est vituli cadaver, quod igne absumitur. Quod vero subdit: « Est enim pro peccato, » etc., satis evidenter indicat mortem Christi esse expiationem peccatorum veram. Deinde aries, qui perfectum animal esse cognoscitur, repræsentat etiam Christum fuisse perfectum. Vitam Christi fuisse sanctam pronuntiat sanguis aræ aspersus. Nam vitæ sedes in sanguine est. Christus autem pro nobis omnibus oblatus est Deo et Patri in odorem bonæ fragrantiæ [19]. Nam omnis aries in membra dissectus et concisus offerebatur. Nos siquidem membra sumus Christi, et omnes Christiani unum censemur corpus. Quod intestina lavantur, satis docemur per id insinuari Sermonis puritatem. Vita Christi a capite usque ad calcem odorem bonæ fragrantiæ fundit. Quapropter una cum capite et pedes offeruntur, id est, principium et finis. Nec obsto, si per caput mentem, et vitam practicam per pedes intelligas. Nam in Christo non solum opera, sed etiam cogitationes puræ existimantur. Ut frustra immolantur victimæ et sacrificia pro eo, qui non delinquit, scilicet Christo; sic nos, cum plurimum peccemus secundum testimonia Scripturæ, experimur Christum salutarem. Nam ut mors oppressit ob delictum Adami universum mortalium genus, ita Christi vita vivificat omnes. Siquidem obediens factus est usque ad mortem, ut tolleret inobedientiæ crimen, quod commiserat Adam. Sic Paulus quoque docet, dicens: « Per unum condemnatio, et per unum in omnes pervasit justificatio [20]. » Itaque servati sumus per Christi mortem, quam adumbravit vitulus. Dum autem sequimur vitam sanctam, fit ut grati acceptique simus Patri, transmittentes ad ipsum bonorum operum fragrantiam, quam quidem præmonstravit arietis cruor aræ affusus. Alter aries iterum Christi mysterium parturit, cum dicatur esse victima perfectionis. Christus etenim omnes in virtutibus perfectos constituit, id est, qui aures nostras sanctificavit, ut obsequamur Deo, et veritatem doctrinæ ejus suscipiamus, hæreticorum aures et ora obstruentes. Hinc ait Joannes: « Fratres, probate spiritus an ex Deo sint. Omnis spiritus qui non confitetur Jesum, ex Deo non est [21]. » Omnis sanctificatio per sanguinem Christi nobis obtigit, in quo et manus, quæ practicæ vitæ significationem habet, consecrata est. Pes significat vestigiorum rectitudinem, sicuti habet Psalmus: « Converti pedes meos in testimonia tua [22]. » Et **306** iterum in Proverbiis: « Recta vestigia fac pedibus tuis, et vias tuas fac directas [23]. » Dextræ vero et summæ partes oleo sancto delibutæ videntur. Nam virtutis opera censentur dextra, nec quidquam, quod sinistre interpretari queas, possident usque ad finem, qui per summitates vel extremitates depingitur. Inquit enim Apostolus: « Qui in nobis incepit opera bona, ea perficiat (sive ad finem perducat [24]). » Moses autem victimas, qua re Deum repræsentat, a sacerdotibus suscipit. Docet namque in hunc modum sanctificatorum sacrificia Christum concernentia quasi per manus sit accepturus Deus. Christi siquidem continent bonum odorem. Idem hoc declaratur per oblationem intestinorum, quæ concremari jubentur in odorem bonæ fragrantiæ. Pectusculum et armus traduntur sacerdoti de ariete perfectionis. Nam sacro generi datus est Christus potentia et sapientia a Deo et Patre. Sapientiam ostendit pectusculum, in potentiæ notitiam nos ducit brachii sive armi typus. Sacri autem animabus jure quodam competit, ut veniant in societatem corporis Christi. Ad hoc accedere nequeunt alienigenæ, quique ob incredulitatem non habentur in baptizatorum numero, et hæreticorum filii. Nihil de carnibus relinquitur in crastinum. Nam sanctificatio, qua potiemur in futuro sæculo, non erit corporalis. Siquidem nostra corruptibilitas tempore resurrectionis abolebitur: nec amplius opus erit ea præcipere, quibus illam possimus subterfugere, ut in hoc sæculo Deus non cessat nos hortari, monere et obtestari. Alius erit in futuro sæculo sanctificationis modus, qui illi congruet tempori, et cognoscetur ex conversatione, qua semper nobiscum conversabitur Christus.

Septem diebus perficies manus illorum, etc. [XXIX, 35.] Septenarius significat oportere nos semper addictos esse cultui divino: « Si acceperis collationem filiorum Israel, » etc. Solvunt ratione regis didrachmum, neque mulier neque impubes. Nam quidquid fuerit molle et enervatum et minus ad intelligendum perfectum, repudiatur. Soli illi sunt idonei ad offerenda munera Domino, qui pertingunt ad mensuram ætatis plenitudinis Christi; qui quidem digni sunt, ut appareant in conspectu Dei. Hæc siquidem divina dicitur visitatio, Davide loquente: « Oculi enim Domini super justos [25]. » Omnia illa, quæ plebs

[18] Hebr. XIII, 12. [19] Ephes. IV, 2. [20] Rom. V, 18. [21] I Joan. IV, 1-3, [22] Psal. CXVIII, 59. [23] Prov. IV, 26. [24] II Cor. VIII, 6. [25] Psal. XXXIII, 16.

contulerat, impendebantur in opus tabernaculi. Ad eum modum sanctorum opera plurimum ornamenti afferunt Ecclesiæ. Principes tribuum obtulerunt, præter prædicta, smaragdos et uniones, qui affigebantnr super humerali et rationali. His addidere compositiones, et unctionis oleum, et compositionem thymiamatis. Offerunt enim semetipsos, ut sint ornamento Christo, quemadmodum gemmas quasdam pretiosissimas populorum gubernatores. Hinc propheta, ut demonstraret apostolos, inquit : « Sancti lapides volvuntur super terra [26]. » His comparare licebit Paulum, qui ab Jerusalem initio facto peragravit totum Illyricum concionando. Apostolos quoque nominare potes oleum unctionis et compositionem thymiamatis, optimum de se odorem spargentes, et quasi oleo doctrina illorum animas reddentes delibutas, qui susceperunt sermonem regni. Cæterum thymiama compositum est. Sic et Christi notitia ex duobus conflatur. Versatur enim in divinæ et humanæ naturæ cognitione. Non erit in ipsis casus quando visitavero eos, etc., scilicet quando inspicio illorum peccata, aut quando ipsi visitant sanctuarium meum.

A Didrachmum autem est quarta pars unciæ. Itaque drachma fuerit octava unciæ pars. Obolus quoque cudebatur, qui et ipse erat octava pars unciæ, non tamen argenteus, sed ferreus : et respondebat valore, licet non materia, argenteo obolo. Fuit et alius obolus argenteus, qui erat minutissimus, valens octogenaria parte unciæ.

Et tu accipe electam myrrham et florem myrrhæ, etc. [XXIX, 22]. Hoc imperatur ob mortem, quam pontifex pro populo et sponsus pro Ecclesia perpessus est. Unguentum hoc conficitur non ex sola myrrha, sed additur flos myrrhæ et quidem electissimæ myrrhæ. Sermones namque illi sunt electi et pretiosi, qui necant membra quæ **307** sunt super terra, nosque reddunt paratos et instructos, ut per baptismum consepeliamur Christo, qui tandem exoriatur ex morte Salvatoris flos, scilicet electio rationalis naturæ illorum, qui defuncti sunt mundo, et a sensilibus ad cœlestia migrarunt. Ut autem a sordibus repurgati reprehensione omni careant, assumitur fragrans cinnamomum in medietate ejus numeri, qui sensibus affinis est. Nimirum hic intelliguntur visus et auditus et dimidia pars tactus, ut sic loqui liceat. Reliqui namque sensus sunt serviliores, et in tactu, cui subserviunt, finiuntur. Fortassis propter Litteras sacras habentis linguam ut calamum scribæ celeriter scribentis [27], qui formosus est supra filios hominum, accipere jubetur calamum odoratum, scilicet ut scribantur non atramento, sed spiritu Dei viventis mysteria, et fortiter auditorum insculpantur memoriæ.

Prædictis speciebus adjiciuntur quingenti sicli casiæ : qui numerus fortassis memoratur propter divinos et spirituales sensus, qui deprehenduntur in ferventibus spiritu. Nam tradunt physici casiæ sive ireos naturam esse calidam.

Τὸ δίδραχμον τέταρτόν ἐστι τῆς οὐγκίας, ὡς εἶναι τὴν δραχμὴν ὄγδοον. Ὁ δὲ ὀβολὸς καὶ αὐτὸς ἐν ἀργυρίοις ἐτετύπωτο. Ὄγδοον δὲ ἦν καὶ οὗτος τῆς οὐγκίας, οὐκ ἐξ ἀργύρου πεποιημένος, ἀλλ' ἀπὸ σιδήρου. Ὀβολὸς δὲ τοῦτο ἦν. Ἦν δὲ καὶ ἕτερος ὀβολὸς ἐξ ἀργύρου, νόμισμα ὤν, ὃ ἦν λεπτότατον, ὀγδοηκοστὸν δὲ ἦν τῆς οὐγκίας.

Καὶ σὺ λάβε ἡδύσματα, ἄνθος σμύρνης. Διὰ τὸν θάνατον ὃν ἀπέθανεν ὁ ἀρχιερεὺς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ ὁ νυμφίος ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας. Παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὸ μύρον τοῦτο οὐχ ἁπλῶς σμύρνα, ἀλλ' ἄνθος σμύρνης, καὶ ταύτης ἐκλεκτῆς. Λόγοι γάρ εἰσιν ἐκλεκτοὶ, νεκροῦντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἕτοιμόν τε ποιοῦντες διὰ τοῦ βαπτίσματος συνταφῆναι Χριστῷ· ἵνα γεννηθῇ ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Σω- B τῆρος τὸ ἄνθος καὶ ἡ ἐκλογὴ τῆς λογικῆς φύσεως τῶν εὐσεβῶν, ἀποθνησκόντων τῷ κόσμῳ, καὶ ἀναβαινόντων ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν. Ἵνα δὲ καθαρθέντες ἄμωμοι γένωνται, παραλαμβάνεται τὸ εὐῶδες κιννάμωμον ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ συγγενοῦς ταῖς αἰσθήσεσιν ἀριθμοῦ· τάχα παραλαμβανομένων μὲν ὁράσεως καὶ ἀκοῆς, καὶ τοῦ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ἡμίσεος τῆς ὅλης ἀφῆς· τῶν δὲ λοιπῶν, ὡς ἀνδραποδεστέρων αἰσθήσεων καὶ τῆς ἐν αὐταῖς ἀφῆς, καταλειπομένων. Ἴσως δὲ καὶ διὰ τὰ ἱερὰ Γράμματα τοῦ ἔχοντος γλῶσσαν ὡς κάλαμον γραμματέως ὀξυγράφου, ὃς ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, κάλαμος εὐώδης παραλαμβάνεται· ἵνα γράφηται οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, καὶ ταῖς μνή- C μαις τῶν ἀκουόντων ἐντυπωθῇ τὰ μυστήρια. Καὶ ἡ αἰτία ἡ αὐτὴ τοῦ ἀριθμοῦ, ἥπερ καὶ ἐπὶ τοῦ εὐώδους κινναμώμου.

Ἴρεως δὲ μετὰ ταῦτα παραλαμβάνονται φ' σίκλοι, τάχα διὰ τὰς θείας αἰσθήσεις ἐν τοῖς ζέουσι τῷ πνεύματι εὑρισκομένας. Θερμαντικὴν γὰρ εἶναί φασι τὴν τῆς ἴρεως φύσιν.

Omnes illæ species commiscentur et conjunguntur oleo bono nec adulterino. Oleum vero est alimentum lucis. Mensura autem olei solo divino pronuntiatur sermone. Et ex his speciebus conflatur unctionis sacrum oleum. Cæterum externum hoc oleum nunquam dixero exsultationis oleum. Hoc nomen imponitur soli spirituali oleo, quo nemo, nisi solus Deus, ungit diligentem justitiam et odio prosequentem injustitiam. Propterea enim inquit : « Unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis supra consortes tuos [28]. » Procul dubio fragrantia illorum unguentorum longe superat cætera aromata : *Siclus*, etc. Quarta pars unciæ est drachma. Sicli pondere ponderabant capillos Absalonis, quando tondebatur. Hujus capilli continebant pondus 125 siclorum, id est 30 uncias et unam cum siclo uno.

[26] Zachar. IX, 16. [27] Psal. XLIV, 2. [28] ibid. 8.

Κατὰ τὸ ἐν Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων λεγόμενον, αἱ A φύουσαι τὰ μυρεψικὰ σιαγόνες τοῦ νυμφίου φύουσιν ἀμφότερα τὰ μυρεψικὰ, τό τε ἔλαιον τοῦ χρίσματος καὶ τὸ θυμίαμα. Ἵνα τῷ μὲν ἑτέρῳ χρίσωσι τὴν τοῦ Θεοῦ σκηνὴν, τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ εἴ τι (93) ταύτης δύναται εἶναι κιβωτὸς, τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ δεκτικὸς καὶ τηρητικός· καὶ τρίτον τὴν λυχνίαν, τὴν διακονουμένην τὸ τῆς γνώσεως φῶς ψυχήν· καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος, τοὺς εὐχαῖς ἀνακειμένους, καὶ εὐώδη νοοῦντας καὶ ἀναπνέοντας καὶ λέγοντας· καὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων, τοὺς ἐξιλασκομένους τὰ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ τὸν λουτῆρα, τὸν δυνάμενον εἶναι περιῤῥαντήριον, καὶ καθαίροντα τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν σκηνήν· καὶ τὴν βάσιν τοῦ λουτῆρος, οἷς ὁ τοιοῦτος βέβηκε καὶ προσαναπαύεται.

In Canticis canticorum, ubi dicitur: « Genæ sponsi profundunt unguenta [29], » etc., duo illa demonstrantur unguenta, nempe unctionis alterum, et porro alterum compositionis. Illo fovendum et inungendum erat tabernaculum Dei, scilicet Ecclesia. Præterea illo oleo delibutus conspiciebatur, qui poterat capere et conservare mysteria Dei. Et is repræsentabatur sub arcæ involucro. Tertium oleum est, quod infunditur lucernæ, et ministrat animæ veræ cognitionis lumen. Ara thymiamatis significat precibus addictos non cessantes cogitare, spirare et dicere ea, ex quibus bonus spargitur odor. Ara holocaustis destinata portendit eos, qui a peccatis expiati sunt. Omniaque illius instrumenta inserviunt expiationi et abolitioni peccato- B rum. Mare sive lutrum significat eum, qui potest aspergere et a sordibus repurgare intrantem in tabernaculum. Basis lutri commonstrat solidum, fundamentum, quo pius innititur.

Thymiama compositionis, quod præparatur ex multis et inter se æqualibus speciebus, varietatem jucundam orationis, qua beatus utitur, indicat. De hac sic disserit is, qui recte intellexit compositionis thymiama: « Dirigatur oratio mea, ut incensum (sive thymiama) in conspectu tuo [30]. »

Ἡ σύνθεσις ἀπὸ στακτῆς· ὅτι στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν· ἀπὸ δὲ ὄνυχος εὐώδους· ὅτε λέγει τις, « Εἶπα Ἐξαγορεύσω τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ· » ἐσχάτη γὰρ πάντων ἡ ἁμαρτία, ὡς ὁ ὄνυξ τοῦ σώματος· ἡ δὲ χαλβάνη τοῦ ἡδυσμοῦ, αἴτησις ἂν τυγχάνοι τῶν μεγάλων καὶ ἐπουρανίων· ὁ δὲ διαφανὴς λίβανος, ἡ τοῦ εὐχομένου ἀπὸ φωτὸς γνώσεως περὶ Θεοῦ δοξολογία. Τὰ δὲ δ' ταῦτα ἔσται δικαιοσύνης πνέοντα, ἥτις δηλοῦται ἐκ τοῦ, Ἴσον ἴσῳ ἔσται.

In hujus compositionem adhibetur stacte. Nam os justi stillat sapientiam [31]. Additur et onyx mire fragrans. Proinde quidam in hunc modum loquitur: « Dixi, annuntiabo peccatum meum Domino [32]. » Nam peccatum in homine omnium est extremum, quemadmodum onyx, id est unguis, in extremas humani corporis partes recessit. Galbanum intellige petitionem magnarum et cœlestium rerum. Sub thure pellucido accipe Dei collaudationem, quam orans rite peragit, fretus divina notitia. Quatuor illæ species commistæ et confusæ spirant justitiam, quæ declaratur, dum æquis portionibus species eligi jubet.

Ποιεῖ τὸ ὅλον μεμιγμένον καὶ καθαρὸν ὁ δι' ἐξομολογήσεως καθαρεύσας τῶν πρόσθεν ἁμαρτημάτων. C

Hoc thymiama reddit absolutum et rite temperatum, qui intercedente confessione se exoneraverit præteritorum peccatorum squalore.

Συγκέκοπται τὸ θυμίαμα τῷ μηδὲν ἐν εὐχῇ τῶν παχυτέρων προσάγοντι. Δεῖ γὰρ λεπτύνειν τὸ, Ἥμαρτον, κατ' εἶδος τὰ πλημμελήματα τῷ ἐξομολογεῖσθαι διηγούμενον. Ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ ὄνυχος. Λεπτύνει δὲ καὶ τὸν λίβανον ὁ περὶ ἑκάστου τῶν θαυμασίων δοξολογῶν τὸν Θεόν. Διατρανῶν δέ τις τὴν σοφίαν, λεπτύνει τὴν στακτήν.

Hoc thymiama minutim concidit, qui pro nullis terrenis Deum precibus fatigat. Præterea oportet nos ipsi minutias secare peccati, scilicet per species et singulatim nostra peccata confitendo, quod docemur quidem per onycha. Ad minutias redigit et comminuit thus, qui super singulis miraculis Deum laudibus extollit. Qui diserte explanat sapientiam, is condidit stacten.

Eadem iterum **308** et altius repetamus. Oleum unguentis inditum designat sanctitatem, quæ in Christo per spiritum sanctificationis erogata est misericordiam consecutis, secundum hoc Scripturæ proloquium: « Impinguasti oleo caput meum [33]. » Tabernaculum et omnia vasa tabernaculi illo oleo unguntur. Nam locus propter sanctum, qui in ipso habitat, sanctificatur, quemadmodum et vasa tabernaculi singula in loco suo. Cum igitur aspicias hæc omnia oleo inuncta, ecquid intelligis Davidem dicentem: « Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis supra consortes tuos [34]? » Et iterum Pauli verba capis, quæ sic habent: « Qui sanctificat, et qui sanctificantur ex uno omnes [35]? » Dum enim sanctificationem, quatenus Deus est, inducit, una nobiscum, quatenus homo est, sanctificationem assequitur. Et hæc est illa, quæ in Scriptura commemoratur, exinanitio [36]. His consensum accommodat Petrus, inquiens: « Jesum Nazarenum ut unxit ipsum Deus Spiritu sancto [37]. » Ungitur cum reli-

[29] Cant. v, 13. [30] Psal. CXL, 2. [31] Prov. x, 31. [32] Psal. XXXI, 5. [33] Psal. XXXII, 5. [34] Psal. XLIV, 8. [35] Hebr. II, 11. [36] Philipp. II, 7. [37] Act. x, 38.

NOTÆ.

(93) Ἴσ. καὶ εἴ τις· ἢ καὶ εἰ ταύτης δύναται εἶναι κιβωτὸς τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ δεκτικὸν καὶ τηρητικόν· ἢ καὶ οὕτω, καὶ εἴ τι ταύτης δύναται εἶναι κιβωτὸς, ὁ τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ δεκτικὸς καὶ τηρητικός.

quis, quæ ad legis cultum pertinent, etiam ara. Nam et lex sancta censetur, invitans nos ad cognitionem Dei, et justos faciens producendo et promovendo nos ad principia virtutis. Siquidem Scriptura in hunc modum testatur : « Principium viæ bonæ facere justa [38]. » Huc facit testimonium Pauli dicentis : Itaque lex sancta, et præceptum sanctum et justum et bonum : scilicet si non ad umbram, sed si ad spiritualem transferatur intellectum. Nam typi Veteris Testamenti quasi Stentorea voce nobis prædicant Christum revera Sanctum sanctorum. Deus etenim suo Spiritu perfundens nos affert sanctificationem fidelibus. Nuntiatur autem diligenter, ne quis simile huic componat unguentum. Solius siquidem Dei est sanctificationem præstare sive sanctificare. At qui nascuntur, cum prius non fuerin', sanctificantur ; in quos aptissime dicitur : « Quid enim habes, quod non accepisti [39]? » Ad eum modum et Joannes ait : « De plenitudine ejus nos omnes accepimus [40]. » Et iterum : « Non secundum mensuram dat spiritum [41]. » Siquidem fons sanctificationis est inexhaustus. Cum præcepisset sacerdotes illo oleo consecrandos, continuo addit : « Caro humana non eo ungatur [41]. » Quo pacto illum Scripturæ solvemus nodum ? Memineris sacerdotium excedere omne humanum fastigium, quod Christi supra naturam particeps est. Proinde a terræ contagio abscindens sacerdotes, ascribit eos cœlo dicens : « Ne vocaveritis vobis patrem super terram. Unus enim vobis Pater est in cœlis [42]. » — « Vos omnes fratres estis [43]. » Mors sive capitale supplicium illi pœna est, qui alienigenæ de isto elargitus fuerit oleo. Nam inquit : « Ne dederitis sancta canibus, neque objeceritis margaritas porcis [44]. » Non enim is, qui adhuc fuerit impurus et incredulus, sanctificationem assequitur. Sanctificatio contingit illum, qui baptismi interventu emundatus fuerit. Nec permittit, ut quis privatim sibi paret illiusmodi oleum sive unguentum. Quæ enim societas est naturalium et artificialium ? Christum nobis ob oculos ponit illud unguentum, quemadmodum suprà dedimus. Præter Christum, siculi præceptum est Judæis, agnoscimus Salvatorem nullum. At Judæi sibi componentes et adornantes filium iniquitatis, deprehenduntur manifesto quod deserunt unguentum Dei et Patris, qui nobis manifestavit fragrantiam cognitionis suæ in Filio per tabulas perscriptas digito Dei.

Hoc nomine designat vim suam mirificam, qua omnia efficit, quemadmodum et supra : « Digitus Dei est hic [45]. » Similiter et Christus ait in Evangelio Lucæ : « Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia [46]. » Idem hoc evidenter explicat Matthæus, scribens : « Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia [47]. » Tabulæ autem illæ dicuntur scriptæ digito Dei, ut distinguantur et secernantur ab tabulis istis, quas paraturus esset Moses, quibusque incisurus esset Decalogum ex præscripto Dei.

A Δάκτυλον Θεοῦ καλεῖ ἀλλαχοῦ ἡ Γραφὴ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ (94). Ὡς ὁ Φαραὼ (95) φησι· « Δάκτυλος Θεοῦ ἐστι. » Καὶ ὁ Κύριος· « Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ [ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, » παρὰ τῷ Λουκᾷ]. Ὅπερ ὁ Ματθαῖος, « Ἐν Πνεύματι Θεοῦ, » λέγει. Τοῦτο δέ φησιν ἡ Γραφὴ (96) πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν μελλουσῶν πλακῶν Ἐκείνας γὰρ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς καὶ λαξεύει καὶ γράφει κατὰ κέλευσιν τοῦ Θεοῦ.

Et videns populus quod moraretur Moses, etc. [XXXII, 1.] Quid hoc ad Deum, qui semper, licet non conspiciatur humanis oculis, præsto est terræ incolis, etsi Moses abest ? Exclamet nunc David : « Generatio prava et exacerbans [48]. » Etiam Moses insonet : « Obliviscebaris Dei qui te nutrit [49]. » Verum quod appetebant deos alienos, cum tanta virtute totque miraculis unius et veri Dei in libertatem veram erant asserti ? Tanta cæcæ mentis fuit obstinatio, ut contempto supremo Numine relaberentur in Ægyptiacam superstitionem, ut patet ex idolo, quod paraverant. Ægyptii etenim divinos honores deferunt vitulo. **309** Eventus igitur fuit Judæis deterior auspicio, sive, ut Christi verbis utar [50], novissima facta sunt illis deteriora primis. Aaron, ut illorum vecordem impetum frangeret, postulat ornamenta et mundum muliebrem. Nam tanta vecordia invaserat illorum animos, ut Aaron formidaret illorum propositum reprehendere, cernens ex ea re malum magnum ab incondita plebe sibi paratum. Tamen adempta aurium ornamenta satis indicabant ipsis suo decore esse exutos, qui antea audiverant Deum edicentem : « Non sint tibi dii alii præter me [51]. » Furori illorum cedit Aaron, et dum quasi conviciando exprobrat : » Hi sunt dii tui, qui eduxerunt te ex Ægypto, » etc., tacite ipsis in memoriam revocat Deum verum, a quo manu valida et brachio excelso Ægyptiacæ servituti sint erepti. Cum enim ipsorum impetui obvius ire timeret, hisce verbis illorum animos perculit. Quod vero populus fuerit violentissimus eo tempore, et vim fecisset Aaroni, si illius votis restitisset, satis èdocet ipsus, dum se purgat fratri redeunti, dicens : « Pone iram, Domine ; haud enim te latent populi hujus impetus inconsulti. » Si quis deficiat a Deo, hunc continuo sequuntur vitia carnis, quæ recenset Paulus, quibus quoque connumerat fœdam idololatriam. Verba Pauli hæc sunt : « Nam manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc : adul-

[38] Prov. xvi, 5. [39] I Cor. iv, 7. [40] Joan. i, 16. [41] Joan. iii, 34. [42] Matth. xxiii, 9. [43] ibid. 8. [44] Matth. vii, 6. [45] Exod. viii, 19. [46] Luc. vi, 20. [47] Matth. xii, 28. [48] Psal. lxxvii, 8. [49] Deut xxxii, 18. [50] Matth. xii, 45. [51] Exod. xx, 3.

NOTÆ.

(94) Τὴν ἐνεργητικὴν αὐτοῦ δύναμιν οὕτω καλεῖ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(95) Ὡς ἄνω φησίν. Αὐτ.

(96) Εἴρηται δὲ πρὸς ἀντιδιαστολήν. Αὐτ.

terium, scortatio, immunditia, lascivia, simulacrorum cultus [32]. » Immunditia autem vera censetur luxuria, quæ conspicitur in idololatrarum celebritatibus. Quidam aiunt hostiam non mactatam esse in honorem vituli, sed ut esset expiatio impiæ transgressionis. Quapropter ea hostia salutis nuncupatur.

Populus enim tuus, quem eduxisti, etc. [XXXII, 7.] Rejicit Judæos Deus, et Mosi tradit, quamvis ipse leges dedisset. Imitatur itaque dictum : « Abite a me, qui operamini iniquitatem ; non novi vos [33]. » Detinuit apud se in monte Mosen diebus quadraginta, ut cognosceret quam facile populus ille reverteretur ad nefandam idololatriam. Proinde introducendos esse dies festos et sacrificia, et splendidas solemnesque epulas, ne recurrerent ad vetitum idolorum cultum. Et in hunc modum, et illiuscemodi exercitiis et ludicris illorum pueriles animos provehendos esse ad spiritualia bona. Cæterum necessitas exigebat, ut Moses, qui arbiter erat delectus, imitaretur Christum, qui iram cœlitus peccatoribus impendentem potenter discussit. Quapropter admodum prompte se culpæ a Judæis commissæ deprecatorem offert ; nonnihil in spem veniæ impetrandæ erectus benignissimis Dei verbis, quæ ita habebant : « Sine nunc me. » Quid enim obstare potuisset Deo, si voluisset e medio populum istum tollere ? Quapropter amico illo alloquio Mosen cohortatur, ne cunctari velit Domino supplicare pro delicto populi. Haud enim ipsum latebat, Mosen reputantem delicti enormitatem non ausurum intercedere pro populo, præsertim cum nunc, comi alloquio confirmatus, profert pavido pectore : « Ne averseris me pro populo supplicantem. » Moses audito populi tumultuantis clamore in descensu montis comminuit legis tabulas recusans esse pædagogus inobedientis populi. Vitulum in pulverem redactum sparsit in aquas, quibus potavit Israelitas, ut demonstraret nefarium hoc scelus esse intestinum, et ipsorum attingere hepar et viscera omnia : vel, ut doceret, animos illorum prorsus infectos esse idololatria, et nil nisi idolorum cultum parturire ; vel, ut hoc exemplo declararet more prophetico, fore aliquando (ut nostro sæculo contigit) ut universa idola excinderentur, et omnis occasio, quæ ad hæc fabricanda impelleret, amputaretur : epota scilicet ea occasione ore piorum hominum, quod accidit vera confessione. Hac confessione quæ ore fit, firma et fixa, idololatriæ mysteria instar aquæ transeunt et dilabuntur : quamvis illa aqua prius ab vesanis idololatris cruore fuerit corrupta et conturbata. Nam qui prius magna veneratione in genua provoluti adorabant idola, nunc non cessant destruere idololatriæ dogmata. Moses, cum de sontibus captum esset supplicium, pro reliquis ad preces convertitur, propter quos digreditur castris. Haud dissimilia ausi fuerunt committere Judæi in Christum vocantem eos in regnum cœlorum, quemadmodum Moses in terram promissionis : et promittentem se liberaturum fideles, quemadmodum Moses servitutis jugum abstulit Judæis. Præterea agnus paschalis luculenter docebat, sanguinem Christi salutem **310** elargiri fidelibus. At perfidi Judæi tot tantisque typis spretis et contemptis, abripuerunt doctrinas, quæ fuerunt præcepta hominum, et elegerunt, quibus crederent, fraudes et dolos sæculi, quibus ita sunt affecti et subversi, ut aspernarentur Christum, et ad nuptias sedulo invitati, venire recusarent [34]. Quapropter cum tempus advenisset, quo scelerati illi funditus interirent, sanctorum preces conservarun reliquias : cum Romana arma cæteros absumerent. Quemadmodum antiquitus exuebantur stolis, sic gloriæ vestis, quæ erat Christus, ipsis detracta est. Hic digressus est ab illis, quemadmodum iste recesserat ab eorum tabernaculis. Desertis namque illorum castris, abiit quam longissime ad gentes, ibique tabernaculum fixit, scilicet Ecclesiam construxit, quam sui juris faciens, inquit : « Hic habitabo, quia elegi eam [35]. » Hanc vestibus quibus despoliavit perditos Judæos, vestivit et exornavit. Quapropter ait : « Exsultet anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, et tunica lætitiæ : imposuit mihi mitram, et ut sponsam me cohonestavit ornamentis plurimis [36]. » Quidam tradunt non sontes solum illa clade consumptos, sed quoslibet, ut quisque cladi forte occurrisset. Cum enim universi deliquerint, sine discrimine etiam plectuntur, quemadmodum si quis virgis cæditur suo merito, quodcunque membrum aut quæcunque pars corporis castigatur, juste cæsa creditur. Ad eum modum universus populus pœnas expendebat commissi sceleris, cum pœna per paucorum evagaretur capita. Idem nunc quoque fieri observatur, quando Deus sua judicia invehit publica, quibus plectit incredulum et impium humanum genus. Lex per Mosen clamat : « Si quis vult Dei esse amicus, mihi amicus fiat. » Nam qui legi amicus est, idem et Deo amicus habetur. Omnis igitur qui diligenter observat tam Deum quam legem, dat operam, ut sedulo occidat cognatos et necessarios male sibi junctos. Non enim in Scriptura sacra cognationem et propinquitatem significant ipsa nomina. Sunt etiam amici, sunt nobis propinqui, quos hostium loco ducimus. Sunt rationes et affectus, qui nobis innascuntur et propinquorum numero habentur quibus nisi cæsis et interfectis, nulla vitæ spes restat ; qui si vivunt, nos morimur : si occiduntur, tum demum vita fruimur. Verus frater erat, quem repræsentabat Aaron. Is ille est, qui accurrebat, ut opem ferret Mosi. Senior dictus est, quod angelorum creatio creationem hominum antevertit. Vocatur etiam is Aaron, qui operam suam navavit populo cum ad idololatriam declinaret. Cæterum unum additur idemque utrinque nomen, at diverso respectu. Hic frater interficitur, dum exstirpamus inspirationem et instinctum

[32] Galat. v, 19, 20. [33] Matth. vii, 23. [34] Matth xxii, 2 seqq. [35] Psal. cxxxi, 14. [36] Isa. lxi, 10.

diaboli qui in nobis moratur, et summa ope ad vitia nos impellit. Moses ex præcepto legis aures Judæorum condecoravit inauribus. Falso dictus frater dum ad inobedientiam induxit populum, aurium ornamenta sustulit. Ad hunc modum serpens, qui protoplastis abstulit obedientiæ insignia, videbatur cognatus et amicus protoplastis. Qui hujuscemodi fratres et amicos contrucidaverit, illum alloquetur lex : « Implevisti manus tuas hodie Domino, quod bellum suscepisti adversus illum, qui intonabat : « Fac mihi deos. » Si inquit : « Fac mihi deos, » etc., quæ ratio firmare potest deos esse, qui humano opere fiunt? Quapropter malitia cæcutiens suo ipsius, ut sorex, perit indicio. Præterea admodum absurde vitulum, qui prodierat nescio qua, mala arte, vocant numero plurali : deos. Ostendit igitur, quod non solum vitulum, quem oculis subjectum cernunt, adorabant, sed multorum invehebant deorum cultum. Quapropter illis verbis : « Hi sunt dii tui, » etc., ipsorum animos idololatria conspurcatos et contaminatos tetigit.

Quidam aiunt, ubi primum vitulus formatus A fuisset, singulos sibi idola quædam finxisse. Præterea haud abstinebant a cultu astrorum et firmamenti. Quapropter dicit ad Deum Moses : Peccavit populus hic peccatum magnum. Fecerunt sibi deos aureos. » His assentitur Stephanus protomartyr, inquiens : « Convertit autem se Deus, et tradidit eos, ut colerent militiam cœli [57]. » Hinc ait in prophetis scriptum esse : « Et suscepistis tabernaculum Moloch, et sidus Dei vestri Remphum, figuras quas fecistis ad adorandum eas [58]. » Spiritu igitur sancto agitatus Stephanus satis explanavit Judæos divinis honoribus affecisse militiam cœli. Hinc conjicere licet quod receperint etiam tabernaculum Moloch. Nam exstructo tabernaculo statuerunt idolum quod B appellarunt Moloch. Moloch vero idolum est, quod venerantur Moabitæ. **311** Non est vox ex ducibus secundum virtutem, neque fuga ex ducibus fugæ, id est, non est vox vel vincentium vel fugientium.

Τινὲς δέ φασιν, ὡς ἅμα τῇ μοσχοποιΐᾳ καὶ ἕτερα παρ' ἑκάστου ἐπράττετο εἴδωλα. Προσέκειντο δὲ καὶ ταῖς τῶν ἄστρων λατρείαις. Διὸ καὶ Μωϋσῆς εἶπε πρὸς τὸν Θεὸν, « Ἡμάρτηκεν ὁ λαὸς οὗτος ἁμαρτίαν μεγάλην, ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεοὺς χρυσοῦς. » Καὶ ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος περὶ τῆς μοσχοποιΐας λέγων, φησίν· « Ἔστρεψε δὲ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. » Διὸ καὶ ἐν προφήταις εἰρῆσθαί φησι· « Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφωνῶν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. » Ὁ πνευματοφόρος οὖν ἐδήλωσεν, ὡς καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ προσεκύνησαν. Ὅθεν ἔστιν ἐννοεῖν, ὅτι καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ ἀνέλαβον. Σκηνοποιησάμενοι γὰρ, ἔστησαν εἴδωλον, ὃ κεκλήκασι Μολόχ. Εἴδωλον δὲ τοῦτο Μωαβιτῶν.

Et confregit eas sub monte, etc. [XXXII, 19.] Quasi sub involucro per corruptionem tabularum significat abrogationem legis. Alioqui non fas fuisset tabulas, quæ fuere typus Dei, corrumpi.

Καὶ συνέτριψεν αὐτὰς ὑπὸ τὸ ὄρος. Μυστικῶς διὰ τούτων προμηνύων τὴν παῦσιν τοῦ νόμου. Οὐ γὰρ ἂν συνεχωρήθησαν αἱ πλάκες, ἔργον οὖσαι Θεοῦ, συντριβῆναι.

Verum tu diligenter tecum cogita, quid sibi velit illa appendix: Sub monte.

Sparsit ipsum in aquam, eaque potavit filios Israel, etc. [20.] Hoc loco prædicit Judæorum in universum mundum dispersionem, secundum illud oraculum : « Dixi, dispergam eos [59]. » Huc facit illud psalmi : « Induit maledictionem ut vestimentum, et intravit ut aqua in interiora C ejus [60]. »

Καὶ ἔσπειρεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπότισεν αὐτὸ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Τοῦτο μηνύει αὐτῶν τὴν διασπορὰν, κατὰ τὸ, « Εἶπον, διασπερῶ αὐτούς· » καὶ κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς, « Καὶ ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον, καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατα αὐτοῦ. »

Deus Aaronem nec nunc delinquentem, nec postea Mosi turpiter obtrectantem, punire sustinuit. Veniam ejus delicto dat, tum propter alia, cum imprimis propter sanctos ex ejus lumbis prodituros.

Τὸν Ἀαρὼν οὔτε νῦν τιμωρεῖται ὁ Θεὸς, οὔτε ἡνίκα Μωσέως κατελάλησε (97), καὶ δι' ἄλλας μὲν αἰτίας, μάλιστα δὲ διὰ τὸ πρῶτον ἀρχιερέα γενέσθαι, καὶ διὰ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γενησομένους ἁγίους.

Sin secus, me deleto ex libro, quem scripsisti, etc. Ecce Mosi per omnia exploratum et compertum erat, se quoque contineri libro vitæ; ii igitur hoc tempore scripti sunt de quibus dicit : « Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis [61], secundum illud, « Filius meus primogenitus Israel [62]. »

Οὕτως ᾔδει καὶ βίβλον τῶν ζώντων, καὶ ἑαυτὸν ἐναρίθμιον. Οὐκοῦν οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γραφέντες εἰσὶ, περὶ ὧν φησιν· « Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανῷ, » κατὰ τὸ, « Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. »

[57] Act. VII, 42. [58] ibid. 43. [59] Deut. XXXII, 26. [60] Psal. CVIII, 18. [61] Hebr. XII, 23. [62] Exod. IV, 22.

NOTÆ.

(97) Οὔτε Μωσέως καταλαλήσαντα. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Ἡ δ' ἂν ἡμέρᾳ ἐπισκέπτωμαι, ἐπάξω ἐπ' αὐτοὺς τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. Ἐν τῇ ᾠδῇ φησιν, ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω, ἐν καιρῷ ὅταν σφαλῇ ὁ ποὺς αὐτῶν.

Κατέβαινεν ὁ στύλος τῆς νεφέλης, καὶ ἵστατο ἐπὶ τῶν θυρῶν τῆς σκηνῆς, καὶ ἐλάλει Μωϋσῇ. Τὴν αἰτίαν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως τοῦ Μωϋσέως αὐτὸς ὁ Θεὸς ἄνω φησίν· « Ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρὸς σὲ, καί σοι πιστεύσωσιν εἰς τὸν αἰῶνα. »

Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐνῆν ἡμᾶς μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, εἰ μὴ ἀνθρωπίνως ἐγέγραπτο, καὶ πρὸς τὸ ἡμῶν ἀσθενές. Ἐπεὶ πρόδηλον, ὡς διὰ φωνητικῶν ὀργάνων οὐ φθέγγεται Θεὸς ὁ ἀσώματος. Αὐτὸ γὰρ τὸ θελῆσαι μόνον, ῥῆμά ἐστι (97*).

Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν. Λαλεῖν λέγεται Θεὸς οἷς ἀποκαλύπτει τὸ βούλημα. Καὶ Παῦλος γὰρ οὐ δι' αἰσθήσεως ἤκουε παρὰ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ· καὶ Δαβίδ, « Ἀκούσομαι, λέγων, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός. » Ἡ γὰρ ἐν πρόθεσις, τὴν ἐν διανοίᾳ παρίστησιν ἀκοήν. Καὶ Ἀμβακοὺμ φησιν, « Ἀποσκοπεύσω τί λαλήσει Κύριος ἐν ἐμοί. » Τοῦτο δηλοῖ καὶ τὸ, « Ἐνώπιος ἐνωπίῳ. » Παρόντι γὰρ παρῆν, αἰσθητὸν οὐκ ἔχων πρόσωπον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ θεοπτίας ἡ ἀκοή, καὶ ὁ λόγος. Ὥστε μάτην ζητοῦσι ποίᾳ διαλέκτῳ ἐλάλησε τοῖς ἁγίοις ὁ Θεός. Πῶς οὖν ἐπάγει, « Ὡς εἴ τις λαλήσει πρὸς ἑαυτοῦ φίλον; » Ἢ ὅτι καὶ ἄγγελος εὐμενὴς, καὶ ταῦτα κτιστὸς ὤν, οὕτω λαλεῖ, πόσῳ μᾶλλον Θεός; ἢ γοῦν ἀναλόγως νοητέον. Τῆς αὐτῆς διανοίας καὶ τὸ Ἠλιοῦ, « Ζῇ Κύριος τῶν δυνάμεων, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ. » Καὶ οἱ λοιποὶ δέ φασι δίκαιοι, « Ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν. » Ταύτης τῆς ὁμιλίας, ὡς ἐχώρει Μωϋσῆς, γενομένης αὐτῷ, εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπελύετο.

Quo die visito, inducam in eos peccatum eorum, etc. [34.] His congruunt verba Psalmi : « In die ultionis retribuam, in tempore cum titubaverit pes illorum [63]. »

Descendebat columna nubis, et stabat supra fores tabernaculi, et loquebatur Mosi, etc. [XXXIII, 9.] Hujus colloquii rationem supra dedit, dicens : « Ecce ego venio ad te in columna nubis, ut audiat populus me tecum colloquentem, et tibi fidem habeant in æternum. » Non enim alius nobis inerat veritatis discendæ modus, nisi hæc more humano scriberentur et secundum infirmitatem nostram ; cum evidens sit Deum incorporeum per organa vocis non loqui. Etenim verbum Dei, ipsa voluntas est.

Et locutus est Dominus cum Mose coram, etc. [11.] Deus intelligitur illos alloqui, quos certiores facit suæ voluntatis. Paulus enim non audivit, aurium adminiculo usus, Christum in ipso loquentem. Huic concinit et David, inquiens : « Audiam quid in me loquatur Dominus Deus [64]. » Nam bonum animi institutum et propositum si fuerit, audit mente sibi loquentem Dominum. Etiam Habacuc ait : « Dispiciam quid locuturus sit Dominus in me [65]. » Ab his Scripturæ locis non dissentit et iste : « Coram collocutus est cum Mose. » Nam præsens erat Deus, non habens faciem quæ oculis cerni humanis posset. Sed Deus apparebat. quatenus auditu, utpote sermo, percipi posset. Quapropter frustra et stulte a quibusdam quæritur, qua dialecto usus sit Dominus in compellandis sanctis. Quare infertur : « Ac si quis alloquatur suum amicum, » etc., quia angelus placidus et benevolus exsistens, quamvis creatura sit, in hunc modum verba facit. Quanto magis ipse Deus ad eum modum fatur, vel certe haud dissimili. Nihil a præsenti loco differt illud Eliæ : « Dominus virtutum cui astiti, coram eo [66]. » Reliqui sancti aiunt : « Ut oculi servorum respiciunt in manus dominorum suorum, sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum [67]. » Moses isto colloquio quatenus fas et possibile esset, potitus, remeabat in castra.

Quantisper enim quis audit secum colloquentem Deum, tantisper segregatus est ab hominum contagio et consortio. Deinde jubetur communicare cæteris mortalibus divina, quæ accepit, oracula, ut huic plurima commoda ferant. Ita esse faciendum satis evidenter admonet, quod dicitur : « Et dimittebatur in castra. » Ab hoc non dissidet illud oraculum : « Hæc dices domui Jacob, et nuntiabis filiis Israel : Vos vidistis quæ fecerim Ægyptiis, et assumpsi vos super alas aquilarum, et duxi vos ad me [68], » etc. Necessitas requirebat, ut commemorarentur beneficia, quæ populus ille acceperat. Exaltati sunt virtute divina, ne a terrenis et humi repentibus læderentur. Qui igitur adhibetur colloquio divino, ille penitus a mundo est sejunctus, et in cœlo versatur æternis bonis fruens, quamvis corpore in terris degat. Cæterum Josua propter juveniles adhuc annos, non poterat colloqui cum Domino extra tabernaculum sicuti Moses. At divini colloquii particeps factus est stans in monte excelso. Nam adhuc sentiebat incrementa religionis, et usque perficiebat eo in negotio. Siquidem tabernaculum in eum usum compositum est, ut ab injuriis vel æstus vel algoris defendat iter facientes, ut sit in quod tectum se recipiant. At domus quamdam faciem perfectionis et certæ sedis complectitur. Quapropter David canit : « Transibo in loco tabernaculi admirandi usque ad

[63] Deut. XXXII, 33. [64] Psal. LXXXIV, 8. [65] Habac. II, 1. [66] III Reg. XVIII, 15. [67] Psal. CXXII, 2. [68] Exod. XIX, 4.

NOTÆ.

(97*) Τοῦτο ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται.

domum Dei [69]. » Ad quam enim si ventum fuerit, tabernaculum pellitur, ut cujus nullus amplius sit usus. Alibi quoque idem David exclamat : « Quam dilecta sunt tabernacula tua Domine virtutum! Desiderat et deficit anima mea in aulas Domini [70]. » **312** Paulo post idem Propheta inquit : « Beati omnes, qui habitant in domo tua : in sæcula sæculorum collaudabunt te [71]. » Nam firma habitatio, quæ nulli obnoxia est transmigrationi, agnoscitur in domo Dei. Quare in sæcula sæculorum laudibus celebrabunt eum, qui ad ipsum pervenerint. Tabernacula illa grata et accepta sunt his, qui tendunt in aulas Dei, indeque iter maturare gestiunt in domum ejus. Josua itaque cum adhuc incrementa religionis paulatim caperet, intra castra se continet. Nam is, qui adhuc in virtutibus proficit, si extra virtutum consortium se posuerit, plurimum in cœpto cursu læditur. Solius siquidem perfecti est exire castris et in castra se recipere, ut cæteros quoque doceat, et ad virtutem alliciat.

Josua vocatur minister, ut qui jam deputatus et destinatus sit cultui divino.

A Βλάβη γάρ, φησὶ, τῷ προκόπτοντι ἔξω τῆς προκοπῆς χωρεῖν. Θεράπων δὲ κέκληται, διὰ τὸ ἤδη τῇ πρὸς Θεὸν ἦχθαι θεραπείᾳ (98).

Ecce tu dicis mihi : Educ populum hunc, et quis me juvabit, etc. [XXXIII, 12.] Non enim huic labori satis idoneæ sunt et sufficiunt humanæ vires. Opus est divino auxilio. Difficile et laboriosum est gubernare populum, qui suis moratur in sedibus : quanto difficilius et laboriosius est imperitare populo, qui in alias inducitur sedes, et veteres colonos bello ejicere cogitur? Deus dixerat ad Mosen : « Mittam angelum meum, qui præcedat te; » at Moses responderat : « Nisi tu comitatus fueris nos, ne duxeris nos ex isto loco. » Cæterum nullam significationem vel annuentis vel renuentis dederat Deus. Idcirco ait Moses : Tu non indicium fecisti mihi, quis iturus sit mecum.

Ἰδοὺ σύ μοι λέγεις, Ἀνάγαγε τὸν λαὸν τοῦτον, σὺ δὲ οὐκ ἐδήλωσάς μοι, ὃν συναποστελεῖς μετ' ἐμοῦ. Καὶ τίς μοι συνανοίσει, φησὶ, τὸν λαόν; οὐ γὰρ αὐτάρκης ἀνθρώπου φύσις. Οὐδὲ τὸ ψιλῶς γὰρ ἡγήσασθαι λαοῦ ῥᾴδιον· πόσῳ μᾶλλον καὶ μεθισταμένου πρὸς τόπους, πολεμικοὺς ἔχοντας οἰκήτορας; Ἤδη γὰρ εἰπόντος Θεοῦ, « Ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου ἡγούμενόν σου, » ἀποκριναμένου τε, « Εἰ μὴ αὐτὸς συμπορεύῃ μετ' ἐμοῦ, μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν, » οὐδὲν ἐῤῥέθη πρὸς Μωϋσῆν, ὡς ἐπινεύσαντος, ἢ μὴ, τοῦ Θεοῦ. Διό φησι· Σὺ δὲ οὐκ ἐδήλωσάς μοι, ὃς πορεύεται μετ' ἐμοῦ.

Et cum Deum summis votis expeteret et deposceret comitem, infert : « Evidenter video te. » Cui responsum dat Deus : « Ego ipse præcedam te, » id est, Ego et Filius meus unum sumus. Hic est angelus magni consilii, de quo in præcedentibus tibi narravi : per quem antecedam te, et per quem me conspicari poteris.

B Θέλων τὸν Θεὸν ἡγεῖσθαι, φησὶ, « Γνωστῶς ἴδω σε. Πρὸς ὅ φησιν ὁ Θεός· « Ἐγὼ αὐτὸς προπορεύσομαί σου, » τουτέστιν, Ἐγὼ καὶ ὁ Υἱός μου ἕν ἐσμεν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, περὶ οὗ σοι φθάσας εἶπον, δι' οὗ προπορεύσομαί σου, καὶ θεάσασθαί με δυνήσῃ.

Gratiam habes apud me, etc. [XXXIII, 17.] Qui inculpatam vitæ sectatur rationem, is gratus acceptusque est Deo. Quapropter Deus affatur Abrahamum : « Da operam mihi placeas, et sis irreprehensibilis [72]. » Ad hunc modum gratiam in oculis Domini invenit Noachus. Angelus quoque sanctam Virginem sic alloquitur : « Invenisti gratiam apud Deum [72*]. »

Si quædam in nobis fuerit gratia, quæ allubescit Domino, eam Dominus sua compensat gratia, quam impertit virtutis opera patrantibus. Quare Joannes inquit : « Et gratiam pro gratia [73]. »

Ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἡ τοιαύτη χάρις· ἀνθ' ἧς ἡ παρὰ Θεοῦ δίδοται τοῖς κατορθώσασι. Διό φησιν, Ἰωάννης, « Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. »

Alibi dicitur : « Gratiam enim et gloriam dabit [74], » de qua disserens Paulus, inquit : « Abundantius laboravi, non autem ego, sed gratia, quæ fuit mecum [75]. » Et iterum : « Gratia autem Dei sum, id quod sum [76]. » De eadem gratia legitur in Evangelio : « Gratia et veritas per Jesum Christum contigit [77]. » Unigenitus enim exsistens a Patre plenus gratia et veritate, eadem subministrat suis complicibus. Hinc fit, ut Paulus semper exoptando dicat : « Gratia vobis et pax Dei Patris et Jesu Christi. »

Moses itaque consecutus est divinam gratiam, cum prius possideret illam, quæ honestum animi sequitur propositum, de qua scriptum est : « Gratia et amicitia liberæ conditionis censentur. Has conserva tibi, ne dedecore aliquo fama tua sugilletur [78]. »

C Ἔχων οὖν ὁ Μωϋσῆς τὴν ἐκ τῆς προαιρέσεως χάριν· περὶ ἧς γέγραπται, « Χάρις καὶ φιλία ἐλευθεροῖ, ἃς ἐτήρησεν ἑαυτῷ, ἵνα μὴ ἐπονείδιστος γένηται. Ἔτυχεν ἀκωλύτως τῆς ἄνωθεν χάριτος. »

[69] Psal. XLI, 5. [70] LXXXIII, 2, 3. [71] ibid. 5. [72] Gen. XVII, 1. [72*] Luc. I, 30. [73] Joan. I, 16. [74] Psal. LXXXIII, 12. [75] I Cor. XV, 10. [76] ibid. [77] Joan. I, 17. [78] Prov. XXV, 10.

NOTÆ.

(98) Μή τί γε τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Διδύμου, περὶ οὗ ὁ ἐν τῷ 7 ἐδ. Ἄδηλός φησι, τὸν Δίδυμον σκηνὴν λέγειν τὴν προκοπήν;

Καί οἶδά σε παρὰ πάντας. Διχῶς τὸ εἰδέναι Θεόν. A Ἢ καθὸ πάντα οἶδε τὰ ὄντα, καθὸ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον οὐκ ἔστιν· οὐσιώδης γάρ ἐστι γνῶσις, καὶ πάντας ὁμοίως ἐπίσταται.

Et te novi supra omnes, etc. Bifariam dicitur Deus aliquid novisse : aut ea notitia, qua entia omnia novit. Et hæc quidem notitia substantialis est, nec majus minusque recipit. Cum enim illa notitia substantiæ affinis sit, accidit, ut secundum eam omnes æqua notitia agnoscat.

Ideo dicit Job : « Qui novisti mentem hominum, quare me posuisti intercessorem tuum [79]. » In electione Matthiæ orant apostoli : « O Domine, qui novisti corda omnium [80]. » Christus appellat Judæos in hunc modum : « Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus : cæterum Deus novit corda vestra [81]. »

Ἢ καθὸ ἑνοῦται πρὸς τὸ γινῶσκον καὶ τὸ γινωσκόμενον, καθὸ λέγεται, « Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. »

Altera notitia, qua Deus præditus est, habetur illa, qua conjunguntur inter se id, quod notitia percipit, et id quod notitia percipitur. Huc applicetur, ut res magis perspicua sit, illud Scripturæ testimonium : « Novit Dominus, qui sint sui [82]. »

Qui igitur ipsum noverint, ed eum modum ab ipso agnoscuntur. Inquit enim : **313** « Nunc autem cognoscentes Deum, vel potius cogniti a Deo [83]. » Similis ratio est contrarii, si a contrario argumentari velis. Nam ita legitur, « Qui ignorat, ignorabitur [84]. » Deus cum cognoscat suos varie, pro dispositione et habitu illorum a quibus ipse cognoscitur, accidit ut vario quoque modo se illis jungat, secundum proportionem cognitionis, qua conjunguntur Deo. Nam ut alia dona Spiritus sancti dantur secundum analogiam fidei, sic etiam notitia illa divina. Cum igitur præ cæteris mortalibus abundantius cognoverit Deum, evenit ut abundantius præ cæteris quoque a Deo sit cognitus. Exstant et alii, quibus Scriptura sacra assignat perfectionem. Cæterum si intueare perfectionem, nulla visitur differentia. Hi, qui paulatim in religione progressus faciunt, inter sese differunt.

Μήποτε οὖν ὑπὲρ πάντας, τοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν B χρόνον φησίν; ἄμεινον δὲ καθόλου τὸν λόγον νοεῖν ἐπὶ παντὸς τοῦ κατὰ τὴν αὐτὴν ἔχοντος ἁγιότητα Μωϋσεῖ, ὡς καὶ αὐτὸν εἶναι θεράποντα Θεοῦ.

Fortassis intelligit Mosen magis a Deo esse cognitum quam neminem mortalium, qui illo sæculo vixerunt. Certe, ut ego opinor, melius fuerit, ut universaliter ille locus accipiatur de omni, qui eadem, qua Moses, polleat sanctitate, adeo ut et ipse sit Dei minister.

Quare igitur Deus per Ezechielem [85] minatus sua horrenda judicia quatuor, gladium, bestias malas, pestem et famem, inquit ea ventura super universum Israel, cum illa non attigerint Noachum, Jobum et Danielem, neque horum filios et filias ? Nam qua ratione illa judicia mala in ipsos redundassent, cum plurimo temporis intervallo, antequam illa ingruerent, de viventium numero subtracti fuerint Jobus et Noachus ? Si veritatem continet ille sermo, an non possibile fuit, ut isti viri invenirentur tempore judiciorum illorum reformati in sua corpora ? Absit ! sic intelligendus est ille locus : Qui fuerit pius, et in intimam Dei familiaritatem receptus, non quatenus homo solum est, sed quatenus illorum pietatem et virtutem æmulatur, Danielis vel Noachi aut Jobi cognomen ferre credendus est. Exempli gratia : Si quis fuerit perfectus inter suæ ætatis homines coram Deo, is reputatur esse Noachus. Qui in hoc sæculo res adversas patienter fert, propter fortitudinem existimatur Jobus. Qui in divina sapientia tantum profecerit, ut possit vanas redarguere et confundere superstitiones, et ad altiora ascendere, illum tu judicato esse Danielem. Si quis virtutibus, quibus Moses præditus fuit, coruscaverit, qui, inquam, Moses magis elegit affligi cum populo Dei [86], etc., ille tibi sit Moses, huicque competet illud divinum oraculum : « Novi te supra omnes. » Hoc mihi, inquit Moses, certissimum et infallibile signum erit, te nostræ fore profectionis ducem, si tuam faciem videro, id est, si intellectu, non sensuum auxilio, te aspexero. Ut enim oculus nisi externa illa luce illustratus, non cernit entia nobis ob oculos posita : sic mens si fuerit divina scientia illuminata, Deum et alia, quæ venatur intellectus, abripere quit. Ejus rei gratia dicitur : « Puri corde Deum videbunt [87]. » Ut lux externa non ab alio ostenditur, sed semetipsam repræsentat et entia naturalia. Sic dicitur : « Deus visus est patriarchis, » nec scribitur : « Patriarchæ viderunt Deum. » In Evangelio ait de servante præcepta et diligente Christum : « Et ego diligam eum, et manifestabo me ipsi [88]. » In proverbiis Solomonis habetur : « Deus manifestatur his, qui ipsi credunt [89]. »

Ipse præcedam te, et in quietem adducam, etc. [14.] Hæc verba porrigenda sunt ad id, quod supra locutus erat Moses : Non significasti mihi an sis præsto futurus. Tranquillos autem nos reddit, et quiete beat, imponendo finem profectioni. Hoc fit, ubi nostros animos perfecta virtute et certa cognitione instruxerit. Cæterum virtus et vera illa cognitio Numinis dicuntur loca, ad quæ contendit in pie-

[79] Job xi, 11. [80] Act. i, 24. [81] Luc. xvi, 15. [82] II Tim. ii, 19. [83] Galat. iv, 9. [84] I Cor xiv, 38. [85] Ezech. iv, 11 seqq. [86] Hebr. xi, 23. [87] Matth. v, 8. [88] Joan. xiv, 21. [89] Imo Sap. i, 1.

tate et virtute proficiens. Hic omnis sanctus requiescere jubetur, quemadmodum docent sequentia verba : « Quis ascendet in montem Domini? et quis stabit in loco sancto ejus [90]? » — « Quis ascendet, » etc.; hæc verba sunt proficientis. « Quis stabit, » etc.; hæc verba sunt perfecti et jam proficere cessantis, utpote qui fastigium veræ religionis assecutus fuerit, et quasi in cacumen evaserit montis veræ **314** pietatis. Hoc cacumen montis credendum est esse locum qui hic memoratur, Dei. In hunc locum qui emerserit, audit dicentem sibi : « Tu hic sta mecum. » De his, qui incredibilia incrementa sumpserunt ex Evangelii doctrina et perfectionem nacti sunt, loquitur Salvator : « Sunt quidam qui hic steterunt, qui non gustabunt mortem [91]. »

Si non ipse nobiscum ibis, ne me duxeris ex hoc loco, etc. [XXXIII, 15.] Cum perfectis est Deus : imperfectos et ad perfectionem festinantes comitantur angeli. Quod quidem cum haud lateret Mosen, flagitat præsentiam Dei. Nam parvulorum est, ut ab angelis protegantur et defensentur. Proinde ait Salvator : « Ne offenderitis unum ex pusillis istis, qui credunt in me; nam angeli illorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cœlis [92]. » Ab hoc non abhorret illud dictum : « Angelus Domini castra munit in circuitu timentium ipsum, et liberabit eos [93]. » Jeremiam sic alloquitur Deus : « Ad omnes, ad quoscunque misero te, ibis : et quæcunque præcepero tibi, loqueris. Non timebis a conspectu illorum, quia tecum sum ut te eripiam, dicit Dominus [94]. » Jesum filium Nave in hunc modum confirmat : « Esto fortis et viriliter age. Quemadmodum fui cum Mose, ita ero et tecum [95]. » Salvator alloquitur discipulos sic : « Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [96]. » Te igitur, inquit Moses, præeunte, plurimum laudabimur. Nam si in honore est is, qui intima et summa familiaritate cohæret regi terreno, quare nos non immensa gloria exornabimur, si te Deum habuerimus antistitem?

Et hunc sermonem, quem dixisti, tibi faciam, etc. [XXXIII, 17.] Quemadmodum magna benignitate et comiter audivit reliquos sermones pie coram Deo habitos : horum sermonum de numero erat ille, quo usus est deprecando populi culpam, quam commiserant formantes et fingentes vitulum, quem divinis prosequerentur honoribus. Quod vero pro populo intercesserit, satis ipse testatur hisce verbis : « Oravi coram Domino quadraginta diebus totidemque noctibus propter omnia peccata vestra, quæ commisistis [97]. » Sæpius in vasta solitudine, quando contemnebant promissiones divinas vel diffidebant, non cunctatus est seipsum offerre precatorem pro intractabili populo. Etiam in Ægypto pro populo preces ad Dominum fudit, ne involverentur Ægyptiacis plagis.

Transibo ante te gloria mea, et vocabo in nomine Domini, et miserebor quem commisereor, etc. [XXXIII, 19.] Moses magna alacritate repletus est, audiens Deum dicentem : « Et hunc, quem dixisti, tuum sermonem faciam. » Proinde nunc avet Dei cognoscere et perdiscere gloriam. Sed quæ est illa gloria insignis? nimirum unigenitus Dei Filius, de quo pronuntiatum est : « Et videbitur gloria Domini [98]. » Vel intellige gloriam Dei angelicam militiam, qua stipatus incedit Deus. Is erat frater Philippi qui illiuscemodi verbis interpellabat Christum : « Ostende nobis patrem, et sufficit nobis [99]. » Moses quidem viderat hunc in rubo et Sina monte, sed non exacte, verum sub involucro quodam. Nunc ipsum naturæ vivum charactera aspicere exoptat, humana quædam de Deo præsumens, et exquirens ea, quæ ejus intellectus capere non posset. Huic petitioni respondet Deus : « Ego ante te gloria mea transibo. » Tu enim post meam gloriam, quæ ab æterno est, demum creatus es. Sunt etenim ante sæcula, et mea gloria ante omne quod creatum est, Filius, inquam, meus unigenitus. Cum igitur præcessero habens meam gloriam, tu sequeris sicuti decet famulum sequi dominum. Vel sic interpretare præsentem locum : Tu es creatura, proinde censeris inferior Filio meo unigenito. Ergo ego anteibo et vocabo in nomine Domini invitans ad me te, atque adeo omnes, qui digni sunt, ut subjiciantur potestati et dominio Domini.

Quia miserebor quemcunque commisereor. Nam ubique Dei sentitur misericordia. « Plena siquidem est terra misericordia tua [1]. » Hæcque semper sentitur. Nam canitur : « In æternum misericordia ejus [2]. » Qui fit igitur, quod nunc particularis cujusdam misericordiæ mentionem facis? Cæterum misericordia Dei multis variis dicitur modis. **315** Nam misericordiæ remedium implorat, qui resipiscendo ex peccatis cum confessione in hæc verba prorumpit : « Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinum miserationem tuarum dele iniquitatem meam [3]. » Est misericordia secundum quam inquit Paulus : « Misericordiam conse-

A Καίτοι πανταχοῦ τὸ ἔλεός σου. « Πλήρης γὰρ ἡ γῆ τοῦ ἐλέους σου· » καὶ ἀεὶ δὲ τοῦτο· « Εἰς τὸν αἰῶνα γὰρ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Πολλαχῶς τοίνυν τοῦ Θεοῦ ὁ ἔλεος. Ὁ μὲν, ἐπὶ μετανοίας τῶν ἡμαρτημένων, ὥστε μετ' ἐξομολογήσεως εἰπεῖν, « Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. » Καθὸ καὶ Παῦλός φησι, « Διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα. » Ὁ δὲ, τοῖς ἐλεοῦσιν ἐπιγιγνόμενος· « Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Ὁ δὲ τοῖς αἰσθανομένοις τῆς ἰδίας ἀσθενείας πρὸς τὴν τῶν δεόντων κατόρθωσιν, καὶ πρὸς Θεὸν τὴν πεποίθησιν τείνουσι, τὸν δυνάμενον τῶν σπουδαζομένων τὸ τέλος ἐπαγαγεῖν· « Οὐ γὰρ

[90] Psal. XXIII, 3. [91] Matth. XVI, 28. [92] Matth. XVIII, 10. [93] Exod. XIV, 19. [94] Jerem. I, 7, 8. [95] Josue I, 18. [96] Matth. XXVIII, 20. [97] Deut. IX, 25. [98] Isa. XL, 5. [99] Joan. XIV, 8. [1] Psal. XXXII, 5. [2] Psal. LXXXV, 1. [3] Psal. L, 1.

τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Ὁ γὰρ τοιοῦτός φησιν, « Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου. » Καὶ παρὰ τῷ Προφήτῃ φησὶν ἕτερος, « Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ πεποίθαμεν. » Ὁ δὲ, ἐπὶ τοῖς ποθοῦσι Θεὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς εἰς ἔργον ἐκφέρουσι· ποιεῖ γὰρ ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ποιοῦσιν· ὁ δὲ, τοῖς γνῶσιν ἔχουσιν ὀρθὴν πρὸς αὐτὸν, κατὰ τὸ, « Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. » Ἑκάστῳ δὲ τῶν ποιούντων ταῦτα, φησὶν, « Ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἐλεήσω σε. » Οἳ καὶ εὐχόμενοι φασὶ, « Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. » Καὶ, « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ. » Ἐκτὸς δὲ τούτων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀναξίοις ἐπιστάζει τὸν ἔλεον διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν, « Ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἁμαρτωλούς. » Τούτου δὲ τοῦ ἐλέους πλήρης ἡ γῆ. Τοῦ δὲ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν τὸ, « Ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ. »

A cutus sum. Quia ignorans feci [4]. » Est misericordia quæ misericordibus innascitur et obtingit. Nam legitur : « Beati misericordes, quia ipsi misericordiam invenient [5]. » Est misericordia quam adipiscuntur qui sentiunt et cognoscunt se esse imbecilliores quam ut possint exsequi voluntatem divinam, et idcirco confugiunt ad auxilium divinum, certi Deum posse bonum propositum ad debitum finem producere. « Non enim est volentis nec currentis, sed miserentis Dei [6]. » Qui in hunc modum animatus fuerit, forti pectore pronuntiat : « Miserere mei, Deus, quia in te omnes fortunas et spes sitas habet anima mea [7]. » Apud prophetam vociferantur quidam : « Miserere nostri, Deus : quia in te confidimus [8]. » Est misericordia quæ B videtur penes illos, qni summis votis desiderant Deum, ejusque præcepta ad rem conferunt. Siquidem Deus facit misericordiam in millia his, qui ex toto corde diligunt ipsum, et præcepta ejus in effectum perducunt [9]. Est misericordia qua vigent, qui recte ipsum cognoscunt, secundum illud Scripturæ oraculum : « Extende misericordiam tuam his qui te cognoscunt, et justitiam tuam rectis corde [10]. » Singulis autem, qui illa faciunt, ait : « Misericordia æterna commiserabor te [11]. » Hi in suis precibus inquiunt : « Cito præveniant nos commiserationes tuæ, Domine, quia ad inopiam redacti sumus valde [12]. » — « Et tu, Domine, ne elongaveris a me commiserationes tuas [13]. » Non solum in istos, quos modo recensuimus, extendit suam misericordiam Deus, sed etiam indigni divinam experiuntur misericordiam, ut ex illo patet, quod « solem suum exoriri sinit super justos et peccatores [14]. » Hæc misericordia in universum sparsa est orbem [15]. Ad misericordiam, quæ ad nos pertinet, trahendum est illud proloquium Scripturæ : « Miserebor cujuscunque misereor. »

Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam et vivet, etc. [20.] Quamvis plurima quæ petivisti, a me accipias, me, inquam, commiserante quem commiserebor : attamen non consequere hoc, quod poposcisti, ut meam videas faciem. Nam moriciur quicunque impossibilia cognoscere aggreditur : quod cum homo sit, instituerit rimari et perscrutari quæ reluctantur humano intellectui. « Nemo enim hominum Deum vidit, nec videre potest [16]. » Isaias conspexit faciem ejus velatam. Abyssus ut vestimentum quo amicitur. Quod vero humano ab intellectu capi nequeat, caligo argumento est. Si enim hi, qui in cœlum ascendere nitebantur, re infecta a cœpto cogebantur desistere opere, quanto magis frustra laborabit, qui Deum cernere temerario ausu conabitur? Cæterum Deum conspicatur non homo, sed qui vitam carnalem excedit, et angelorum vitam vivit secundum fidem parvulorum, quorum angeli semper contuentur faciem Patris, qui est in cœlis [17]. Nam exuta mortali hac vita, qui puri fuerint corde, conspicient Deum. Et in hoc sæculo fortassis, qui non secundum carnem ambulant secundum proportionem qua ex parte cognoscunt, ut dicant : « Significatum est super nos lumen vultus tui, Domine [18]. » — « Ostende faciem tuam, et servabimur [19]. »

Πρόσωπον δὲ Θεοῦ τοῦ ἀσωμάτου, ἢ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ὅς καί φησιν, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Ἢ γοῦν ἡ προηγουμένη περὶ αὐτὸν θεολογία, τῆς περὶ δημιουργίας αὐτοῦ καὶ προνοίας ἀντιδιαστελλομένη. Διττὴ γὰρ ἡ θεολογία. Ὧν ἡ πρώτη, περὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ διαλέγεται· ὅπερ λέγεται πρόσωπον ἀθεώρητον· Κατὰ γὰρ τὴν δευτέραν, δυνατὸν αὐτοῦ θεωρεῖσθαι τὸ πρόσωπον. Διὸ καὶ Μωϋσῆς ἐπεύχεται τῷ λαῷ· « Ἐπάραι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ, καὶ εὐλογήσαι σε· « ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ δῴη σοι εἰρήνην. » Τούτου τοῦ προσώπου γέγονεν ἔξω Κάϊν, μηκέτι δημιουργὸν, μηδὲ προνοητὴν λογισάμενος.

C Facies Dei incorporei est, aut character substantiæ ejus [20], qui inquit : « Qui videt me, videt et Patrem [21]; » aut ejus theologia, quæ edocet ipsius opificium hoc insigne, et enarrat ipsius providentiam. Duplex enim est theologia. Prima theologia versatur circa essentiam Dei. Hæc essentia dicitur facies invisibilis neminique mortalium visa. Altera autem theologia docet nos secundam Dei posse videre faciem. Quapropter optat populo Moses, inquiens : « Leva faciem tuam, et da populo pacem [22]. » Hanc Dei faciem nescivit, imo abnegavit Cain, cum Deum reputaret haud amplius creatorem, nec amplius providentiam in sua porrigere opera.

[4] I Tim. I, 16. [5] Matth. v, 7. [6] Rom. IX, 16. [7] Psal. LVI, 1. [8] Isa. XXXIII, 2. [9] Jerem. XXXII, 18. [10] Psal. XXXV, 10. [11] Isa. LIV, 8. [12] Psal. LXXVIII, 8. [13] Psal. XXXIX, 12. [14] Matth. V, 45. [15] Psal. XXXII, 5. [16] I Tim. VI, 16. [17] Matth. XVIII, 10. [18] Psal. IV, 7. [19] Psal. LXXIX, 8. [20] Hebr. I, 3. [21] Joan. XIV, 9. [22] Num. VI, 25, 26.

Ecce penes me locus, quem ostendo tibi et stabis super petra, etc. [XXXIII, 21.] Deus **316** consolationem adhibet. Mosi indicando sui visionem, quatenus homini mortali fas sit divina visione frui.

Locus ille, qui penes Deum est et petra dicitur est verus animi seu mentis de theologia conceptus. Hoc siquidem nomine Salvator Petri confessionem dignatus est. Huic astipulatur et hæc Scripturæ sententia: « In petra exaltavit me [23]. » Huc aptetur et illud: « Collocasti super petram pedes meos [24], » nimirum super sincerum et incorruptum Dei sermonem, qui est spiritualis petra. Locus autem non intelligendus est secundum prædicamentum quantitatis. Deus etenim non est corpus.

Plurimæ enim loci sunt significationes et notæ, quemadmodum etiam hoc: « Et factum est, ut esset in quodam loco orans [25]. » Et hoc: « Non movebitur homo ex loco suo in die Sabbati [26]. » Aut locus intelligitur anima pura, quæ facta est templum Dei, quemadmodum monere videtur illud dictum: « Fuit in pace locus ejus [27]. » Locus namque in pace est, nec pax in loco. Deus siquidem habitat in animo ab omnibus perturbationibus libero, et ambulat in animo, qui habet pacem, quæ superat omnem intellectum. At in perturbato et confuso animo domicilium habet is, qui impellit et instigat filios inobedientes. Non igitur ab re præcipitur: « Ne occidat sol super iram vestram, neque dederitis locum diabolo [28]. » Nam Dei Filius cum Patre sedem habet in filiis, qui non agitantur affectuum procellis, et conservant sermonem ejus pellentem fortiter omnes affectus. Locus quoque significat ordinem et gradum, ut patet ex electione Mathiæ et Josephi, cum dicerent sancti et divini discipuli: « Ostende quem elegeris ex his duobus unum ut accipiat locum ministerii hujus et apostolicæ functionis, qua excidit Judas [29]. » Locum nominant quem Paulus vocavit gradum, dicens: « Qui bene ministraverint, gradum sibi bonum parant [30]. » Locus significat quoque Dei præsentiam, ut docuit Jacob, dicens in visione scalarum a terra in cœlum surrectarum: « Quam terribilis est locus iste. Ego autem non noveram [31]. » Idem constat ex illo exemplo, quando Moses cum delecta manu Israelitarum ascendit in montem, cum viderunt locum in quo steterat Deus Israel. « Sub pedibus ejus erat quasi opus lateris lapidis sapphiri: et quasi vultus firmamenti quando sudum est [32]. » Locum hic accipit, in quo Dei præsentiam intellexerunt pedibus ejus constanter collocatis in latere sapphirino, scilicet in practica virtute. Speculatio enim rerum intelligibilium comparatur puritati et serenitati, cœli. In hunc locum qui ascenderit, alitur pane veritatis, et saturatur fructu ligni vitæ. Bibit ex fonte vitæ, et ex vino, quod in suo cratere temperavit sapientia [33]. In hunc modum deliciis delibuti fuere Moses et ejus

A Ἔστιν οὖν ὁ παρ' αὐτῷ τόπος, πέτρα καλούμενος, ἡ περὶ θεολογίας ὀρθὴ διάληψις. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν ὁμολογίαν Πέτρου κέκληκεν ὁ Σωτήρ. Τούτῳ σύμφωνον καὶ τὸ, « Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με. » Καὶ τὸ, « Ἔστησας ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. » Δηλαδὴ ἐπὶ τὸν ἀῤῥαγῆ τοῦ Θεοῦ λόγον, ὄντα πέτραν πνευματικήν. Ὁ δὲ τόπος οὐ κατὰ τὸ ποσὸν νοηθήσεται. Οὐ γὰρ σῶμα Θεός.

Πολλὰ γὰρ τοῦ τόπου τὰ σημαινόμενα. Ἢ τὸ ποσὸν, ὡς τὸ, « Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἔν τινι τόπῳ προσευχόμενον. » Καὶ τὸ, « Οὐ κινηθήσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου. » B Ἢ ψυχὴ καθαρὰ, ναὸς Θεοῦ γενομένη, ὡς τὸ, « Ἐγένετο ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ. » Ὁ τόπος γὰρ ἐν εἰρήνῃ, οὐκ εἰρήνη ἐν τῷ τόπῳ. Θεὸς γὰρ ἐν ἀταράχῳ ψυχῇ κατοικεῖ καὶ περιπατεῖ, τῇ ἐχούσῃ τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν εἰρήνην· ὡς ἐν τῇ τεταραγμένῃ ὁ ἐνεργῶν ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. « Μὴ ἐπιδυέτω γὰρ ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, μηδὲ δῶτε τόπον τῷ διαβόλῳ. » Ἐν γὰρ τοῖς ἀπαθέσιν ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς ποιεῖται μονὴν, τηροῦσι τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν ἐξελαύνοντα πάθη ψυχῆς. Δηλοῖ δὲ ὁ τόπος καὶ τάξιν τινὰ καὶ βαθμὸν, ὡς ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ Ματθίου καὶ Ἰωσὴφ οἱ θεῖοί φασι μαθηταί· « Ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τῶν δύω τούτων ἕνα, λαβεῖν τὸν τόπον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἀφ' ἧς παρέβη Ἰούδας. » Τόπον γάρ φασιν, ὃν βαθμὸν ἐκάλεσεν ὁ C Παῦλος, εἰπὼν, « Οἱ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται. » Σημαίνει ὁ τόπος καὶ Θεοῦ παρουσίαν, ὡς ἐδήλωσεν Ἰακὼβ, λέγων, ἐπὶ τῇ θέᾳ τῆς κλίμακος, « Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. » Τοῦτο δηλοῖ καὶ τὸ περὶ Μωϋσέως, καὶ τῶν συναναβάντων αὐτῷ, ὅτε εἶδον τὸν τόπον, οὗ εἱστήκει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ· « Καὶ τὸ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἔργον πλίνθου λίθου σαπφείρου, καὶ ὡς εἶδος στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ τῇ καθαριότητι. » Τόπον γάρ φησιν ἔνθα Θεοῦ παρουσίας νόησιν ἔλαβον, τῶν ποδῶν αὐτοῦ βεβαίως ἱδρυμένων ἐν πλίνθῳ σαπφειρίνῃ, τῇ πρακτικῇ ἀρετῇ, καὶ εἴδει στερεώματος οὐρανοῦ, τῇ σοφίᾳ. Νοητῶν γὰρ οὖσα θεωρία, τῇ καθαριότητι τοῦ οὐρανοῦ παραβάλλεται. D Ἐφ' ὃν τόπον ὁ φθάσας τρέφεται, μεταλαμβάνων τοῦ ἄρτου τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ πίνει ἐκ τῆς πηγῆς τῆς ζωῆς, καὶ τοῦ οἴνου, ὃν ἡ σοφία εἰς τὸν ἑαυτῆς ἐκέρασε κρατῆρα. Οὕτως δὲ περὶ Μωϋσέα κατετρύφησαν τοῦ Κυρίου, ὀφθέντες ἐν τῷ τόπῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ φαγόντες καὶ πιόντες. Ὁ δὲ τόπος δηλοῖ καὶ τὴν εἱρμοῦ τινος ἀκολουθίαν, καθὸ λέγεται, « Μὴ ἐκδικοῦντες ἑαυτοὺς, ἀγαπητοί· ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, Ἐμοὶ ἐκδίκησις. » Ἐμποδίζει γὰρ ἐκδι-

[23] Psal. xxiv, 5. [24] Psal. xxxix, 2. [25] Luc. xi, 1. [26] Exod. xvi, 29. [27] Psal. lxxv, 2. [28] Ephes. iv, 26, 27. [29] Act. i, 24, 25. [30] I Tim. iii, 13. [31] Gen. xxviii, 17. [32] Exod. xxiv, 10. [33] Prov. ix, 2.

χήσει Θεοῦ παρεπομένη τοῖς ἀδίκοις ὁ ἑαυτὸν ἐκδικῶν, τὸν τῆς προνοίας διακόπτων εἱρμόν. Τοιοῦτόν πως καὶ τὸ περὶ τοῦ Ἡσαῦ εἰρημένον· «Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν. Οὐ γὰρ ὃν δεῖ τρόπον τὴν εὐλογίαν ἐζήτησε, καίτοι μετὰ δακρύων δόξας τοῦτο ποιεῖν.» Οὐ γὰρ ὡς ἀνάξιος γεγονὼς ἐλυπήθη· ἀλλ' ὡς μὴ τυχὼν αὐτῆς, μὴ πρὸς ἀξίαν ἑτοιμασάμενος. Τόπος παρὰ τοῖς ἔξω, καὶ ἡ γενικὴ λέγεται πρότασις, ἐφ' ἣν αἱ κατὰ μέρος ἀνάγονται τῶν διαλεκτικῶν προβλημάτων ἐπιχειρήσεις. Τοσούτων ἐκ τοῦ τόπου σημαινομένων, νῦν ἔοικε δηλοῦσθαι ὁ προσήκων βαθμός. Ἔστι γάρ τις τάξις μετὰ πᾶσαν προκοπήν, στάσις οὖσα διὰ τὸ βέβαιον, καὶ πέτρα στεῤῥά, χορηγοῦσα γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐφικτήν. Ἀλλὰ καὶ πέτρα Χριστός, ἡ τόπος οὖσα παρὰ Θεῷ. Καὶ ὁ Λόγος γὰρ ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Ὁποῖον καὶ τό, «Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.» Ὁ στὰς ἐν τούτῳ, θεωρεῖ τὸν Πατέρα. «Ὁ ἐμέ, γάρ φησιν, ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν Πατέρα.» Εἰ δὲ ὡς παρὰ τοῦ Υἱοῦ λέγεται τό, Ἰδοὺ τόπος παρ' ἐμοί, τὸν Πατέρα νοήσομεν. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς ἀποκαλύπτει τὸν Πατέρα, οὕτω Πέτρῳ καὶ Παύλῳ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἀπεκάλυψεν. Ὁ μὲν γάρ, ὡς ἐκ Πατρὸς μαθὼν τὸν Υἱόν, μακαρίζεται· ὁ δέ φησιν, «Ὅτε ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί.»

A comites visi in loco Dei edentes et bibentes [44]. Præterea locus habet interdum significationem torquis, seu significat concatenationis ejusdem seriem et consequentiam, quæ Deus dicitur. Proinde præcipitur nobis : « Non ulciscentes vosmetipsos, dilecti. Sed date locum iræ. Novimus enim illum, qui dixit : Mihi vindicta [45]. » Propria enim sive privata vindicta impedit Dei vindictam, quam injustis infert. Qui semetipsum vindicat, Providentiæ seriem sive concatenationem intersecat. Huic non dissimile, quod de Esau Scriptura sacra pronuntiat. « Nullum enim veniæ et pœnitentiæ locum reperit. Nam non eo modo, quo oportebat, benedictionem exquisivit, licet videretur lacrymis obortis illam exoptare [46]. » Siquidem non B tristitia affectus est, quod non adeptus est benedictionem, quod ea indignus duceretur : sed tristitiam concivit, quod negligens fuisset, nec se decenter parasset et instruxisset ad benedictionem acquirendam. In externis disciplinis a dialecticis appellatur locus propositio generica, ad quam particularium propositionum diriguntur epicheiremata, ut notum est dialecticis. Cum tot significationes habeat locus, nunc videtur significari sub isto nomine gradus cuilibet conveniens. Est siquidem gradus quidam etiam summæ perfectionis. Is est status quidam ob suam firmitatem et soliditatem, appellaturque **317** petra solida suppeditans hominibus Dei notitiam quatenus fas est homini Deum novisse. Cæterum petra est Christus, et hæc petra est locus apud Deum [47]. Nam Sermo erat apud Deum, et Deus erat ille Sermo [48]. Huic affine est et illud : « Apud te est fons vitæ. » « In luce ejus videbimus lucem [49]. » Qui in illo loco consistit, is videt Patrem. Nam, « Qui me, inquit, vidit vidit Patrem [50]. » Si autem existimemus a Filio dici : Ecce locus apud me, etc., intelligamus Patrem esse locum. Ut namque Filius nobis manifestat Patrem sic Petro et Paulo revelavit Filium Pater. Petrus beatus pronuntiatur, quod Filium didicerit Patre retegente. Paulus inquit : « Quia placuit Deo, qui segregavit me ab utero materno, ut manifestet Filium suum per me [51]. »

Quando autem transiverit gloria mea, constituam te in foramine petræ, et tegam te manu mea, etc. [XXXIII, 22.] Cum enim Dei gloria præcesserit universam creaturam, merito nunc præterit, secundum tenorem hujus proloquii : « Glorifica me ea gloria, quam habui apud te priusquam mundus esset [52]. » Foramen petræ commemoratur, quia nequimus ad plenam perfectionem, quantisper in hoc mundo degimus, pervenire. Sed subinde ex ipso haurimus, quemadmodum docet evangelista : « Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus [53], » ex parte cognoscentes et prophetantes. Quapropter sufficiat his, qui nequeunt petram omnem foris circuire, si consistendi copia data sit in foramine petræ. Deus autem solus laudibus vehatur, qui dignum posuit in foramine petræ; qui posuit luminaria in firmamento cœli ; qui posuit Adamum in paradisum ut hunc divinum in morem coleret. Moses collocatur in foramine petræ, ut videat ea quæ sunt post Deum, per quæ mystice declarantur posteriora petræ scilicet Filii unigeniti. Plurimæ sunt petræ falso dictæ, ut unusquisque illorum, qui audet pronuntiare : « Ego sum Christus. » In tertio Regum plurali numero enuntiantur petræ, quæ vitio non carent. Nam Elias stans in monte vidit ventum magnum et violentum, dissolventem montes, et comminuentem petras [54]. » Siquidem divinus Spiritus conterit omnem celsitudinem, quæ se extollit et insurgit contra cognitionem Dei. Perdet namque sapientiam falso nominatorum sapientum : et prudentiam prudentum irritam faciet [55]. Naum inquit : « Furor ejus liquat potestates, » nimirum illas, cum quibus perpetua lucta est sanctis ; « et petræ ab ipso confractæ sunt [56], » nimirum dolosi et fraudulenti sophistæ qui subeunt fraudulente et deceptorio animo petram veram, quæ est Filius unigenitus, et videntur habere foramina, in quibus deprehenditur morari superbus et fastuosus diabolus, ad quem spectat sequens prophetia : « Superbia cordis tui te elatum facit, te, inquam, habitantem in foraminibus petrarum [57] ; » at hæ, in quibus con-

[44] Exod. XXIV, 11. [45] Rom. XII, 12. [46] Hebr. XII, 17. [47] I Cor. X, 4. [48] Joan. I, 1. [49] Psal. XXXV, 9. [50] Joan. XIV, 9. [51] Galat. I, 15, 16. [52] Joan. XVII, 5. [53] Joan. I, 16. [54] III Reg. XIX, 11. [55] Isa. XXIX, 14 ; I Cor. I, 9. [56] Naum I, 6. [57] Abdiæ I, 3.

sistit diabolus, petræ, patent in profundum. Opus itaque habemus Deo commonstrante nobis suam sapientiam et corrumpente sapientiam sæculi hujus, quam non sonat Paulus magnus [58]. Opus est illa sapientia, inquam, quam reconditam in mysterio enarrat Paulus. Cui sapientiæ si appropinquaverint etiam illi, qui reliquas petras obtinent, vincuntur, et quasi devorantur ceu virgæ præstigiatorum Ægypti, quas deglutiebat virga Aaronis, quæ ferebatur veritatis sceptrum, secundum illud oraculum : « Absumpta sunt, quæ cohærebant petræ [59], » scilicet potentes eorum, ut virgæ incantatorum Ægypti absumebantur a virga Aaronis. Hæc siquidem erat sceptrum veritatis. Hac virga, scilicet effectrice sua et insigni potentia, quasi in petra abditum tuetur vere religioni et pietati consecratum, ut innoxius et illæsus conservetur, nullo scilicet valente rapere illum, quem divina potentia tuetur. Cæterum manus imponitur theologo donec transeat ille, qui antecedit sæcula, nec tamen locali circumscriptione, sed intellectu apparens omnes antecedere creaturas. Reducta vero manu Moses conspicatur posteriora Dei, cum faciem ejus cernere inter impossibilia **318** connumeretur. Cum enim conspicere nequeas essentiam Dei, quæ antecedit æternitatem, potes tamen aliquo modo ex magnitudine et pulchritudine creaturarum Deum speculari. Nam quæ sunt invisibilia ipsius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur [60]. Huic consentit et illud oraculum : « Attollite oculos vestros et videte, quis commonstravit hæc omnia ? qui profert secundum numerum ornatum illorum, omnes suo nomine vocabit [61]. » Præterea artifices, quos ignoramus, cognoscimus ex operibus. Si autem Filius Dei illa verba elocutus est ad Mosen, profecto sciendum est, Filii æternam essentiam sive divinam naturam dici faciem Dei. Posteriora vero intellige Filii incarnationem seu humanam naturam.

Sculpe tibi duas tabulas lapideas instar priorum, etc. [XXXIV, 1.] Operæ pretium duxi paulo altius repetere, quæstione siquidem dignum est, quid causæ sit, cum Scriptura toties testetur Mosen vidisse Deum, præsertim hisce verbis : « Coram colloquebatur cum Mose sicuti quis colloquitur cum suo amico, » etc., nunc vero poscit ut sibi appareat Deus quasi is, qui toties se videndum exhibuerit, nondum Mosi apparuerit et visus sit. Deus nunc quidem annuit, nunc vero abnuit, ut qui petat impossibilia. Proinde vota corrigat, et prudentius optet. Præterea memorat figuræ partem posteriorem. At omnis figura finita est seu finem habet. Quidquid finitum est seu finem habet, censetur corpus. Omne corpus est compositum. Quidquid compositum est, id corruptioni et dissolutioni obnoxium est. Cæterum corruptio est compositi corporis destructio. Ecquid cernis ad quas absurditates quis deducat Deum, si quis præsentem locum accipiat secundum litteram. Si secundum litteram pars perceptu impossibilis habetur, multo minus totum capi poterit. Nam totum ex partibus componitur. Quid igitur de loco, de petra, et foramine et de cæteris pronuntiabimus? Quemadmodum gravia corpora naturaliter moventur deorsum, si nihil obstat, ita anima liberata ab omnibus affectibus, qui terrena sapiunt, liberum ad suprema habet motum. Nam summi boni ea natura est, ut ad sese attrahat et miris modis quidvis ad sese alliciat. Ad summum igitur bonum sublimis evectus animus, non amplius tergum Dei, sed faciem contuetur, et ad hunc sublimia volatum nonnihil animatur ex his quæ antea fuerat a Deo edoctus, sicut Moses nullum sibi terminum vel finem proponens, dum ascendit mente in cœleste domicilium. Verum semel insistens scalis, quas erexit Deus, quemadmodum monet Jacob, semper proximum superans gradum, non cessat ad summitatem vel fastigium ascendere, cernens uno gradu superato semper superasse alium. Proinde majore cupidine agitatur conscendendi sequentem gradum, ut qui magnos perceperit fructus hujus laboris, dum per cæteros incederet. Hinc Moses, cum tot tantorumque miraculorum et perfector et spectator fuisset, nunc petit videre faciem Dei, non quasi eum cernere possit, sed ut declaret se audentissimum amatorem esse summi boni semper comparentis. Hujus imaginem se cupere recipere ostendit ab ipso summi boni archetypo. Cœlestis vox dat, quod petierat. Annuit quidem se postulata facturum, non tamen satietatem et quietem desiderii pollicetur. Nec enim semetipsum videndum exhibuisset, si visio sui desiderium videntis satiare quivisset. Nam is vere conspicatur Deum, quem nulla tanquam Dei videndi capit satietas ; sed quanto magis cernit, tanto magis magisque aspicere desiderat. Nec tamen arbitrare faciem Dei, si conspiciatur, mortis esse causam, absit. Quæ enim ratio patitur, ut facies, quæ vitæ auctor est, importet mortem? Quia vero Numen vitam omnibus suppeditat, et extra omnem cognitionem situm est, qui Deum putat id esse, quod notitia assecutus est, is recedens ab eo, qui vere vita est, vitæ expers est. Quod vita caret, quo pacto vitam elargietur? Expletur igitur Mosi animus; at cupiditas divinæ fruitionis manet insatiabilis. Simul docetur Moses, Numen esse infinitum. Nam quidquid finitum est, id si vel sensu vel cogitatione **319** ceperis, semper finem quoque consideras. Finis vero est ejus, quod finitur, ambitus et complexus. Id vero, quod rem ambit et continet re, quam ambit et continet, majus est, et alii subditur generi. Itaque si litteralem sequi placuerit sensum, absurda hæc quoque prædicabuntur de Deo. Si naturaliter pulchrum perhibetur Numen, certe id, quod alii subjicitur generi, non habetur pulchrum. Qua ratione igitur id, quod deforme et turpe fuerit, continebit et cinget illud, cujus evidentissima pulchritudo conspicua est? Secundum hanc argumentationem turpe imperitabit pulchro idque continebit, quod quidem omnium calculus absurdum judicaverit. Non igitur Numen ponendum est inter illa, quæ ab aliis ambiuntur et continentur. Nemo

[58] I Cor. III, 19. [59] Psal. CXL, 6. [60] Rom. I, 20. [61] Isa. XL, 26. [62] Exod. XXXIII, 11.

unquam accurrendo ad Numen satiatur : et hoc vere est conspectu Dei frui, si quis nulla unquam videndi capitur satietate. Oportet eum, qui mentis oculos in Deum convertit, semper accendi majore videndi desiderio. Non igitur ostendendo locum quantitate circumscribi Deus credendus est. Imo cum Deus adverteret, Mosen affectare subinde ex modo parta notitia aliam notitiam, ipsum ex finita illa circumscriptione ad infinitum perducere satagit. Inquit enim illi, cui semper augetur discendi et cognoscendi studium, apud se esse locum, in quo curriculum divinæ visionis peragenti nunquam occursura sit quies, sed quanto magis proficiat, tanto major proficiendi ardor sit insecuturus. At ille cursus alia ratione appellatur status. Quapropter ait : « Constituam te super petram [63]. » Quanto enim quis solidius perseverat in ipso bono, tanto fortius incepto virtutis itinere procedit, scilicet si quis ex profundo luto, secundum Davidis vaticinium [64], traxerit pedes, eosque collocaverit super petram. At petra est Christus [65]. Talis, ceu pennis et alis fretus perseverando constanter in summo bono, plurimum juvatur ad profectionem, quæ in sublime tendit. Paulus petræ receptaculum, quod hoc loco nominatur foramen, vocat domum non manufactam æternam in cœlis [66], quæ reservatur illis, qui bona spe suffulti terrenum hoc domicilium exuunt. Revera enim, qui perfecerit cursum suum in hoc lato et spatioso stadio, quod Scriptura vocavit locum : et fidem conservaverit, id est, solide pedes collocaverit super hanc petram, is, inquam, coronabitur justitiæ corona a Domino, qui nobis illud certamen proposuit. Munus, quod tribuitur cursum recte suum absolventibus, variis nuncupatur nominibus, scilicet foramen petræ, tabernaculum paradisi, mansio apud Patrem, patriarchæ sinus, locus viventium, aquæ quietis et tranquillitatis, superna Jerusalem, regnum cœlorum, præmium vocationis, corona gratiarum, corona voluptatis, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, lætitia convivalis, Dei concilium, thronus judicii, locus inclytus, tabernaculum absconditum. In hæc omnia ingressus est Moses voti compos factus in petra Christo, in quo omnes bonorum thesauri sunt reconditi. Qui namque in bono constanter persistit, in Christo, qui omne bonum continet, permanet. Hic munitur et diligentissime defenditur Dei manu scilicet unigenito sermone, per quem omnia facta sunt : qui quoque currentium locus et cursus est : constantes illum agnoscunt petram : quiescentes hunc confitentur domum. Tunc audiet vocantem, et post vocantem erit. Nam Deum sequetur, ut lex præcipit. Ab hoc non dissonat, quod dicitur : « In his, quæ succedunt præcordiis (vel quæ sunt post præcordia), obumbrabit tibi. » Nam dorsum succedit præcordiis. Huc facit et sequens oraculum : « Adhæsit anima mea post te, et dextera tua apprehendit me [67]. » Non igitur inconvenienter dicitur, manum Dei impositam esse ei, qui consistens in petra exspectabat divinam vocem, et Deum præcessorem sequi avebat. Ad hunc modum Christus enucleans suam legem, inquit : « Si quis vult post me venire [68], » nec ait : Si quis vult ante me ire. Supplicanti super æterna vita, dicit : **320** « Veni huc, et sequere me [69]. » Docetur itaque Moses, videre Deum nihil esse aliud, quam Deum sectari. Nam Dei transitus præmonstrat Mosi qua ipsi sit iter faciendum. Ita possit quis tuto iter facere etiam itineris ignarus, si modo recta sequatur eum, qui viam commonstrat, nempe Deum. Nam qui transverse itinere incedit, aut occursat Deo, qui se itineris ducem præstat : is, inquam, novam et insolitam parat profectionem. Quod præcipit : « Non videbitur tibi facies mea, » etc., est monentis, ne velit se opponere vultui divino, neve præsumat ex adverso cursum suum perficere. Nam bonum se non opponit bono, sed placide sequitur. Se opponere summo bono, non virtutis sed vitii est. Qui se opposuerit non vivet ; nemo siquidem videbit faciem Dei et vivet. Et vocabo in nomine Domini, etc., Filius scilicet in nomine Patris

Λάξευσον σεαυτῷ δύω πλάκας λιθίνας, καθάπερ καὶ αἱ πρῶται. Ἐπὶ λιθίνων εἰκότως ὁ νόμος, ὡς ἂν μένῃ διηνεκῶς ἡ Γραφή. Καθόλου γὰρ ἀρχαῖον τὸ ἐν στήλαις ἀναγράφειν τὰ μυστικά· ὡς κατὰ τοῦτο, καὶ τὴν καλουμένην ἱερογλυφικὴν σοφίαν συνίστασθαι.

A *Sculpe tibi duas tabulas lapideas quemadmodum priores*, etc., usque ad hunc locum : *Nemo conspicietur in omni monte*, etc. [3.] Lex inciditur lapideis tabulis, ut perpetuo maneat, nec ullam abolitionem illa Scriptura sentiat. Nam vetusta consuetudo obtinuit, ut mysteria insculperentur statuis. Ab hoc principio hieroglyphica ars originem sumpsit.

Aiunt angelos transgressores ante diluvium, quædam arcana aperuisse mulieribus, cum quibus habuerant stupri consuetudinem : ut hæc innotescerent illi sexui, inscripta sunt petris. Atque ista omnia in hunc adhibebantur usum, ut mulieres sibi caverent, et subterfugerent impendentem totius mundi inundationem, ut quibus hæc foret litteris in petras insculptis prænuntiata. Quapropter Deus, ne quid a solita consuetudine videretur immutare, lapideis tabulis inscripsit legem virtute Spiritus sancti, quem cum nominasset Matthæus *spiritum Dei* [70], eumdem quoque vocavit *digitum Dei* Lucas [71]. Huc respexit Paulus dicens : « Qui dignos nos judicavit ministros novi testamenti, non litteræ sed Spiritus. Nam littera occidit, spiritus autem vivificat [72]. » Deinde infert : « Si ministerium mortis in litteris, insculptum in lapidibus, factum est in gloria : multo magis ministerium spiritus erit in gloria [73]. » Et alibi in hunc modum idem disserit Apostolus : « Manifestati, quod sitis

[63] Exod. xxxiii, 21. [64] Psal. xxxix, 3. [65] I Cor. x, 4. [66] II Cor. v, 1. [67] Psal. lxii, 9. [68] Luc. ix, 23. [69] Matth. xix, 21 [70] Matth. xii, 28. [71] Luc. xi, 20. [72] I Cor. iii, 6. [73] II Cor. iii, 7, 8.

exempla Christi ministrata a nobis : et scripta non atramento, sed spiritu Dei viventis ; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus [74]. » Cum igitur Deus primo parasset cordis tabulas suo spiritu, suo quoque spiritu suas impressit et incidit leges. His autem corruptis, alias, de quibus Mosen nunc interpellat, quilibet per pœnitentiam præparat tabulas. Nam post puerilem ætatem divinitus nobis infunditur naturali quadam ratione judicium, quo discernimus bonum a malo, scilicet hoc esse fugiendum, illud vero eligendum. Hoc est illud, quod peculiari nomine vocatur jus naturale. At adeo corrupti sumus ex primæva illa transgressione, ut confundamus inter se boni electionem et mali fugam, et alterum pro altero eligamus. Quamvis priores tabulæ confractæ sint, non tamen oportebat etiam jus naturale nobis inscriptum aboleri et exstingui. Proinde jubemur per opera pœnitentiæ secundas expolire tabulas, quas in manus accipientes, id est, bonis operibus communiti ascendamus in montem, in quem vocamur. Quo ubi venerimus, ipse Deus inscribet illis tabulis, quæ in priores insculpserat. Secundam legum lationem nobis etiam propheta commonstrat, dicens : « Disponam ipsis testamentum novum, non secundum testamentum, quod ordinavi patribus illorum in die, quo apprehendi manum illorum, et eduxi eos ex terra Ægypti. Quia non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus. At hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in mentem illorum, et in corda illorum inscribam eas [75]. » Habitu differt lex, quæ præcessit corruptionem tabularum et quæ secuta est hanc. Lex quæ antecessit corruptionem tabularum, habuit judicium et facultatem discernendi bonum a **321** malo. At lex, quæ comitata est peccatum, solum habitu differt a priore, eadem exsistens, quemadmodum memoria oblivione exstincta eadem cum illa est, quæ oblivionem sequitur : quemadmodum virtus, quæ intercessit peccatum, differt a virtute quam pœnitentia parit ; quemadmodum pristina sanitas differt ab ea sanitate, quæ recuperata est propulso morbo. Ut autem quis suscipiat secundam legem, paret se in tempus matutinum, initium capiens spiritualis diei, quem Sol justitiæ parit, ut dicere queamus : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit [76]. » Deinde ascendens occupet locum solidum et immobilem in monte. Qui non in hunc modum fuerit affectus, non scandet illum montem, nec in illo requiescet. Mons autem ille sub typo quodam præ se fert spiritualem montem, de quo propheta vaticinatur : « Apparebit mons Domini in novissimo dierum [77]. » Et quis ille mons ? scilicet Filius Dei. Hunc in montem licet subinde proficiendo ascendere, et perfectione potitum in summitate consistere. In hunc enim modum legitur : « Quis ascendet in montem Domini ? aut quis stabit in loco sancto ejus [78] ? » Per dictionem, *quis*, intelligit raro tales reperiri, qui in hunc montem ascendant. Quod vero ita se res habeat, satis declaravit per subjectum responsum : « Innocens manibus [79], » etc. Nam qui iter affectat in hunc montem, eum oportet accedere instructum practicis et speculativis virtutibus. In istum montem se recipere jubetur is, qui adit laborem annuntiandi Evangelium, siquidem propheta inquit : « In montem excelsum ascende, qui Evangelium objicis Jerusalem [80]. » Huc non cujus ascendere datur.

Quapropter neminem voluit una cum Mose in sublimem illum locum scandere. Si enim quis se junxisset comitem Mosi præter voluntatem Dei, profecto incommoda tulisset maxima, dum aggrederetur majora viribus. Si enim Oza, qui non originem trahebat e sacerdotali prosapia, vitæ periculum sustinuit, quod contrectasset arcam, quam prolapsuram opinabatur, quanto magis vitæ discrimen adiisset is, qui ante profectum virtutis, tantas talesque conaretur contrectare res. Hic locus non abludit ab Evangelica historia [81], in qua traditur Christum ascendisse in montem, assumptis Petro, Jacobo et Joanne, et ibi transformatum esse.

A Μηδένα τῷ Μωϋσεῖ συνανιέναι προσέταξεν, ἵνα μὴ βλάβην ὑποστῇ, τολμῶν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν. Εἰ γὰρ Ὀζὰ, γένους οὐκ ὢν ἱερατικοῦ, ἐκινδύνευσε ψαύσας ἐπὶ βοηθείᾳ τῆς κιβωτοῦ, πόσῳ μᾶλλον ὁ τηλικούτων ψαύσας πρὸ τῆς προκοπῆς; Ἡ αὐτὴ θεωρία καὶ ἐν Εὐαγγελίοις, ὅτε παραλαβὼν Ἰησοῦς Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, εἰς ὄρος αὐτοὺς ἀναγαγὼν ὑψηλὸν, ἐπὶ αὐτῶν μετεμορφώθη.

Nec tamen inepte dicitur Mosi : « Sta mihi illic. » Nam qui ad eum modum, quo Moses, profecerit in religionis negotio, nulli alii quam Deo stabit. Cui rei testimonium fert illud Scripturæ oraculum : « Promptus et expeditus sis ad audiendum præceptorem Deum [82]. » In hujus conspectu assistas non secus ac regi præsto sunt satellites, et patrifamilias servi. Huc referendum arbitror illud proloquium : « Ego semper tecum ero [83]. » Nec non et hoc : « Vivit Dominus virtutum, in cujus conspectu steti hodie [84]. » Cæterum hæc verba fuere Eliæ. Quicunque fuerit Moses, poterit ascendere in montem. Nec ille solus, sed et omnis, qui præditus fuerit virtutibus, quas Scriptura sacra illi attribuit. Possumus aliter interpretari tabulas, quas formare jussus est Moses. Mors ab initio non erat destructa, cum homo esset manibus divinis formatus et conditus, nec non divinæ voluntatis semina in nostros animos essent conjecta et sparsa. Mors tum demum accessit, cum nostris auribus peccati sonus, quem Scriptura vocem serpentis nominat, affusus est. At vox, quam nunc tollunt idololatræ, est illorum, qui ebrietate, moti vociferantur ; hæc vox in terram procidit. Cæterum verus legislator, cujus typus erat Moses, ex

[74] II Cor. III, 3. [75] Jerem. XXXI, 31-33 ; Hebr. VIII, 9, 10. [76] Rom. XIII, 12. [77] Isa. II, 2. [78] Psal. XXIII, 3. [79] ibid. 4. [80] Isa. XL, 9. [81] Matth. XVII, 2. [82] Eccli. VI, 37. [83] Exod. III, 12. [84] III Reg. XVII, 1.

terra sibi naturæ tabulas reformavit. Nam nuptiæ non procreaverunt illi divinam suam carnem; verum ipse suæ carnis fit lapicida, quæ, inquam, caro delineata et descripta est Dei digito. Spiritus siquidem sanctus venit super sanctam Virginem, et virtus Altissimi obumbravit eam. Hoc ubi contigit, humanum genus sua corruptione est liberatum, et pristinam integritatem recepit, immortalitatem sortitum interventu sculpturæ. quam peregit Dei digitus, id est, Spiritus sanctus ad eum, quem diximus, modum. Ita subinde transformatur Moses in melius et illustrius, atque adeo ut ejus claritatem **322** humanus oculus propter imbecillitatem intueri nequeat. At Moses fuit præsultor ejus, qui nostros defectus et morbos curavit, et corruptam nostram naturam ad pristinam sanitatem revocavit, quamque suo digito mirifice pristino nitori reddidit. Hunc non poterunt cernere eum venerit in gloria sua, qui contempta veritate adhæserint mendacio. Nam inquit: « Tollatur e medio impius, ne videat gloriam Domini [85]. »

Καὶ ἀφελεῖς σὺ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ἐσόμεθά σοι. Οὐκοῦν ὅταν ἴδῃς ἄνθρωπόν τινα λέγοντα τῷ παραλύτῳ καὶ τῇ πόρνῃ, « Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, » γνῶθι τοιοῦτον ὑπάρχειν αὐτὸν, περὶ οὗ σοι προλέγω. Οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀφεῖναι ἁμαρτίας, εἰμὴ μόνος ὁ Θεός. A

Et auferes tu iniquitates nostras et peccata nostra, et erimus tibi, etc. [9]. Itaque cum videris et audiveris hominem dicere paralytico aut scorto: « Remittuntur tibi peccata tua [86], » etc., memineris illum esse, de quo nunc tibi verba facio. Nemo enim nisi solus Deus, condonare potest debita [87].

Posuit super vultum suum velum, etc. [XXXIV, 33.] Tanta fuit cæcitas Judæorum, ut ne legis quidem lucem sustinere et capere quiverint. Nec solum vulgus Judæorum hac cæcitate laboravit, etiam sacerdotes nequiverunt spiritualem legis intellectu haurire sensum. Nihil enim æque suo fulgore mentis oculos præstringit, ac Christi mysterium, quod mirabilem lucem infundit cordibus, in quam lucem Israelitæ prospicere non potuerunt. Idcirco Nicodemus percontatur: « Quomodo potest homo nasci senex exsistens [88]? » Nicodemus igitur docetur, ut ea, quæ mentis intellectum superant, fide veneretur nec scrupulosius inquirat modum; quamvis etiam lex mille figuris delineaverit jam olim Christi mysterium. Nec Aaron quoque una cum senioribus populi ferre potuit claritatem illam. Quapropter velo semetipsum obnubilat Moses, id est, litterarum obscuritate. At cum ventum est in conspectum Dei, velum removetur. Sic cum nos Christus adduxerit et steterit in conspectu Patris absque umbris illis conspiciemus gloriam Mosis spiritualiter intelligentes legem Dei, et subinde ex gloria in clariorem transformati gloriam. Alicubi testatur Paulus: « Si ministerium condemnationis gloria, multo magis ministerium justitiæ abundabit in gloria [89]. »

Et consummavit Moses omnia opera, et nubes texit, etc. [XXXIX, 31.] Vero in hoc mundo commonstrato tabernaculo scilicet Ecclesia ex gentibus conflata, incredibile est dictu, quam divinæ claritatis lux hanc lustraverit et circumfulserit. Instar nubis rore cœlesti miris modis rigatur et pinguescit. At Moses, inquit, non potuit introire in tabernaculum, sicut nec Judæi potuerunt se insinuare Ecclesiæ Christi modo commemoratæ. Non enim tulerunt divinæ lucis clarissimos radios, nec intellexerunt Christi mysterium. At nos, qui veræ sumus Israelitæ, tecti nube una cum illo properabimus ad supernam mansionem. Nam paravit nobis eam viam recentem et vivam. Ibi in altissimam cum illo resolvemur tranquillitatem et quietem, et perenni fruemur luce. Ignis enim propulsavit tenebras, quæ antecedunt noctem. Nam non sumus noctis nec tenebrarum, sed filii lucis quemadmodum Scriptura sacra monet [90]. Gloria et honor Christo perfecto.

[85] Isa. XXVI, 10. [86] Marc. II, 5. [87] ibid. 7. [88] Joan. III, 4. [89] II Cor. III, 9. [90] I Thess. V, 5.

323 COMMENTARII IN LEVITICUM.

Judæi egressi Ægypto et sese immolaturi, ut viventes hostias Deo, necessario nunc instruuntur sermonibus, qui in commemoratione versantur sacrificiorum, per quæ cognoscitur Christi mysterium variis modis sub illis adumbratum. Duce et auspice Christo adipiscuntur Israelitæ terram promissam patribus. At Christum repræsentat Jesus, qui eam terram inter illos distribuit sortibus. Quidam præsentem librum, cujus enarrationem nunc suscepimus, contempsere propterea, quod nimium videatur occupatus relatione sacrificiorum, nihilque dignum rerum universi Opifice contineat: quo temerario ausu non animadvertunt, se ipsum contumelia afficere mundi Opificem, dum non obmittunt eum spernere, ut qui inutiles posuerit leges. Stultissimi homines in hæc judicia præcipites feruntur, dum nequeunt perspicere sapientiam, quæ sub his involucris occultatur. Atque mirari est illorum amentiam, præsertim cum audiant Davidem dicentem: « Aperi oculos meos et intelligam admirabilia, quæ

lex tua complectitur [91]. » Præterea noverunt Paulum, qui docet : « Lex spiritualis est [92]. » Et iterum : « Lex quidem est sancta, et præceptum sanctum, et justum et bonum [93]. » Idem auctor legis litteram reprehendit, ut quam nominet et ministerium mortis et condemnationis. Sed ut distincte de lege loqueretur eam dividit, dicens : « Littera occidit, spiritus vero vivificat [94]. » At proprie disputat de cibo potuque et parte diei festi necnon novilunio et Sabbatis, dum hæc nominat rerum futurarum symbola. Cæterum de victimis et sacrificiis ita disserit, ut confiteatur ea esse exemplaria et umbram rerum cœlestium [95]. Verum Christus inquit : « Quærite et invenietis. Omnis enim qui quærit, invenit [96]. » Nemo igitur abnuat summo studio investigare, quomodo singulæ Levitarum et sacerdotum cæremoniæ præ se ferant cœlestia. Joannes quidem in eo opere, cui dixere nomen Apocalypsis, testatur se reperisse tabernaculum quoddam testimonii, et arcam testamenti in cœlo, necnon altare, cui astiterunt quidam, et preces eorum, qui securi percussi sunt propter nomen Domini Jesu et propter testimonium ejus. Oportet illum, cui divina sapientia curæ est, singula hæc inquirere uno pacto in cœlo consistant, et ex ipsis imaginibus exempla venari.

Victimæ, de quibus agit præsens liber, huc respiciunt, ut puritas et mundities humanis concilietur mentibus, dum ignis Dei consumit quidquid belluinum et rationis expers in perfectis reperitur, dumque affectus ferinos, qui rationi non parent, penitus exurit, cujus rei typum gerunt holocausta. Illud existimatur in divino sermone esse ignis, quod consumit in homine quidquid terrena sapit. Animus siquidem ubi avidis auribus hauserit divinum sermonem, non cessat accensus immenso Dei amore, ad nihilum redigere omnem feritatem et quidquid sanæ rationi repugnat fretum sensibus. Si autem consideres imperfectos, reperies partes quasdam quæ reluctantur sanæ rationi, devorari ab igne Dei, ut per illa sacrificia, ceu per symbola quædam significatur : « Peribit omnis, qui addiderit aræ Dei ignem alienum [97], » ut satis liquet exemplis Nadab et Abiud [98]. Cæterum non est humanarum virium singulatim sacrificia illa explanare et enucleare. Is poterit satis luculenter ea interpretari **324** qui ascendit in cœlum et evidenter ea conspexerit.

Αἱ ἐν τῷ Λευϊτικῷ θυσίαι καθαρισμὸν ψυχῶν περιέχουσι· τοῖς μὲν τελειοτέροις, ἀναλισκομένων τῶν ἀλόγων εἰς τὸ πῦρ τοῦ Θεοῦ· ἀλόγων δὲ καθαρῶν, ὧν τύπος ἐστὶ τὰ ὁλοκαυτώματα· πῦρ δὲ τοῦ λόγου, τὸ ἀναλωτικὸν τῆς ὕλης· ψυχὴ γὰρ οὖσα τούτου κατήκοος, τὰ κατὰ φύσιν ἄλογα ἐκ τῆς αἰσθήσεως γινόμενα, πολλῷ τῷ πρὸς τὸ θεῖον ἔρωτι χρησαμένη δαπανᾷ· τοῖς δὲ ἀτελεστέροις, μερῶν τινων ἀναλισκομένων τῷ πυρὶ τοῦ Θεοῦ. Ὧν τὰ σύμβολα δοκεῖ προστετάχθαι ἀναφέρεσθαι. Ἀπολεῖται δὲ πᾶς ὁ τῷ τοῦ Θεοῦ θυσιαστηρίῳ πῦρ προσάγων ἀλλότριον. Ὧν τύπος Ναδὰβ καὶ Ἀβιούδ. Τὸ δὲ τὰ κατὰ μέρος ἐξοδεῦσαι περὶ τούτων δύνασθαι, οὐκ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἀναβεβηκότος εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ταῦτα τρανῶς θεωρήσαντος.

Hæc prælibasse jucundum fore existimavimus amico lectori. Nunc libri hujus exordiamur expositionem.

Vocavit autem Mosen et locutus est ei Dominus, etc. [I, 1.] Deus ubique vocare solet Mosen ut etiam accidit, cum appareret in rubo. Cæterum sacra quæ fiunt in honorem dæmonum, peraguntur neglecto verbo Dei. In his conspiciuntur magicæ præstigiæ, et dæmonum invocatio. Adduntur quædam tacitæ obligationes, quas cum dæmonibus ipsorum sacrificuli contrahunt. Hujus rei testem producimus Porphyrium, qui maledictis incessere non cessat illiuscemodi superstitiones.

Homo ex vobis si obtulerit munera Domino de pecoribus, aut à bobus aut ovibus offeretis dona sive munera vestra, etc. [2] Plurimis in locis Scriptura sacra nominat illa sacrificia, quæ ex animalibus parantur, munera sive dona. Verum illa sacrificia, quæ petuntur de inanimatis, appellare consuevit sacrificia, ut vel ex Genesi cuivis cognoscere promptum est. Nam fructus, quos obtulerat Cain, vocantur sacrificium ; at animalia illa, quæ consecraverat Domino Abel, nuncupantur munera, ut videre est legentibus historiam eam. Munus sive donum bifariam in Scriptura accipitur. Uno modo dum late ceu genus sumitur, utræque modo enarratæ species intelliguntur. Si vero propriam et peculiarem illius nominis inquirere velimus significationem, reperiemus id prædicari de solis inanimatis. Quapropter in sequentibus ait : « Si obtulerit anima donum sacrificium Domino, simila erit donum ejus [99]. » Instar generis autem, quod de speciebus prædicatur, tum ponitur, quando quis consulto prudensque nulliusque circumstantiæ respectu et huc solum respicit, ut Deum veneretur, offerre munus in animum induxerit. Sed quodnam tale munus est ? scilicet id, quod legislator secernit ab his, quæ pro peccato expiando, aut salute impetranda vel pro puerperis afferuntur. Quæ enim in hunc finem adhibentur, non censentur munera. Si quis autem rem recta via secum reputare volet, profecto quod animatum est, pluris ducitur quam anima carens. Alia etiam differentia, quam Scriptura ponit, observatur circa animata et inanimata. De animatis dicitur : « Homo ex vobis si obtulerit. » At de inanimatis sic legitur : « Si anima obtulerit, » etc., quasi affectus in homine, qui non subduntur rationi, in illo holocausto consumantur : quidquid vero inanimati et mortui in nobis superfuerit, ab anima divino igne inflammata exuratur, ut puritas animæ et rationis conservetur. Ex his, quæ nobis insunt communia cum brutis,

[91] Psal. cxviii, 18. [92] Rom. vii, 14. [93] ibid. 12. [94] II Cor. iii, 6. [95] Hebr. viii, 5. [96] Matth. vii, 7, 8. [97] Levit. x, 1. [98] Num. iii, 4. [99] Levit. ii, 1.

quædam sunt munda, quædam immunda censentur. Si conferas cum terrestribus, volatilibus, et aquatilibus animantibus : rationis expertes sunt in nobis affectus ; qui subjiciuntur naturæ legibus habentur mundi, reliqui ad immundarum classem remittuntur quod naturæ legibus reluctentur. Naturales affectiones sunt cibi potusque cupido citra quæ humanum corpus non alitur. Huc accedit Venus, quæ liberorum creationi dedita est. At intemperantia, et invidia avaritiaque, et quorum vitiorum relatio infamis et fœda habetur : illa, inquam, putato esse affectiones, quæ naturam, ut cui repugnare solent, turpiter dedecorant. Cæterum operæ pretium est exquirere quænam, si respicias utrasque affectiones, sapiant terrena vel aquatilia aut volatilia. Quatuor sunt elementa ex quibus compositus et compactus est homo. Tria quodammodo crassiora et spissiora sunt, circa quæ vel imprimis morantur vitia. At quartum divinius est, in quo versantur excellentiora, utpote virtus et quidquid virtuti fuerit confine. Quapropter diligentius videtur excutiendum, quid in nobis fuerit terra quidve terrenum. Simili ratione et cætera indaganda sunt, excepto igneo elemento, quod non admodum immunditie infectum esse credendum est. Præterea investigandum est, an potentiæ terrenæ, quæque terram incolunt potiores **325** sint, quatenus nobis ministrant et inserviunt, vel deterioris conditionis sint, dum nos affligunt et lædunt, et nos immundos vel mundos declarant pro materia terrena, quam in nobis reperiunt. Similiter et in reliquis agendum est. Ad hæc dispiciendum reor, an potentiæ aeriæ sive in aere degentes, quemadmodum scriptum est : « Ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis spiritus, qui nunc vires suas exerit in filiis inobedientibus [1], » etc. in nobis gignant quasi volatilia immunda scilicet sermones, qui animam sublevant et ceu alis instruuntur : aut nos occupatos tenent sermonibus, qui instituurtur de rebus mortuis et caducis, sive de aliis animæ impuritatibus. Necnon ad injustitiam et avaritiam nos impellunt, ut iniquis manibus contrectemus ea, quæ non nostra sunt.

Cæterum meliores et nobiliores potentiæ sunt, quæ in nobis pariunt volatilia pura, quæ nos assumunt, secundum illud Scripturæ oraculum : « Rapiemur in nubibus obviam Domino. [2] » Huc facit testimonium Isaiæ : « In humeros tollentur, et in genibus consolationem accipient. [3] » Nam illæ potentiæ mirabiliter juvant sanctos, qui ipsarum auxilio opus habent : nec non solatiis ipsos recreant. Haud dissimili ratione fertur in aquis degere serpens, et parva animalia ibidem cum magnis commorari dicuntur. Ille itaque serpens, qui memoratur imperitare animalibus in aquis agitantibus, alius existens nimirum quam diabolus, qui narratur in medio angelorum assistere, fortitudinem habet in lumbis, et potentiam in umbilico ventris. [4] Quibus igitur in nobis valet, eorumdem etiam procreationem in nobis operatur, dum nos ei copiam accedendi facimus non exstinguentes in nobis humidam materiam spiritus fervore. Qui autem recte et secundum naturæ melioris instinctum humida illa materia utuntur, progignunt aquatilia munda. Cæterum nullum animal aquaticum, quamvis mundum pronuntietur, immolatur et aræ imponitur. Cogitationes autem et facta, quæ prædictis connumerari nequeunt, terrena esse certissima ratione judicato. Sed et terrena in varia dividuntur et multa. Quædam siquidem animalia terrena sunt bestiæ, quædam reptilia, alia vero jumenta. Nulla autem bestia, quæ inter feras numeratur, pura censetur. Etiam animalia malefici generis carent puritate. Verum jumenta, quorum natura nequaquam fera est, quædam findunt ungulam, quædam ruminare perhibentur. Itaque quædam, si pareutur ut oportet, humana corpora alunt : quædam tota, quorumdam partes incenduntur in altari. At in universum abstinendum est ab immundis. Cum autem ex puris seu mundis animalibus quinque solum animantium species mactentur, ut victimæ in honorem Dei. meminisse nos oportet, quinque illas animalium species repræsentare quinque sensus. Visum significat columba, quemadmodum legitur in Canticis canticorum : « Oculi tui columbini [5]. » Nam opera oculorum usi perspeximus decorum hujus universi ordinem, et inde cognovimus summum opificem rerum. Auditum significat turtur, quemadmodum monet illud Jeremiæ : « Turtur et hirundo, nec non passeres agri observarunt tempus introitus ipsorum, [6] » id est, prudentes auditores et doctores, qui pollent facultate docendi, norunt quando introeundum sit ad dicendum, et quando doctrina eorum possit commode infundi in animos auditorum, concurrente scilicet introitu hirundinis et turturis. Verum sermones, quasi alæ quædam, nos in sublime subvehunt. Tactum significat bos, qui agriculturæ consecratus est. Nam tactus præ reliquis sensibus terræ conjunctior est. Hinc nimirum Issachar appetivit bonum requiescens in medio sortium, sicuti scriptum est : « Et vidit requiem quod esset bona, et terram quod esset ferax, et submisit humerum ad laborandum, et factus est agricola [7]. » Nimirum tactu cognovit, quo pacto terra esset excolenda. Gustum nobis ob oculos ponit ovis, quemadmodum traditur in Canticis canticorum : « Ut greges ovium tonsarum, quæ ascenderunt e lavacro. [8] » Verum capram intellige nobis in mentem revocare ol-
326 factum, si modo possimus invenire exemplum, quo id confirmemus. Animalia, quæ immolantur et aræ imponuntur, tres complectuntur ætates, secundum quas consecrantur Domino. Nam Joannes in sua Epistola annotat tres ætates, quæ intellectu pollent, et in hunc modum : « Scribo vobis, filioli, quia cognovistis Patrem. Scribo vobis, adolescentes, quia fortes estis, et vicistis illum malum. Scripsi vobis, patres, quia cognovistis eum, qui est ab initio [9]. »

[1] Ephes. II, 2. [2] I Thess. IV, 16. [3] Isa. XL, 11. [4] Job XL, 11. [5] Cant. IV, 1. [6] Jerem. VIII, 7. [7] Gen. XLIX, 14, 15. [8] Cant. IV, 2. [9] I Joan. II, 13, 14.

Observandum, arbitror, quod columbæ non offeruntur integræ : nec unus, sed duo offeruntur pulli. Deinde iterum immolantur Domino duo integri turtures, nec tamen pulli. Visus nobis demonstrat entia sensilia et intelligibilia. At pipiones sive columbini pulli, qui pueros repræsentant, cœlestia corpora, ex quorum decenti ordine opifex cognoscitur, a nobis sejuncta assequi notitia nequeunt exacte. Itaque sacrificia illa, quæ a nobis immolantur, ita accipiuntur, ut quæ a pueris offerantur. Cæterum auditus magis est dedicandus Deo, quam visus. Hic enim in futuro sæculo nobis nulli usui erit. Siquidem nulla tunc vox erit, quæ nascatur ex impulsu aeris : neque ea etiam nobis opus erit. Peccata autem aliter tollere nequimus, nisi sensus nostros pinguiores extenuemus et subtiliores reddamus divino igne. Id enim docemur, dum nunc jubemur holocausta, nunc partes aliquas animalium conjicere in sacram aram. Interdum significant frequentes illæ victimæ opera nostra, dum unus atque idem plures boves pluresque vitulos, diversis atque aliis causis motus, cædit. Cum autem umbra futurorum sit illa sedula cibi potusque præscriptio, meminerimus fidem habendam esse Salomoni, qui docet [10] divinum esse sensum et spiritualem, quo exploramus et cognoscimus qualitatem veri panis et vini, quod exhilarat cor hominis. [11] Hunc igitur sensum appelles licebit spiritualem gustum. Olfactum existimato, cum Paulus inquit, [12] se esse bonum odorem Christi illis, qui salutem consequuntur, et his, qui pereunt. Proinde quis audebit dicere, quod possimus odoratu illo spirituali odorari Deum ipsum mire fragrantem ? Hac cœlesti fragrantia oblectatus David, exclamat : « Quam bonum quamque jucundum est fratres cohabitare in unum. Ut unguentum supra caput descendens in barbam, scilicet in barbam Aaronis [13]. » Tactus ille reputatur cœlestis et spiritualis, de quo loquitur Joannes : « Et manus nostræ contrectaverunt de sermone vitæ. [14] » Visus ille perhibetur spiritualis, qui attribuitur his, qui mundo sunt corde, et qui Deum sunt visuri. Omnis autem, qui diligens et sedulus est auscultator eloquiorum Dei, potiorem visu ducit auditum. Victimæ, quæ mactentur ad aram divinam, ab his spiritualibus sensibus petendæ sunt in omni natione et gente, ut omnes decora morum cohonestentur varietate, sicuti monet oratio, quæ de animalibus hic habetur. Illiuscemodi animalibus abundabat et quasi scatebat vas illud linteum e cœlo demissum, quod conspicatus est Petrus [15]; quo monebatur, non de solis animalibus illis brutis, quæ in vase continebantur, ista intelligenda; sed eam visionem transferendam ad homines, quos Numen per illa ostentabat. Quod vero mores sub animalibus indicet Scriptura sacra vel hinc videre est, quod hypocritas vocat lupos rapaces, obambulantes amictos velleribus ovillis. [16] Eadem et Isaias prædixit, inquiens : « Lupi et agni una pascent, [17] » etc. Hoc quidem vel nunc sole clarius est, dum in Ecclesia aluntur et foventur divinis oraculis plurimi et moribus diversi inter se mortales. Idem magis enitebit, ubi magnificentia stipatus mirabili Christus advenerit judicatum vivos et mortuos. Nam lupi tunc posita feritate mansuescent. Oves naturali suo timore exploso confirmabuntur et animabuntur, ut jucunde conversentur cum lupis. Sub idem tempus qui fuerint immundi illuvie peccati, purificabuntur et apparebunt mundi in conspectu Domini in nova Jerusalem. Et hoc procul dubio demonstratur per ista verba. « Benefac Sion secundum beneplacitum tuum, et exstruantur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, [18] » etc. Mirum est quod hic docet de sacrificiis offerendis, cum tamen supra dixerit : « Si voluisses victimam, dedissem : nec grata tibi fuere holocausta. [19] » Alia igitur hoc loco commonstrat sacrificia, scilicet **327** mortem, quæ respondet beatissimæ morti, quæ per martyrium obtingit.

Verum animalia significant gentes et populos, quemadmodum canis nota erat Chananeæ mulieris, ut perhibet evangelica historia. Præterea pardalis, teste Daniele [20], ostendebat Assyrios, leo Persas. At investigare nos oportet, quænam animalia admoveantur aris. Fortassis illa animalia, quibus litatur, significant illos, de quibus scribit Paulus : « Veluti excrementa mundi facti sumus, et omnium rejectamentum [21], » ad exemplum Servatoris, cujus vibice sanati sumus. Dominus enim tradidit semetipsum pro peccatis nostris, et ipse infirmitates nostras accepit, et morbos nostros portavit, et propter nos gravissimos dolores pertulit. Huic succedentes apostoli, quæ deerant afflictionibus Christi complent in suis corporibus quorum quis ovis aut aliud existimetur animal, soli Deo cognitum et compertum est. Si autem quis velit exquirere rationes illarum victimarum, quæ non totæ concremantur in altari, sed cedunt in cibum offerentibus, audiat loquentem Christum et rem intelliget : « Nisi manducaveritis meam carnem, et biberitis meum sanguinem, non habetis vitam in vobismetipsis [22]. » Nam eadem ratione, qua carnibus Christi, vescimur etiam nostris victimis. Cæterum quæstione dignum est, qui fiat, quod cum in lege interdicatur sanguinis esus, nunc Christus præcipiat suum sanguinem esse bibendum. At meminisse nos oportet cruorem victimarum affundi, tam aræ victimarum, quam aræ suffimentorum. Qui vero est lapis collatus in ædificium aræ, et illud ædificium sit constructum ex lapidibus vivis, necessario si affundatur sanguis, ejus quoque particeps efficitur. Sanguinis et carnis differentia capienda est ex natura esculentorum et poculentorum, ex quibus utraque conflantur. Victimas adducere jubet eos, qui ad id faciendum propria coguntur voluntate. Nulli vim facit. Ultroneum exspectat cultorem. Nec nos vi impellit ad sacrificandum. Interim tamen commendat et exornat præcepto et lege

[10] Prov. IX, 17. [11] Psal. CIII, 15; Eccli. XL, 20. [12] II Cor. II, 14-16. [13] Psal. CXXXII, 1, 2. [14] I Joan. I, 1. [15] Act. X, 11-16. [16] Matth. VII, 15. [17] Isa. LXV, 25. [18] Psal. L, 20, 21. [19] ibid. 18. [20] Dan. VII, 4 seqq. [21] I Cor. IV, 13. [22] Joan. VI, 54.

sacrificandi ritum. Nam dæmonibus, nec Deo, convenit præbere victimas impuras, quibus placabantur. Verum Deus animis hominum instillat mansuetudinem, et duplicem vitæ rationem inducit, alteram civilem, et porro alteram spiritualem, cujus rei signum est fissura ungularum. Cædes animalium, quæ ad aras trucidantur, indicat et quasi digito monstrat nos ex hac vita migrare in æterna tabernacula. At in hæc non transcendimus interventu veræ mortis, sed modo quodam mirabili, qui imitatur mortem, in cœleste transvolamus regnum. Nam si æqua mente consideres vel vitam vel mortem hominum in hoc sæculo, reperies mortem vel vitam nec inter bona vel mala poni, sed mediam sequi conditionem. Si Deus imperavit, ut ipsi immolarent victimas, ne eis honorarent dæmones, qui fit quod victimas mactarunt ante datam legem Abraham, Noachus et Abel? Deus hæc omnia prænoverat. Quia vero super eisdem rebus legem promulgaturus esset, priscis patribus permisit haud gravatim sacrificandi ritum, ut tandem Israelitæ existimarent se a patribus accepisse eumdem, nec a Deo. Quod vero parum delectent Deum victimæ multis ex Scripturæ locis colligi potest. Etiam Ezechiel ait: « Vidi te conspurcatam et sordidatam in sanguine tuo; et dixi ad te: Vive in sanguinibus tuis [23]. » Docent inter cætera victimæ nostri esse officii, ut singuli suas animas incendant et quasi munus offerant et consecrent Deo; verumtamen secundum mensuram, quæ cuilibet est data, et ut singulis divinitus est attributum. Ilic enim sic, alius porro sic, proprium a Deo habens donum. Magnitudo animalium, quæ immolantur, eorumque, quoad formam, varietas, declarat maxime cujusque offerentium animum ut sit erga Deum. Si quis magno animo fuerit et fortis, ostenditur per vitulum; si quis fuerit pusillanimis et minus robore valet, comparatur ovi.

Ἡ ὁλοκαύτωσις (99) τὴν ὁλόκληρον ἀνάθεσιν εἰς Θεὸν δηλοῖ. Διὸ τὰ τῶν ἱερέων ἐκ σεμιδάλεως δῶρα ὁλόκαυτα.

A Qui holocaustis honorat Deum, indicat se totum esse devotum et consecratum Domino, nec sibi quidquam rei esse cum mundi contagio. Quapropter videmus sacerdotum munera, quibus placant Numen, similaginea incendi tota.

Forma autem seu modus sacrificii talis sit. « Masculus et quidem omni vitio carens mactetur Domino. » Nam sancti quodammodo conformes sunt Deo.

Ἄρσεν, τὸ πάντων Ἡγεμόνι πρέπον, ὅτι ἡγεμονικὸν τὸ ἄρσεν. Ἄμωμον, ὅτι τὸ ἀσινὲς ἁρμόττει τῇ θείᾳ οὐσίᾳ.

At masculus imprimis congruit supremo Gubernatori omnium. Masculus enim repræsentat regiam **328** potestatem, quam Deus in omnes, quatenus omnia moderatur, habet. *Irreprehensibilis*, etc., quia in Deum nulla cadit culpa.

Christus autem est masculus ille omni vacans culpa et vitio non solum divinæ naturæ respectu, sed etiam humanæ naturæ intuitu. Sic corporaliter et spiritualiter omni vitio et culpa caret, merumque in omnes habet imperium. Ad hunc modum nihil enervati et effeminati in his deprehendi oportet, qui ejus dogmata sectantur et venerantur. Virili animo præditi sint oportet: seque inculpatos præstent quatenus humana fragilitas concedit. Quapropter canit David: « Judica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam, quæ in me est [24]. » Defertur autem sacrificium ad januas tabernaculi. Nam perfectionem consequimur in unica et sola Dei Ecclesia Christo vero sacerdote nos offerente Patri, per quem Christum in hanc gratiam adducti sumus. Nam cum sit præcursor, aditum ad interiora nobis paravit novum. « Et imponet manum, » ait, id est, pro se adducet eam hostiam, ut qui habeat ea quæ hic peraguntur, quasi exemplar ad quod vitam suam instituat, et pie sancteque vitam exigat. Ostendit enim se renuntiasse mundo, penitusque, quoad opera mundi, quem exagitat diabolus, mortuum. Nec se esse irreprehensibilem instar pecudis, quæ immolatur, et peccati non particeps est quod ratione careat: sed testatur se esse a peccato immunem secundum divinam sanctitatem. Hoc quidem gratissimum spectaculum est Deo. Quapropter in textu ponitur: « Coram Domino. » Si quidem pretiosa est mors sanctorum ejus in conspectu ejus [25]. Ita de Christo verba faciens Paulus, inquit: « Qui peccata nostra obtulit in corpore suo super ligno, ut liberati peccatis, justitiæ nunc vivamus [26]. » Quod autem vita consecretur et devoveatur Deo, satis argumenti est sanguis aspersus aræ. « Pellis diripitur. » Ostenditur enim nos esse nudos, et quidquid in nobis fuerit sub divum protrahendum est. Præterea victima conciditur in membra. Nam diligenter inspicitur unumquodque membrum ejus, qui dedicatus est Deo, a sermone Dei, qui pertingit usque ad divisionem animæ et spiritus, compaginum et medullarum, cui omnia sunt nuda et aperta [27]. Viscera et pedes abluuntur aqua; quia istæ sordes naturaliter sequuntur corpus humanum. Siquidem excrementa naturali ratione comitantur alimenta. Carnes significant sanctorum vitam, quam in hoc mundo degunt, paulo pinguiorem utpote corporibus velati. Cæterum ea vita honesta et sancta esse advertitur. Caput signum est mentis, quam evidenter demon-

[23] Ezech. XVI, 6. [24] Psal. XXXIV, 24. [25] Psal. CXV, 15. [26] Imo, I Petr. II, 24. [27] Hebr. IV, 12.

NOTÆ.

(99) Εἰ ὁλοκαυτοῦται, ὁλόκληρον ἔχει τὴν ἀφιέρωσιν, καὶ μὴ πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ μεμερισμένην. Διὸ, κτ. ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

strat. Cogitationes commonstrant intestina. Vitam practicam, qua in hoc sæculo floremus, ostendunt pedes. Viscera et pedes Christi nullam desiderant purificationem. Nobis vero necesse est, ut illa in nobis eluantur. Siquidem Christus lavit pedes suorum discipulorum, at ipse non opus habebat, ut qui mundissimus erat, illa munditie.

In odorem bonæ fragrantiæ Domino, etc. [I, 19.] Si pietatem amplexus fueris, sine qua penitus ingrata et fetida putidaque sunt Domino cadavera, quæ in ara adolentur. Hinc quidam pro : *In odorem bonæ fragrantiæ*, etc., interpretati sunt : *Ut sint grata acceptaque in conspectu Dei.*

A Εὐωδίας δὲ ὀσμῇ, φησὶ, τῷ Κυρίῳ, κατὰ τὴν εὐσέβειαν. Ἄλλως γὰρ δυσώδη τὰ καιόμενα σώματα. Ὅθεν ἀντὶ εὐωδίας, εὐδοκίας ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί.

Et mactabunt ipsam in latere altaris versus septentrionem coram Domino, etc. [11.] Sæpius mentionem facit et admodum familiariter Deus bovis, cujus usus in agricultura plurimus visitur. Hinc doctores divini verbi sæpissime boves appellat, eosque bobus triturantibus confert, teste Paulo, qui ait : « Bovi trituranti non obligabis os [28]. » Vitulus præterea bene saginatus typus est Christi propter divinam ejus in humano corpore pinguedinem. Ovis vero in conspectum dat Christi mansuetudinem, ut in quo nulla licentia fuerit iræ. Proinde dicitur : « Ut ovis ductus est Dominus ad cædem [29]. » Insuper Jeremias, ut ostenderet se esse typum Christi, dicit se esse agnum placidum [30]. Quod autem dicitur

Ovem mactandam esse versus septentrionem, etc., nimirum docet Christum egressurum ex oppido Jerusalem et extra eam urbem pascendum, donec saginetur, et deinde mactetur ceu pinguis ovis in oppido Jerusalem. Nam Jerusalem oppidum cum magis conversum sit in meridiem ex adverso habet septentrionalem plagam, quemadmodum scriptum est : « Montes Sion, latera Boreæ. » Eadem de membrorum divisione vitali ac de ovis sacrificio dici possunt.

B Τὸ πρὸς βοῤῥᾶν ὁρῶν τὸ πρόβατον θύεσθαι (1), δύναται σημαίνειν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ (2) σφαγησόμενον Χριστόν· ὅτι ἀντίκειται τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ βοῤῥᾶς, νοτιωτέρᾳ οὔσῃ, κατὰ τὸ, « Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ (3). » Ὁ δ' αὐτὸς τῆς θεωρίας λόγος ἐπὶ τοῦ μελισμοῦ τοῦ μόσχου εἴη ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ προβάτου.

Ad eum modum mensa propositionis, **329** cui incumbebant panes, qui typus erant panis e cœlo descendentis, collocata est, ut vergat in septentrionalem regionem : qui sane typus luculenter edocuit Deum ab initio prædixisse gentium vocationem. Huc mentis aciem intendens dixit Mosi : « Faciam te et domum patris tui in gentem magnam [31]. » Cæterum reipsa plura præstitit quam promisit. Nam innumeræ gentes sitæ fuerunt, respectu habito Jerusalem oppidi, in septentrionali tractu, de quibus loquitur Christus : « Et alias oves habeo, quæ non sunt de ovili isto [32]. » Præterea orientalis plaga opposita est Jerusalem oppido. Sed non licebat sacrificare verso vultu in orientem. Nam Sancta sanctorum sita erant versus occasum. Qui igitur se vertit in orientem Sanctis sanctorum tergum obvertit, quod quidem parum decorum et honestum erat. Fortassis allegorice hic locus capiendus est, ut sit sensus, oppidum Jerusalem oppositum esse septentrioni, ex quo omnia in hunc mundum deflagrant mala.

Si autem a volatilibus, etc. usque ad hunc locum : *Odor bonæ fragrantiæ Domino*, etc. [14-17.] Ut Judæos promptiores reddat ad pietatis studia minoribus hostiis litandum præcipit. Elegit autem ex avium genere modestiores et temperantiores aves, scilicet turturem et pullos columbinos propter vitæ innocentiam. Quia propter teneriorem ætatulam inhabiles sunt ad venerem, quod quidem etiam continentiæ argumentum est. Hæc vero volatilia nobis in memoriam redigunt Christum. Ipsus enim est turtur, quæ universum orbem sua voce complevit, sicuti legitur in Canticis canticorum : « Vox turturis audita est in terra nostra [34]. » Ipsus quoque est innoxia et mansuetissima columba secundum illud proloquium : « Discite a me, quia placidus (sive mitis sum), et humilis corde [35]. » Tales sunt et sancti, dicentes : « Lingua mea meditabitur justitiam, et toto die laudem tuam [36]; » et volentibus cædere dextram præbent sinistram quoque; si quis ipsos adegerit ad milliare unum, abeunt cum illo duo. Ad hæc ponunt caput contusum in aram Domini. Siquidem bovis et ovis caput et pinguedo committitur altari. Cæterum quæcunque in nobis pars principalissima est et reliquis imperitat, ea vel imprimis dedicanda est Deo. Nam cogitationes justorum sunt judicia [37] : et pinguedo, quæ virtutis typus est, nascitur ex optimo, quo pascimur, alimento. Pinguedo siquidem effectus est optimi alimenti. Horum igitur vita etiam sancta perhibetur, ut perhibet sanguis altari affusus.

[28] I Cor. IX, 9. [29] Isa. LIII, 7. [30] Jerem. XI, 19. [31] Psal. LXXIV, 2. [32] Exod. XXXII, 10. [33] Joan. X, 16. [34] Cant. II, 12. [35] Matth. XI, 29. [36] Psal. LXX, 24. [37] Prov. XII, 5.

NOTÆ.

(1) Σφάζεσθαι. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(2) Τὸν ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐξιέναι, καὶ οἷον ἔξω τετράφθαι, τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, κτ. ὁ αὐτ.

(3) Τὰ ἑπόμεν. ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται. Ἐν τῷ τοῦ Κυρίδ. δὲ ἐοίκασι, τῶν ἐν τῷ ι. Τόμ. μέρ. 2 σελ. 562.

Καὶ ἀφαιρεῖ τὸν πρόβολον (4) *σὺν τοῖς πτεροῖς, καὶ ἐκβαλεῖ αὐτὰ παρὰ τὸ θυσιαστήριον κατὰ ἀνατολὰς εἰς τὸν τόπον τῆς σποδοῦ.* A Οὐδὲ τὰ ῥιπτούμενα ἁπλῶς ἐᾷ ῥίπτεσθαι, ἀλλ' εἰς τόπον ἔνδηλον καὶ ἀφωρισμένον. Σύμβολα δὲ ταῦτα τῶν οὐ δι' ἑαυτά, ἀλλὰ δι' ἕτερα γεγονότων. Ἥ τε γὰρ φύσα πρὸς τὴν τοῦ λοιποῦ σώματος τροφήν· ἣν σιτίζουσαν Ἀκύλας *ἡρμήνευσεν*, καὶ οἱ Ἑβδομήκοντα *Πρόλοβον, τὸ προλαμβάνον τὴν τροφήν*· καὶ τὰ πτίλα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπικάλυψιν. Τοιαῦτα τὰ ἄλογα ζῶα, οὐ δι' ἑαυτὰ γεγονότα, ἀλλὰ δι' ἄνθρωπον. Ἃ μηδὲ παραμένει μετὰ ἀνθρώπων ἀνατιθεμένων Θεῷ ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ. Δηλοῖ δὲ καὶ τὴν τῶν κατὰ Θεὸν ἀσκουμένων ἐγκράτειαν, καὶ τῶν περιττῶν τὴν ἀπόθεσιν· ἀπαλλαγὴν δὲ τελείαν ἐν τῇ μελλούσῃ B ζωῇ. Νῦν γὰρ δοκεῖ πως εἶναι χρειώδη, ὡς καὶ τοῖς ὀρνέοις πτίλα καὶ πρόλοβος.

Et auferet vesiculam gutturis cum plumis, et projiciet prope altare ad orientalem plagam in loco, in quo cineres effundi solent, etc. [16.] Quæ rejicienda erant non temere vult abjici, sed præcipit ea porricienda in locum quemdam peculiarem atque huic rei destinatum. Illa autem sunt certa quædam signa, ista animalia non peculiariter propter se, sed propter alia esse creata. Nam struma avium comparata est ad id, ut alimentum præripiat. Hanc in sua versione appellat Aquila *edentem;* Septuaginta interpretati sunt, *vesiculam in gutture eminentem, quæ capit escas.* Plumæ additæ sunt avium corpusculis loco velamenti. In hac conditione sunt bruta animalia, quæ non principaliter propter se, sed propter hominem condita sunt. Hæc penitus abolebuntur, quando homo totus addicetur Domino, et proficiscetur in æterna tabernacula. Idem sacrificandi ritus indicat illos, qui divinam meditentur continentiam, prorsus abjicere superflua, quæ voluptatis sunt irritamenta. Superfluis autem illis in futuro sæculo penitus exonerabimur. Nunc enim nobis videntur necessaria, quemadmodum avibus plumæ et gutturis vesicula necessaria est.

Καὶ ἐκκλάσει αὐτὸ ἐκ τῶν πτερύγων, καὶ οὐ διελεῖ. Οὐ διαιρεῖται τὰ πετεινὰ τῇ τῶν πτίλων ἀποβολῇ, σημεῖον ὄντα τῶν εἰς Θεὸν ἀνιπταμένων. Οὕτω καὶ Ἀβραὰμ τὰ ὄρνεα οὐ διεῖλε.

Confringetque ascellas ejus, et non secabit, etc. [I. 17.) Non secantur et dividuntur volatilia. Sunt enim typus illorum, qui ad ipsum evolarunt Deum. Sic nec Abraham dissecuit aviculas.

Quod vero infringuntur, typus est ne altum sapiamus, verum humilia sectemur deposito fastu et inani arrogantia. Talis nullam recipit divisionem, ut qui non dividatur cum mundi curis et negotiis. Qui enim matrimonii copula tenetur, is, ut docet Paulus [38], divisus est. Qui præditi fuerint istis virtutibus, quas
330 dedimus, omnibus, revera consecrati sunt Deo et Patri in odorem bonæ fragrantiæ.

Si autem anima obtulerit munus sacrificium, etc. [II, 1.] Vera pietas non indicatur ex magnitudine munerum. Omnibus patet et facilis pietatis via. Nam : « Præceptum tuum latum est nimis [39]. » Qui parvis indiciis significationem veræ pietatis facit, nihil differt ab eo, qui maximis muneribus suam pietatem commonstrat. Animam enim expetit Deus, licet sit obscura et prorsus ignobilis. Nam haud est personarum acceptor, qui dicit : « Omnes animæ meæ sunt [40]. » Cæterum sub simila ostentavit varios modos, quibus quis possit se consecrare Deo. Similæ, antequam incendatur, infundi oleum jubet, eamdem thure conspergi præcipit. Vitam repræsentat simila. Oleum typus est lætitiæ, quam ex divina haurimus spe. Thus signum est bonæ fragrantiæ, quam fundunt bona opera. Quicunque vitam suam dedicavit Christo, is maximopere enitatur, ne infringatur laboribus, qui propter virtutem sunt capessendi. Paulus etenim nos cohortatur, dicens « : Ne murmuraveritis [41]. » Oblationi, quæ thure consternitur : et oblationi, quæ ex sartagine et de craticula petitur adjecit oleum, quæ res signum est citi et expediti alacrisque ad Deum accessus. Nam facies exhilaratur oleo. Fermento carent et concoquuntur et friguntur in sartagine, ut sint symbolum animi sinceri fraudisque nescii. Adeuntes autem ad Patrem opera Christi veri sacerdotis impetramus ut sua memoria nos dignos censeat. Fornax, ignis, craticula, et ut illa conterantur molendino, etc. Satis manifesta signa sunt contritionis et laboris, dum probamur quasi per ignem. Inquit enim Scriptura : « Incenderunt nos ut conflatores argentum [42]. » Præterea legitur in Scriptura sacra : « Cor contritum et humiliatum Deus non contemnes [43]. » Qui in hunc modum decertant spargunt, quasi in fornacem conjecti, de se bonos odores : et quasi oleo divini Spiritus gratia conspiciuntur delibuti. Quidam dicunt Deum, ut non nihil deliniat pauperes, exilia ista sacrificiorum appellatione dignari. Χειδράδες autem sunt spicæ, quæ manibus decerpuntur de maturescentibus aristis, et commoluntur.

Πᾶσαν γὰρ ζύμην καὶ πᾶν μέλι οὐ προσοίσετε ἀπ' αὐτοῦ. C Τὴν παλαιότητα τῆς κακίας, καὶ τὴν ἡδονὴν ἀπαγορεύει. Ἤγουν ζύμην καλεῖ τὴν ἐπὶ κακῷ πανουργίαν. Ἔστι γὰρ καὶ ἀγαθή, ἣν τῆς σο-

Non offeretis fermentatum. Nullum enim vel fermentum vel mel offeretis, etc. [11.] Hisce verbis prohibet antiquam malitiam et voluptatem. Vel nominat fermentum inveteratum vitiorum seu mali.

[38] I Cor. VII, 35. [39] Psal. CXVIII, 96. [40] Ezech. XVIII, 4. [41] I Cor. X, 10. [42] Psal. LXV, 10. [43] Psal. L, 19.

NOTÆ.

(4) Πρόλοβον. Ἡ ἐν Φρανεκ. καὶ ἡ ἐν Κανταριγ. ἔκδοσ.

studium. Nam reperimus etiam bonum fermentum, quod se daturam pollicent simplicibus et bonis sapientiæ oratio. Duplex quoque invenitur mel. Unum reprobum sive malum agnoscitur, quale illud est : « Ne auscultes mulieri malæ. Mel siquidem stillat de labiis mulieris meretricis [44]. » Bonum est alterum, quod dulcedinem apportat, sicuti dicitur : « Ede mel, fili. Bonus enim est favus, ut dulcedinem trahat guttur tuum [45]. » Verumtamen hæc lex admittit, ut primitias, sicuti frumentum et oleum. Non tamen offeruntur in odorem bonæ fragrantiæ Deo.

A φίας ὁ λόγος διδόναι τοῖς ἀκάκοις ἐπαγγέλλεται. Διττὸν δὲ καὶ τὸ μέλι, πονηρὸν μὲν, ὡς ἔν γε τῷ φάναι, « Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης. » Ἀγαθὸν δὲ σημαίνει γλύκασμα, ὡς ἐν τῷ, « Φάγε μέλι, υἱὲ, ἀγαθὸν γὰρ κηρίον, ἵνα γλυκανθῇ ὁ φάρυγξ. » Ἀλλ' ὅμως ἀπαρχὴν μὲν δέχεται ταῦτα ὁ νόμος, ὡς σῖτον καὶ ἔλαιον, οὐ μὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας προσεφέρετο τῷ Θεῷ.

Nam versutiæ nunquam inter bona commemorantur. Virtus vero in simplicitate consistit. Proinde admiratione dignus erat Jacobus, qui simplicitatis et sinceritatis laudem invenerat domi morando. Etiam ad apostolos dicitur : « Estote prudentes ut serpentes, et simplices ut columbæ [46]. » Cæterum simplicitas et sinceritas pluris quam prudentia fit apud Deum. At versutiæ interdum expediunt illis, qui apostolico munere funguntur. Nam his interdum usus est magnus Paulus, pericula, quæ insidiatores intentabant, callide subterfugiens. Illa astutia commendatur, non tamen pertinet ad odorem bonæ fragrantiæ.

Mel significet carnalem voluptatem, quæ quidem si non subditur legi, prorsus abjicienda est : sin vero inter legum limites, sicuti postulat legitimum matrimonium, carnis delectatio se contineat, non reprobatur : non tamen facit ad odorem bonæ fragrantiæ, Domino, quemadmodum virginitas et continentia. Paulus enim inquit : « Ne defraudaveritis vos invicem [47]. » Deinde illico subjungit : « Hæc dico propter intemperantiam vestram, et parcens vobis, non secundum præceptum [48]. » De virgine talia verba facit : « Beatior est, si sic maneat [49]. »

B Τὸ μέλι σημαῖνον τὴν σαρκικὴν ἡδονὴν, εἰ μὲν τὴν παράνομον, παντελῶς ἀπόβλητον· εἰ δὲ τὴν κατὰ νόμιμον γάμον, δεκτὸν μὲν, ἀλλ' οὐκ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὡς παρθενία τε καὶ ἐγκράτεια. « Μὴ ἀποστερεῖτε γὰρ ἀλλήλους, » εἰπὼν ὁ Παῦλος, ἐπήνεγκε, « Ταῦτα δὲ λέγω, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν, καὶ κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. » Περὶ δὲ τῆς παρθένου, « Μακαριωτέρα ἐστὶν ἐὰν οὕτω μείνῃ. »

At sal qui stypticam virtutem habet, et contrarius est melli, jubetur addi sacrificiis. Sal symbolum est prudentiæ, quæ restringit et exsiccat voluptatem fluxam. Quapropter Paulus vult ut sermo noster sit conditus sale. Sic apostolis inquit Servator : « Vos estis sal terræ [50]. »

Primum ipsa verba sunt examinanda, quæ in hunc modum habent : « Et fecerint unum de omnibus præceptis Domini, quod non fieri debet. » Si igitur peccavit, hic est tenor verborum, sed mihi videntur in hunc modum distinguenda et pronuntianda : « Anima si peccaverit inconsulto, nec legis fecerit de omnibus præceptis Domini, quod faciendum est. » Sin autem volueris naturam legis speculari, fortassis aliqua præcepta occurrent, quæ non exsecutioni mandanda sunt. Quapropter inquit Ezechiel : « Dedi vobis præcepta non bona, et mandata in quibus non vivent [51]. » Sed quæ sunt illa? Littera, quæ occidit, testamentum mortis in litteris, et ministerium mortis. Utraque vero tam littera quam spiritus sub eadem proferuntur voce. Alterum itaque fugiendum, et alterum faciendum fuerit. Hoc vel ex veteri patet testamento, ubi sacerdotes Sabbatum profanant dum in eo circumcidunt infantes forte. Partim igitur servatur, partim negligitur lex, dum sacerdotes operantur vulgusque feriatur. Similiter David vescitur panibus propositionis. Præterea simulacra quædam vel effigies fuere in tabernaculo testimonii, et in templo visæ sunt imagines Cherubin. Ab Mose formatus et effictus est æneus serpens.

Ζητητέον περὶ τῆς φράσεως τί ἐστι, « Καὶ ποιήσουσι μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν Κυρίου, ἥτις οὐ ποιηθήσεται. » Εἰ μὲν οὖν ἡμάρτηται, καταστατέον οὕτω· « Ψυχὴ ἐὰν ἁμάρτῃ ἀκουσίως καὶ μὴ
C ποιήσῃ ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν Κυρίου ἣν δεῖ ποιεῖν. » Εἰ δὲ κατὰ φύσιν ἔχει, ἔστι τάχα τινὰ προστάγματα Κυρίου ἃ οὐ δεῖ ποιεῖν. Διὸ καὶ Ἰεζεκιὴλ φησιν, « Ἔδωκα αὐτοῖς δικαιώματα οὐ καλὰ, καὶ προστάγματα ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς. » Εἴη δ' ἂν τὸ ἀποκτένον γράμμα, καὶ ἡ διαθήκη τοῦ θανάτου ἐν γράμμασι, καὶ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως. Ἄμφω δὲ διὰ τῆς αὐτῆς προστάττεται φωνῆς τό τε γράμμα καὶ τὸ πνεῦμα. Ὧν τὸ μὲν, ποιητέον· τὸ δὲ, οὔ. Τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς δῆλον, βεβηλούντων ἱερέων τὸ Σάββατον, καὶ περιτεμνομένων τυχὸν ἐν αὐτῷ· τοῦ μὲν λυομένου νόμου, τοῦ δὲ τηρουμένου· καὶ Δαβὶδ φαγόντος τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως· καὶ ἐκ τοῦ ὁμοιώματα γεγονέναι ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ
D μαρτυρίου, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν Χερουβὶμ, καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν ὑπὸ Μωϋσέως.

[44] Prov. v, 2, 3. [45] Prov. xxiv, 13. [46] Matth. x, 16. [47] I Cor. vii, 3. [48] ibid. 6. [49] ibid. 40. [50] Matth. v, 13.

331 *Si autem fuerit sacrificium salutis munus ejus*, etc. Anima igitur illa dicitur inconsulto, vel præter voluntatem delinquere, cum sub prætextu religionis id observat, quod non observandum est. Opus igitur habet hostia, cujus interventu peccati veniam impetret. Illi vero non opus est hostia, qui consulto quid facit, sicuti Paulus, qui factus est Judæus ut Judæos lucrifaceret, et circumcidit Timotheum.

Αἱ δὲ τοῦ σωτηρίου θυσίαι, ἃς ἕτεροι εἰρηνικῶν A ἑρμηνεύουσι, διτταί τινες ἦσαν, σωτηρίου αἰνέσεως, καὶ σωτηρίου ἐκουσιασμοῦ, ὡς ἐρεῖ προϊών. Οὖσαι δὲ χαριστήριοι ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τῇ εἰρήνῃ τῇ παρὰ Θεοῦ, ἐλάττω τῶν ὁλοκαυτωμάτων ἔχουσιν ἀξίαν. Μερικὴν γὰρ, ἀλλ' οὐχ ὅλου δηλοῦσιν ἀνάθεσιν. Ὅθεν, οὐκ ἀῤῥένων μόνον εἰσὶν, ἀλλ' ἤδη καὶ θηλέων. Καὶ ἐπάνω τῶν ὁλοκαυτωμάτων αἱ ἐξ αὐτῶν ἀπαρχαὶ καίονται. Οὕτως οἱ ἐκ μέρους ἀνακείμενοι τῷ Θεῷ διὰ τῶν παντελῶς ἀνακειμένων προσάγονται, καὶ ἐξαιρέτως ἐν τῇ Χριστοῦ προσαγωγῇ.

Verum salutares hostiæ, quas quidam dixere pacificas, bifariam dividuntur: quædam immolant ad laudandum Deum, quod salutem præstitit: quædam eo tendunt ut gratitudinem declarent Domino ob salutem quam nobis volens impertitus est, quemadmodum in sequentibus fusius ista explicabuntur. Cum vero illæ hostiæ admoveantur aris propter salutem et bona pacemque, quæ nobis largitur Deus, meminerimus deterioris ea conditionis esse, quam sint holocausta. Nam illæ particularem quamdam nec universalem hominis consecrationem denotant. Quapropter etiam femellæ, quæ in cæteris rejiciuntur, hoc loco mactantur: præterea supra holocaustis concremantur primitiæ illarum hostiarum. Sic patet ex hoc typo, illos, qui non toti sunt dedicati Deo, offerri et consecrari Deo per istos, qui toti, quanti quanti sunt, devoti et dediti sunt Deo: excellenter autem per Christi oblationem prorsus offerimur Deo.

Addebatur sacrificio sevum per ventrem dispersum, quod quidem valetudinem et robur mentis significabat. Huc accedebat viscerum pinguedo, qua docemur mentem ipsam spiritus pinguedine decenter macerari. Quapropter ea res porrigitur ad odorem bonæ fragrantiæ. Aufertur quoque pinguedo, quæ in femoribus residet qua re complectitur omnem virtutem, quæ adjuvat hominis creatione. Adimuntur et renes, significantes mentis vim qua discernit bonum a malo. Tales enim sunt et renes, qui secernunt superfluos humores a spermate, quod utile est ad procreandum hominem. Huc dirigi potest testimonium Pauli dicentis: « Omnia probate, quod bonum est tenete [52]. » Sancti etenim sunt probati trapezitæ. Illud ipsum indicans David, ait: « Tu possedisti renes meos, Domine [53]. » Hepatis vesicula cupiditatis summitatem, vel potius totam significat secundum illum, qui in Psalmis dixit: « Coram te est omnis cupiditas mea [54]. » Animalium tres species, quæ immolantur Deo, designant eorum, qui rem sacram faciunt, incrementa prima, media et ultima, secundum rationem terræ, quæ nunc centuplum, nunc sexagecuplum, nunc trigecuplum fructum profert.

Anima si peccaverit coram Domino inconsulto, etc. Notandum existimo, quod Scriptura vocat peccata etiam illa, quæ inconsulto et ignoranter delinquimus. Peccatum inconsulto commissum est, quod quis putat non tale esse. Tale erat Sauli delictum, cum jejunium imperasset. Christi autem typus est vitulus irreprehensibilis. Siquidem Christus culpa est vacuus omni. In quo princeps hujus mundi nihil invenit. Hic immolatus est, ut expiaret sacerdotis et populi delicta: et ut exsolveret parva et magna peccata, et ut Ecclesiæ delicta tolleret. Quapropter adducitur ad ostium tabernaculi. Præterea Christus ingressus **332** in Sancta sanctorum per suum sanguinem, patefacit omnibus, qui in hoc mundo ætatem agimus, januam, per quam introeamus in sempiterna gaudia. Septies aspergitur sanguis, qua re significatur penitus a peccatorum labe esse repurgatos vere pios, et sisti a Christo in conspectum Dei. Haud dissimili ratione illo cruore consperguntur cornua altaris ex adverso arcæ, unde se videndum exhibebat Deus. Nam Pater pacatus per mortem Filii, eum ceu gratissimum excipiebat odorem. Siquidem benigno vultu, quemadmodum sacrificium Abeli, aspexit sacrificium Filii. Ara vero inter cætera etiam bonæ fragrantiæ indicium est. Præterea egressus porta pro nobis ultimum sustinuit supplicium, sicuti testatur Paulus, dicens: « Sanctificans semetipsum, » sive consecrans [55]. Hujus vocabuli significatio magis elucescit ex illo Scripturæ eloquio: « Laqueus est viro, si præcipitanter quid de suo sanctificaverit. » Unus scilicet Christus pro nobis omnibus mortem perpessus est, quemadmodum evidenter docet Scriptura, ut nos, qui nunc vita fruimur, non nobis, sed Christo, qui pro nobis mortis discrimen adiit et resurrexit, vivamus [56]. Virtutes quæ in Christo sunt, fundunt suavissimum odorem, ut admonent intestina, quæ in ventre occultantur, sicuti virtus in mente.

Ἐπισκέψῃ δὲ, εἰ δυνατὸν, ἑκουσίως ἀναλαβόντα B τὴν τοῦ λαοῦ ἁμαρτίαν τὸν ἀρχιερέα λέγεσθαι ἁμαρτάνειν. Ἐπεὶ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἀντὶ πληρώματος ἑαυτὸν κενώσαντα, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ τὰς νόσους βαστάσῃ· ὡς ὑποληφθῆναι παρ' ἡμῶν εἶναι ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει. Προσάγει δὲ μόσχον, τὸ γήϊνον

Interim diligenter attende, an Scripturæ sacræ proprietas ferre possit, ut pontifex dicatur peccare, qui in semetipsum transmovit peccata populi, siquidem ille, qui peccatum non noverat, pro vobis peccatum fecit [56]. Qui omni virtute, quasi quoddam copiæ cornu affluebat, semetipsum exinanivit [57], ut peccata nostra tolleret, et infirmitates

[51] Ezech. xx, 25. [52] I Thess. v, 21. [53] Psal. cxxxviii, 13. [54] Psal. xxxvii, 10. [55] Hebr. xiii, 12. [56] I Thess. v, 10. [56] II Cor. v, 21. [57] Philipp. ii, 7.

nostras portaret. Proinde à nobis potest accipi, ut fons abundans, et iterum quasi exinanitus et vacuefactus. Vitulum immolavit, cum corpus suum terrenum, ab omni peccati macula purum (conceptus namque fuit de Spiritu sancto, ut declaratur per dictionem, *irreprehensibilis*), in crucis ara obtulit. Capiti imposuit manum, ut tolleret populi peccatum, quod in ipsum erat derivatum.

A αὐτοῦ σῶμα τὸ ἀμίαντον· ἐκ Πνεύματος γὰρ ἁγίου· ὃ διὰ τοῦ ἀμώμου δηλοῦται. Οὗ τῇ κεφαλῇ τὴν χεῖρα ἐπέθηκεν, ἵνα περικαθάρῃ τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ φθάσασαν εἰς αὐτὸν ἁμαρτίαν.

Si autem universus cœtus filiorum Israel, etc. Ignorantia intelligitur legis. Aut si forte quis majore vi adactus fuerit in legem committere. Quapropter vociferatur David: « Ne memineris peccatorum juventutis meæ, et ab ignorantia mea absolve me [58]. » Similiter et Job incusat benignum Deum, inferendo: « Quare non induxisti oblivionem iniquitatis meæ? et attulisti purificationem peccati mei [59]? » Omnis synagoga Judæorum ignoranter deliquit, clamans: « Crucifige, crucifige eum. » Latuit hanc Synagogam sermo Dei caro factus. Fecerunt igitur, quod haud faciendum erat, scilicet immolantes in Paschæ festo veram ovem. Præterea lex præmonstrat sub hoc typo, nos in solo Christo per fidem assequi peccatorum abolitionem. Hic etenim instar vituli, ut habent prophetæ verba, peccata nostra in se transtulit. Id siquidem edocemur, dum videmus mactato vitulo imponi manus ad tabernaculum, ut scilicet nobis aditum per suum sanguinem præstruat ad Patrem, dum videlicet introivit in Sancta sanctorum, et unica oblatione perfectos reddidit in perpetuum sanctificatos. Nam aspersione sui sacrati cruoris Ecclesiam abundanter sanctificavit. Proinde præcipitur: « Septies asperge. » Nam inquit: « Accessimus ad Jerusalem cœlestem, et ad ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis: et ad sanguinem aspersionis meliora loquentem, quam loquebatur sanguis Abel [60]. Sanguis enim Abeli debacchabatur in homicidam. At sanguis Christi pro nobis dixit apud Deum. Sanguis vero affundebatur basi aræ, quia sanctus reputabatur. Christus totus intra et totus extra sanctus est. Proinde totus et integer, ceu hostia mactabatur. Cæterum, ut docet Apostolus, extra portam passus est [61]: imperatque ut ad hunc exeamus portantes ejus opprobrium, id est crucem, quam pro nobis et propter nos amaram sustinuit. Sic Christus quoque jubet, dum inquit, ut tollamus crucem nostram, et ipsum consequamur [62]. Quod Paulus ait: « Extra portam, » æquipollet huic: extra mundum. Nam si volumus sequi ducem Christum, repudium mittendum erit vitæ, quam agimus peccatis conspurcatam in hoc mundo. Nam 333
haud ab re idem Apostolus dicit: « Mundus mihi crucifixus est, et ego mundo [64]. » Nam licet in terra simus corpore, tamen conversatio nostra in cœlis est [65]. Divini ignis substantia mutat et transformat sua virtute ea, quæ conservanda erant de vitulo allegorico: interim tamen conservat id, quod residuum erat ex mutatione. Qui inquinati erant consequebantur puritatem aspersione aquæ cinere juvencæ temperatæ. At nos sanctos præstat passio Christi interventu aquæ conscientiam nostram repurgans, quemadmodum Scriptura monet: « Lavamini, puri estote [66]. » — « Si autem princeps peccaverit, » etc. Si princeps et populus pariter culpa fuerint infecti, aut populus, qui imperio regitur, solus: culpa aboletur mactato vitulo. Sin vero princeps solus sibi culpam asciverit, cæso juvene hirco, non hœdo aut capro, peccatum eluit. Hircus ille juvenis adultiore sit ætate quam hœdus, et infirmiore quam caper adultus. Hircus qui ob delictum principis immolatur, significat corporeos ejus affectus penitus esse exstirpatos. Carnes, quæ committentur igni, peccati remissionem operantur: nec tamen prius id accidit, quam hirci vita, quæ per sanguinem insinuatur, oblata fuerit Deo. Qui de populo unus fuerit, et peccatum sibi contraxerit, non masculo sacrificio, sed femineo Numen placat. Nam pro modo et qualitate delictorum hostiæ cædi solent. Sic semetipsum immolavit Christus pro peccatis nostris irritandis ceu vitulus, qui inter graves et magnas numeratur victimas. Siquidem ubi exuberavit peccatum, ibi magis exuberavit gratia. Pro singulis autem occubuit magis ut hœdus quam ovis, quod peccatoribus et iniquis propter nos assimilaretur. Iniqui etenim typus est hœdus, sicuti sterilis et prolifico semine vacuus. Quapropter Christus iniquos a sinistris ceu hœdos collocabit. Christus pro nobis instar ovis occisus est propter suam patientiam et mansuetudinem. Nam ut ovis ad cædem ductus est [67]. Pro delicto principis mascula hostia, at pro delicto ejus, qui imperio gubernatur, femella trucidatur. Siquidem mas dominationem et femella subjectionem, designant. Pari ratione respondet delinquentibus Christi gratia. Alicubi enim nihil differunt principis et subditi peccata. Quamobrem majore propulsantur hostia. Cæterum in Christo utraque perspiciuntur. Nam princeps censet, quatenus est Deus: et in subditorum numero ponitur, quatenus reputatur homo. Itaque et nunc minor hostia pro principe mactatur. Siquidem caper nec taurus aræ admovetur. Haud dissimili ratione nec sanguis illinitur interiori aræ. Nam pro cujusque dignitate Christus offertur: et unusquisque pro semetipso.

Partiaria sacrificia nobis subveniunt per holocausta: Nec non cæduntur victimæ peccati ubi offeruntur et holocausta. Illorum primitiæ imponuntur holocaustis. Nam qui particulariter particeps est Christi, ipsum tenet totum quemadmodum pro

B Βοηθεῖται πάλιν τὰ μερικὰ διὰ τῶν αὐτοτελῶν. Καὶ σφάζεται μὲν τὰ περὶ ἁμαρτίας ὅπου τὰ ὁλοκαυτώματα· τίθεται δὲ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀπαρχὴ ἐπάνω τῶν ὁλοκαυτωμάτων. Ὁ γὰρ Χριστοῦ μετέχων μερικῶς, διὰ τὸ τελείως ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου δεδόσθαι

[58] Psal. xxiv, 7. [59] Job x, 14. [60] Hebr. xii, 22, 24. [61] Hebr. xiii, 12. [62] Matth. xvi, 24. [64] Galat. vi, 14. [65] Philipp. iii, 16. [66] Isa. i, 20. [67] Isa. liii, 7.

αὐτὸν μετέχει καὶ αὐτός. Ἄμεινον δὲ λέγειν, ὡς A ἄνω μὲν περὶ ἱερέως ὁ μόσχος, ὧδε μέντοι περὶ ἄρχοντος.

Σημειωτέον, ὅτι οἷα θυσία γίνεται ὑπὲρ ἱερέως ἁμαρτόντος, τοιαύτη καὶ ὑπὲρ ἁμαρτόντος λαοῦ, οὐ μὴν δὲ καὶ τοῦ ἄρχοντος· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι μείζων ὁ ἱερεὺς τοῦ ἄρχοντος, καὶ ὁ λαὸς ὁμοίως. Ὅθεν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἔνιοι τῶν βασιλέων καὶ ἱερέων ἀξιώματα περιετίθεσαν ἑαυτοῖς· (5) τὸ δὲ περὶ ἑκάστου τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ, θῆλυ. Ἔστι γοῦν ὁ λαὸς ἐν σχήματι θηλείας πρὸς τοὺς ἄρχοντας· ὅτι τὸ ἄρσεν ἡγεμονικὸν, τὸ δὲ θῆλυ ὑπήκοον. Πλὴν ὁμοῦ γε σύμπας ὁ λαὸς τῷ ἀρχιερεῖ ἐξομοιοῦται.

peccatis totius mundi mortem oppetiit. Cæterum mihi videtur hoc loco eadem ratio esse sacrificii, quos offert princeps, quæ supra fuit de vitulo, qui necabatur pro sacerdote.

Notandum tamen censeo, quod eisdem hostiis litant sacerdos et populus si culpa se oneraverint, at diversis suum peccatum diluit princeps. Quia princeps, quam primum peccato se contaminaverit desiit esse princeps et sua dignitate excidit. Itaque hinc colligere licet, sacerdotem esse honoratiorem principe : etiam populum majore dignitate, quam principem, splendere. Pro peccato uniuscujusque ex populo, femella trucidatur; quia populus velut femella se habet respectu principum. Siquidem mas damnationem et femella subjectionem designant. Insuper plebs omnis pontifici assimilatur.

Quapropter priscis temporibus, quidam reges sacerdotali dignitate semetipsos ornaverunt.

« Ἐκ τοῦ λαοῦ δὲ τῆς γῆς, » φησὶν, ὡς ὄντος καὶ B λαοῦ οὐρανοῦ, αὐτοῦ τοῦ λαοῦ τῆς γῆς· ἐν ἐλαχίστῳ γενομένου πιστοῦ τῇ γῇ, ἀναλαμβανομένου εἰς οὐρανὸν, ἵνα γένηται λαὸς οὐρανοῦ. Ἡ μία δὲ ψυχὴ μετὰ τὴν πλημμέλειαν γνοῦσα τὴν ἁμαρτίαν προσφέρει τὴν θυσίαν, καὶ οὐ πρότερον τῆς γνώσεως γίνεται ὁ ἱλασμὸς καὶ ἡ ἄφεσις. Ὅπερ ἐπὶ μόνου τοῦ ἀρχιερέως οὐκ εἴρηται. Οὐ γὰρ ἀγνοῶν ἔρχεται εἰς ἐπίγνωσιν.

Τὸ, « Εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, » ἐπὶ μόνου τοῦ ἡμαρτηκότος λέγεται λαϊκοῦ, παρὰ τὸν ἱερέα, καὶ τὴν συναγωγὴν, καὶ τὸν ἄρχοντα.

Inquit : « Ex populo terræ, » etc., quasi alius sit populus, nempe cœlestis. Siquidem populus qui in parvo, scilicet in terra promissionis fuit fidelis in cœlum translatus est et donatus civitate cœlesti. Homo autem unus sive anima una, ubi cognorit suum peccatum, adducit hostiam; nec nisi oblata victima peccati remissio obtingit. Verum hoc fallit in solo sacerdote. Non enim ignoranter venit in peccati notitiam.

Quod scribitur : « In odorem bonæ fragrantiæ, » etc., adjectum est propter solum privatum hominem peccantem; nec additur in relatione sacerdotis, synagogæ vel principis delinquentis.

Si anima peccaverit, et audiverit vocem juramenti, etc. [V, 5.] Primo loco ponit negationem peccati, 334 deinde subdit ipsum peccatum. Bifariam autem hic locus intelligitur : aut si quis aliquem cognoverit pejerasse et productus testis, ut id peccatum indicet, et id celare in animum induxerit. Hac tergiversatione peccatum sibi non parvum conflat. Aut si quis jurejurando adactus, ut aliqua, quæ occulta sunt, proferat, cunctatur ea, licet sciat palam facere, a peccato haud immunis est. Nam si quis non indicet delinquentem, nec observet delatum auctoritate judicis jusjurandum peccatoris peccatum in se transfert. Haud enim solum nos a peccatis abstinere oportet, sed redarguendo et indicando peccati radix incidenda est. Scriptura namque sic nos cohortatur : « Nolite communicare operibus tenebrarum infrugiferis; imo quod poteritis illa opera reprehendite et refellite. » Alibi eadem Scriptura inquit : « Plane occide peccatores terræ, ut exstirpes ex civitate Domini omnes patrantes injustitiæ opera [68]. » Præterea legitur : « Judicio justo judicate et asserite injuria circumventum [69]. » Hinc, qui reticet peccatum alterius contempta religione jurisjurandi, conjunxit illum, qui inquinatur contactu immundi et impuri hominis. Quemadmodum non suopte ingenio ille conspurcatur, sed alterius contagio, sic qui obticet peccatum alterius, quod retegendum erat, contaminatur illicito, ceu re aliqua immunda, silentio. Una igitur opera nobis hic commemorat et typum et veritatem hoc typo velatam. Cæterum peccatum illud evanescit, si intercesserint enuntiatio et victima. Monet siquidem Scriptura in hunc modum : « Dic tu primum iniquitates tuas, ut justificere [71]. » In psalmis scriptum est : « Dixi : Enuntiabo contra me peccata mea Domino. Et tu gratiam fecisti impietati cordis mei [71*]. » Verum hoc non satis fuisset ad oblationem peccati, si non pro nobis mortis periculum adiisset Christus. Septies sanguinem aspergere præcipit Moses : quia ex septem guttulis virtute et efficacia sanguinis ex universo sæculo hoc sursum rapi hominem. Immolati passeris caput non penitus resecat. Nam mors Christi non divisionem perficit, sed unionem charitatis inducit. Quapropter nec agni paschalis carnes foras efferebantur ex ea domo, in qua edebantur. Christus non divisus est, sed unus et totus singulis et omnibus inest. Ipse siquidem est pax nostra conjungens nos invicem, et Deo copulans. Tabernaculum quoque irroratur sanguine, qui typus significat Ecclesiam. Turtur unus pro peccato occiditur : alter in holocaustum cedit. Ambo significant Christum, qui pro nobis est peremptus, et in odorem bonæ fragrantiæ ceu holo-

[68] Ephes. v, 11. [69] Psal. c, 8, 9. [70] Deut. i, 16; cxvi, 19. [71] Isa. xliii, 26. [71*] Psal. xxxi, 5.

NOTÆ.

(5) Τὰ ἑπόμενα ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται.

causium Patri est oblatus. Præterea ut pretium, quo omnium vita redimeretur, seipsum obtulit admotus aræ ut certissima propitiatio et expiatio peccatorum nostrorum. Similæ non additur vel oleum vel thus. Quia pro peccato offertur. Peccatum autem neque lætitiam neque bonam fragrantiam præ se fert. Simila est materia, ex qua panis paratur. Vitæ vero typus est panis. Cæterum per Christum etiam peccatum in lætitiam vertitur, ubi illo fuerint nostri animi liberati. Nam sacerdos volam implens simila, eam inspergit holocaustis, iterum partem per totum corroborans. Residuum sacerdoti traditur, ut inde alatur, siculi etiam expetit munus similæ. Illic sacerdotem participem aræ reddit; hic efficit ut sacerdos peccanti auxilium ferat, ne peccati contactu penitus pereat. Hoc autem illud est, quod Paulus [72] vocat datum et acceptum.

Qua ratione affinis est pœnæ, qui juravit se A malefacturum, et oblivio obrepens ab maleficio eum submovit? Non hic plectitur, quod nullum scelus patraverit : sed crimine tenetur, quod temere juraverit. Cum autem homo compositus sit ex carne et spiritu, neutrum nominare sustinuit. Neutrum siquidem peccare solet. « Nam spiritus concupiscit, quæ sunt contraria carni, habetque hos fructus, gaudium, charitatem, pacem [73], » etc. Suapte natura spiritus bona censetur arbor. At caro, quæ concupiscit adversus spiritum, legi Dei non subjicitur, neque enim potest. Cum igitur caro nesciat neque possit subdi Deo, quæ ratio concedit ipsam peccare? Proinde proprie prædicatur de anima : « Anima quæ peccaverit, ipsa morietur [74]. » Non idem de spiritu pronuntiatur. Quod B vero Deus potest animam et corpus perdere in gehenna [75], » non intelligendum, quasi corpus sit natum suapte natura ad virtutis opera 335 edenda : sed quod sit causa animæ, ut peccato commaculetur. Cæterum volo te considerare utrumque tam seminantem in spiritum, quam serentem in carnem; nam ille vitam æternam, hic æternum metit interitum. Si autem differunt seminans et semen, et id in quo seritur, necessario videtur sequi animam esse, qua in utrumque semen spargat. Siquidem omne certamen initur in hoc, ut anima nanciscatur salutem. Quapropter undique et ubique dici videmus in Scriptura : « Anima si peccaverit. »

Πῶς δὲ ὑπεύθυνος καὶ ὁ κακοποιεῖν ὀμόσας, καὶ λήθην λαβών; Οὐχ ὅτι μὴ ἐκακοποίησεν, ἀλλ' ὅτι ὤμοσε. Τοῦ δὲ συνθέτου ἀνθρώπου, οὔτε τὸ πνεῦμα εἶπεν, οὔτε τὴν σάρκα. Οὐδέτερον γὰρ πέφυκεν ἁμαρτάνειν. « Τὸ μὲν γὰρ, ἐπιθυμεῖ κατὰ τῆς σαρκὸς, καρποὺς ἔχον ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, » καὶ τὰ ἑξῆς. Φύσει δένδρον ἀγαθὸν τυγχάνον· ἡ δὲ, ἐπιθυμοῦσα κατὰ τοῦ Πνεύματος, τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται. Οὐδὲ γὰρ δύναται, δύναμιν οὖν οὐκ ἔχουσα ὑποταγῆς πρὸς τὸν Θεὸν, πῶς ἂν ἁμάρτοι; Ἰδίᾳ δὲ περὶ ψυχῆς εἴρηται, « Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται, » οὐ τὸ πνεῦμα. Εἰ δὲ « δύναται καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα Θεὸς ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ, » οὐχ ὡς πεφυκὸς κατορθοῦν, ἀλλ' ἴσως ὡς αἴτιον τῇ ψυχῇ ἁμαρτίας. Σκόπει δὲ καὶ τὸν σπείροντα εἴς τε τὸ πνεῦμα καὶ τὴν σάρκα· ὡς ὁ μὲν, ζωὴν μόνον αἰώνιον· ὁ δὲ, θερίζει φθοράν. Εἰ δὲ ἕτερον τὸ σπεῖρον, καὶ τὸ σπαρὲν, καὶ τὸ ἐν ᾧ σπείρεται, ἀνάγκη ψυχὴν εἶναι τὴν ἐν ἑκατέρῳ σπείρουσαν, περὶ ἧς ὁ πᾶς ἀγὼν, ἵνα σωθῇ. Ὅθεν πανταχοῦ, ψυχὴ ἐὰν ἁμάρτῃ, λέγεται.

In rationem autem delinquunt, imo maximo peccato se obstringunt, quotquot manifestam inficiantur veritatem, Christumque non confitentur coram magistratibus et Cæsaribus. Cæterum singulatim explicemus commemoratas immundities. Universaliter primo dicitur : « Quicunque contrectaverit omnem rem impuram, » et *quicunque*, ut habet versio Theodotionis, *inquinaverit se verbo impuro*, aut, ut vertit Aquila, *qui conspurcaverit se verbo aliquo inquinato*, etc. Violatur contactu immundi verbi vel facti qui alium quam Dei sectatur sermonem. « Eloquia enim Domini eloquia sunt pura, [76] » etc. At eloquia, quæ non promanant ex fonte Christo sunt impura. Cadaver hoc loco vocitat hominem, qui plane mortuus est si cogites divinam politiam. Cum tali etiam cibum capere prohibemur. A bestiis laceratum intellige, quidquid adversarius noster diabolus, qui existimatur fortis venator, violenter ceperit. « Nam obambulat instar leonis rugientis, et quærentis nos deglutire [77].

Sed quia interdum accidit, ut ab bono pastore C duo crura vel auricula aliqua vindicetur, non abs re dicitur : « Immundum a bestia laceratum. » Nam non reputandum est a bestia captum, quod fuerit subtractum et ereptum ore leonis.

Ἐπὶ τῶν θηριαλώτων ἐστί ποτε τὸ, ἤδη ἁλόντα δύω σκελῶν, ἢ λοβοῦ ὠτίου, « Ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος ἀνιμηθῆναι. » Διὰ τοῦτο ἴσως εἴρηται τὸ, ἢ θηριαλώτου ἀκαθάρτου. Οὐκ ἔτι γὰρ θηριάλωτον τὸ ὑπὸ τοῦ ποιμένος ἐκσπασθὲν ἐκ στόματος λέοντος.

Mortuum vero reptile haud absurde dixeris aspidem ejusque prolem. Aspis adventum Christi (juxta prophetæ vaticinium) ita mansuescet, ut infans sine periculo accessurus sit ad ejus cavernam, et sine damno porrecturus manum ad nidum natorum

Θνησιμαῖον δὲ ἑρπετὸν λέγοιτο ἂν ἀκάθαρτον πᾶσα ἀσπὶς, ἢ ἔκγονα ἀσπίδος μετὰ τὸ ἡμερωθῆναι τῇ παρουσίᾳ Χριστοῦ οὕτως, ὥστε παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην αὐτῶν, ἢ ἐπὶ κοίτην ἐκγόνων αὐτῶν τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖν, κἀκεῖνα ἡμερωθέντα μὴ λυμαίνε-

[72] I Cor. x, 18. [73] Galat. v, 17, 22. [74] Ezech. xviii, 4. [75] Matth. x, 28. [76] Psal. xi, 7. [77] I Petr. v, 8. [78] Psal. xxxv, 7.

σθαι τὸ παιδίον, παλινδρομήσαντα ἐπὶ τὴν κακίαν, καὶ ἀποθανόντα τῇ ἡμερότητι.

A ejus. Serpentes illi cicurati, non damnum aliquod importabunt : nec ad pristinam recurrent feritatem, sed qui vitæ finis idem et mansuetudini illorum sit futurus.

Ὡς ἔστιν ἅψασθαι κτηνῶν καὶ ἑρπετῶν ἀκαθάρτων θνησιμαίων, οὕτως ἔστιν ἅψασθαί ποτε καὶ ἀκαθαρσίας ἀνθρώπου, ὅταν λάβῃ τις ἀπὸ τοῦ ἐν ἑτέρῳ μολυσμοῦ.

Itaque licebit aliquando contrectare reptilia impura et mortua. Sic aliquando eveniet, ut quis contrectet immunditiem hominis, scilicet si quis incestetur a pollutione, quæ alii inest. Verum ubi maculæ impuritatem cognoverit, oblato sacrificio eam dissolvet.

Et peccaverit imprudenter in sanctis Domini, etc. [V, 17.] Scilicet si quid ex illorum numero, quæ consecrata fuerint Domino expilaverit sacrilege, aut vota non solverit. Inquit etenim : « Fili, si voveris votum Domino, ne cuncteris id persolvere. Melius est non vovere, quam vovisse, et vota non persolvisse[79]. » Etiam David canit : « Vovete, et reddite vota Domino Deo vestro[80]. » At aries, qui emebatur ad sacrificium, typus est Christi. Hunc Judæorum principes proditum emerunt triginta argenteis. Hic nos absolvit a peccatis, quæ etiam in Deum commisimus.

Et fefellerit depositum proximi sui, etc. [VI. 2.] Per Christum tolluntur delicta, quibus injurii fuimus fratribus nostris. Hic enim perfecte et absolute nos emundavit, secundum tenorem sequentis eloquii, cujus Christus ipse auctor est : « Qui credit in me, habet vitam æternam, et in condemnationem non venit, sed transivit ex morte in vitam[81]. » Fidelis igitur virtute fidei evasit sua crimina. « Deus siquidem est, qui justificat : quis igitur, qui condemnat[82] ? » Verumtamen satisfaciendum reipsa injuria affectis fratribus, ut possimus assequi justificationem, quæ per Christum nobis obtingit. Ad eum modum Zachæus[83], cum se recipi vellet in gregem discipulorum Christi, promittebat se quadruplum suorum bonorum, si quem defraudasset, restituturum. Sic quis exclamare quit : « Paratum cor meum, Deus[84]. » Hoc est holocaustum, quod in corde incendi et ardere vult. Perpetuum ignem. qui non exstinguatur, in ara flagrare desiderat. Non autem intelligit quemlibet ignem, sed suum, qui cœlitus affertur. Nam divina natura sub imagine ignis **336** nobis proponitur. Ara est Christus cujus opera accedimus ad Deum Patrem. Conspicatus est quoque Joannes Spiritum Dei descendentem e cœlo sub specie columbæ, et manentem super ipso[85]. Cæterum per ignem nobis demonstratur Spiritus, ut idem Joannes iterum testatur : « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne[86] ; » igne, inquam, qui omnem vestræ animæ maculam absumet. Nam de Christo scriptum est : « Ecce ipse ibit ut ignis conflatoris, et ut herba fullonum[87] ; » veniet, inquam, conflans et repurgans, quemadmodum argentum et quemadmodum aurum. Spiritus autem ejus, quatenus Deus est, peculiaris existimatur, quemadmodum et ignis aræ adjudicatur ratione legis. Verum particeps Spiritus sancti reputatur sicuti homo. Poteris intelligere aram Dei etiam illos, qui dedicati sunt Deo, quorum ignem non vult exstingui : imo exoptat eos semper videre spiritu ferventes, nec unquam astrictos frigore voluptatum. Hæc enim certa forma est rationalis cultus, quem Deus sibi exhiberi cupit. Cinerem non vult projici a quibuslibet sine delectu : huic muneri deputantur sacris initiati. Nam etiam vilia et contempta officia præstare Deo nemo dedignetur. At aram contrectare profani non audent. Nec tamen permittitur, ut sacra palla vestiti cinerem exportent. Periculum enim foret, ne hæc inquinaretur contactu immundo. Proinde inquit Ezechiel : « Cameræ aquilonares et cameræ australes, quæ sunt in planitie intercisionis, sunt cameræ sanctæ, ubi comedent sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, Sancta sanctorum : ibi relinquent Sancta sanctorum, et oblationem Minha, atque hostiam pro peccato et pro delicto : quia locus sanctus est. Et quando sacerdotes ipsi ingrediuntur, non egredientur de Sancto ad atrium exterius, sed ibi reponant vestes suas, in quibus ministraverunt. Sunt enim sanctæ : atque aliis vestibus sese induant, et accedant in locum ubi est populus[88]. Nam lex avet in locum aliquem segregatum recondere id, quod insigniter fuerit sanctum. Quapropter edicit : « In loco sancto in atrio tabernaculi testimonii edent sacerdotes reliquias similæ in aram positæ. » Hoc pacto ostendit se verum cultum, quo Deus coli desiderat, mysticis velare verbis. Nobis autem major obtigit sanctificatio, ut qui arctiore et propiore vinculo devincti simus Deo.

Quemadmodum adeunti in locum sacrum major obvenit sanctimonia, quam illi, qui procul ab loco sancto abest : sic nos majore abundamus sanctitate. Cæterum natura corporum sive personarum quoque differentiam habet. Nam ait : « Omnes mares, qui fuerint nati genere sacerdotali, vescentur sacrificio similæ. » At nobis non est vel masculus vel femella in Christo Jesu ; verum judicamur respectu habito virtutis, secundum quam vel firmi vel infirmi apparemus. Omnis qui attingebat res Deo consecratas, sanctificabatur et ipse. Nobis vero porrigitur sanctimonia, si Christum contrectaverimus vero animi proposito. Ad eum modum mulier, quæ infestabatur sanguinis profluvio, tetigit Christum, et salutem est consecuta. Holocaustum significat eum, qui se totum consecrat et addicit cultui divino. Nec tamen

[79] Eccle. v, III, 4. [80] Psal. XLIX, 14. [81] Joan. v, 24. [82] Rom. VIII, 34. [83] Luc. XIX, 8. [84] Psal. CVII, 2. [85] Joan. I, 32. [86] Matth. III, 11. [87] Malach. III, 2. [88] Ezech. XLII, 13, 14.

rejiciendus et contemnendus est is, qui vel ex parte, ut ostendit manipulus sacerdotis, devotus est Domino. Hoc sacrificium esse oportet odoratum, ut cui adjiciatur thus et oleum : quorum alterum bonam indicat spem, alterum vitam morum gravitate conspicuam, quæ nunquam obliviscitur Dei. Hæc vita est munda omnique malitiæ caret fermento. Neque enim Salvator probat et mundam judicat orationem, quæ in foro ostentandi gratia funditur. Nec recipit jejunium hypocriticum, nec collaudat misericordiæ opera, quibus quæritur externa laus. Peccatum hoc loco nominat si scienter delinquamus ; delictum vocat, si ignoranter peccemus.

Hoc sit donum Aaron et filiorum ejus, etc. [VI, 20.] Sacrificium sacerdotis integrum sit requiritur, nec ex parte offertur : totoque die durat. Nam sacerdotes non Deo mundoque, ut reliqui, serviunt ; sed toti sunt mancipati Domino. Huic prorsus **337** sunt quasi impacti, ab ejusque amore nunquam avelli queunt. Ita se rem habere argumento est Apostolus, dicens : « Una cum Christo crucifixus sum. Vivo autem non amplius ego, sed in me vivit Christus [89]. » Sartago indicium et nota est doloris. Quod frigetur et maceratur oleo, signum est immensæ lætitiæ, quam nobis elargitur certa spes in Deum. Quod ex fragmentis conflatur, argumentum est satis magnum, cor quidem sanctorum facile prolabi in voluptates, et facillime inde retrahi et humiliari : nec esse contumax et intractabile. Nam David ait : « Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet [90]. » At diaboli cor congelatum riget instar lapidis, et ut incus, quæ nullis malleorum verberibus et ictibus mollescit. Præterea docemur filios decere, ut sint imitatores parentum sanctorum, similiter, ut parentes, holocausto rem sacram facientes.

Ephi et chœnix sunt synonyma et eamdem mensuram significant. Est autem chœnix mensura continens urceum et partem urcei minimam.

A Οἶφι δὲ καὶ χοῖνιξ ἕν ἐστι μέτρον, διττῷ ὀνόματι προσαγορευόμενον. Ἔστι δὲ δύο ξεστῶν καὶ ποστημορίου.

In loco ubi mactant holocausta, mactent sacrificium pro peccato, etc. [25.] Victima, quæ pro peccato occiditur, solus est Christus, qui per omnia sanctus habetur. Idcirco cæditur in loco, quem occupant holocausta. Nam « cum iniquis reputatus est [91] ; » cæterum mors ejus sancta celebratur : et quemadmodum Deus deorum est filius : ita et Sanctus sanctorum adorandus est. Siquidem quatenus Deus est, universam creaturam sancto Spiritu renovat et sanctificat. Vescitur autem sacrificio pontifex, qui rem divinam facit. Unusquisque etenim sacerdos vindemiabit et colliget fructus suorum laborum : et remunerationem sui ministerii accipiet.

In sanctis locis edantur, etc. [26.] Nam in Ecclesiis offeruntur mystica. Sanctum præstat eum tale sacrificium, qui contingit ipsum : nec non sanctitatem trahit ex sanguinis aspersione. At vasa et instrumenta quæ huic negotio deserviunt, non ad humanos proferuntur usus.

Et omnia quæ pertinent ad sacrificium pro peccato, ut de sanguine inferatur, etc. [30.] Prohibet ne sacerdotes edant viscera et intestina victimarum. Laudatur autem a divina et suprema natura, cujus typus est ignis. Quanta sanctitate fulserit mors Christi, satis evidenter commonstra cruor qui aspergitur basi aræ. Cæterum intestina tacite repræsentant varietatem virtutum quibus ornatus est Christus.

Quicunque offert holocaustum hominis, etc. Non enim gratis servimus Deo. Hæc est lex Pauli, quam omnibus tulit Ecclesiis, dicens : « Sic et Dominus ordinavit, ut hi, qui altari assideant, ex altari vivant [92]. » Et iterum : « Qui offerunt victimas altaris sunt participes [93]. » Verum illa tradita sunt sacerdotibus, ut adjutent populum portare delicta, et per hos gratiæ agantur Deo. Quia ab illis gratiarum actio fit.

Panes ex simila paratos in oleo, et placentas non fermentatas perunctas oleo super panibus fermentatis, etc. [VII, 12.] Hæc nunc loquitur, quamvis supra rejecerit et repudiaverit mel et fermentum in sacrificiis. Verum sciendum est, quod nunc verba fundit de laude qua afficitur Deus. Nam laudibus condecoramus Deum populariter convenientes in templis, a quo conventu nec catechumeni arcentur. Idem etiam laudibus privatorum extollitur, dum intra ædium privatarum parietes Deum laudant fideles homines. Coctæ carnes ostendunt sub quodam ceu typo populi conventum et concordiam. Panis, cui non additur fermentum, fideles et pios designat : quemadmodum catechumeni intelliguntur sub panibus, qui acuerunt fermento. Nam catechumeni nondum sectantur purum et defæcatum vitæ genus, quemadmodum vere Christiani. Simila autem illibata nec adhuc conspersa, ut vel panis vel placentæ inde fiant, denotat laudem quam singuli Christiani per se offerunt Deo omni fermento vacuam secundum divini Pauli vocem : « Itaque festum celebremus, non in fermento veteri neque in **338** fermento malitiæ et versutiæ : sed in panibus fermento carentibus, hoc est, in sinceritate et veritate [94]. » Et iterum : « Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicuti estis non fermentati [95]. » Oleum lætitiæ symbolum est. Nam misericordiam, quam tribuit Deus, nos consequi oportet. Inquit enim : « Macta Deo sacrificium laudis, et redde Domino vota tua, et invoca me in die tribulationis tuæ, et vindicabo te, et collaudabis me magnifice [96]. » Huic convenit et illud : « Mœsto quis inter vos animo est, orationi intentus sit ; Læto quis animo est, cantillet [97]. » — « Non relinquent, ait, de eo in crastinum, » etc. Alias

[89] Galat. II, 19, 20. [90] Psal. L, 19. [91] Isa. LIII, 12. [92] I Cor. IX, 13. [93] I Cor. X, 18. [94] I Cor. V, 8. [95] ibid. 7. [96] Psal. XLIX, 14, 15. [97] Jac. V, 13.

enim modus est laudandi Dominum in futuro sæculo, quemadmodum jam olim dictum est : « Cantemus Domino. Magnifice etenim glorificatus est [98]. » Carmen autem, quod tempore, quo manifestatus est Christus, erat canendum, etiam prænuntiatum est : « Carmen canamus Domino carmen novum [99]. » Hoc nimirum illud est, quod scribitur : « Ascendit Deus cum vociferatione ubi diripuit infernum, et dixit his, qui erant in vinculis : Exite : et his, qui in tenebris morabantur, In lucem procedite [1]. » Quibus verbis edocemur mortem esse debellatam, et peccatum penitus destructum. Proinde huic tempori congruet illa laus sive ille laudandi Deum ritus. Nam adveniente eo, quod perfectum et undique absolutum est, quod particulare fuerit dissolvetur et irritum erit [2]. Sic et Christus inquit : « Nunc per parabolas locutus sum vobis. Venit hora, quando non amplius per parabolas loquar vobis [3]. »

Καὶ τὸ καταλειφθὲν ἀπὸ τῆς θυσίας ἕως ἡμέρας τρίτης, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται. Ἀπὸ τῶν ἑκουσίων καὶ τῶν κατ' εὐχὴν τὰ λείψανα, καὶ ἐν τῇ ἐπιούσῃ βρώματα (6)· ἐν τῇ τρίτῃ δὲ, οὔ. Τοῦ μὲν αὐθημερὸν δηλοῦντος τὸ, « Ἐν τῇ κοσμικῇ ἡμέρᾳ, » μεθ' ἣν οὐκ ἔστι διὰ θανάτου σωτηρία· τοῦ δὲ ἐν δύω μόναις ἡμέραις, τὴν διὰ τρίτης δηλοῦντος, τὴν ἀνάστασιν τοῦ ἑκόντος παθόντος.

A *Quod residuum fuerit de carnibus sacrificii usque in diem tertium, igne concremabitur*, etc. [VII, 17.] Reliquiæ sacrificiorum voluntariorum, et sacrificiorum ad quæ quis ratione voti persolvenda adactus est, in secundo vel altero die non damnantur in cibis : at in tertio die prorsus his abstinendum esse edicitur. Quod ait : « In ipso die, » etc., nobis ob oculos ponit tempus, quod in hoc sæculo vitæ nostræ tribuitur : quo peracto, videlicet quando morimur, nulla amplius speranda est salus per alterius mortem, cum Christi passionem et mortem in hoc sæculo despicatui habuerimus. Quod inquit : « In duobus diebus solis, » etc., nobis in mentem revocatur dies tertius, quo magnifice resurrexit Salvator noster, qui pro nobis ultimum sustinuit supplicium.

Καὶ ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ. Ἄβρωτα τοῖς ἀκαθάρτοις τὰ κρέα τοῦ σωτηρίου. Καθαροὶ γὰρ οἱ Χριστοῦ μετέχοντες

Et immunditia ejus super ipsum, etc. [10.] Impuri et profani homines non admittendi sunt ad carnes victimarum, quæ pro salute fuerint immolatæ. Nam quicunque vere sectantur religionem B Christi, ab omni labe et macula puri sunt.

Πᾶν στέαρ βοῶν, καὶ προβάτων, καὶ αἰγῶν. Στέατος καὶ αἵματος ἀπαγορεύεται βρῶσις. Ἔστι δὲ τὸ μὲν, ζωῆς σύμβολον· τὸ δὲ, ἀρετῆς. Ἅπερ ἑκάτερα τίμια Θεῷ, καὶ αὐτῷ ἀνατίθεται. Ἀπείργει δὲ καὶ τρυφῆς καὶ φονικῆς προαιρέσεως.

Omnis pinguedo boum et ovium, etc. [13.] Pinguedinis sive sevi et sanguinis interdicitur esus. Sanguis enim vitæ, at pinguedo virtutis symbolum est. Utraque magni fiunt apud Deum, eique consecrantur. Cæterum hæc omnia eo tendunt, ut in nobis voluptas et humanæ rationis instituta et deliramenta eradicentur.

Et pinguedo animalium sua sponte mortuorum, et a bestia laceratorum, etc. [14.] Etiam pinguedo horum animalium rejicitur et damnatur. Non vult Deus hac placari.

Ἄβρωτον τοῦτό φησιν, εἰς δὲ ἔργα ληπτόν. Σημαίνοιτο δ' ἂν ὁ ἀνθρώπου θάνατος ἐκ τῆς τοῦ ἀοράτου θηρίου πικρίας εἰσαχθείς· καθ' ἑαυτὸν μὲν, οὐκ ὠφέλιμος· « Τίς γὰρ ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν; » ὅθεν ἄβρωτον· ἔχων δὲ τὴν δι' ἔργων ὠφέλειαν, εἴ τις τὰ εἰς ζωὴν ἀναφέροντα ἐργάζοιτο, τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου πρὸς τοῦτο ὠφεληθείς.

Non tamen eam prohibet adhiberi usibus profanis. Significatur autem hoc loco mors, quæ homini illata est a diabolo invisibili illa bellua. Homo igitur per se in hunc modum violatus dentibus diaboli lethiferis, nullam in se habet utilitatem, quæ placeat Deo. « Quæ enim utilitas in sanguine meo, si descendam in exitium et corruptionem [4] ? » Quapropter non editur, quemadmodum pinguedo illa reproba. Cæterum utilitatem aliquam habet si proferatur in usus profanos. At quo pacto? Scilicet si quis virtutis exsequatur opera, quæ vitam nobis procurant ; exsequatur autem illa opera metu mortis.

Accipe Aaronem et filios ejus, etc. [29.] Cum antea seorsim Moses oleo et seorsim cruore alterius arietis unxisset illos, qui sacris initiabantur ut sacerdotio fungerentur ; nunc offerentes sacrificia majore perfectione, qualem suppeditat lex, potiuntur. Non simplex oleum admiscetur sanguini simplici, sed

Αἵματι καὶ ἐλαίῳ ἐῤῥάντισεν αὐτούς. Τὸ μὲν ἔλαιον, ἀπὸ τοῦ ἐλαίου τῆς χρίσεως· τὸ δὲ αἷμα, ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ταῦτα τύπος ἂν εἴη, τὸ μὲν

oleum unctionis et cruor altaris confunduntur. Nec ipsi soli, sed et vestimenta ipsorum sentiunt hanc unctionem. Verum hæc omnia in typo quodam

[98] Psal. CIII, 1. [99] Psal. XCV, 1. [1] Isa. XLIX, 9 ; II Cor. VI, 17. [2] I Cor. XIII, 10. [3] Joan. XVI, 25. [4] Psal. XXIX, 10.

NOTÆ.

(6) Βρωτά. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

contigere. Cruor passionis 339 Dominicæ, ut oleum unctionis, quæ in baptismo fit, symbolum habetur. Notabis autem, in lege solos sacerdotes lustrari et perfici sanguine et oleo : at tempore gratiæ participes fiunt perfectionis, universa multitudo, sacerdotium regium, gens sancta. Præterea reges, qui regiam dignitatem suscipiebant, in Veteri Testamento solo inungebantur oleo : at sacerdotes consecrabantur adhibitis oleo et sanguine. Non licebat regibus sacerdotum munia obire ; vicissim nec licitum erat sacerdotibus, ut regio fungerentur officio. Solus autem Christus, qui excellit legem, et rex et sacerdos pronuntiatur secundum ordinem Melchisedech.

αἷμα, τοῦ σωτηρίου πάθους· τὸ δὲ ἔλαιον, τῆς ἐπὶ τοῦ λουτροῦ χρίσεως. Ἀλλ' ἐν τῷ νόμῳ οἱ ἱερεῖς μόνοι (7), ἐν δὲ τῇ χάριτι τὸ πλῆθος ὅλον. Οἱ βασιλεῖς δὲ ἐλαίῳ μόνῳ. Οὐκ ἐξῆν δὲ οὔτε ἱερεῦσι τῆς Λευϊτικῆς φυλῆς οὖσι, βασιλεύειν· οὔτε τοῖς ἐξ Ἰούδα καταγομένοις, ἱερατεύειν. Μόνος δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν ὑπὲρ νόμον, καὶ βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς γέγονε, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

Hic enim utraque dignitate conspicuus fuit. Administravit sacerdotium, et regni gubernacula moderatus est. Quapropter utraque concurrerunt corpori Christi in Ecclesia, scilicet sanguis pretiosus et oleum sanctum. Quod septies id fieri requiritur, satis demonstrat abundantem Spiritus sancti largitionem, qua refocillatur Ecclesia.

Et ex ostio tabernaculi testimonii non egrediemini septem dierum spatio, etc. [VIII, 33.] Vult ut prorsus assideamus Deo, et tota virtute ipso nitamur toti. Septem enim dies satis edocent, quanta firmitate et soliditate nos affixos Deo esse oporteat, scilicet ne unquam ipsum temere offendamus. Huc facit prophetæ oraculum : « Quærendo quære et apud me maneto (vel habitato). »

Et factum est die octavo, etc. [IX, 1.] Octavo die cessat Moses sacerdotio fungi : eamdemque provinciam exinde tradit Aaroni. Et ne nunc quidem tacet Moses. Nam novum sacerdotium Christi cœpit die octavo, quo resurrexit Christus : hincque quasi novi sæculi petitum est principium. Nova siquidem creatura, vel creatio in Christo, cessante legis secundum litteram intellectu : imo lex nunc spiritualiter sonat nosque spiritualiter erudit, dum diserte edisserit Christi mysteria. Quod vero pontifices primo pro se, deinde pro populo victimas cædant, etiam Paulus pronuntiat in Epistola ad Hebræos : « Omnis enim pontifex ad offerendum dona et victimas constituitur. Assumitur autem ex hominibus, ut qui possit commiserari ignoranter delinquentes, et veniam dare errore ductis. Nam et ipse induit infirmitatem. Et propter hanc infirmitatem oportebat eum, sicuti pro populo, ita pro semetipso rem sacram facere [5]. » Paulo post idem inquit de Christo : « Cui non necesse erat quotidie, quemadmodum reliquis pontificibus, primo pro suis peccatis sacrificia offerre, deinde pro delictis populi. Hoc enim fecit, cum semel semetipsum obtulit [6]. »

Et extendens Aaron manus ad populum, benedixit ei. [22.] Hæc verba subinnuere videntur, eum qui aliis benedicit, eximiis et super alios eminentibus operibus exornatum esse debere. Ubi enim populo benedicere vult Aaron, manus ejus in sublime elevantur. Cujus enim manus ad terrena vergunt, is, quamvis voluerit, benedicere aliis non poterit. Neque Moysis manus, quando deorsum vertebantur, populo profuerunt, sed quando attollebantur. Hujus rei symbolum pariter elevatio manuum Salvatoris fuit. Per ea enim quæ pro hominibus fecit, eorum manus elevavit fidemque habentes salvavit. Fortasse igitur quicunque operibus in sublime evehitur cruci affixus dicendus erit. Hoc sensu Paulus quoque, « Ego, inquit, mundo crucifixus sum, et mundus mihi [7], » hoc est, non amplius terreno ac humili, sed spirituali et altiori sensu mens mea mundum contemplatur. Quicunque enim creationis sensum haud percepit, ei mundus non crucifixus est.

Καὶ ἐξάρας Ἀαρὼν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν λαὸν, ηὐλόγησεν αὐτούς. Ὑπολαμβάνω ἐνθάδε αἰνίσσεσθαι τὸν λόγον, ὅτι δεῖ τὸν εὐλογοῦντά τινας κεκοσμῆσθαι ἔργοις διαφανέσι καὶ ἐπηρμένοις παρὰ τοὺς πολλούς. Αἱ γὰρ χεῖρες Ἀαρὼν ἄνω ἐξαίρονται, ὅτε μέλλει εὐλογεῖν τὸν λαόν. Καὶ εἴπερ τις κάτω ἔχοι τὰς χεῖρας εἰς τὰ γήϊνα, οὐκ ἂν ἀνύσοι βουλόμενος εὐλογεῖν τινα. Καίπερ οὐδὲ κάτω κείμεναι αἱ Μωσέως χεῖρες ὠφέλουν τὸν λαὸν, ἀλλ' ὅτεπερ ἐπήροντο. Τούτου σύμβολον ἦν καὶ ἡ ἔπαρσις τῶν χειρῶν τοῦ Σωτῆρος. Ταῖς γὰρ ὑπὲρ ἀνθρώπων πράξεσιν ὕψωσεν αὐτῶν τὰς χεῖρας, καὶ ἔσωσε τοὺς πιστεύοντας. Τάχα τοίνυν πᾶς ὁ ταῖς πράξεσιν ἐπηρμένος, ἐσταυρώθη. Καὶ κατὰ τοῦτο ἔλεγε Παῦλος, « Ἐγὼ κόσμῳ ἐσταύρωμαι, κἀμοὶ ὁ κόσμος· » τουτέστι, Νενόηταί μοι ὁ λόγος ὁ περὶ κόσμου, καὶ ἐπῆρται δὲ, οὐκ ἔτι κεῖται κάτω. Τῷ γὰρ μὴ συνιέντι τὸν λόγον τῆς κοσμοποιίας, ὁ λόγος (8) οὐκ ἐσταύρωται. Καλὸν γὰρ ἡγοῦμαι τὸ μυστικῶς σταυροῦσθαι, ὃ καὶ Παῦλος πέπονθε· Χριστῷ συνεσταύρω-

[5] Hebr. v, 1-3. [6] Hebr. vii, 27. [7] Galat. vi, 14.

NOTÆ.

(7) Οἱ ἱερεῖς μόνοι αἵματι καὶ ἐλαίῳ ἐτελειοῦντο. Ἐν δὲ τῇ χάριτι τὸ πλῆθος ὅλον, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον. Ἔτι οἱ μὲν εἰς βασιλείαν παριόντες ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἐλαίῳ μόνον ἐχρίοντο· οἱ δὲ εἰς ἱερωσύνην, καὶ αἵματι καὶ ἐλαίῳ. Καὶ οὔτε τοῖς βασιλεῦσιν ἱερατεύειν ἐξῆν, οὔτε τοῖς ἱερεῦσι βασιλεύειν. Μόνος δὲ, κ. τ. λ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(8) Ὁ κόσμος ἀναγ. τοῦτο δὲ τὸ ὑπόμν. ὡς προσθήκη τις ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. κεῖται.

ται, καὶ ὁ κόσμος ἔσχεν ὡς πρὸς τὸν Παύλου νοῦν, ἐπηρμένον καὶ νενοημένον αὐτῷ.

Bonam rem nimirum censeo ut quis mystice crucifigatur, quod et Paulo accidit. Qui cum Christo crucifigitur, ei mundus apparet, uti Paulo, altiori ac spirituali sensu conceptus.

Et visa est gloria Domini universo populo, etc. [IX, 23.] Nam octavo die apparuit Filius, qui est gloria Patris et Dei. De hac gloria sic appellat Mosen : « Vivo ego, dicit Dominus, si non gloria Domini implenda sit universa terra [8]. » Immolavit autem semetipsum pro nobis quasi in vitulo et ariete. Virtutem aries, mansuetudinem indicabat vitulus. Per hunc nempe Christum adducti sumus in odorem bonæ fragrantiæ. Aries totus et membratim quasi pro singulis comburebatur. Nam dum una cum ipso crucifigimur, morimur mundo et superamus affectus carnis. Egredimur ad ipsum, qui passus est extra urbem, instar tauri et vituli mactati. Hostiis majoribus litatur tam pro sacerdotibus, quam pro populo. Nam hædus minor est prædictis animalibus, respectu differentiæ vitæ et conditionis, in qua sunt sacerdotes populusque. Spei hilaritatem splendidam significat simila oleo delibuta. Nam exsultandum est ob labores, qui sentiuntur, dum quis virtutis callem ingreditur, quemadmodum scriptum est : « Veniamus, exsultemus Domino [9]. » Ut enim gloria Christi olim emicuit in igne, sic nunc in spiritu effulgebit dum spiritualem hostiam spiritualiter apprehendimus. Primo autem manus imponuntur populis. Siquidem spiritualis Aaron per hunc adumbratus benedictione recreat parvos cum magnis, sicuti traditum est. At manuum impositio significat Spiritus sancti in **340** nos largam profusionem. Nulla erat manuum impositio, imo ignorabatur ante Aaronici sacerdotii institutionem. Nondum enim erat Spiritus secundum illud Joannis testimonium : « Quia Jesus nondum erat glorificatus [10]. »

Et accipientes duo filii Aaron Nadab et Abiud, etc. [X, 1.] Exemplum hic habemus clarissimum, humana non admiscenda divinis. Et hoc quidem parum observant hæretici. Deus imperavit, ut duntaxat in ara thymiamatis odores incenderet Aaron mane cum parat lucernas, et vesperi, cum eas accendit : nec alio tempore suffitum odoratum facere eum jussit. Nec voluit quoque, ut externum admoveret ignem, cum divinus ignis conspiceretur usque præsto esse. Sic littera legis inutilis censetur apparente gratia. Ignis vero divinus vires suas ostendit, ne quis imaginarium imaginetur esse divinum ignem . Quapropter haud immerito Paulus in Epistola ad Hebræos, inquit : » Deus est ignis consumens [11]. »

In his, qui mihi appropinquant, sanctificabor, etc. [3.] Idem prædictum est in Exodo. At hoc ipsum paululum diversis et mutatis verbis protulit Petrus, dicens : « Tempus est ut judicium primo incipiat a domo Dei [12]. »

Τὴν κεφαλὴν ὑμῶν οὐκ ἀποκιδαρώσετε. Τὴν ἐπὶ τοῖς φιλτάτοις λύπην οὐκ ἐᾷ πρόφασιν γενέσθαι τῆς τοῦ ἱεροῦ σχήματος μεταβολῆς· διδάσκων τὰ τοῦ Θεοῦ (9) τῶν φυσικῶν ἰσχυρότερα (10) τίθεσθαι. Πληροῖ τοῖς ἀποθανοῦσι τὴν τιμὴν δι' ἑτέρων. Καθῆκον γὰρ ἔλαττον τοῦτο. Οὐ δεῖ ἄρα πενθεῖν ἱερέας, καὶ μάλιστα τοὺς ἄρτι χρισθέντας.

Caput vestrum non nudabitis, etc. [6.] Non permittit, ut habitus pontificius mutetur in luctu, etiamsi mortui fuerint homines tibi conjunctissimi. Nam amor Dei firmius nos obligat et arctius tenet, quam amor, qui personis, qui conjunctis personis est impartiendus. Sic Salvator discipulum a Patre abstrahit, ut libere Evangelium annuntiet. Exsequias autem, quæ ducendæ sunt, per alios fieri volet. Nam hoc officium parum congruit sacerdoti. Non igitur oportet luctui deditum esse sacerdotem, et imprimis illos a luctu alienos esse convenit, qui modo unctioni fuerint admoti.

Οἶνον καὶ σίκερα οὐ πίεσθε. Οὐ μόνον εὐθὺς τοῦτο ληπτέον, ἀλλὰ μηδὲ κραιπαλῶν ἀπὸ μέθης ἑσπερινῆς ἕωθεν λειτουργοῦντα. Πῶς γὰρ ἄξιον ἐπιθυμίας ἡττᾶσθαι τὸν ὑπὲρ τῶν ἡττημένων δεόμενον; διὰ συμβόλων γὰρ πᾶσαν πρόφασιν ἀπαγορεύει τὴν ἐξιστᾶσαν τὸν λογισμὸν, καὶ γηΐνοις μεθύσκουσαν πράγμασι. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἔφη· « Προσέχετε μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι φροντίσι καὶ μερίμναις βιωτικαῖς· » ἐπεὶ καὶ σίκερα πᾶν ἑρμηνεύεται μέθυσμα, κἂν ἐξ ἀμπέλου μὴ ᾖ.

Vinum et siceram non bibetis, etc. [8.] Non obiter hic locus accipiendus est : imo aliquid amplius, quam primo aspectu præ se ferat, nostro intellectui ingerit, nempe ut sacerdos non nauseet, nauseam movente vespertina, quæ præcessit, ebrietate : et sic ad sacra accedat ministeria. Quæ enim ratio concedit ut is, qui pro illis, quos mala cupiditas vincit, supplice voce rogat Deum, ut is, inquam, cupiditati quoque se turpiter submittat ? Per hæc symbola prohibet et arcet omnem occasionem, quæ veram rationem suo gradu dejicere et deturbare queat, et nos inebriare terrenarum rerum dulcedine. Quapropter Salvator hæc verba expromit : « Attendite, ne corda

[8] Num. XIV, 21. [9] Psal. XCIV, 1. [10] Joan. VII, 39. [11] Hebr. XII, 29. [12] I Petr. IV, 17.

NOTÆ.

(9) Τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(10) Ὡς ὁ Σωτὴρ ἀφιστὰς Πατρὸς, ἵνα τὸ Εὐαγγέλιον κηρύσσῃ ὁ μαθητής. Αὐτ.

vestra cura et sollicitudinibus sæculi aggraventur [13]. » Sicera namque, si nomen interpretari velis, significat omnem ebrietatem etiamsi non procuretur ex fructu vinearum.

Nazaræi abstinebant ab omni eo, quod ebrietatem ciere posset. Proinde nihil differebant a sacerdotibus sacra munera exsequentibus. Optandum est, ut sacerdotes per totum suæ vitæ curriculum sint sobrii, et recte spargant sacrosanctæ doctrinæ semina. Sed quia id difficulter obtineri optando potest, saltem sobrietatis sint memores, ut lamentari possint vitam peccatorum, eo tempore, quo sacris se immiscent operationibus. Certe vel imprimis requiritur, ut eo tempore utantur vili et tristiore diæta, sicuti præsens symbolum egregie docere videtur. Habetur in Scriptura et aliud poculum, quod inebriat et interim laudibus celebratur. Nam in Jeremia legitur : « Inebriavi omnem animam sitientem, et omnem animam esurientem saturavi [14]. » Et iterum : « Inebriabo animam sacerdotum [15]. » Exhilarantur enim laudabili 341 illa ebrietate sacerdotes, quando expiaverint peccata mortalium eaque prorsus deleverint. Huic haud dissimile est, quod in Evangelio memoratur [16], de filiis sponsi jejunantibus quando sponsus ablatus fuerit. Cæterum cum nemo mortalium sit ab omni parte purus, careatque sordibus et ebrietate mentis, ut rite orare possit Deum pro impuris, non ab re opus fuit Jesu æterno pontifice secundum ordinem Melchisedech : et vero illo agno, qui tollit peccatum mundi [17].

Obelisco signata sunt hæc verba : « Aut accedentibus ad altare, » etc., quasi referenda sint ad eum, qui flectit vestigia ad tabernaculum testimonii; vel quod fortassis ad altare adire liceat et illis qui non fuerint sacerdotes. His conferri possunt illi, de quibus in Evangelio dicitur [18], ut relinquant coram altari munus donec redeant in gratiam cum fratribus, et tunc demum pede fausto eant ad aram. Vel sacerdotes, quos ordo non vocat ut ministrent aliis scilicet succedentibus, accedunt ad altare licet non ingrediantur in tabernaculum testimonii eo tempore, quo immunes sunt a ministerio.

Ut distinguant inter sancta et profana, etc. [X, 10.] Solius Christi est et illorum, quos filiolos vocat, segregare sancta a profanis. Hic quoque in mentem vocat secundum carnem Judæis illa, quæ per Mosen, qui capiebat sermonem Dei, potenter locutus est. Quapropter dicitur fidus in tota domo ceu minister in testimonium eorum, quæ dicenda erant.

Præterea necesse est, ut sacerdotes, etiamsi profani fuerint, vitent consortium profanorum et impurorum hominum. Nam « Omne animal, inquit, amat sui simile [19] : » et vir adhærebit ei, cujus mos maxime consimilis fuerit ipsius mori.

At quid monebunt ? quid suggerent ? Legem nempe esse spiritualem, et esse pædagogum, qui nos jungit Christo : litteræ non esse superstitiose incumbendum : uberrimos spiritus fructus inde colligendos.

Et caprum pro peccato quærendo quæsivit Moses : at igne correptus flagraverat, etc. [16.] Non enim decebat ut patri et fratribus illorum, quos ignis peremerat, traderetur caper : neque etiam fas erat ut alii, quam igni, qui devoraverat Nadab et Abiud, donaretur. Prius vero, quam rescisceret hoc ex relatione Aaronis, Moses monet fratrem et superstites filios, ut ederent pectusculum separationis et armum elevationis in loco sancto :

A 'Ωβέλισται δὲ τὸ, « Ἢ προσπορευομένων ὑμῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον, » ὡς συννοούμενον τῷ προσπορευομένῳ πρὸς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου· ἤγουν ὡς τοῦ θυσιαστηρίου βατοῦ ὄντος καὶ μὴ ἱερεῦσι. Τοιοῦτοι γὰρ καὶ οἱ ἀφιέντες ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου τὸ δῶρον μέχρι διαλλαγῶσι τοῖς ἀδελφοῖς, ἵνα τότε προσέλθωσι τῷ θυσιαστηρίῳ. Μήποτε δὲ καὶ οἱ ἐκτὸς τῆς ἐφημερίας ἱερεῖς προσπορεύονται τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ εἰ μὴ τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου;

Μόνου τοῦτο Χριστοῦ κἀκείνων, οὓς τεκνία καλεῖ· ὃς καὶ συμβιβάζει τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ ἃ λελάληκε Κύριος διὰ τῆς Μωϋσέως χειρὸς τῆς χωρούσης B λόγον Θεοῦ. Διὸ καὶ πιστὸς ἦν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων.

Δεῖ τοὺς ἱερέας ἀβεβήλους ὄντας ἀνδρῶν βεβήλων ἀποφοιτᾷν. « Πᾶν γὰρ ζῶον, φησὶν, ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ· » καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ.

Τί δὲ συμβιβάσουσιν, ἢ ὡς πνευματικὸς ὁ νόμος, καὶ παιδαγωγὸς εἰς Χριστόν; ὡς τό γε γράμμα διδασκαλίας οὐ δέεται.

C ιϛ'. *Καὶ τὸν χίμαρον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας ζητῶν ἐξεζήτησε Μωϋσῆς· ὁ δὲ ἐνεπεπύριστο.* Ἐπεὶ οὐκ ἐχρῆν τὸν πατέρα τῶν ἀποθανόντων ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἑαυτοῖς καταχαρίσασθαι τὸν χίμαρον, ἢ ἄλλῳ τινὶ αὐτὸν παραδοῦναι, ἀλλ' ἢ τῷ παρὰ Κυρίου πυρὶ τῷ καταφαγόντι Ναδὰβ καὶ Ἀβιούδ. Πρὶν δὲ τοῦτο μαθεῖν ἐξ Ἀαρὼν ὁ Μωϋσῆς ὑπομιμνήσκει τὸν ἀδελφὸν καὶ τοὺς καταλειφθέντας υἱοὺς αὐτοῦ ἐσθίειν τὸ στηθύνιον τοῦ ἀφαιρέματος, καὶ τὸν βραχίονα τοῦ ἀφαιρήματος ἐν τόπῳ ἁγίῳ.

[13] Luc. xxi, 34. [14] Jerem. xxxi, 25. [15] ibid. 14. [16] Matth. ix, 15. [17] Joan. i, 29. [18] Matth. v, 23, 24. [19] Eccli. xiii, 19.

et inde discerent speculationem et scientiam rerum divinarum, quæ sejuncta et remota est ab scientia rerum mundanarum. Ad hunc siquidem modum ego intelligo pectusculum elevationis. Hi pectusculo illo vescuntur, qui dicere decreverunt compositionem mundi, et operationem elementorum, necnon principium, medium, finemque temporum. At hoc non est pectusculum elavationis.

Ὁ θεωρῶν τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ διὰ τὸ A καθαρὸν τῆς καρδίας Θεὸν ὁρῶν, ἐσθίει τὸ στηθύνιον (11)· τὸν δὲ βραχίονα (12), ὁ ἐξαίρετα ἔργα ἐπιτηδεύων.

Pectusculum segregationis edit, qui considerat suavitatem et dulcedinem Domini : et mundo corde Deum edit. Brachium elevationis edit, qui bonorum operum studiosus est. Plura dicenda restant de capro combusto.

Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ἐξόδῳ κατὰ τῶν μοσχοποιησάντων ἀπεφήνατο ὅτι « Ἐξαλείψω αὐτούς· » οἰκονομεῖται νῦν, ὥστε τὴν ἐν πρώτοις προσαγομένην θυσίαν ὑπὲρ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ, μὴ τελειωθῆναι, [διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς εἰσαχθῆναι εἰς τὰ ἅγια, μήτε τοὺς ἱερεῖς φαγεῖν ἐξ αὐτῆς. Καὶ τὸ μεῖζον,] ὅτιπερ ἄνω προστάξας ὁ Θεὸς μόσχους ὑπὲρ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ προσφέρεσθαι, νῦν τράγον, ἄλλον ἀντ' ἄλλου, ἐποίησε προσαχθῆναι, ἵνα μόνον ὁ τύπος πληρωθῇ.

Deus in Exodo pronuntiavit diram sententiam proferens adversus eos, qui adornaverant et paraverant vitulum : « Si quis peccaverit coram me, delebo eum ex libro viventium [20]. » Eam sententiam et nunc in effectum producit, dum haud patitur primam victimam, quæ pro peccatis immolatur, rite perfici ; quia nihil de ipsius sanguine illatum est in sancta, nec etiam sacerdotes quidquam de illa victima comederunt. Et quod majus est, cum supra præcepisset Deus, ut vitulus pro peccatis populi cæderetur, nunc caprum exposcit, scilicet aliud pro alio immolari sustinens, ut typus duntaxat expleretur.

Et locutus est Dominus Mosi et Aaroni dicens : Dicite filiis Israel : Hæc sunt animalia quæ comedetis, etc. [XI, 2.] Ut in universum præsens enarretur typus, scias nihil, quod ingreditur in corpus, inquinare hominem, sicuti docuit Christus Salvator noster [21]. Præterea hujuscemodi vox delata est ad Petrum, qui viderat vas linteum, et adhuc adhærebat superstitiosiori legis observationi : « Quæ Deus purificavit, tu ne communia dixeris [22]. » Cæterum in eo loco demonstravit Deus, se disserere de hominibus : at Paulus de cibo verba faciens, ait : « Atqui cibus vos non commendabit Domino [23]. » Hinc liquet : « puris omnia esse pura [24]. » Sermo vero nunc habetur, ut constat, de moribus hominum. Cæterum leges, quæ mores hominum concernunt, non solum Mosi sed et Aaroni ponuntur, id est, leges illæ respiciunt tum legem cum gratiam, scilicet Christum. Lex litteralem nobis ob oculos ponit sensum; at Christus spiritualiter nobis eam interpretatur. Verum Scriptura sacra **342** mille occasiones tradit, quibus ostendit mores nostros, petitis similitudinibus ab animalibus. Sic legitur : « Equi, qui furore quodam rapiuntur in equas, sunt. Unusquisque ad uxorem proximi sui hinnit [25]. » Sic legitur : « Dicite vulpeculæ isti [26]. » Sic legitur : « Generationes viperarum [27]. » Huc accedit quod Salvator canem appellat [28] mulierem, quæ non erat Judaica, propter petitionis impudentiam. In Jeremia dicitur : « Leones expulerunt Israelem [29]. » Hos leones, qui fuerint, exponens ipse, inquit : « Primus comedit ipsum rex Assur. Et postremo rex Babylonis ossa ejus [30]. » Huc referri potest : « Aquila magnas habens alas [31]. » Applicetur huc et illud : « Oves meæ vocem meam audiunt [32]. » Aptari huc quit et illud : « Lupi rapaces, qui obambulant in vestitu ovium [33]. » Omnis itaque homo prudens est et paratus ad edendum ea quæ occurrerint. Nam sæpius secum animo volutat ea quæ in notitiam venire possunt, eaque, quasi dentibus, cogitatione dispescit, quæ cognoverit memoriæ asservanda committit, ut illorum possit, si necessitas exegerit, recordari. Deinde fruitur cognitionis alimento saluberrimo et salutari. Ad hunc modum vult Salvator a nobis edi, quod quidem docet per hæc verba : « Nisi ederitis meam carnem, et biberitis meum sanguinem, non habetis vitam in vobismetipsis [34]. » Et iterum : « Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus [35]. » Nisi talis esset, foret profecto impurus. Verum nulla bellua, ut monet lex, pura agnoscitur.

Omnia quæ super manibus suis gradiuntur inter omnes belluas quadrupedes, immunda erunt, etc. [27.] Hoc loco intellige crudeles et feroces homines, de quibus loquitur David dicens : « Dum accedunt ad me homines crudeles, qui appetunt meas edere carnes [36]. » Et iterum : « Cum homines in nos consurgerent, sane vivos nos deglutissent [37]. » Animalia terrestria, quæ laudantur in cibis, sunt illa, quæ ruminant ungulasque sulcant. Hic vero typus significat eos qui tum sibi tum aliis, prout monet Christiana religio, benefaciunt, dum semetipsos ab internis vitiorum affectibus repurgant, et officii sui erga reliquos sunt memores. Nihil obstat quin sub isto typo intelligas eos qui in hoc sæculo pie justeque vivunt, et

[20] Exod. XXXII, 33. [21] Matth. XV, 11. [22] Act. X, 15. [23] II Cor. VIII, 8. [24] Tit. I, 15. [25] Jerem. V, 8. [26] Luc. XVI, 32. [27] Matth. III, 7 et alibi. [28] Matth. VII, 6. [29] Jerem. L, 17. [30] ibid. [31] Dan. VII, 4. [32] Joan. X, 3. [33] Matth. VII, 15. [34] Joan. VI, 54. [35] ibid. 56. [36] Psal. XV, 9. [37] Psal. CXXIII, 3.

NOTÆ.

(11) Τὸ στηθυνίον τοῦ ἀφορίσματος. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(12) Τὸν δὲ βραχίονα τοῦ ἀφαιρέματος. Ὁ αὐτ.

futuram beatitudinem exquirunt sollicite. Hi quoque non solum findunt ungulam, sed etiam ungues præsecant, id est, auferunt ab operibus suis quidquid fuerit superfluum et mortuum. Etiam a pedibus submovent, quidquid impedimento fuerit, quominus, ut oportet, in virtutis calle progrediantur. De hoc calle ait David : « Pes meus est in rectitudine [38]. » At de contrario modo affectis profatur idem propheta : « Veloces pedes illorum ad fundendum sanguinem, contritio et calamitas in viis eorum [39]. » Totis itaque viribus fugiamus illos, qui nec vera religione, nec Christiana charitate, aut alterutra harum præfulgent. Horum cadavera quoque, scilicet scripta, quæ posteris relinquunt et circumferuntur, abominemur. Per camelum et leporem, quæ animalia quantitate inter se differunt, commonstravit celebres et obscuros mediæque notæ homines, quibus plerumque fides et opera mortua insunt, aut alterum solum, et sic neutrum. Nam fides absque operibus est mortua [40] : nec non opera sine fide quoque mortua ducuntur. Verum sciendum est, quod alia ratione impulsus concessit Hebræis in Ægypto vesci bobus et ovibus, quæ animalia adorabant Ægyptii. Judæi autem illa edebant, ut discerent ea contemnere et despicere, ut in quibus nihil divinitatis inesset. Prohibuit quoque Hebræis in Ægypto, ne admoverent ori cibos, quibus gula quasi illecebris quibusdam fovetur et irritatur. Horum de numero sunt carnes suillæ, quas petiverunt tandem in vasta solitudine Ægyptiaca liberati servitute. Verum haud imperavit Hebræis, ut degustarent illa animalia, a quibus abhorret humanum ingenium, quæque abominatur. Aliis causis ductus ante datam legem jussit Hebræos abstinere a cadaveribus mortuis quasi intolerabiliora faciant et morti sunt viciniores, **343** qui tales non aversentur cibos.

Ne contigeritis cadavera, etc. [XI, 8.] Hæc non inepte præscribit populo, qui per carnalia erudiebatur, ut et in his servarent puritatem, qua a reliquis secernerentur gentibus. Si autem quis dicat, hac ratione fieri, ut plurima, quæ habet natura, non careant reprehensione, quasi sint impura : ille sciat omnia a Creatore esse creata in peculiarem quemdam finem : et respectu ejus finis singula continere aliquam utilitatem et puritatem.

Hæc edetis de omnibus, quæ agunt in aquis : quæcunque pinnas habent et squamas tam in mari quam in fluminibus, ea comedetis, etc. [9.] Etiam aquatilia diversos mores et varia mortalium ingenia ostendunt sicuti monet verriculum, de quo in Evangelica historia, quod jactum in mare pisces de omni genere capit : ex quo bonos pisces colligunt et conservant, reprobos abjiciunt. Psaltes quoque regius vitam nostram comparat mari, dicens : « Hoc ipsum mare magnum et spatiosum, ibi reptilia quorum non est numerus, animalia parva et magna [41]. » Similiter significat mare vitæ nostræ amaram salsuginem sive amarulentiam et instabilitatem, omniumque rerum in hoc mundo quasi in mari restagnantem inundationem omniaque confundentem : præterea homines instar piscium in hoc mundo vitam agere quærentes semetipsos invicem vorare. Pisces, qui vestiuntur squamis solis calore exciti in summum enatant mare, et plerumque piscatorum retia effugiunt. At pisces squamis carentes quique nullis sustinentur pinnis in limoso profundo latent, inhærentque algæ marinæ, quæ in imo profundo fertilis enascitur. Hi pisces prorsus sunt infirmi facillimeque capiuntur. Igitur mortalium aliqui, ubi aberraverint a divinis præceptis, illico suum errorem sentiunt et agnoscunt. Nam, ut monet Scriptura : « Plurimum erramus omnes in multis [42]. » At non a suis erroribus resilire et recedere in animum inducunt, nec palam tamen turpiter agere volunt : siquidem prudentes et sapientes viri celant sua dedecora. Fortassis hoc illud est, quod dicit, squamas habere, dum sua scelera quibusdam ceu velamentis convelant. Sæpius quoque in summum emergunt mare ut foveantur radiis solaribus, et piscatorum effugiunt manus freti pinnis. Aliorum autem gloria in ignominia ipsorum, dum propalam delinquunt, suaque scelera neutiquam occultant. Volutant se in profundo cœno, infirmi sunt facileque capiuntur a piscatoribus, frigoreque quasi obtorpent. His haud dissimilis est vita, qui propter contractam impuritatem coguntur excedere castris, quosque lex pronuntiat impuros. Reliqui vero in castris utpote in loco puro et mundo versantur adhærentes Deo et juste ambulantes in hoc mundo. Horum consortium ne quis vitet, at impurorum societatem abominentur omnes. Scriptum namque est : « Qui consuetudinem vitæ agit cum sapientibus et ipse sapiens erit : at qui conversatur cum stulto et insipiente cognoscetur [43]. » Imo Paulus ipse scribit : Si quis, cum nominetur frater, fuerit vinolentus, aut avarus, aut idololatra, aut ebrietatis studiosus, cum tali ne cibum esse capiendum [44].

Hæc erunt vobis abominationi inter volatilia : Aquila, accipiter, aquila marina, vultur et milvus juxta speciem suam. Omnis corvus juxta speciem suam. [13, 14.] Esum aquilæ, gryphi, haliæti, et vulturis demonstrat esse illicitum. At hæ aves significant sub typo quodam superbia inflatos. Nam aves istæ in sublime evolant, humilia et ima oderunt. « Pulli enim, inquit Scriptura, vulturis sublimes volant. » Sic etiam nemo superbus humilibus se sociat. Reprobantur hoc loco et fures raptoresque, quos nobis milvus aliæque rapaces aves adumbrant. Versipelles et occæcati mente indicantur per corvum. Struthiones et lari declarant homines helluones, qui **344** quidquid obviam est colligunt et rapiunt, avidæque ingluviei donant. Nec non demonstrantur nobis sub his avibus homines fraudulenti, qui omnibus insidiantur, suaque incondita voce et obtrectatione vicinis sunt molesti. Sic accipiter captat

[38] Psal. xxv, 12. [39] Psal. xiii, 3. [40] Jac. ii, 20. [41] Psal. ciii, 25. [42] Jac. iii, 2. [43] Prov. xxix, 9. [44] I Cor. v, 11.

infirmiores aviculas, eisque sua jejunia pascit. Mergulus, ibis, ardea et pelecanus imminent exitio piscium. At nobis delineant illos homines, in quos illud Scripturæ quadrat : « Non sua quærentes, sed magis quæ sunt aliorum ; nam charitas proximo malum non operatur [45]. » Damnat quoque in cibis volucres, quæ amant noctem et tenebras. At harum in catalogo memorantur erodius, ulula, charadrion, upupa et noctua. Nobis vero sub harum avium typo commonstrantur homines, qui mala patrant facinora. Inquit siquidem Christus : « Omnis qui mala facit odit lucem, et non venit ad lucem, ne opera ejus redarguantur. Qui vero veritatem facit, is prodit in lucem ut opera sua manifestentur, quia in Deo facta sunt [46]. » Inter volatilia impura censentur quæcunque fuerint quadrupedia. Præterea muscæ omnes, et quæcunque hujus generis fuerint insecta, inter immunda connumerantur. In magnis et parvis animantibus, quæcunque malefici fuerint generis, ea Scriptura sacra pronuntiat impura. Non enim est personarum respectus apud Deum. Excipiuntur autem locusta et bruchus et similia, quæ animantia quamvis exsultare norunt, tamen interdum volant quoque, nec semper degunt demersa humo. Talis est, qui sectatur vitam hujus sæculi, nec tamen penitus caret amore Dei : nec interim prorsus deditus et astrictus est terrenis et caducis rebus.

Inquit eum qui contrectaverit cadaver, oportere lavare vestimenta, et ad vesperam esse purum, etc. [XI, 25.] Nam novissimis temporibus in Christo repurgati sumus ab omnibus peccatis eluentes inquinamenta sacri baptismi liquore. « Et omne quod super manus graditur, inter omnes bestias, » etc. Bestiæ hæ indicant viros crudeles et cædis avidos, quemadmodum supra dedimus. Mustela, mus, et stellio et similia animantia repræsentant viros dolosos, qui clam insidias moliuntur et damna important. Siquidem istæ bestiolæ inopino suo adventu terrent humanas mentes. Vasa autem, quæ morticina seu cadavera attigerint, intellige homines, quibus familiaritas intercedit cum impuris hominibus, licet ipsi per se non fuerint impuritati obnoxii, at male agendi propositum jamjam ceperint. Cæterum edicit fontes, cisternas et alia aquarum receptacula, nec non segetes esse immunes ab inquinatione illa. Verum ne interim lateat homines sæpe suis sedibus pulsos cum pressi legis onere eam non exsequerentur. Si quis animum adjiciat, intelliget omnia illa, quæ homines adinvenerunt, conspurcare et contaminare humanum ingenium. Excipiuntur autem κοιναὶ ἔννοιαι, id est, universales conceptus animi, qui sunt veluti fontes et semina virtutis et lux, secundum Joannem [47], quæ a tenebris non comprehenditur. Hi animi conceptus hauriunt aquam vivam. Si vero conspurcentur post agnitam veritatem, nulla illis pro delicto reliqua est hostia. Sed recedente spiritu in duas secantur partes, et pars illorum cum incredulis et impiis collocabitur.

Si autem moriatur jumentum, etc. [39.] Docemur sub hoc involucro illud Pauli : « Si quis, cum nominetur frater, fuerit aut scortator, aut avarus, aut idololatra, aut convivator, aut ebrius, aut raptor, cum tali ne cibum ceperitis [48]. » Qui enim arbitratur ob fidem, quam habet, se purum esse, si subjiciatur morti, quam inducit peccatum, impurus est, neque piorum consortio dignus. Nam scriptum est : « Qui tangit picem, inquinabitur [49]. » Cæterum illius impuri res se bene habebunt, si profusis lacrymis pœnitentiæ remedium repererit.

Nec polluetis animas vestras in omnibus reptilibus, etc. [43] Nunc disertis verbis ostendit per animantium prædictorum species proponi qualitates morum. Quid enim **345** externus tactus damni infert animæ? Præterea quid detrimenti timetur ab eo, quod ingreditur in ventrem et per secessum ejicitur, secundum Salvatoris vocem [50] ? Per reptilia docemur, ne prorsus addicti simus rebus terrenis, alioqui macula non vacabimus. Forte quis dicat pollutionem et contagium, quæ opera mala comitari solent, præsens respicere sæculum. Nam futurum sæculum omni labe caret ab omni parte. Vel quod ista pollutio ad breve tempus duret, nisi radices egerit in animo et quasi in naturam versa fuerit, tunc difficulter eradicatur.

Mulier quæ concepto semine peperit marem, etc. [XII, 2.] Suffecerat dixisse : Mulier si peperit filium. Sed excipit sanctam Virginem, quæ nullius seminis interventu filium enixa est. Nam cum conceptus esset de Spiritu sancto, non requirebatur ad sanctorum primogenitum gignendum seminis fusio. Hunc primogenitum sanctorum credito esse primitias illorum qui regenerantur per Spiritum sanctum, de quibus ita profatur : « Qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt [51]. » Mulier dicitur etiam virgo. Nam hæc appellatio est ætatis adultioris, quemadmodum etiam appellatio viri virum significat, etsi nunquam cum muliere concubuerit. Quocirca Paulus in hæc verba suam linguam solvit : « Emisit Deus Filium suum natum ex muliere [52]. » Similiter et Abrahamus imperat, suo ministro, quem miserat ad Bethuelem, ut acciperet inde filio suo mulierem, nec dixit : virginem.

Πῶς δὲ ἀκάθαρτος ἡ τεκοῦσα γυνή ; Οἱ μέν φασι A διὰ τὴν εἰς γένεσιν ἐρχομένην ψυχὴν, ἥτις μολύνεται· καὶ οἱ ταύτῃ πρὸς γένεσιν ὑπουργήσαντες, ὡς δεῖσθαι καὶ τοῦ διὰ θυσιῶν ἱλασμοῦ· τινὲς δὲ, ὅτι γίνεται γένεσις προϊόντος τοῦ γεννῶντος ἐκ τῆς ἑαυ-

Quare autem immunda est, quæ peperit ? Quidam aiunt ob animam, quæ in generationem venit, et hæc conspurcatur, nec non et hi, qui ejus generationi inserviunt. Itaque requiritur, ut sortiantur purgamina mactatis victimis. Quidam aliam

[45] I Cor. XIII, 5. [46] Joan. III, 20, 21. [47] Joan. I, 5. [48] I Cor. V, 11. [49] Eccli. XLIII, 37. [50] Matth. XV, 17. [51] Joan. I, 13. [52] Galat. IV, 4.

expromunt causam, videlicet quod generatio fiat procedente vi generativa, quæ perfecta est, ad imperfectionem, dum id, quod adhuc imperfectum est, creatur. Nam ipsa natura solet paulatim amittere suam pristinam perfectionem, dum subinde distrahitur infinitis generationibus, quas perficit. Quapropter donec fetus formetur in utero materno, impura est puerpera, id est, tanto temporis spatio impura censetur puerpera, quanto embryo in alvo materno animatur et formatur.

A τοῦ τελειότητος εἰς τὸ ἀτελὲς τοῦ γεννωμένου. Αὕτη γὰρ ἡ φύσις ἐστὶν ἡ καταβιβαζομένη παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐν τελειότητι ποίησιν. Διὸ καὶ μέχρις ἂν εἰς μόρφωσιν ἔλθῃ τὰ κυόμενα, ἀκάθαρτος ἡ τεκοῦσα, τουτέστιν ἕως τοσῶνδε ἡμερῶν, μεθ' ἃς οὐκ ἀτελές ἐστι τὸ συνειλημμένον εἰς ψύχωσίν τε καὶ μόρφωσιν. Καὶ θύματα ὡς ὑπὲρ ἁμαρτίας προσάγεται περὶ αὐτῆς καὶ ὁλοκαυτώματα, ἅπερ ἐστὶν εἰς Θεὸν ἐπαναχτικὰ ἀπὸ τῆς ἀτελοῦς ζωῆς εἰς τὴν τελείαν.

Pro hac immolantur hostiæ pro delicto, etiam holocausta adolentur, quibus Deo gratiæ aguntur et habentur, quod ab imperfecta vita ad perfectam produxit conceptum fetum.

Nec desunt qui aiunt mulierem non contentam sua felicitate in peccata prolapsam graviter sordidatam et sordidam esse, inque gravissimum et periculosissimum incidisse exitium. « Nam Deus mortem non creavit, nec oblectatur interitu viventium [53], » etc. Mulierem etiam contaminat conceptus, quem carnis procurat voluptas, ut patet ex Davidis oraculo : « Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis fovit me mater mea [54]. » Verum lex quemdam modum induxit propulsandi istiusmodi immunditiem. Physici, qui harum rerum scientia sunt præditi, docent fetum, si fuerit masculus, vix intra quadragesimum diem formari utero materno ; femella vero requirat duplo prolixius tempus propter suam imbecillitatem. Hæc autem omnia indicant humanam naturam a Deo sejunctam et segregatam longo tempore in sordibus hæsitasse. Nam mors regnavit ab Adam usque ad Mosen. Octavo die, qui successit legi et prisco sabbatismo, circumcisi sumus circumcisione, quæ non manuum ministerio peragitur, sed perficitur opera Spiritus sancti : reformati quoque sumus et regenerati per Christum dum illius divinæ naturæ reddimur participes. Generamur enim non in corruptionem propter Adami impuram peccati maculam : sed gignimur ad vitam et immortalitatem propter puritatem, quæ nobis in Christo obtigit, dum pro nobis horrendum perpessus est supplicium. Hinc quoque illud 346
intelliges, quod scriptum est : « Alienati sunt peccatores jam inde ab utero [55]. » At quis et qualis est ille uterus ? videlicet, quod non circumcisi sunt illa circumcisione de qua Paulus disputat, dicens : « Nos sumus circumcisio, qui spiritu Deum colimus [56]. »

Quidam tradunt illa omnia fieri, ut puerpera, quæ maxime vexata et lassata est partus doloribus, paululum requiescat, et quiete fruatur. Fortassis mulierem immundam pronuntiat, quod eo tempore cupiditas venerea prorsus in ipsa sit exstincta. Nam si feta habetur impura, etiam gravida impuritatis crimine haud vacabit.

B Τινὲς δέ φασιν, ὡς ὁ νόμος βούλεται τὴν τεκοῦσαν ἔχειν ἀνάπαυσιν, ὡς σφόδρα πεπονηκυῖαν ἐν ταῖς ὠδῖσι. Πρὸς τὸ οὖν σβεσθῆναι τὴν ἐπιθυμίαν, ἀκάθαρτον ἔδοξε τὴν γυναῖκα καλεῖν. Ἐπεὶ εἰ ἡ τεκοῦσα ἀκάθαρτος, καὶ ἡ ἐγκύμων.

Si autem non invenerit manus ejus, etc. [XII, 8.] Hoc fecisse constat parentes Domini, cum haud abundarent divitiis ut agnum possent offerre. Vel fortassis id accidit, quod Christus, qui erat agnus Dei in mundum natus, semetipsum ut holocaustum oblaturus erat pro mundi vita.

Ἐὰν δὲ μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτῆς. Τοῦτο ἐποίησαν οἱ γονεῖς τοῦ Κυρίου, ὡς πτωχοὶ, καὶ μὴ εὐποροῦντες ἀμνοῦ εἰς ὁλοκαύτωμα· ἢ ὅτι αὐτὸς ἤμελλεν ὁ τεχθεὶς ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁλοκαύτωμα προσφέρειν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.

Homini alicui si accidat ut in corporis cute, etc. [XIII, 2.] Prius quam speciatim illa enarremus, contemplemur affectiones. Est igitur lepra malum quoddam vorax et incurabile. Nam caro excavatur et corroditur ; moritur quoque subinde ad inferiora malo hoc serpente. Quo circa etiam pilus florens perit non secus ac planta, quæ emoritur una cum terra. Albedo, de qua hic agitur, est carnis quædam infirmitas haud dissimilis lepræ : non tamen alte in corpus descendit, sed in superficie corporis spargitur et diffunditur. Hæc igitur facile curatur. Apparet ex modo commemoratis lepram esse quamdam pestem, quæ corrodit corpus humanum, idque lethaliter affligit. Albedo autem speciem quamdam habet lepræ. Ubicunque enim illa emicuerit, continuo suspicamur esse lepram. Verum lex albedinem non pronuntiat impuram, ut lepram.

Sex autem species enumerantur lepræ : una est, quæ apparet ex evidente cicatricis indicio. Altera totum obtegit corpus. Tertia prorumpit ex ulcere sanato. Quarta provenit ex adustione. Quinta oberrat in capite vel barba ; infestatque tam virum quam feminam. Sexta invadit calvitiem capitis, aut occupat calvitiem superciliorum.

C Ἓξ εἴδη λεπρῶν· ἡ μὲν, ἐξ οὐλῆς σημασίας τηλαυγοῦς· ἡ δὲ, πᾶν τὸ σῶμα καλύπτουσα· ἡ δὲ ἐξ ἕλκους ὑγιασθέντος· ἡ δὲ, ἀπὸ κατακαύματος· ἡ δὲ, ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς ἐν κεφαλῇ ἢ ἐν πώγωνι· ἡ δὲ, ἐν τῷ φαλακρώματι ἢ τῷ ἀναφαλαντώματι.

[53] Sap. I, 13. [54] Psal. L, 6. [55] Psal. LVII, 4. [56] Philipp. III, 3.

At lepra significat maculas illorum, qui mundati sunt vel in hoc vel in futuro sæculo, ut quidam perhibent. Ut enim cicatrix vestigium est vulneris in corpore curati : sic in anima delinquente, etsi sanetur, relinquitur quædam quasi cicatrix, quam solus cernit Deus, aut quibus a Deo datum est, ut eam perspicere queant. Idcirco danda est opera, ut omne vulneris vestigium tollatur. Quod fiet, si perfectam curationem vulneri admoverimus. De istiusmodi vulneribus ita vaticinatur Isaias : « A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas [57]. » — « Vulnus et livor et plaga tumens. » Quod vero quorumdam vulneribus imponuntur malagmata, illorum inquam quorum salus nondum penitus est deplorata et desperata, declarat idem propheta sequentibus verbis : « Non licet malagma addere vulneri, non oleum infundere [58], » respuit quoque vulnus hoc vincula. At de contritione et sæva animæ plaga, quæ non nisi magno curatur labore, donec penitus pristinam recipiat sanitatem et cicatrice obtegatur, sic verba facit Jeremias : Hæc dicit Dominus : Restauravi contritionem tuam : pessima est plaga tua. Non est qui judicet judicium tuum ad alligandam curationem tuam, etc., usque ad hæc verba : « A plaga, quæ gravissimis doloribus te excruciat, liberabo te [59]. » Hæc novissima verba sic interpretatus est Aquila et Symmachus : *Quia obducam vulnus tuum cicatrice.* Iterum idem Jeremias loquitur secundum versionem Septuaginta interpretum : « Ecce ego inducam illi cicatricem, et sanitatem restituam eis, et manifestabo eis fidem et pacem ; et reducam migrationem Juda et transmigrationem Jerusalem [60]. » Innascitur interdum cicatrici, quæ quidem vix cerni propter curationis perfectionem quit, sed saltem lepræ notam et significationem quamdam nec eam evidentem sed subobscuram exhibet in cute corporis : **347** et propter hanc sequentia lege determinantur. Necesse enim est, ut hi qui ab orco quasi mortui per Christum ad vitam sunt revocati, quam longissime recedant a vitiis, repudiumque mittant carnis et mundi illecebris. Qui namque in carne sementem fecerit, de carne metet corruptionem [61]. « Talis itaque impurus et immundus judicatur in conspectu Christi, juxta illud : « Impurum ipsum pronuntiabit sacerdos. » Quibus illa impuritas inhæserit, audient horrendam illam Christi vocem : « Discedite a me, qui operati estis malum : non novi vos [62]. » Albedo animæ et argumentum vel indicium cicatricis lepra infectæ est inclinatio et ad malum mentis proclivitas, nec tamen ad malum procedit : sed a malis factis abstinet. Operum siquidem auctor et dux censetur ratio.

Quapropter inquit David : « Antequam humiliatus sum, peccavi [63]. » Tunc enim mens, quasi libra, impellitur, quando quis in mortis periculum nondum venerit, sed quam proxime ad malum accesserit. Huc aptari potest et illud : « Nemo, qui tentatur, dicat se a Deo tentari. Deus ut non tentatur malis, sic nec ipse tentat quemquam. Unusquisque autem tentatur a sua concupiscentia abstractus et inescatus. Deinde concupiscentia ubi conceperit, parit peccatum : at peccatum consummatum procreat mortem [63*]. » Non igitur continuo malum, quod mortem importat, nos invadit, quantisper peccato reluctamur. Nam non omne peccatum est ad mortem. Quapropter nec is, qui suspectus erat ob lepram de quo nunc agitur, sacerdotis sententia impurus ostenditur : sed segregatur. Illa vero probatio, quæ septem durat diebus, significat istam probationem, quæ nos per universum vitæ curriculum exagitat et explorat. Deus non probat si moremur vicini malo. Proinde sollicite cavendum est nobis, ne aliquid mali propter vicinum malum nos apprehendat, quod nos deinde inficiat et e castris Dei quam longissime propellat. Christus est is sacerdos, qui animarum nostrarum lepram considerat : hunc nullum latebit lepræ vitium. Idcirco inquit : « Sancti estote : quia et ego sanctus sum [64]. » Illum autem, qui absolvebatur a lepræ impuritate sacerdotis auctoritate, oportebat eluere vestimenta, ut et in hac parte ejus puritas constaret. Aquæ vero mentionem infert lex, ut notum sit omnibus, sacrum baptisma jam olim in lege esse delineatum.

Ἐὰν δὲ ... καλύψῃ ἡ λέπρα ἐν τῷ δέρματι A *τῆς ἀφῆς ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν.* Τῶν παλαιῶν τις χρῶτα ζῶντα τὸν λόγον ἐλάμβανεν. Οὗ μὴ παρόντος τῇ ψυχῇ, ὅ τί ποτ' οὖν ἂν γένηται, ἀνέγκλητος ὁ ἁμαρτὼν, ἀλόγου φέρων κατάστασιν· εἰ δὲ παρείη λόγος, ὑπεύθυνος. Τί οὖν τὸ καθ' ὅλου τοῦ σώματος γίνεσθαι τὴν ἀφήν; μή ποτε τροπικῶς φρενίτιδας, ἢ μελαγχολίας δηλοῖ; μὴ βοηθοῦντος γὰρ τότε λόγου, μηδὲ παρούσης αἰσθήσεως, πᾶν τὸ πραχθὲν, ἢ λεχθὲν, οὐχ ἁμάρτημα· ἀλλ' ὅτε πάρεστιν αἴσθησις.

Et si lepra obtexerit universam cutem a capite usque ad calcem, etc. [XIII, 12.] Quidam ex priscis scriptoribus sub cute, quam totam occupavit lepra, intelligit vivam rationem, qua si fuerit homo privatus, quidquid egerit reprehendi commode non potest. Nam homo qui ratione caret, nihil differt a bellua. Ubi primum adfuerit homini ratio, si quid deliquerit, pœnis recte coerceri poterit. Quid sibi vult quod inquit : Tactum fieri totius corporis? Fortassis tropice intelligit melancolia aut phrenesi laborantes. Dum enim his non inservit neque ratio neque sensus, quidquid vel dixerint vel fecerint, non peccati nomen merebitur; at peccati nomen tum recurret, cum sensus affuerit.

Proinde in hunc modum loquamur : Bifariam placemus et grati sumus Deo. Si vivimus Deo, nihil emortuum sit in nobis; si mortui fuerimus peccato, nullæ peccati reliquiæ in nobis remaneant. Ubi mortui fuerimus mundo, ne recurramus ad vitia. Quocirca Paulus ait : « Sic et vos cogitate mortuos

[57] Isa. I, 6. [58] ibid. [59] Jerem. XXX, 12, 15. [60] ibid. 17, 18. [61] Galat. VI, 8. [62] Matth. VII, 23. [63] Psal. CXVIII, 67. [63*] Jac. I, 14, 15. [64] Levit. XI, 44.

quidem peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu [65]. Nam pro nobis mortem sustinuit Christus, ut, qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit [66], qui peccata nostra portavit corpore suo super ligno, ut peccatorum impunitate recepta vivamus justitiæ [67]. » Morimur peccato, ne et hoc nos prætereat, si necamus membra nostra terrena, scortationem, immunditiem, affectum, cupiditatem malam. Qui vero mortui sumus peccato, quomodo postea in **348** eo vivemus? Si paululum modo consenserimus peccato, inquinamur. Proinde impuritatis crimen non effugiemus : quemadmodum puritatem conservamus, si fuerimus mortui peccato. Nam, ut perhibet Paulus [68], modicum fermentum totam fermentat massam. Sed si modicum illud fermentum malitiæ fuerit ablatum, nihil periculi restat. Idcirco a Domino prohibetur supplementum novum in vestimento veteri, et vinum novum monet Dominus [69] non esse excipiendum utribus vetustis. Quidam dixere impuram eam mortificationem, quam parit vitium et mali animi mala dispositio et affectio. Hæc diffunditur, longe lateque serpit, ut videre est in vitiis intemperantiæ injustitiæque. Puram eam asserunt quidam mortificationem qua freti indifferenter utuntur his externis, modo exsulet vitium. Sic respuunt alienas nuptias, si ad has ducantur vitio incontinentiæ; sic nullum rejiciunt cibum, nisi qui intemperantiæ ancillatur; sic nullum opus vitant in Sabbato, nisi quod impellente avaritia suscipitur. Quapropter inquit Paulus. « Mori nos oportet legi, nec ullo modo reverti ad vitam, quam lex pollicetur, putantes nos per legem justificationem adipisci [70]. » Quidam præsentem locum sic exponunt : Eum, cujus corpus totum invasit lepra, lex mundum sancit, ut ostendat Deum odisse varia ingenia et subdola. Idem evidentius in sequentibus aperit, dum imperat : « Vineam tuam non conseres diversi generis seminibus [71]. » Et iterum : « Vestis ex duplici materia contextum sit adulterinum [72]. » Et iterum : « Non admissuram facies pecorum tuorum, admittendo ea ad pecora diversi generis [73]. « Ecce ubique Deus laudibus effert simplicitatem. Quidam aiunt illum, quem lepra totum conspurcavit, ex mera benignitate divina mundum pronuntiari, ut qui, quantum in se est, nullam spem salutis concipiat. Ne igitur perpetuo ab hominum consortio segregatus vitam agere cogatur, benignitas divina ei puritatem donat. Hoc quoque typo docet viros, qui Ægyptiacam vivendi rationem sequebantur, ut caute ambulent modestiæque sint memores : ne se efferant ob corporis vel pulchritudinem vel robur. Addicti sunt toti Deo, hocque glorientur, ne incidant in aliquam calamitatem, et abominabiles evadant. Præterea ut abstineant ab luxuria, fugiantque voluptates. Hæc enim duo mala plerumque lepram generare consueverunt.

Et caro, si facta fuerit in cute ejus ulcus, etc. [XIII, 18.] Tertia ponitur nunc lex de lepra, scilicet quando ulcus sanatum fuerit, et in loco, quem ulcus tenuerat, cicatrix alba reperta fuerit. Ut enim in corpore plurimæ reperiuntur causæ morborum, sic et in anima deprehenduntur plurimæ vitiorum occasiones. Ubi vulnera convaluerint, cicatrix plerumque conspicitur alba et leprosa : aut rufa, quæ inflammat, et humilior est reliqua corporis superficie, et proinde humiliorem efficit et animam.

Incendium ignis, etc. [24.] Fortassis inflammationem et intolerabilem æstum experitur, qui Satanæ telum ignitum excipit. Talis amore ardentissimo prosequitur aut uxorem aut filium. Amat enim carnem et sanguinem. Ejusdem farinæ sunt, qui insano gloriæ et avaritiæ exagitantur amore. Anima enim his affectibus obnoxia ardet. Si vero liberata fuerit anima istis malis, et sanctitatis particeps facta fuerit, nec æquaverit locum ut appareat, qualis erat ante exortum ejus vitii : profecto cum sit humilior legis ratione, polluta creditur.

A *Κατάκαυμα πυρός*. Μή ποτε κατάκαυμά ἐστιν ἐν παντὶ τῷ δεξαμένῳ βέλος τοῦ Πονηροῦ πεπυρωμένον ; ἐρᾷ γὰρ οὗτος σαρκός τε καὶ αἵματος, γυναικὸς, ἢ παιδός. Τοιοῦτοι καὶ οἱ πρὸς δόξαν μαινόμενοι καὶ ἀργύριον. Ψυχὴ γὰρ ἐμπαθὴς ἐπὶ τοιούτοις ἐκκάεται· κἂν ἀπαλλαγεῖσα τούτων ὑγιασθῇ, καὶ μὴ οὕτως ὁμαλίσῃ τὸν τόπον τοῦ πάθους, ὡς πρὸ τοῦ πάθους ἐτύγχανεν, ἀλλ' ᾖ κατὰ τοῦτο ταπεινοτέρα, μιαρὰ τῷ νόμῳ δοκεῖ.

Accidit interdum ut anima, ubi perfectam receperit sanitatem, ut præ socordia relabatur in vitia. Si vitia saltem ratione concipiuntur nec in effectum producuntur, ille homo non rejicitur, quamvis separetur. Si vero et mala opera facere et culpam commereri instituerit, impuritatis maculam sibi conciliat. Evenit igitur quod dicitur : « Canis rediens ad suum vomitum. Et, Sus lota reversa in volutabrum cœni [74]. » De tertia igitur lege, quæ ob lepram fertur, hæc dixisse haud ineptum judico.

In capite et in barba, etc. [29.] Mihi videtur hoc loco intelligendam esse lepram **349** capitis, si quis loco Christi, qui Ecclesiæ caput est, diversam sequatur doctrinam, eligatque sibi caput leprosum et immundum. Præterea si quis in virilem ætatem transgressus et relictis nucibus, quod aiunt, iterum delinquat. Cum hoc peccatum a viro sit commissum, intelligitur recte is vir lepra habere infectam

B *Ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ ἐν τῷ πώγωνι*. Ὅρα εἰ δύναται λέπρα μὲν λαμβάνεσθαι κεφαλῆς, ὅτε ἀντὶ τοῦ ἔχειν κεφαλὴν Χριστὸν, ἄλλον τινά τις λόγον ἐπιγράφηται κεφαλὴν λεπρὸν καὶ ἀκάθαρτον. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἤδη τις γενόμενος ἀνὴρ, καὶ δοκῶν κατηργηκέναι τὰ τοῦ νηπίου, ἁμαρτάνῃ, μὴ ὡς νήπιος, ἀλλ' ἁμαρτίαν ἀνδρὸς, τάχα ἔχει λέπραν ἐπὶ τοῦ πώγωνος. Καὶ γυνὴ δὲ, ψυχὴ ἡ μὴ προστικὴ μὲν λογικῶν

[65] Rom. vi, 11. [66] II Cor. v, 15. [67] I Petr. ii, 24. [68] I Cor. v, 6; Galat. v, 9. [69] Matth. ix, 17.
[70] Galat. ii, 19. [71] Lev. xix, 19. [72] ibid. [73] ibid. [74] II Petr. ii, 22.

σπερμάτων, δεκτικὴ δὲ, ἔχοι ἂν ποτε ἐπὶ τοῦ προσ A ώπου καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ πώγωνος, ὅπερ ἰδίως παρὰ τὰ πρότερα καὶ θραῦσμα ὠνόμασεν ὁ νόμος.

barbam. Et mulier, id est, anima, quæ non amittit rationis veræ dictamina, sed ea firmiter tenet : et habeat fortassis in vultu vel barba id, quod peculiari modo et proprie lex nominavit fractionem vel conquassationem.

Cæterum, quæ hactenus dedimus, et in hunc modum enarrari queunt : Duplex in nobis contrahitur impuritas, altera carni, altera incumbit spiritui. Carnem conspurcant enormia et impia scelera. Anima fœdatur, si quis recedat a sacris dogmatibus et sana fide. Animum præterea polluunt fraudes, doli, perjuria, susurrationes, inflationes, contentiones et æmulationes, et reliqua hujus farinæ vitia. Nunc vero lex animæ vitia enarrare instituit. At mentis typus est caput : cogitationem mentis perfectam denotat barba. Nam perfectionis signum perhibetur barba. Verum et isthæc habent quamdam speculationem peculiarem. Nam mens, etsi nonnihil implicatur vitiorum doloribus primulum, et tamen non prorsus in vitia prolabitur, sed modestis reprehensionibus edocta a vitiis recedit, et quasi separatur : ea, inquam, anima non censetur per omnia impuritatis crimen incurrisse, nec prorsus alienatur a Deo. « Ubi laverit vestimenta sua, mundus erit, » id est, accipiet et sentiet auxiliarem justificationem, quam Christus mortali generi impartitus est. Quod vero etiam pili nudantur, significationem habet nullam creaturam esse, quam non videat et cognoscat Deus. Omnia siquidem sunt manifesta et resupinata oculis Domini. Hinc alicubi ita profatur : « Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, et non Deus a longinquo [75]. » Num me celabitur aliquid?

Maculæ albæ candicantes, etc. [XIII, 39.] Si quis rem diligenter exquirat, inveniat istam carnis albedinem esse quamdam corporis affectionem lepræ vicinam. Verum hæc albedo significat illa animæ delicta, quibus anima non lethaliter consauciatur. De his scriptum est : « Delicta quis cognoscet [76] ? » Intellige igitur sub hac vocula affectus, qui per se nec mortem nec animæ interitum procurant. Verum judex non secundum juris rigorem vel stricto jure omnia exsequitur. Aliquid nostræ tribuit imbecillitati. Quia ipse novit nostrum figmentum. Huc addi potest et illud Scripturæ proloquium : « Si observaveris delicta, quis sustinebit [77] ? » Verum ut scias exacte quænam sint illæ candicantes maculæ, scito illarum numero contineri, vehementes impetus animi brevi tempore evanescentes, nec non proclivitatem ad irascendum. Huc applicetur pusillanimitas erga fratres, cupiditas vanæ gloriolæ, et reliqua his haud absimilia.

Si caput alicujus calvities obsederit, etc. [40.] Postrema lepra commemoratur quæ in calvitie vel superciliis moratur. Et sane videtur verisimile illum, qui pilos deposuerit (sunt enim res quædam mortuæ) censeri purum, nisi fortassis lepra contingens mentem, cujus typus perhibetur caput, manifesto effloruerit. Sed iterum cernere est, quanta benignitate Deus nos liberet peccatis inconsulto commissis. Nam ut quis degat prorsus a peccati sorde immunis, non fuerit præsentis sed futuri sæculi, quando peccatum prorsus abolebitur. Lepram autem capitis arbitrare parvos affectus, qui crimina capitalia, nisi inhibeantur, parere consuevere. Sic in nervum etiam erumpit sæpius parva ira, si non mansuetudine reprimatur, secundum hoc oraculum : « Irascimini, et nolite peccare [78]. »

Et vestimenta ejus erunt dissuta, et caput ejus nudum, et os ejus veletur , etc. [45] Non enim oportet leprosum occulta habere animi peccata, nec ipsum celare oportet turpitudinem suam ne videatur esse sepulcrum dealbatum. Vel gravitas morum, et auctoritas, quæ ex bonis moribus paratur, hic nimirum sub amiculo accipienda est. Hoc amiculum non obvenit illis, quorum ingenia sunt insanabilia, et propalam turpiter delinquunt. Leprosum oportet caput habere apertum, ut lædatur a frigore nocturno, et æstu diurno. **350** At huic contrarium accidit quam illi, de quo dicitur : « Sol interdiu non adurет te; nec etiam luna nocturna te violabit [79]. » Jacob pastor suo officio functus donec mercedis nomine caperet a Labano pecora optima, inquit : « Interdiu me urebat æstus, noctu affligebar frigore. » Os leprosi velatur, ne scilicet habeat, quo excuset sua peccata peccator coram Deo. Imo ne dicendi quidem libertatem habet peccator : mutire vix audet in conspectu Dei. Nam peccatorem sic alloquitur Deus : « Quid tu enarras justificationes meas? et labiis tuis pronuntias testamentum meum [80] ? » Ejicitur castris arceturque sanctorum consortio. Ad eum modum in futuro sæculo segregabuntur boni a malis, et suos sic affabitur Dominus : « Exite, exite de medio illorum, et separamini qui portatis vasa Domini [81]. » Per vasa tu accipe varias virtutes, quibus sancti vigent : eas nobis ob oculos ponens Paulus, inquit : « Convertimini filii, convertentes, et sanabo contritiones vestras [82]. » Quem igitur agnoscemus salutis esse callem? Illum, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, et sanctificat nos suo cruore egressus castris ad nos, quibus negatum erat in castra reverti priusquam repurgaremur : sicuti et leprosus per se non potest introire in castra, nisi ab alio deducatur eo. At nos apportamur ad Christum a Deo Patre, quemadmodum Christus ipse docet, inquiens : « Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit ipsum [83]. » Nam Christus advenit, ut remedium adhibeat contritis corde, et aperiat oculos cæcorum, aboleatque omnes iniquitates tuas, et redimat ex corruptione et in-

[75] Joan. XXIII, 23. [76] Psal. XVIII, 13. [77] Psal. CXXIX, 3. [78] Psal. IV, 5. [79] Isa. XIII, 10. [80] Psal. XLIX, 16. [81] Isa. LII, 11. [82] Jerem. III, 14. [83] Joan. XI, 44.

teritu vitam tuam. Cum enim ad nos venisset infirmos visendos, mundos nos reddidit per sanctum baptismum, et corpus sanguinemque suum. Hæc siquidem sub illis portendebantur typis.

Aviculæ duæ vivæ congruunt proportione quadam hircis illis duobus, quorum alter dimittebatur in vastam solitudinem. Nam unus hircus immolatur, et alter dimittitur. Uterque vero mundus est, quemadmodum et aviculæ hæ munditie nitent. Siquidem aiunt hircum non suapte natura creatum esse immundum, neque dimissum esse propter suam iniquitatem. At propter peccati lepram, qui mundatur, nonnihil prodest et hirco, qui deportatur, et si evaserit immunditiem lepræ. Ut autem appareat illum, qui ob lepram erat suspectus, penitus repurgatum et purum esse, altera ex aviculis immolatur. Verum illæ aviculæ, quæ nunc offeruntur, videntur differre genere ab avibus, quæ imponuntur aræ, sicuti supra docuimus in relatione columbarum et turturum. Nam is, qui modo sacerdotis sententia pronuntiatus est purus, non continuo audet accedere ad sacram aram : sed ut dignus efficiatur accessu aræ, illo ipso die, quo mundatus est, omni mora posita, expiatur illo avicularum sacrificio.

A Τὰ δύω ζῶντα ὀρνίθια δοκεῖ τινα φέρειν ἀναλογίαν πρὸς τοὺς δύω τράγους, ὧν ὁ εἷς τοῦ ἀποπομπαίου· κἀκεῖ γὰρ ὁ εἷς θύεται, καὶ ὁ εἷς πέμπεται εἰς τὴν ἀποπομπὴν αὐτοῦ· καθαροὶ δὲ ἄμφω, καθὰ καὶ τὰ νῦν ὀρνίθια. Οὐκ ἀκάθαρτος γὰρ τῇ φύσει, φασὶ, δεδημιούργηται, οὐδὲ ὁ διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν γενόμενος ἀποπομπαῖος. Διὰ μὲν οὖν τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας λέπραν ὀφείλει τι τῷ ἀποπομπαίῳ καθαριζόμενος, εἰ καὶ ἔφυγε τὴν ἀπὸ τῆς λέπρας ἀκαθαρσίαν. Διὰ δὲ τὴν καθαρότητα προσφέρεται περὶ αὐτοῦ τῶν ὀρνιθίων τὸ ἕτερον. Πλὴν τὰ δύω ἔοικεν ἕτερα εἶναι τῷ γένει παρὰ τὰ προσφερόμενα εἰς τὸ θυσιαστήριον, τρυγόνας ἢ περιστεράς. Ὁ νεωστὶ γὰρ καθαρισθεὶς, οὔπω τοῦ θυσιαστηρίου γέγονεν ἄξιος, ἀλλ' ὅπως ἄξιος γένηται, B λαμβάνεται ταῦτα παρ' αὐτοῦ ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ.

Additur huic sacro lignum cedrinum, quod signum est salutaris ligni, quo triumphavit de devictis principatibus et potestatibus Salvator, nos penitus in æternam asserens beatitudinem. Coccinum propter colorem suum purpureum typus est pretiosi sanguinis, quem pro nostra salute profudit Christus. Filum coccineum, cujus usus erat in nativitate Phares, salutarem Christi cruorem quoque demonstravit. Huc adjice filum purpureum, quo Raab hostilem evasit direptionem et cædem, sic instructa ab speculatoribus. Hyssopus adjungitur huic cærimoniæ. Habet enim virtutem purgandi. Nec ipse sacerdos mactat aviculam. Nam is, de cujus puritate dubitatur, nondum dignus est, ut prodeat in conspectum sacerdotis. Quapropter sanguis ille non importatur ad aram : sed excipitur vase fictili, in quod prius infusa est aqua viva, ut purificatio perficiatur interventu aquæ et sanguinis, quæ duo permanarunt ex latere Salvatoris, teste Joanne : qui quoque docet in sua Epistola tria esse, quæ purificationem inducant, spiritum, aquam et sanguinem. At hoc loco videntur sanguis et aqua : spiritum commonstrant cæsa avicula. His tribus expiatur et purgatur, quem lepræ suspicio contigerat, licet per se quoque purus sit ab lepræ morbo.

Supra dixit : « Quo die purificatus fuerit, » etc., nunc vero inquit : « Et purus sive mundus erit. » Quamvis vero liberatus sit a lepra et lepræ suspicione, opus tamen habet purificatione illa propter præteriti temporis immunditiem. Necessarii quoque sunt tres reliqui purificationis modi. Unus **351** enim purificationis modus est, qui enuntiatur hisce verbis : « Quo die purificatus fuerit. » Cæteri tres purificationis modi in medio collocantur, et significantur dum ter illa verba repetuntur : « Et mundus erit. » Ultimus autem et quintus purificationis ritus declaratur per hæc verba : « Et mundabitur. » Habent siquidem purificationes suos progressus, et ab imperfectioribus ad supremam tendunt purificationem.

C Ἄνω, εἶπεν, « Ἧ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ· » νυνὶ δὲ, « Καὶ καθαρὸς ἔσται. » Καὶ καθαρθεὶς γὰρ τῆς λέπρας, ὅμως ὑπὲρ τοῦ μολυσμοῦ τοῦ φθάσαντος χρόνου δεῖται τοῦ παρόντος καθαρισμοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλων τριῶν. Εἷς γὰρ καθαρισμὸς τὸ, « Ἧ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ· » καὶ τρεῖς μεταξὺ τῷ, « Καὶ καθαρὸς ἔσται, » τρίτον λεγομένῳ, « δηλούμενοι· » καὶ πέμπτος καὶ τελευταῖος διὰ τοῦ, « Καὶ καθαρισθήσεται. » Εἰσὶ γὰρ οἷον καὶ καθαρισμῶν προκοπαὶ, πρὶν εἰς τὴν τελείαν ἐλθεῖν καθαρότητα.

Ubi emissa fuerit avicula, vestimenta lavat qui purificationi admovetur : dein omnes abraduntur pili; deinde perfunditur et abluitur aqua. Tum demum accommodantur hæc verba : « Mundus erit; » quasi non sufficienter hæc verba prolata fuissent, ni reliqui præcessissent purificationis modi. Postquam is, cujus puritas procuratur, aqua fuerit perfusus, non sordes abjicit omnes : vestimenta adhuc impura ducuntur. Sed hæc indicant vitam ejus, quamvis non prorsus impuram, tamen aliquantulum vitiis contaminatam, licet vestimenta, id est, prioris vitæ vitia, deposuerit. Pili portendunt peccata, quæ ex animo enascuntur et mortem inducunt. Cæterum ab his differunt pili Samuelis et Nazaræorum, nec non discipulorum, quos Pater cœlestis in numerato tenet. Nam ferrum non contingit caput Nazaræorum.

At hæc docent omnia quæcunque faciunt Nazaræi, grata et accepta esse Deo, adeoque grata et accepta, ut ne folium quidem decidat ex his, qui spirituales edant fructus. Nunc demum sordes corporis aqua eluit. Postea demum, ubi tertio constiterit ejus puritas, in castra, e quibus ejectus erat, recipitur.

At in suam non ingreditur domum, nisi prius excurso septem dierum spatio, et iterum rasus, quasi non sufficiat ad puritatem semel esse rasum. Verum secunda tonsura priore præstantior est. Continet siquidem partes principaliores corporis, videlicet caput et barbam. Caput indicium facit, errores, quibus inhæsit quoad sacrosancta dogmata, esse pulsos : barba significationem ex sese dat, peccata, quæ in virili committuntur ætate, esse abjecta : supercilia sub quodam typo edocent vanas et stultas opiniones esse propulsatas. Deinde iterum expolit vestimenta, iterum lavatur. Et in hunc modum quater purus redditur. Octavo exinde die, quo in castra receptus est, non amplius indiget reliquorum hominum ministerio : ipse dimittit animantia, ipse oleum cum simila offert, ut prorsus repurgetur a lepra, et dignus habeatur, qui sacra faciat in loco sacro. Ejus, qui ad hunc modum accedit ad quintam purificationem, sacrificium, inter Sancta sanctorum connumeratur. Agnus, qui immolatur pro delicto, significat virtutem, quæ tollit peccata. Holocaustum, quod adoletur in ara, docet illum hominem jam totum, quantus quantus est, dignum censeri, qui consecretur Deo. His sacrificiis succedit ovis, quæ repræsentat fructus pietatis, qui adhuc sunt in animo ejus, qui purgatur, eique tribuuntur. Tribus illis sacrificiis adduntur ternæ decimæ similæ ad quintam purificationem peragendam. Non inquit accipiendas esse farinæ decimas, sed similæ, quæ est subtilissima materia conficiendi panis, mentionem infert. Simila autem perfunditur oleo. At oleum non solum lucem subministrat, sed etiam ignem alit. In alio purificationis quodam ritu requiritur hemina olei. Verum ibi purgatur is, qui opus habet opera sacerdotis, a quo non solum inducatur in castra, sed sistatur in ostio tabernaculi testimonii coram Domino. Nec imperat, ut immoletur agnus, quemadmodum imperatum erat in sacrificio avicularum : imo ipsemet arripit agnum eumque pro delicto cædit, quamvis id facere ante quartam peractam purificationem nunquam in animum induxerit. Hujus victimæ cruore dextram emundat aurem, eamque idoneam præstat auscultandis divinis sermonibus : totumque hominem ita instruit, ut per rectum virtutis callem recto pede incedat, et virtutis opera edere haud cesset. Si enim non purificaretur dextræ auris auricula, posset quis intelligere os leonis, quemadmodum scriptum est : « Sicuti eximit pastor ex ore leonis duo crura aut auriculam [84]. » Quia vero leprosus immunditie laboraverit, ut et hæc recedat, auris dextra, nec non manus **352** pesque dexter purgantur, ut ab his extremitatibus puritas per totum diffundatur corpus. Sexies fit aspersio de oleo coram Domino. Oleum, quod remanserit, iterum additur auriculæ dextræ, et manu pedibusque dextris. Quia sanguis nisi accessione olei, non sufficit ad hanc rem. Oleum autem, quod sua manu apprehendit sacerdos, imponitur capiti purificandi. Nam necessitas postulabat, ut reliquis humani corporis partibus repurgatis, etiam caput sua puritate potiretur. Absolutis et finitis purificationibus omnibus, alter petitur agnus, qui mactatur, et totus, ut sit holocaustum, consecratur Deo. Quidam docent duas illas aviculas esse unum quiddam, et significare Christum e cœlo delabentem (nam avis in aere movetur) et humanam naturam assumentem et pro nobis oblatum, et ut miseros nos peccatores redimeret cœlitus demissum. Quoad humanam naturam, cæsus et oblatus est. Secundum divinam naturam nullum sensit damnum. Hæc enim nescia est pati. Siquidem Scriptura testatur : « Mortuus est carne, et vivificatus est spiritu [85]. Super aqua viva, » etc. Quia mors ejus est vita. Itaque profluxit sanguis et aqua de corpore ejus. Lignum cedrinum, quod nulla putredine violatur, incorruptibile Christi corpus demonstrat. Siquidem scriptum est : « Non patieris sanctum tuum videre corruptionem [86]. » Filum coccineum typus est Ecclesiæ. Hyssopus ostendit fervorem spiritus. Hæc enim herba mirabiliter calida perhibetur. Præterea repurgat et liberat præcordia nostra ab impuro phlegmate, quod typus est affectionum mentis. Nam baptizati sumus in Spiritu sancto et igne. Siquidem, ut præmonui, illa herba calida est. Quidam tradunt filum illud purpureum et contortum significare divinæ et humanæ naturæ in Christo conjunctionem. Verum in occisæ aviculæ mortem baptizabatur viva et superstes avicula. Aspersio autem, quæ septies fit, significat purificationem quam perfectissime esse peractam et finitam. Nam, ut habet Scriptura, « Ubi abundavit peccatum, ibi supra modum abundavit gratia [87]. » Christus autem, qui nostros abrasit affectus, reputatur sermo vivus et efficax, qui exactissime peccata abradit. In hunc modum puritatem adepti, admittimur in castra sanctorum, et introimus in domum Dei. Verum prohibemur adhuc supernis mansionibus. Hæ enim ceu munus reservantur sanctis in futurum sæculum. Elapsis siquidem septem diebus, id est, finito præsenti sæculo, in nostras ædes, scilicet in superna habitacula migrabimus, et singuli suas sortientur sedes.

In veste lanea, aut in veste linea, aut stamine, etc. Pluribus descripsit lepram, quæ conspurcat homines. De altera lepra, quæ occupat inanimata paucioribus tractat. Siquidem homines, quam res inanimatæ magis Deo curæ sunt. Cæterum quæ traduntur hoc loco de lepra, quæ contaminat res inanimatas, quasi sub ænigmate quodam commonstrant vitia, quæ mortalibus inhærent alte fixis radicibus. Proinde si tales homines fuerint viva aqua perfusi et lustrati, et color corporis vitiosus non recesserit, argumentum est, eorum malitiam prorsus esse deplorandam. Horum de grege sunt, qui abluuntur sacro lavacro religionemque verbis simulant, ut majore cum lucro in cœpta malitia persistere queant. Exemplo sit Simon Magus, qui adhuc detinebatur felle amaritudinis, et in colligatione injustitiæ. Tales reservantur æterno exitio, ubi æternis divexabuntur flammis. Non autem prius res inanimatæ, quas lepra

[84] Amos, III, 12. [85] I Petr. III, 18. [86] Psal. XV, 10 ; Act. XIII, 35. [87] Rom. V, 20.

infecerit, concremantur, quam post lavacrum alienus color abierit. Alienus color existimatur sublatio illarum rerum, quæ videntur fuisse causæ peccati sive malitiæ. Si locus postquam lotus fuerit æqualem retinuerit superficiem, quemadmodum scriptum est : « Frustra percussi prophetas vestros, disciplinam non recepistis, etc., ignis furoris Domini inflammabit et consumet adversarios [88]. » Quæ vero postquam abluta fuerint, pura apparuerint, iterum lavantur ut illorum puritas conspicua sit, scilicet dum malitia pietatem simulat, dum videtur sequi eadem, quæ nos, vitæ instituta. Tales erant, quos Paulus sic appellat : « Filioli mei, quos iterum parturio, donec **353** Christus formetur in vobis [89]. »

Et dabo plagam lepræ in ædificiis terræ, etc. Sub his indicantur ea, quæ usu venerunt et eventura erunt Synagogæ Judæorum. Lepra dehortatur nos, ne sinamus vitia totum occupare animum. Si particula lepræ membrum corripuerit, sollicite agendum ne invalescat, et totum complectatur corpus. Siquidem reperire est interdum animum, qui utriusque tam lepræ, quam sanitatis particeps est. Interdum tota urbs aut natio sic affecta est, ut partim sit sana, partim perniciosorum dogmatum lepra fœdata, cujus rei argumentum est, quod hic ponitur, *domus*. In hunc modum offendimus affectam Judæorum Synagogam, de qua sananda clamitant prophetæ ante Christi incarnationem exposcentes divinum remedium, inter quos et Jeremias in hæc verba linguam resolvit : « Si peccata nostra restiterunt nobis, Domine, fac nobis propter nomen tuum [90] : » etc. Et iterum idem propheta exclamat, « Hei mihi, o anima. Quia periit justus de terra, nec est qui bonum operetur inter mortales [91]. » Sacerdos jubet ut is, qui possessor est, omnia instrumenta et suppellectilia ædium exportet : et tum demum ingreditur in domum, ut ejus consideret et perspiciat vitium. Nam Dei visitatio terribilis et formidolosa est. Proinde imperat Deus ut amplectamur ex animo purificationes a morbis, et vacuefactionem, quæ contingit dum mala vasa, id est, malas et impias rationes abegerimus ex animo, et sic exspectemus Deum, qui olim res nostras altius considerabit. Ita se rem habere testatur illud propheticum : « Ut laves a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salveris. Quousque erunt in te cogitationes laborum tuorum [92] ? » nimirum causæ, quas prætexas criminibus tuis, et sic subterfugias pœnam. Sacerdos ubi in ædes vitiosas introiverit, eas segregat spatio dierum septem. Nam haud immerito movet indignationem Domino, si conspicetur denuo lepram, quam sua longanimitate tam diu toleravit. Quapropter si hanc iterum conspexerit, domum segregat. Quod vero commemorat dies septem, nimirum ostendit pœnas, quas inflixit illis, qui deliquerant impie in legem. Nam pœnæ servos fecit Deus Judæos ad annos usque septuaginta, computans unum diem pro decem annis, quemadmodum ad Ezechielem dicitur : « Diem pro anno constitui tibi [93]. » Etiam in Zacharia proponit et determinat tempus angelus, loquens in hunc modum : « Domine dominator, quousque non misereberis Jerusalem, et urbium Juda, quas neglexisti his septuaginta annis [94] ? » Deinde infert : « Sacerdos revertetur die septimo, » etc. Cæterum hoc loco vocat sacerdotis reditum Dei misericordiam, qua motus redit ad gentem suam juxta illud prophetæ : « Revertar ad Jerusalem in commiseratione, et domus mea iterum ædificabitur [95]. » Et iterum : « Conversum est cor meum in hoc, conturbata est pœnitentia mea, nequaquam faciam secundum iram furoris tui [96]. » Ubi sacerdos contemplatus fuerit, inquit, lepram diffusam et sparsam, jubet lapides, in quibus lepræ vitium hæserit, eximi et ejici : inque horum locum alios bene politos substitui. Nam ubi semel præteritorum delictorum impetraverimus veniam, et Deus inde invenerit in nobis vitia, certe iram suam ostendit in vitiorum causas : nec in omnia invehitur vitia, sed conatur exscindere mali occasionem. Sic priscis temporibus, cum essent pseudoprophetæ, loquerenturque non impulsu Spiritus, sed pravæ mentis perciti dictamine, jubet illos abjici ; qua re declarat segregationem aut totam abjectionem, ut etiam de Jechonia Deus dicit : « Terra, terra, audi sermonem Domini. Scribe virum hunc abdicatum, vel proscriptum [97]. » De prophetis falsis in hunc modum concionatur : « Propterea abstuli prophetas vestros, et interfeci eos verbis oris mei [98]. » Et iterum : « Quapropter duces populi mei ejicientur ex domibus ipsorum mala [99]. » Verum alii substituuntur in locum illorum, qui fuerint expulsi : quæ quidem omnia agit Deus, qui in locum ejecti tum regis tum prophetæ alium submittit tum regem cum prophetam, ut patet ex prophetia Isaiæ [1], qui describit **354** multis quo pacto sua dignitate, honore, officioque exutus sit Sobna quæstor ærarius : et quomodo in hujus locum subrogatus sit Helkiæ filius Heliakim, quem patrem fore incolentibus Jerusalem vaticinatur. Jubet deinde, ut alia materia oblinatur domus, etc. Tales sunt prophetæ, qui oblinentes eos, qui commeruerunt gravem culpam, sermonibus adhortatoriis tantum profecere, ut peccatores ad pœnitentiam pleno gradu contenderent, Deoque se committerent totos. Talis est hæc prophetica adhortatio : « Exquirite bonum et non malum, ut vivatis. Et sic erit vobiscum Dominus Deus dominator [2]. » Si, ubi mutati fuerint ædificii lapides, iterum se videndam obtulerit lepra : nulla superest spes salutis. Domus diruatur, et materia omnis sive rudera exportentur urbe, et abjiciantur in locum immundum, qui ordinatus est in hoc, ut excipiat impura illa rudera. Postquam mali homines et facinorosi fuerint ex domo dejecti, et sa-

[88] Jerem. II, 30. [89] Galat. IV, 19. [90] Jerem. XIV, 7. [91] Jerem. VIII, 6. [92] Jerem. IV, 14. [93] Ezech. V, 6. [94] Zachar. I, 12. [95] ibid. 15. [96] Osee XI, 8. 9. [97] Jerem. XXII, 29. [98] Osee VI, 5. [99] Osee X, 15. [1] Isa. XXII, 15 seqq. [2] Amos V, 14.

tis superque prophetarum solantia verba audiverunt, sed cum contemptu, Judæi: redit consideraturus suam domum Dominus. Nam Sermo incarnatus ut venit in mundum, et consideravit Judæorum Synagogam pristino implicitam morbo, legis ordinem destruxit, gentem Judæorum in omnes orbis tractus dispersit, juxta illud prophetæ: « Dispergam eos in omnem ventum, aut disseminabo eos in omnes gentes [3]. » Similiter de templo sic disserit Salvator: « Non manebit hic lapis super lapidem, qui non destruatur [4]. » — « Qui, ait, introierit in domum segregatam, impurus erit usque ad vesperam; et qui in hac dormit, lavabit vestimenta sua, et impurus erit usque ad vesperam; et qui in ipsa edit. » Qui enim cum perfidis et abjectis Judæis in omnibus vel uno dogmate consenserit, is non carebit impuritatis macula, eamdemque hæreditabit impuritatem. « Sed si ingressus, inquit, invenerit lepram curatam, iterum mundabit illam, » etc. Judæorum siquidem Synagoga reprobata propter impia facinora, quæ in Christum commiserat, post impletionem gentium, teste Paulo, in integrum restituetur per fidem Dei, qui denuo ipsam magna misericordia visitabit in secundo suo adventu, sicuti ex hoc Scripturæ vaticinio elucet: « In illo die, dicit Dominus, colligam contritam, et rejectam suscipiam, et quos repuli: et ponam contritam in reliquias [6]. » Et iterum: « Quia diebus multis sedebunt filii Israel, absque rege, absque magistratu, absque sacrificio, absque altari, absque sacerdotio, absque manifestationibus. Et postea convertentur filii Israel, et investigabunt Dominum Deum suum, et Davidem regem suum, et obstupescent super Domino, et super beneficiis ejus in novissimo dierum [7]. » His expeditis profert illa, quibus domus purgatur: illa quoque adhibita sunt in leproso purgando, ut supra dedimus. Filum purpureum et contortum significat illam confessionem, qua confitemur et demonstramus nos sola morte Salvatoris salutem indipisci. Idem innuitur in Canticis canticorum per hæc verba: « Ut spartum purpureum labia tua, soror et sponsa mea [8]. » Nam Ecclesiæ labia deprædicant salutem, quæ nobis per sanguinem Christi obvenit. Christo niti vult Ecclesia veram fidei confessionem. Sic et cœna mystica complectitur annuntiationem mortis Christi ejusque resurrectionis. Propter hæc duo accedimus ad sacrosanctum baptisma perfecti et consummati sanguine æterni testamenti. Cæterum sanctum baptisma satis explicatur ab Ezechiele propheta, dicente: « Et accipiam vos ex gentibus, et congregabo vos ex locis, et effundam in vos aquam limpidam, et mundabimini [9]. » — « Avicula emittitur extra urbem, » etc. Nimirum extra orbem terrarum. Ut enim urbs habet multa ædificia, sic orbis plurima continet hominum genera, et quasi muro undique ambitur firmamento. Huic demum succedit latissimus et purissimus superni mundi campus, in quem introivit Christus. Quod vero mundus universus, constet duabus partibus, scilicet visibili, inquam, et invisibili mundo, declaratur per duas illas aviculas. Alterius cruor commonstrat **355** ejus, qui passus est, templum. Lignum cedrinum typus est corporis Christi, quod nulli corruptioni obnoxium est. Hyssopus significat spiritum. Filum coccineum repræsentat veram fidei confessionem, quæ innititur sanguini Christi pro nobis fuso. Aqua viva symbolum est baptismi.

Viro, cui contingit fluxus ex corpore, etc. [XV, 2]. Mens etenim, si dedita sit inutilibus rebus, quæ nullo studio dignæ feruntur, profecto absumitur, et si suam operationem extendat ad ea, quæ non necessaria sunt, et propriam suam operationem negligit, certe nullos consequetur dignos fructus, verum prorsus rebus deterioribus atteretur. Nam homo, qui, teste Paulo [10], conditus est ad opera bona, si hæc omiserit, et diversum secutus fuerit callem, repuleritque veram de Deo opinionem, hic, inquam, planissime exorbitat a vera religione. Proinde vitandus est, ne sua malitia etiam nos inficiat. Scriptum namque est: « Qui attingit picem, contaminabitur [11]. » Præterea: « Serva teipsum purum, nec communicaveris alienis peccatis [12]. » Cæterum illa omnia repurgabit Christus. Lex enim infirma est, nec illa tollere quit maculas.

Si purificatus fuerit is, qui laborat profluvio seminis, a fluxu suo, etc. [XV, 13]. Ecce iterum purificatio fit interventu aquæ et sanguinis. Oportet autem nos in diem septimum, id est, per omne vitæ nostræ tempus repurgari a vitiis. Nam septenarius quasi finis est revolutionis temporum, cui succedet resurrectionis octavus dies, imo universum tempus, quod sequetur incarnationem. At Emmanuel pro nobis ultimum sustinuit supplicium, præfiguratus jam olim in lege sub specie turturis et columbæ. Hujus mors quam pro nobis miseris peccatoribus adiit, mire fragrantem odorem transfundit ad Patrem cœlestem. Quapropter altera avis cædebatur pro peccato, altera tota concremabatur, ut esset holocaustum. Quod vero pro peccato nobis fiebat propitiatio, satis manifestatur his verbis: « Et placabit pro eo sacerdos. »

Vir, de quo egreditur somniale semen, etc. [16]. Supra cum verba faceret de profluvio seminis genitalis, longum et continuum descripsit morbum. Nunc vero disputat de morbo, quem parit seminis profluvium, particulari. Hac in re non abludit ab his verbis, quorum hic tenor est: « Si quis enim totam legem exsecutus fuerit, et aberraverit ab una, omnium factus est reus [13]. » Qui enim dixit: « Non committes adulterium, » dixit quoque: « Ne occidas. » Si non adulterium committas, at occidis, jam legis factus es transgressor. Verum in Christo puritatem consequitur et ille. Sed interim aqua requiritur ad puritatem adipiscendam. Christi vero adventus nobis prædicitur hoc loco, dum

[3] Jerem. XLIX, 32. [4] Matth. XXIV, 2. [5] Rom. XI, 25. [6] Mich. IV, 7. [7] Osee III, 4-6. [8] Cant. IV, 3. [9] Ezech. XXXVI, 25. [10] Rom. I, 17 seqq. [11] Eccli. XIII, 1. [12] I Tim. V, 22. [13] Jac. II, 10.

pronuntiatur ille esse immundus usque ad vesperam. Haud dissimile genitali profluvio est profluvium sanguinis mulieris immodicum, malum immedicabile. At morbos illos omnes tollit et purgat Christus. Verum purificatio vera non hic, sed in futuro sæculo obtinget. Hujus quasi præludium exstitit octava resurrectionis dies, in quo resurrexit Christus irreprehensibilis hostia. Christus autem ut demonstraret in futuro sæculo nos inventuros perfectam puritatem, leprosos sanavit verbo, et suæ manus contactu. Præterea elargitus est puritatem mulieri sanguinis profluvio laboranti, cum contigisset fimbriam vestimenti ipsius. Quapropter jam utrorumque tam leprosorum, quam sanguinis profluvio laborantium impuritas et fœditas purificata est. Hæc puritas obvenit ex consortio eorum qui puritatem sunt assecuti: et ex virtute illorum qui repurgati sunt ab illiusmodi fœditatibus. Nec non plurimum juvit in hac re participatio spiritus, qui fortiter munditiem inducit sordibus abstersis. Promovet hanc puritatem familiaritas eorum, qui impuritate carent; in quibus est spiritus, ut possint purificare et purificent. Nam talis manifestatio spiritus est utilis. Siquidem data est manifestatio spiritus ad utilitatem [14].

Et non ingrediantur omni tempore in sanctuarium, etc. [XVI, 2]. Oportebat enim typum **356** sacerdotii Christi conservari purum, qui semel introivit in Sancta sanctorum, æterna redemptione reperta. Id ut sub typo quodam demonstraretur priscis mortalibus, pontificem quotannis semel in Sancta sanctorum intrare oportebat. Hinc non ab re inquit Christus: « Ego sum veritas [15], » id est, impletio typorum, quos lex continet. Siquidem finis legis et prophetarum est Christus. Si vero capitale supplicium irrogabatur delinquenti in typos, qua pœna feriendus est, qui deliquerit in ipsam veritatem, cui sua incredulitate magnas contumelias fecere Judæi!

Et intrabit Aaron in Sanctum cum sacrificio vituli, etc. [12]. Aaron, licet foret typus Christi, cum tamen interim esset homo, necesse erat, ut sua peccata sacrificio expiaret. Nec tamen æternam redemptionem invenit per sanguinem hircorum et vitulorum. Verum Christus, qui per suum sanguinem in Sancta sanctorum sese recepit, is, inquam, nos perfecte redemit. Per hunc siquidem etiam sacerdotes purificabantur. Cæterum Christi sacrificium fuisse undique absolutum et perfectum edocet vitulus. Perfecta enim et magnifica docet esse illa sacrificia, quæ pro sanctis cæduntur. Quod vero fertur illud sacrificium suaves fundere odores, memineris illud sacrificium arietis sua jucundissima fragrantia fugasse nostros tetros odores, quibus numen offendebatur. Aaron autem non jubetur in habitu pontificio expiare sua peccata, quæ insciens commiserat; non enim fas erat, ut ipse, dum rem sacram pro se faceret, conspiceretur ornatus vestitu pontificio, quo referebat Christum, qui ignoravit peccatum, et quem, quasi sub typo, demonstrabant sacerdotium et regia potestas. Opus erat lavacro regenerationis paranti ingredi in Sancta sanctorum, scilicet in tabernaculum verum, quod fixit Dominus, et non homo. Quapropter Aaron aqua viva prius irroratur. At odor vel vapor thymiamatis, quasi nube obtegebat propitiatorium. Siquidem Christus immolatus est ut vitulus: et ceu holocaustum arietis incensus est. Spargit de se suavissimum odorem, ut tenue et subtile thymiama, et explet fragrantia, quæ intellectu percipitur, sanctum tabernaculum, nempe Ecclesiam. Proinde Ecclesia Christum appellat his verbis: « Unguentum effusum nomen tuum est. Quapropter adolescentulæ dilexerunt te, in odore unguentorum tuorum curremus [16]. » Et hæc quidem pertinebant ad sacrificium, quo se expiabat Aaron. Cæterum pro populi delictis poscebantur duo hirci cum ariete, qui explebat holocaustum. Sorte vero ex hircis eligebatur, qui immolandus, et qui dimittendus in solitudinem vastam esset. Quidam perhibent alterum hircum, qui dimittebatur, consecrari dæmoni cuidam Apopompæo. Sed hæc opinio superstitione haud vacat, legemque insimulat, quasi superstitionem doceat; cum tamen summis viribus id conetur lex, ut nos ab idololatriæ insania liberet. Deus etenim solus ignoscit et remittit delicta; et sacrificium quod immolatur Deo, quis negabit esse sanctum? Quod vero consecratur Deo, id nulli alii est addicendum. Si cætera sacrificia, quibus immolantes sua peccata imponunt, sunt sancta, certe satis liquet etiam illum hircum sanctum censeri. Verum necessitas postulabat, ut ostenderetur Deum imperasse ut sibi etiam offerretur hircus, qui deportabatur. Id quidem facile probatu est. Nam inquit: « Accipies hircum vivum coram Domino, ut expiatio per eum fiat, et relegetur in desertum. » Quod quidem interpretatus est Aquilas in hunc modum, ut referantur prædicta verba in hircum, qui in solitudinem emittebatur. Ut autem rei veritas cognoscatur, memineris duabus sortibus hircos illos fuisse discretos. Alteri inscribebatur: *Dominus;* alteri: *Apopompæus*. Qui habebat inscriptionem Domini, cædebatur, et consecrabat suo cruore intimum tabernaculum, et altare foris situm. Apopompæus dimittebatur in vastam solitudinem, et inviam, cum prius sacerdos peccata totius populi in ipsius caput effudisset. Uterque vero hircus Christum præfigurabat. Nam occisus est ut homo, qui nobis peccatorum veniam impetraret. Idem quoque sanctificat **357** Ecclesiam, quod inde intelligitur, quod ejus sanguis in Sancta sanctorum est illatus. Imo sanctitatem impertiebatur et his, qui sub lege erant. Hoc ipsum significabat altare foris collocatum. Nam citra omnem contradictionem, quod minus est a majore benedicitur. Cum Christus sanctitatem præstet, profecto videtur lex inopia laborare, nec posse sanctimoniam dare. Nam in hunc modum docet Paulus: « Scientes, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi. Et nos in Christum Jesum credidimus [17]. » Cum igitur pro nobis amarum supplicium perpessus esset, re-

[14] I Cor. XII, 7. [15] Joan. XIV, 6. [16] Cant. I, 2, 5. [17] Rom. III, 20.; Galat. I, 16.

vixit, et in locum hominibus inaccessum, nempe cœlum profectus est, portans et bajulans quasi nostra peccata. Ipse enim, ut Scriptura monet [18], peccata nostra tulit, et pro nobis gravissimos dolores sustinuit. Ut igitur res esset dilucidior, Symmachus sic præsentem locum transtulit : *Sortem unam ad hircum abeuntem*. Nam Christus transmissus est, quasi ex nobis in cœlicolarum urbem, ut appareat in conspectu Dei et nostram causam suscipiat, et pro nobis dicat. Idcirco ait Joannes : « Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Et si quis peccaverit, advocatum et patronum habemus apud Patrem Jesum Christum justum : et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec solum pro nostris, sed pro peccatis totius mundi [19]. » Nam, ut habet testimonium Pauli [20], præcursor pro nobis ingressus est in cœlum, et ipse nobis paravit viam recentem et vivam introeuntem intra velum. Itaque quasi in forma hirci portat peccata nostra. Nam hircus pro peccatis cadebat victima. Duorum hircorum æqualitas sub typo demonstravit Christum. Non enim licebat cæsum hircum reviviscere. Alioqui nihil visus esset differre a spectro. At Deus nullis utitur præstigiis, cum omnia possit singulari quadam œconomia exsequi. Hirci deliguntur duo et æquales in quibus nihil vitio vertere vel improbare possis. Idem hic accidit, quod in purificatione leprosi. Nam istic una avicula quoque immolabatur, et altera permittebatur avolare.

Ὃς ἂν σφάξῃ μόσχον ἢ πρόβατον ἢ αἶγα. Τὸ μὲν Ἑβραϊκὸν τὴν παροῦσαν ἔχει ῥῆσιν μετὰ τὴν περὶ τοῦ ἀποπομπαίου, τὰ δὲ κοινὰ ἀντίγραφα τὴν περὶ τοῦ ἱλασμοῦ. Ἀπαγορεύει δὲ θυσίαν ἀλλαχοῦ μὴ γίνεσθαι τῆς σκηνῆς, τῆς Αἰγυπτίων αὐτοὺς ἀποφέρων πολυθεΐας. Τὸ γὰρ ἐπ' ἀδείας θύειν σφαλερὸν εἰς εὐσέβειαν, καὶ παρέχον ἐξουσίαν τοῦ θύειν οἷσπερ ἂν ἕλοιντο, κατὰ τὸ ποιητικὸν τὸ λέγον· *Ἄλλος ἄλλῳ ἔρεξε θεῶν* (13). Ὅθεν ὡς ψυχὴν ἀναιροῦν ἐν ἴσῳ φόνου ἔχει τὸ ἔγκλημα

A *Quicunque mactaverit vitulum, aut ovem, a t capram*, etc. [XVII, 3.] Hebræus relationi apopompæi subdit modo recitata verba. Sed quædam exemplaria subjungunt expiationis et reconciliationis ritum. Cæterum prohibentur Judæi alibi, quam ad tabernaculum victimas cædere : et in hunc modum ab Ægyptiorum idololatria eos dehortatur Moses. Nam si cui conceditur immolandi plena potestas, facile profecto prolabetur in vetitam religionem, t exorietur illud poetæ : *Alius alii deorum sacra faciebat*. Quapropter qui animam exstinguit, eodem crimine, quo homicida, tenetur.

Si autem typus est Christi vitulus pro peccato sacerdotis ignoranter perpetrato, satis manifestum esse arbitror in solis tabernaculis sanctis, nempe ecclesiis peragendum esse Christi mysterium. Nam et de agno paschali præceptum est : « In una domo edatur [21]. » Non enim sacrificium illud efferendum est in hæreticorum domos : imo hæreticorum conventicula fugienda sunt. Nec convenit quoque dividere eum, qui per se indivisibilis est.

Ἡ γὰρ ψυχὴ πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστι. Εἰ περὶ τῶν ἐσθιομένων ὁ λόγος, δῆλον ὡς τὴν ψυχὴν τῶν ἀλόγων αἷμα καλεῖ, ὡς προηγούμενον σχῆμα τῆς κατὰ τὴν τοιάνδε κρᾶσιν ἀναλογίας, δι' ἧς ἡ τούτων ψυχή. Τοιγαροῦν ἀντιδιαστέλλων τῇ τῶν ἀνθρώπων, φησί· « Καὶ ἐγὼ ἔδωκα ὑμῖν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξιλάσκεσθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, » ὡς ἀθανάτοις ψυχαῖς ἀντιδιαστείλας θνητάς.

Nam anima omnis carnis sanguis ejus est, etc. [10.] Si disputat nunc de animalibus, quorum esus permittitur, nimirum omnibus patet Mosen vocare sanguinem brutorum animalium animam. Sanguis siquidem est quoddam quasi vehiculum, quo illorum animæ secundum proportionem quamdam vehuntur. Velut cætera animalia ab hominibus distinguat et secernat, inquit : « Et ego dedi vobis ipsum, ut in altari expietis animas vestras, » scilicet segregans mortales ab immortalibus animabus.

Quæ enim ratio patitur, ut divinum spiraculum non sit immortale ? Inspiravit namque terreno figmento vitæ spiraculum rerum opifex summus.

Τινὲς δέ φασιν, ὡς τύπον τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς τὸ τῶν ζώων παρείληφεν αἷμα· τὸ μὲν τῶν ἱερουργουμένων ζώων, προσχεόμενον τῷ θυσιαστηρίῳ· τὸ δὲ τῶν ἄλλως θυομένων, κρυπτόμενον ὑπὸ γῆς. Σύμβολα τοῦ, εἰ καὶ ἐν ᾅδου τυγχάνουσιν αἱ ψυχαί, μὴ ὁμοίως τῷ σώματι διαλύεσθαι. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ἴδιον τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς παραστῆσαι δι' αἵματος ἀνθρωπίνου· ὅπερ μὴ ἐκχεῖσθαι διέταξεν. Ὡς οὖν σύμβολον χωρίζει τοῦ σώματος.

C Quidam affirmant Deum loco humanæ animæ, sive in typo humanæ accipere sanguinem animalium, quibus litabatur, et quorum sanguis affundebatur aræ. Verum animalia, si alioqui mactabantur, eorum sanguis occulebatur terra. Sed ea res symbolum, etsi in inferno **358** sint animæ, tamen eas non eo modo, quo corpora, interire. Non enim licebat proprietatem humanæ animæ nobis commonstrare per sanguinem humanum, quem fundere Deus probibuit. Separat itaque sanguinem, ut symbolum, a corpore.

[18] Isa. LIII, 4. [19] I Joan. II, 1, 2. [20] Hebr. VI, 19, 20. [21] Exod. XII, 46.

NOTÆ.

(13) Ὁ Ὅμηρ. ἐν στίχ. υ' τῆς β' ῥαψ. τῆς Ἰλιάδ.

Quod dicitur : Ut olera graminis edetis [22], » etc. ; hunc habet sensum : vult demonstrare Noacho, quod gramen sit terra et ex terra prorumpat. Quod vero sanguinem, qui quoque ex terra proveniat, a corporibus segregandum præcipiat, id ideo fieri, ut sanguis sit quasi symbolum animæ humanæ. Simul quoque declaratur, quod comparatur brutis animalibus, respectu mortis, homo, licet quoad mentem longe illa antecedat. Sin autem spreta mente sequatur turbulentos affectus, per omnia assimilatur belluis. Nam qualis est mors illarum, inquit Scriptura, talis est mors illius.

Qui vero nullo delectu habito, nec perpessus lege divina tam carnibus quam sanguine victitaverit, eradicabitur, id est, qui penitus exsequitur dictamen carnis, qua impie suffocat mentem divinitus inspiratam, quæ est imago Dei (sic enim nos loqui de anima decet), eamque contemnit et ignominiose tractat, is, inquam, morietur, ut qui suam dedecoret et dehonestet animam. Nec hæc excessisset corpore, si non quasi venatoris opera fuisset capta. Quapropter inter illa, quæ venando acquiruntur, collocavit etiam hominis animam indagine, inquam, cinctam et in venatoris potestatem redactam.

A 'Ο δὲ ἐξ ἴσου τοῖς κρέασι καὶ τῷ αἵματι χρώμενος, ἐξολοθρεύεται, τουτέστιν ὁ γινόμενος σάρξ, καὶ φθείρων εἰς σάρκα τὸ νοερὸν, καὶ τὸ ἐμφυσηθὲν εἰς ἴσον τῷ πλασθέντι καθέλκων, καὶ δοξάζων οὕτω περὶ ψυχῆς. 'Ο γὰρ κατὰ σάρκα ζῶν ἀποθανεῖται, ὡς τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ τιμὴν μὴ διδούς. Ἥτις οὐδ' ἂν ἐχωρίσθη τοῦ σώματος, εἰ μὴ διὰ τῆς ἀπάτης τεθήρευτο. Διὸ καὶ περὶ θηρευμάτων ἐπήνεγκε τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν, τὴν θηρευθεῖσαν αἰνιττόμενος.

Quod ait : « Homo de filiis Israel et proselytorum, » etc., significat gentium cum Israelitis societatem et communionem. Nam et Israelitæ olim fuere de corpore gentilium. Quapropter infert : « Qui versantur inter vos religionis gratia. » Siquidem vera Dei notitia inter solos fuit Israelitas, quorum et testamenta fuere. Idcirco inquit : « Et dixi filiis Israel, Sanguinem omnis carnis non comedetis, » etc., sub quibus verbis significatur, gentes quasi additamentum quoddam obrepsisse legi divinæ. Quod vero primas inter Judæos gentes essent habituræ, ostendunt sequentia verba : « Erit proselytus, qui inter vos est, in caput : et vos eritis in caudam [23]. » Præterea etiamnum, si exemplum conferendum est, Israel vivit secundum carnem : at gentes vivunt secundum spiritum. Inquiunt quidam, hoc loco carnem dici nominem; quæ caro universaliter de omnibus prædicatur animantibus. Nam anima omnis carnis sanguis ejus est. Anima præterea appellatur homo. Nam : « Omnis anima, quæ ederit cadaver, » etc.

Δι' ὧν φησιν, « Ἄνθρωπος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ καὶ τῶν προσηλύτων, » τὴν τῶν ἐθνῶν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ κοινωνίαν δηλοῖ, ὧν ἦσαν αὐτοὶ πρότεροι. Διὸ λέγει, « Τῶν προσκειμένων ἐν ὑμῖν. » B Καὶ ὅτι τοῦ Ἰσραὴλ ἴδιος ἡ γνῶσις, οὗ καὶ αἱ διαθῆκαι, δηλοῖ λέγων· « Καὶ εἶπα τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Αἷμα πάσης σαρκὸς οὐ φάγεσθε, » ἐν προσθήκῃ τὰ ἔθνη ποιῶν. Ὅτι δὲ ἤμελλε προτερεῖν, καὶ τοῦτο δηλοῦται, κατὰ τὸ, « Ἔσται ὁ προσήλυτος ἐν ὑμῖν εἰς κεφαλὴν, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθε εἰς οὐράν. » Ἰδοὺ γὰρ νῦν ὁ μὲν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα ζῇ, τὰ δὲ ἔθνη κατὰ πνεῦμα. Σάρκα δὲ, φασὶ, καλεῖ τὸν ἄνθρωπον, καθόλου λέγων περὶ ζώων· ἡ γὰρ ψυχὴ πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστιν· ἀλλὰ καὶ ψυχὴν τὸν ἄνθρωπον. « Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἥτις φάγεται θνησιμαῖον, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Sic in libro Geneseos legitur : « Et erant omnes animæ, quæ ex Jacob progressæ erant, septuaginta quinque [24]. »

Quæ vero dicuntur de abluendis vestibus, huc pertinent, ut eluamus mortifera opera, qui puri reperiamur in futuro sæculo. Nam inquit : « Impurus erit usque ad vesperam, et purus erit. » Vespera portendit consummationem. Idcirco agnus immolabatur sub vesperam mundi. Qui vero non fuerit lotus, sed immundus illuvie, nec indueri splendidum vestitum, scilicet in spiritu, is, inquam, accipiet suam iniquitatem.

C Ἡ πλύσις τῶν ἱματίων καὶ ἡ λοῦσις, τὴν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων κάθαρσιν δηλοῖ, τὴν διὰ λουτροῦ ἀποτελουμένην εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα. « Ἀκάθαρτος γὰρ, φησὶν, ἔσται ἕως ἑσπέρας. » Ἑσπέρα δὲ τὸ τέλος. (14) Καὶ ὁ μὴ λουσάμενος, μηδὲ τὴν ἐν (15) πνεύματι λαβὼν ἐσθῆτα, λήψεται τὴν ἀνομίαν.

Ideo fertur : « Qui non fuerit natus in aqua et spiritu, in regnum cœleste non ingredietur [25]; » quibus verbis percelluntur impii et increduli.

Et in legitimis eorum non ambulabitis, etc. [XVIII, 3.] Nam malitia sive peccatum est iter quoddam tritum, quod exorbitat a recta et regia via. Illud iter excogitarunt et invenerunt sibi homines, relicta divina et naturali via. Proinde ingressi sunt

Πορεία γάρ τις εκτετριμμένη τῆς εὐσεβείας ἡ πονηρία, ἣν ἑαυτοῖς ἐπενόησαν ἄνθρωποι, τὴν τοῦ Θεοῦ πορείαν καὶ κατὰ φύσιν ἀφέντες, καὶ τὴν ἰδίαν ἀντινομοθετήσαντες ἐξ ἀποστασίας ἀρξαμένην τῆς κατὰ τὸν Ἀδάμ. Διὸ ξένους τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐθῶν

[22] Gen. IX, 3. [23] Deut. XXVIII, 44. [24] Gen. XXV, 7. [25] Joan. III, 3.

NOTÆ.

(14) Ἑσπέρα γὰρ τὸ τέλος. Διὸ καὶ ἀμνὸς ἐθύετο πρὸς ἑσπέραν τοῦ κόσμου παθῶν. Ὁ δὲ μὴ λουσάμ. κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(15) Τὴν φαιδρὰν ἐσθῆτα μεταλαβὼν τὴν ἐν πνεύματι, λήψεται τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ. Ὁ αὐτ.

τοὺς ἰδίους ποιεῖ, ἀποτρέπων ὁδοῦ τῶν ὅθεν ἐξῆλθον, καὶ εἰς οὓς εἰσπορεύονται.

A iter contrarium divinæ viæ; et istud secuti sunt, facto initio a primævi hominis delicto. Ideo Deus ostendit suas consuetudines plurimum differre a consuetudinibus hominum, adhortaturque ut redeant in viam, ex qua deflexerant impie, quam qui ire instituit,

inquit, ut habetur in Psalmo: « Vide an via iniquitatis sit in me, et duc me in semita æterna [26]. Peribit enim impiorum via [27]: » et illos, qui per hanc incedunt, Paulus vocat *perditos* [28]. « Quæ faciens homo vivet in eis, » etc. Nam et lex quoque vitam pollicetur: et Salvator quærenti vitam præscribit legis opera. Cæterum, ut nos ab hac vita in æternam deducat Christus, ita loquitur: eum, quem non liberum fecerit Filius, non manere in domo in **359** æternum [29]. Siquidem servus sit, et adhuc teneatur et sollicitetur servili metu: plurimumque discrepet a filio, qui libertate et veritate fruitur.

Nullus ad propinquum carnis suæ accedat, etc. [XVIII, 6.] Vult ut sanguine nobis conjunctis personis sua reverentia et gravitas conservetur illibata. Præterea diligenter agit, ut singula genera non deturpentur confusione, scilicet ne filius sit ejusdem matris, cujus filius est, etiam maritus: et ne is, qui pater est alicujus filiæ, ejusdem filiæ quoque sit maritus. Hæc et his similia generibus magnam important confusionem, cum decorum non observatur. Nam nemo reveretur illas personas, cum quibus per stupri consuetudinem commiscetur: imo pudor et reverentia omnis evanescit. Etiamsi quis concedat, ut quis rem habeat, sed ad breve tempus, cum muliere severa et pudica: nihilominus pudor et reverentia exstinguuntur. Quo circa Paulus continentiam nuncupat honestam [30]. Ut autem timore quodam inhibeantur ab impudico illo concubitu, addit: « Ego Dominus. »

Τὸ δὲ τῆς ὁμοπατρίας ἀδελφῆς, ὡς διὰ συνήθειαν καταφρονεῖσθαι δυνάμενον· διὸ καὶ ἔλεγεν Ἀβραάμ, « Ἀδελφή γάρ μού ἐστι πρὸς πατρός, οὐ πρὸς μητρός. » Προύταξέ τε τῆς περὶ τῆς πρὸς μητρὸς ἀδελφῆς ἀπαγορεύσεως, καὶ ποιῶν ἐπανέλαβε.

A Quæ traduntur de sorore ex eodem patre orta, hunc præferunt sensum, quasi ipsam quis contemnere possit propter quotidianæ vitæ consuetudinem. Nimia siquidem familiaritas contemptum parit. Idcirco Abraham dicebat: Soror mea est ex patre, at non ex matre [31]. » Cæterum hoc interdictum, si ordinem respicias, priore loco posuit, et legem de non ducenda sorore ex matre secundo loco locavit et illam in sequentibus repetivit.

Περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ὡς ἀκριβοῦς μολυσμοῦ προσέθηκε, τοῦ ἐκμιανθῆναι πρὸς αὐτήν.

Cum vero vellet ostendere hominem pollui gravissime, si alterius cum uxore concumbat, addidit: « Ut polluatur cum ea. »

Ἀπαγορεύει μηδὲ δύω συνοικεῖν ἅμα ἀδελφαῖς· ὡς μὴ τὸ οἰκειότατον πολεμιώτατον διὰ ζῆλου γένοιτο· (16) καὶ τὸ τῇ καθαιρομένῃ συνεῖναι, ἵνα τὴν φύσιν μὴ ἀπογυμνώσειε.

Prohibet quoque, ne quis eodem tempore duas sorores in matrimonio habeat: ne scilicet sorores, quarum est ut sint inter se conjunctissimæ, æmulatione provocatæ inimicitiis ardeant: Et ne quis B cum menstruata concumbat ut non reveletur natura.

Ἀπαγορεύει τὴν πρὸς ἄλογα μῖξιν, ὡς αὐτόθεν ἄτοπον, καὶ ἀτόπου τρόπων ἀλλοκότων κοινωνίας σημαντικήν.

Damnatur et mascula Venus, ut res absurdissima et pessimorum morum signum.

Lege præterea cavetur, ut abstineant connubiis alienigenarum, ne in servitutem dediti inficiantur peregrinarum superstitionum contagio. Genus Hebraicum quondam coluit impie Moloch idolum. Vetat ne Hebræi suos liberos huic idolo consecrent, et sacrorum ministros constituant. Nam propter illa flagitia, inquit, terra indigenas evomuit. Siquidem id, quod præter naturam est, ut causas morborum, natura et suarum creaturarum inspector Deus expellit. Non rationali quadam ratione terra extrudit malos, sed ipse Deus illos ejicit majore quadam, quam rationali vi, cum sit occulta quædam et ineffabilis ipsius boni natura. Non igitur opus habet vel deliberatione vel ratione. Nam id, quod sua natura et per se bonum est, novit potenter destruere malum. Terram pollutam esse dicit ideo, quia suscipit omnia, quæ in ipsa fiunt. Sic etiam mundus inquinatur, proinde quoque innovabitur. Verum Deus non polluitur. Non enim in ipso sunt, quæ impie et male geruntur, sed extra ipsum sunt. At Salvator noster cum non fuerit inquinatus et conspurcatus quemadmodum cæteri homines, effecit suo exemplo, ut hominem et mundum maneat certa innovatio. Ut appareat Deum non respectum agere personarum, minitatur Judæis easdem pœnas, quas expertæ erant gentes profanæ. Primo etenim docet, deinde punit. « Sancti estote, quia et ego sanctus sum [32], etc. Vult ut nobis familiaritas sancta cum ipso, qui est sanctus, intercedat: et hæc servat.

[26] Psal. CXXXVIII, 24. [27] Psal. I, 6. [28] II Thess. II, 3. [29] Matth. VIII, 36 [30] Hebr. XIII. 4. [31] Gen. XX, 12. [32] Levit. XI, 44.

NOTÆ.

(16) Τὰ ἑπόμενα ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται.

Unusquisque suum patrem et suam matrem timeat [XIX, 3.], etc. Singuli revereantur suos parentes, quemadmodum reveremur ipsum Deum; parentesque nobis typus sint, amandi videlicet et colendi Deum : « Et Sabbata mea custodietis, » etc., scilicet in signum familiaritatis, qua mihi familiariter juncti estis, ob quam infert : « Ego Dominus Deus vester, nimirum sanctificans vos. »

A *Ἕκαστος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καὶ μητέρα φοβείσθω*, ὡς ἐν τύπῳ Θεοῦ. « Καὶ τὰ Σάββατά μου φυλάξεσθε » εἰς σημεῖον ἁγιασμοῦ τοῦ ἐν πλησιασμῷ Θεοῦ, ὡς ἐπάγει · « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ὁ ἁγιάζων δηλαδή. »

Non sequimini idola, etc. [4.] Simulacra et idola vocantur imagines illarum rerum, quæ ipsorum obversantur oculis. Deos autem appellat, non quod sint dii, sed quod illi stulte opinentur illa esse deos. Stultam horum opinionem infringit Paulus, dum ait [33] Deum non esse imaginem vel simulacrum, nec materiam, quæ funditur liquata igne, neque esse opus, quod conficiant humani digiti.

Οὐκ ἐπακολουθήσετε εἰδώλοις. Τὰ ὁμοιώματα τῶν ἐπιφανέντων αὐτοῖς κατὰ τὴν ὄψιν ἐκτυπωθέντων, εἰκάσματα καλοῦσι καὶ εἴδωλα · θεοὺς δέ φησιν· ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν. Οὗ ἀναιρετικὸν τὸ, μήτε ὁμοίωμα θεῖον εἶναι, ὡς ὁ Παῦλός φησι (17), μήτε ὕλην θείαν χεομένην πυρὶ, μήτε κατασκευὴν δι' ἀνθρωπίνων δακτύλων. B

360 *Si quid residuum manserit usque in diem tertium, igne concremabitur*, etc. [6.] Hic ritus symbolum est Christi corporis, quod pro nobis immolatum est, ut mundus conscientiæ vera frueretur pace.

Nam pacifica verissime repræsentarunt Christi salutare sacrificium. Sub hoc typo docemur quoque, ne quis impie neget resurrectionem mortuorum, dum tertio die non permittitur esus carnium sacrificii ceu mortui : sed igne in aera transmittuntur illæ carnes.

Ειρηνικον ἑρμηνεύεται ἡ τοῦ σωτηρίου θυσία. Αἰνίττεται οὖν τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι τὴν ἐν τριημέρῳ ἀναστάσει ζωὴν ἐν τῷ μὴ ἐσθίεσθαι ἐν τῇ τρίτῃ τὰ κρέα τοῦ θύματος ὡς ἐπὶ νεκροῦ, ἀλλὰ πυρὶ ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν ἀέρα.

Itaque interitum minitatur illi, qui die tertio voluerit sacrificium non esse vivum, sed mortuum, quasi non sit domita mors, quam patiuntur, qui putant Christum solum esse hominem, nec habere resurrectionis facultatem.

Ὁ γὰρ ἐν νεκροῖς τιθεὶς τὸ θῦμα μετὰ τρίτην, ὡς μὴ καταργηθέντος τοῦ θανάτου, ἀπολεῖται ἐν θανάτῳ. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ τὸν Χριστὸν ἡγούμενοι ψιλὸν ἄνθρωπον.

Hi non colunt Christum, nec liberantur peccatis, nec possunt hilarem hanc edere vocem : « Resuscitabit nos (Oseæ hæc verba sunt) die tertio, et vivemus coram eo [34]. » Nam Christi resurrectio nullo pacto inscribi et insculpi potest animis incredulorum.

Nox illa, in qua cæditur agnus paschalis, designat mundum, post quem nulla reliqua erit mortis memoria. Quapropter de agni paschalis carnibus nihil relinquitur usque in matutinum tempus.

C Ἐν δὲ τῷ Πάσχᾳ ἡ νὺξ ἐν ᾗ θύεται, τὸν νῦν κόσμον ἐντυποῖ, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι θανάτου μνήμη. Διὸ οὐχ ὑπολέλειπται τῶν κρεῶν εἰς τὸ πρωΐ.

Huic non dissimile est, quod ait : « Si immolaveris sacrificium, votum lætitiæ, Domino [35], » etc., deinde subdit : « Non relinquetis de carnibus usque in matutinum tempus [36]. » Nam, sicuti nobis compertum est, Scriptura sacra in duo vel tria temporis intervalla secat tempus. Aut enim in legis vel gratiæ tempora dividitur tempus : aut tempus prophetarum, quod interventu suo legem et gratiam distinguit, commemoratur. Nam divinus cultus, qui antecessit gratiam, unus fuit et spectavit ad legem, nec non typorum involucris exstitit opacus. Mane autem facto, id est, tertio tempore coruscante, non amplius acceptus est pristinus colendi ritus, quem lex præscripsit. Abominabile vero est sacrificium, si vel in alterum vel tertium fuerit conservatum diem. Quia parum opportune immolatur. Idcirco Paulus excrementa et damnum reputat illa, quibus secundum legem plu-

Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἐὰν θύσῃς θυσίαν εὐχὴν χαρμοσύνης τῷ Κυρίῳ. » Εἶτα ἐπάγει · « Οὐ καταλείψετε ἀπὸ τῶν κρεῶν εἰς τὸ πρωΐ. » Καθὰ γὰρ ἔγνωμεν πολλάκις, εἰς τρεῖς ἢ δύω κατατέμνει τὸν χρόνον ἡ θεία Γραφή. Ἢ γὰρ εἰς τὸν τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος, ἢ καὶ μεταξὺ τὸν τῶν Προφητῶν παρεμβάλλει καιρόν · ἀλλ' ὅμως ἡ πρὸ τῆς χάριτος λατρεία μία μόνον ὑπῆρχεν, ἡ νομικὴ καὶ σκιώδης. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἤτοι τοῦ τρίτου καιροῦ διαλάμψαντος, οὐκ ἔτι δεκτὸς τῆς πρὶν λατρείας ὁ D τρόπος. Βδελυρὸν δὲ εἴτε χθιζὸν, εἴτε τριταῖον εἴη τὸ θῦμα παρὰ καιρὸν προσφερόμενον, ὅτε σκύβαλα καὶ ζημίαν ὁ Παῦλος καλεῖ τὰ κατὰ νόμον αὐχήματα, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος, « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. »

[33] Rom. I, 23. [34] Osee VI, 6. [35] Deut. XXII, 29. [36] ibid. 30.

NOTÆ.

(17) Ἰσ. ἐκ τοῦ κγ', ἐδ. τοῦ α' κεφ. τῆς πρὸς Ῥωμ. ἐλήφθη.

rimum se efferre posset, propter excellentem cognitionem Christi [37], qui dicit : « Sacrificium et oblationem non voluisti. At corpus aptasti mihi [38]. »

Præterea per legis cultum nemo venit ad Patrem. Quocirca inquit : « Nemo venit ad Patrem nisi per me [39]. »

Καὶ τὰ ἀποπίπτοντα τοῦ θερισμοῦ σου οὐ συλλέξεις. Ἵνα τὸ κοινωνὸν τῆς φύσεως ἐπιγινώσκωσι, κατὰ τὸ δυνατὸν κοινωνοῦντες τοῖς δίκαιον κοινωνίας οὐκ ἔχουσι, πλὴν τοῦ κατὰ φύσιν, ὅτι ἄνθρωποι. A

Non vindemiabis [XIX, 9.], etc. Meminerimus communicandum esse necessitati pauperum, quamvis nullo contractu his simus obstricti. Satis argumenti est quo convincimur pauperibus benefaciendum, quod etiam homines sunt, communicatione naturæ nos attingunt.

Οὐ κλέψετε. Δούλων, οὐκ ἐλευθέρων τὰ ἐπιτάγματα. Ἡ δὲ χάρις μετὰ μέμψεως παραινεῖ. « Διατί δὲ οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε ; » Ὅπερ τοῦ μὴ ἀδικεῖν πολλῷ τελειότερον.

Non furabimini, etc. [11.] Hæc edicta non liberos, sed servos concernunt. Nam lex gratiæ ita imperat cum reprehensione : « Quare non potius injuriam accipitis [40] ? » Siquidem injuriam accipere, quam facere, multo præstabilius est.

Ὁ μὲν νόμος τὴν ἐπιορκίαν, ἡ δὲ χάρις ἀπαγορεύει τὸν ὅρκον, τιμῆς ἕνεκα μείζονος τῆς πρὸς τὸν Θεόν.

Lex prohibet perjurium : at lex gratiæ inhibet ipsum jusjurandum, quo magis honoretur ipse Deus.

Non pernoctabit merces mercenarii apud te usque ad tempus matutinum [13.], etc. Prospicit etiam pauperibus et egenis Deus, ne defraudentur dimenso et mercede sua, pro qua laborant. Siquidem Deus victum elargitur esurientibus.

Οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφόν. Κήδεται τῶν μὴ δυναμένων βοηθεῖν ἑαυτοῖς. Οὕτω τοῖς καθ' ἡμέραν ἔργοις ἄνθρωπος ἐθίζεται γινώσκειν Θεόν. B

Non maledices muto, etc. [14.] Curam gerit Deus etiam illorum, qui nequeunt sibi auxilio esse. Et ad hunc modum assuescit homo cognitioni Dei, quam capit ex quotidianæ vitæ actibus.

Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει. Τὸ μὲν γινώσκειν τὸ δίκαιον, ἐκ φύσεώς τε καὶ νόμου· τὸ δὲ φυλάττειν, ἐκ τοῦ μὴ εἴκειν αἰδοῖ καὶ ἐλέῳ. Καὶ παρὰ Θεῷ δὲ, ὅτε κρίσις, οὐκ ἔτι ἔλεος, ἀλλ' ἔργων (18) ἀντίδοσις· ὥσπερ νῦν, ὅτε χάρις, οὔπω κρίσις, ἀλλ' ἢ πρὸς τὸ παιδεύειν.

Non facies injustum quiddam in judicio, etc. [15.] Nosse ipsum justum non humanarum virium est : sed discitur ex inspiratione divina et lege. Præterea ejusdem Dei munus est, posse observare justum, ut nec gratia vel misericordia corrumparis. Sic apud Deum cum judicat, facessit misericordia, et unicuique tribuit secundum opera. Sic etiam nunc, cum gratia regnat, cessat judicium, nisi fortassis instituat nos docere et erudire.

Nam Deus non misit Filium ut judicet mundum, sed ut mundus servetur per ipsum.

Οὐκ ἐπισυστήσῃ ἐφ' αἵματος τοῦ πλησίον σου. Ἀποτεμὼν αὐτοὺς τῶν ἄλλων ἐθνῶν, τὰ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ὁρίζει δίκαια· ἡμᾶς δὲ ἀναμίξας ἔθνεσι, πρὸς πάντας κελεύει φυλάττειν τὸ δίκαιον, κἂν ὦσιν ἑτερόδοξοι. C

Non stabis adversus sanguinem proximi tui, etc. [16.] Quia Deus Hebræorum gentem quasi ab reliquis gentibus abscidit et segregavit, ut et legibus ab illis secernantur sancit, quas inter sese leges observare debeant. Nos autem dum admiscuit gentibus, jubet, ut cum omnibus justitiam observantes, agamus quidquid egerimus, etiamsi hi, cum quibus **361** nobis commercium est, sequantur diversam religionem.

Οὐ μισήσεις τὸν ἀδελφόν σου τῇ διανοίᾳ σου. Μήτε μισεῖν ἐξ ὑποψίας διδάσκει, μήτε μὴν ἁμαρτόντας ἀμύνασθαι. Ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς πάντας ταῦτα, ὅτι καὶ πάντων ἥκει Σωτὴρ ὁ Χριστός.

Non odio habebis fratrem tuum in mente tua, etc. [17]. Docet nos ne leviusculis suspicionibus impulsi, oderimus proximos nostros. Nec vult, ut ulciscamur eos, qui nobis injuriam fecerint. In hunc modum erga omnes nos affectos esse docet. Siquidem et Christus omnibus ignoscit.

Καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Φυσικὸς ὁ λογισμὸς, εἰς ὃν καὶ πάντα ὁ Σωτὴρ ἀνακεφαλαιώσατο, εἰπών· « Καθὼς θέλετε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, » καὶ τὰ ἑξῆς. D

Diliges proximum tuum ut teipsum. Ego sum Dominus, etc. [18.] Naturale jus hoc dictat : et in hoc jus ceu fontem quemdam reduxit omnia Salvator quasi in compendium, dicens : « Quemadmodum vultis, ut vobis faciant homines [41], » etc.

[37] Philipp. III, 8. [38] Psal. XXXIX, 6. [39] Joan. XIV, 6. [40] I Cor. VI, 7. [41] Matth. VII, 12.

NOTÆ.

(18) Ἀλλὰ κατὰ τὰ ἔργα. Ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

Huc enim lex et prophetæ respiciunt. Quæ igitur velis fieri tibi, eadem fac proximo tuo [42], qui quoque Dei est.

Non conjunges jumenta tua cum alterius generis animalibus, etc. [XIX, 19,] Quæ injustitia est, si quis, ut faciat opus, jungat asinum bovi? Sed non huc tendit legislator: sub hoc typo imperat, ne velimus cum incredulis trahere jugum, nisi fortassis hunc præfixum quis habeat scopum, ut quærat lucrari suæ religionis homines. Si autem impius seu incredulus discedit, discedat. Huc facit quod præcipit, ne diverso semine conserantur agri, et ne induamus vestes ex diversi generis filis contextas. Verum sub his involucris gravissime edicit, ne simus adulatores et hypocritæ. Nam quemadmodum decet, ut jumenta nobis obsequantur, ita rationem nostram obtemperare oportet Deo. Sic Cherubin comparantur arboribus a Deo plantatis. Similiter et Christus nos fecit sibi indumentum, dum assumpsit corpus sanctum ab omni peccati macula purum et sincerum. Idem Christus insistens currui divinarum et spiritualium virtutum, sicuti docet David, quasi agrum colit hominis naturam, et quasi in area segregat et secernit frumentum a paleis. Nam ut habet prophetia Isaiæ: Vinea Domini Sabaoth domus Irael est, et vir Juda nova et dilecta plantula [43]. » Nemo prudens quispiam patiatur aridis seminibus conseri vineam. Nam vinea quoque sic arescit, et sterilescunt vites. Proinde non absurde prædictis sub involucris prohibet ne diversam sectemur religionem.

Quicunque dormierit cum muliere concubitu seminis, quæ ancilla est, sed viro addicta, etc. Cum eadem natura sit tam ingenui quam servi, qui fit quod libertas et servitus differentiam delictorum invehunt? Nam supra differentiam quamdam pepererunt in homicidio, et nunc in adulterii crimine differentiam sanciunt. Parva Deo ratio fuit symbolorum, at magna cura accuravit illa, quæ sub symbolis continentur. Itaque sub illis typis demonstrantur injuriæ, quibus afficiuntur sancti et pii homines. Sunt siquidem pii liberi: at impii sunt servi. « Qui vos tangit, inquit, quasi si tangat oculi sui pupillam [44]. Et: « Ego peperci tibi, ne quid in me committeres, dum parabas inferre injuriam prophetæ [45]. »

A κ'. Ἐὰν τις κοιμηθῇ μετὰ γυναικὸς κοίτην σπέρματος, καὶ αὕτη ἰκέτις διαπεφυλαγμένη ἀνθρώπῳ. Μιᾶς οὔσης τῆς φύσεως, πῶς τὸ διάφορον ἐν ἀδικήμασιν ἐλευθερία καὶ δουλεία ποιεῖ, ἐπί τε μοιχείας νῦν, καὶ ἄνω πάλιν ἐπὶ φόνου; Ἀλλ' οὐ τῶν συμβόλων τῷ Θεῷ, τῶν δὲ δι' αὐτῶν σημαινομένων ἐμέλησε. Διαφορὰ τοίνυν τῶν εἰς ἁγίους (19) πλημμελημάτων σημαίνεται. Οἱ μὲν γὰρ δοῦλοι, οἱ δὲ ἐλεύθεροι. « Καὶ ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, φησὶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ· » καὶ, « Ἐφεισάμην ἐγώ σου τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν εἰς ἐμὲ, διὰ τῆς εἰς τὸν προφήτην ἀδικίας. »

Cæterum peccatum, quod mortem apportat sacrificio expiatur. Sic peccatum, quo se contaminavit Judas Ischariotes prodendo Christum, non remittebatur ei. Noverat enim, se non in liberæ conditionis hominem solum, sed etiam in ipsum delinquere Dominum. Illis vero, qui ignoranter in hunc peccaverant, peccatum facile condonabatur, dum ipsum existimarent solum hominem et servum.

B Ἡ μὴ πρὸς θάνατον οὖν ἁμαρτία διὰ θυσίας θεραπεύεται. Οὕτω τὸ εἰς Χριστὸν ἀσυγχώρητον μὲν Ἰούδᾳ, ὅτι ᾔδει κατὰ τίνος ἐτόλμα, οὐχ ἐλευθέρου μόνον, ἀλλὰ καὶ Δεσπότου· τοῖς δέ γε ἠγνοηκόσι συγχωρητὸν, ὡς εἰς ἄνθρωπον καὶ εἰς δοῦλον πραχθέν.

Fructus ejus tribus annis erit vobis in præputio vel immundus, etc. [23] Audis hic ænigma, quod competit in populum Judaicum, qui tribus temporibus, quando mittebantur prophetæ, neglexerunt proferre fructum. Sub Isaia, sub Jeremia, sub Zacharia, illis, inquam, tribus temporibus, fuere steriles, quemadmodum Christi docet parabola, cum quæreret tribus annis fructum in arbore ficus, nec reperisset. Quarta autem ætate fructum allaturi erant Domino apostoli. Concessa vero est et quarta temporis intercapedo, ut quinta exideretur, si solitam retineret sterilitatem. Quinta ætate fructibus fruetur populus cum se junxerit divinæ religioni et ad Deum se applicaverit.

Ὁ καρπὸς αὐτοῦ τρία ἔτη ἔσται ὑμῖν ἀπερικάθαρτος, οὐ βρωθήσεται. Αἴνιγμα τοῦτο εἰς τὸν λαὸν, ἐπὶ τρεῖς μὲν καιροὺς ἀποστολῆς προφητῶν οὐ μέλλοντα διδόναι καρπόν· ἐπὶ τῶν περὶ Ἱερεμίαν, καὶ τῶν περὶ Ζαχαρίαν, ὡς καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ σημαίνει παραβολή· ὅτι τρία ἔτη ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ, οὐχ εὑρίσκει· τετάρτῳ δὲ καιρῷ μέλλοντα τῷ Κυρίῳ καρποφορεῖν τοὺς ἀποστόλους. Συνεχωρήθη δὲ τὸ τέταρτον, ἵνα τῷ πέμπτῳ ἐκκοπείη, εἰ C μὴ καρποφορήσειεν. Ἐν οὖν τῷ πέμπτῳ καρπὸς εἰς ἀπόλαυσιν, ὅτε ἑαυτὸν εὑρίσκει ὁ λαὸς ἐπανελθόντα εἰς Θεόν.

Verumtamen, ne hæc scrupulosius **362** rimemur, Scriptura Mosis comparari potest amœnissimo paradiso et variis arboribus exculto. At sensum historicum, qui confertur lignis et materiæ, te auferre oportet, et ad ipsum Scripturæ penetrare cor. Docet tria fuisse temporis intervalla, quibus lex fuerit nondum

[42] Tob. IV, 16; Matth. VII, 12. [43] Isa. V, 7. [44] Zachar. II, 8. [45] Gen. XX, 6.

NOTÆ.

(19) Πρόσθες, καὶ εἰς ἁμαρτωλούς.

bene purgata, scilicet Mose, Josue et Judicibus regnantibus. Quarta ætate, quæ prophetarum est, ab his sanctus est decantatus, quemadmodum memoriæ proditum est : ab Judæis contemptus, sed manifeste annuntiatus est Christus. Prophetis vicinus fuit præcursor Christi, qui ita concionabatur : « Pœnitentiam agite. Nam regnum cœlorum appropinquavit [46]. » Fuit quidem sanctus nempe Christus et in quarta ætate, verumtamen quinta demum ætate esui idoneus erat. Quapropter in præsenti textu habetur : « Et licebit vobis congregare. » Nam præter Evangelium etiam lex, si spiritualiter exponatur, utilis est Christianis et piis hominibus. Quapropter Christus sic fatur : « Omnis scriba doctus ad regnum cœleste similis est homini opulento, qui depromit ex thesauro suo vetera et nova [47]. »

Μὴ ἔσθετε ἐπὶ τῶν ὀρέων. « Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. » Ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσιν ἐθρησκεύοντο δαίμονες.

A *Non comedetis in montibus*, etc. [XIX, 26] « Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum [48]. » Nam in montibus sacra fiebant dæmoniis.

Οὐκ οἰωνεῖσθε, οὐδὲ ὀρνιθοσκοπήσεσθε. Τοῦ γὰρ Λάβαν τὸ λέγειν, « Οἰωνισάμην ἂν ἐπὶ τῷ παιδί σου (20). » Μάταιον γὰρ τῷ κατὰ συντυχίαν, ὡς αἰτίῳ προσέχειν· ἀλλὰ καὶ δαιμόνων αἱ εἰς ὄρνιθας ἐνέργειαι.

Non divinabitis, neque auguria captabitis, etc. Nam Laban solet dicere : « Auguratus sum in filio tuo [49]. » Vanissima siquidem superstitio est accidenti sive fortuito tanquam certissimæ eventuum causæ animum adjicere. Præterea operationes dæmonum, quibus nos ludificantur et decipiunt, se quoque extendunt in aves.

Non radetis in orbem vultum capitis vestri. [27.] Hæc interpretatio est Symmachi. At Septuaginta interpretes ita interpretati sunt præsentem versum : *Non in rotundum attondebitis comam*, etc. Capillorum ablatio, honoris et gloriæ significat ablationem. Sic Deus comminatur per Isaiam se caput et barbam Assyrii rasurum. Jubet præterea tonderi et radi Jerusalem ob mala [50], quæ ejus urbis cives essent perpessuri. Cæterum Nazaræi et Samson (ut pateat gloriam indicari per cæsariem) nullam admittebant novaculam.

Καὶ ἐντομίδας. Λυμαίνονται γὰρ καὶ τοῖς σώμασιν οἱ ταῖς ψυχαῖς λυμαινόμενοι δαίμονες. Ὁ δὲ Θεὸς ἄτμητον ψυχὴν καὶ σῶμα φυλάττει. Ἑνώσεως γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς δαίμονες τοῦ σκεδασμοῦ.

B *Et incisuras*, etc. [28] Dæmones etenim in hoc sunt, ut non solum corpus evastent, sed ut depopulentur et animam. Verum Deus tam corpus quam animam conservat integram. Concordiæ siquidem auctor Deus, at seditionis molitor est diabolus.

Ἐκπορνεῦσαι αὐτήν. Ὁ νόμος τὸ κατὰ φύσιν ζητεῖ. Οὐ κατὰ φύσιν δὲ ἡ πορνεία. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ παιδογονίᾳ.

Ut scortetur, etc. Lex etenim Dei quærit jus naturale. Huic scortatio reluctatur. Nam non servit liberorum procreationi scortatio.

Ἵνα μὴ ἐκπορνεύσῃ ἡ γῆ, καὶ πλησθῇ ἀνομίας. Τρέχει γὰρ εἰς πλῆθος ἀρξάμενον τὸ κακόν. Διὸ καὶ ἡ ἀρχὴ κολάζεται.

Ne terra scortetur et repleatur iniquitate, etc. Nam quamprimum caput extulerit iniquitas, continuo quamplurimos contaminat. Quapropter iniquitatis principium illico pœnis subjici satagit.

Facile enim scortatio sua pomeria promovet, si non sit uxor, cum qua concumbamus. Nam Salomon inquit : « Mulierem, quæ est laqueus et rete corde suo [51]. » *Sabbata mea custodietis*, etc. [30.] Sed quare sunt observanda ?

(21) Οὔτε τὸ σάββατον ὡς ὠφέλιμον αὐτῷ, οὔτε τὸ ἁγίασμα, εἰ μὴ κατὰ σύμβολον. Τοῖς μέντοι Θεὸν αὐτὸν ἔχουσιν, οὐ χρεία διὰ τούτων οἰκειοῦσθαι.

C Propter symbola : et etiam propter hæc observanda sunt, ut serviamus ipsi Deo. At qui Deum ipsum habent, hi non necesse habent, ut per illa huic jungantur, cum alioqui sint conjunctissimi.

Non respicietis post pythones, neque hariolos inquiretis, etc. [31.] Nam hæ vanitates separant nos a Deo, licet habeant quidpiam, quod nobis blandiatur. Verum illas superstitiones nemo sequatur Christianus, cui spes omnes opesque in solo Deo sitæ sunt. Et si non illico sentis auxilium divinum, quid tum ? patientia opus est. Nec currendum ad illas superstitiones, etsi auxilium tibi præsens polliceantur. Verum malitia omnibus allubescit, virtus, quæ laboriosa est, plerisque sordet. Et si quandoque vanissimarum superstitionum cultores vera prædixerint, non propterea fides accommodanda est. Imitare Christum, qui reprehendebat dæmones, quamvis ipsum vocitarent Filium Dei. Nam sub veritate occultum gerunt mendacium, non secus ac si quis melle perungat poculum, in quo venenum esset propinaturus. Præterea diabolus ipsa veritate calumniatur Deum dum veritatem profert, quæ Deo soli competit. Dum enim simulat veritate Deum, incautos mendacio in exitium illicit. Attamen, objiciunt quidam,

[46] Matth. III, 2. [47] Matth. XIII, 52. [48] I Cor. X, 21. [49] Gen. XXX, 27. [50] Isa. XV, 2, 3. [51] Prov. V, 2.

NOTÆ.

(20) Ἴσ. ποδί σου.
(21) Διὰ τὸ σύμβολον. Διὰ Θεὸν δὲ καὶ ταῦτα. Τοῖς μέντοι, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

invocant Sabaoth. Quid tum? impie hoc faciunt. Nam illam appellationem non Deo, sed dæmonibus tribuunt. Et **363** plerumque illi dæmoniaci impie usurpant nomina divina, dum ea componunt dæmonibus, quorum ambitioni inserviunt. Si autem confidis illi nomini, quin tu accede Deum, hoc nomine ipsum appellato, et sanitatem petito. Imo satius est, ut acquiescas huic consilio: « Infirmatur quis inter vos? accersat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum [52], etc.

A *A facie canitiei consurges.* [XIX, 32.] Si vere tenemus Dominum, etiam senibus honorem deferemus. Siquidem Deus ipse senectute omnia excellit. Præterea canus visus est Danieli, ut ex hujus prophetia cognoscere datur.

Ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ. (22) Τί ἐστιν, « Ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ, » καὶ τὰ ἑξῆς; Ἐπεὶ Θεὸς τὸ πρεσβύτατον, καὶ πολιὸς ἐν ὀπτασίᾳ (23) ἐθεωρήθη.

Ut indigena sic erit peregrinus inter vos, etc. Alia autem ratio erat peregrinorum apud gentes. Nam peregrini prorsus apud gentes contemnebantur, ut apud Athenienses et Persas. At Spartani prorsus e sua regione submovebant peregrinos. Hæc autem lex jus naturale respicit, et naturalem æquitatem continet. Homo enim non vilescit propter locum, sed honoratur propter naturam. Præterea, si quis rem penitius inspiciat, videbit peregrinum æquari indigenæ. Nam et ipsi B fuerant peregrini in Ægypto. Etenim, si animum consideres, eumdem colunt Deum, quemadmodum Ruth, quæ propterea honorifice tractabatur a Booz. Vel hæc verba prædicunt prophetico more gentes aliquando in societatem venturas Israelitarum per Christum, qui omnes ex æquo complectitur, si nimirum relicta idololatria ad ipsum contendant. Nam et Hebræi in Ægypto fuerant idololatræ.

Ὡς αὐτόχθων ἐν ὑμῖν ἔσται ὁ προσήλυτος ὁ προσπορευόμενος πρὸς ὑμᾶς. Ἑτέρως παρὰ τὰ ἔθνη. Ἐλάττων γὰρ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὁ ξένος, Ἀθηναίοις τυχὸν καὶ Πέρσαις· ὑπὸ δὲ Λακεδαιμονίων ἠλαύνετο. Ἐνταῦθα οὖν τὸ κατὰ φύσιν, ἔνθα ἄνθρωπος οὐκ ἐλαττοῦται ἀνθρώπου διὰ τόπον, ἀλλὰ τιμᾶται διὰ φύσιν, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὴν τοῦ πράγματος κοινωνίαν ἐξισοῦται· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ προσήλυτοι· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν προαίρεσιν τὸν αὐτὸν Θεὸν ὑπιὼν, ὡς ἡ Ῥοὺθ διὰ τοῦτο ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ Βοός. Εἴη δ' ἂν καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἡ προφητεία, μέλλοντα ἐξισοῦσθαι τῷ Ἰσραὴλ διὰ τὸν πάντων ἐξισωτὴν Χριστὸν, εἰ καὶ ἐξ εἰδωλολατρείας ἔρχονται. Ἦσαν γὰρ εἰδωλολάτραι καὶ Ἑβραῖοι ἐν Αἰγύπτῳ.

Non facietis injustum quiddam in judicio, etc. [35.] Dei justi maximus honor est justitia, quæ in judicio et contractibus non violatur

Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει. Ἡ ἐν κρίσει καὶ συμβολαίοις δικαιοσύνη Θεοῦ, τιμὴ τοῦ δικαίου.

Quapropter subjungit: « Ego sum Dominus Deus vester. » Nam propterea secrevi vos a reliquis nationibus et populis, ut non loco solum, sed etiam moribus et legibus ab his sitis segregati. Nos autem, qui festinamus ad perfectionem, non separat a reliquis loco, sed vitæ proposito, scilicet ut in nobis impleatur justitia legis, in nobis, inquam, qui non secundum carnem ambulamus. Et quidem illi, qui dissidebant, abducti sunt a reliquorum consortio in unum locum, videlicet promissionis terram. Nos vero, qui inter impios vivimus, ab his sejungimur. Statera et pondera justa sunt symbola et indicia bonorum morum. Vincit autem legem gratia, justitiam siquidem superat ipsum bonum. Quocirca inquit Salvator: « Nisi abundaverit vestra justitia plus quam Scribarum et Pharisæorum, nequaquam introibitis in regnum cœlorum [53]. »

Quicunque dederit de semine suo principi, etc. [XX, 2.] Fortassis accidit, ut quis motus dignitate et divitiis alicujus alienigenæ, ei suam locaret filiam, quæ assuetudine vitæ tandem in idololatriam, quam sectatur maritus, facile abduceretur. Tunc eveniet illud, quod in Evangelio scriptum est: « Quid proderit homini, si totum mundum lucratus fuerit, et animæ suæ jacturam fecerit [54]? » Lex igitur balbutiens multis explicat, quod Paulus comprehendit paucis. Præcipit enim parentibus, ut secundum præscriptum Domini liberos educent. Cæterum lex elocuta est illa ad eos, qui temporis ratione adhuc parum solide tenebant veræ religionis callem. Nondum etiam erat Spiritus sanctus, qui ipsos confirmaret. Siquidem Jesus, ut docet Joannes evangelista [55], nondum erat glorificatus. Quapropter Paulus forti animo nihil metuens prædictam legem, sic docet: « Si quis maritus habet uxorem incredulam, et ipsa non abnuit habitare cum eo, ne demittat eam. Si quæ uxor habet virum [56], » etc. Nam qui conjungitur sancto sanctificatur et ipse.

Gens terræ lapidibus eum obruet, etc. [XX, 2.] C Magnam habet utilitatem ut populus suis manibus sontes puniat. Nam ad eum modum Deus Judæos instruit, ut discant recte et juste exercere

Τὸ ἔθνος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς λιθοβολήσουσιν αὐτὸν ἐν λίθοις. Ὠφέλιμον τὸ αὐτοχειρίᾳ κολάζειν. Διατίθησι γὰρ πρὸς τὸ δίκαιον ὑπὲρ οὗ ἡ δίκη. Μεταδίδωσιν οὖν τῷ λαῷ τῆς τοῦ δικαίου πράξεως, οὐ δεό-

[52] Jac. v, 14. [53] Matth. v, 20. [54] Matth. xvi, 26. [55] Joan. vii, 39. [56] I Cor. vii, 12, 13.

NOTÆ.

(22) Διὰ Θεοῦ φόβον καὶ τὸ πρεσβύτερον τιμητέον. Ἐπεὶ Θεὸς, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ
(23) Ἐν ὀπτασίᾳ τοῦ Δανιήλ. Ὁ αὐτ.

μενος αὐτῶν. Τοιγαροῦν φησι· « Καὶ μὴ ποιούντων ἐπάξω τὴν δίκην. Οὕτω καὶ τοὺς πολεμίους φθείρειν ἐπέταττε, πρὸς τὸ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίζεσθαι τῇ φθορᾷ τῶν ἀσεβῶν, πολλάκις καὶ χωρὶς αὐτῶν τοῦτο ποιῶν.

A jurisdictionem. Populo autem honesti illius operis exsecutionem demandat, non quasi ipse nequeat maleficos capitaliter plectere. Nam continuo infert : « Si vos hoc facere neglexeritis, ego pœnas illi malefico irrogabo. » Ad eumdem modum jussit hostes trucidare, ut decertantes pro religione exstirparent idololatras. Sæpius ipse solus absque humano ministerio impios pœnis capitalibus subjicit.

Τὸ πρόσωπόν φησιν ἐπιστήσειν· ᾧ πάντα καταφανῆ τὰ πραττόμενα· ἐπεὶ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων φησίν· « Ἐὰν ὑπερίδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν. » Ὅπερ οὐχ ὄψεως, ἀλλὰ διανοίας ἐστίν. Ἐπίστασις οὖν προσώπου ἡ ἐποπτικὴ δύναμις. Δεινὸν γὰρ καταλιπεῖν ἁγίων συγγένειαν ἢ δουλείαν, καὶ προσκολλᾶσθαι ἀπίστοις, κατὰ τό, « Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα· » καί, « Εἰ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν. » Κἂν ἀναγκασθῇ δέ τις ἐν Βαβυλῶνι δουλεύειν, ἐλευθεριάσαι δεῖ τῷ φρονήματι παρὰ προαίρεσιν ὑπομένοντα.

Is vero, cui omnia manifesta sunt, inquit se faciem suam positurum **364** contra illum, siquidem et de hominibus dicit: « Si despexerint oculis suis, » etc. At despectus non oculorum proprie, sed mentis est. Sit itaque positio vultus vel faciei potentia Dei inspectrix omnium, quæ geruntur. Periculosum est deserere sanctorum cognationem et servitutem, et se jungere incredulis secundum illud Pauli : « Demas me reliquit, amplexus præsens sæculum [57], » et iterum : « Si secundum carnem vixeritis, moriemini [58]. » Si autem quis cogatur in Babylone servire, is animo sit vere ingenuo et libero, omniaque patienter ferat.

Καὶ φυλάξεσθε τὰ προστάγματά μου, καὶ ποιήσετε αὐτά. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἁγιάζων ὑμᾶς. Ἐν τῷ ποιεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, ἡ χάρις ἡ παρὰ Θεοῦ βεβαιοῦται ἡ ἁγιάζουσα.

Et custodietis præcepta mea et facietis ea. Ego Dominus qui sanctifico vos, etc. [XX, 8.] Si facimus ea, quæ Deus imperat, gratia Dei, quæ nos sanctificat, confirmatur.

Vera siquidem sanctificatio est Spiritus sancti largitio, quem dat nobis Pater, ut adipiscamur æternam vitam. Nam sic inquit : Pater e cœlo dabit Spiritum sanctum his, qui ipsum petunt. Ita enim is adoptionem, qua jus filiorum invenimus, divinam roborat, ut permaneat in æternum. Typica autem sanctificatio est qua etiam alienigenæ quandoque sancti reputantur. Nam qui Dei particeps est, et ei totus dicatus ratione ministerii vel cultus vel inferendæ pœnæ, is quoque sanctificari dicitur. Exemplo sit illud : « Sanctificati sunt, et ego duco eos, » etc., quæ verba memorantur de Medis, qui jam destinati erant, ut ulciscerentur Babylonios. Sic illorum rex, videlicet Cyrus, vocatus est unctus Dei. Sic Azael unctus est ut esset rex Syrorum et pœnas meritas infligeret Judæis. Jubet igitur Deus, ut Judæi, quasi segregati et consecrati divino cultui, suas exsequantur leges. Postquam sumptum est supplicium de his, qui Dei nomen profanaverant, pœnis ferire pergit eos, qui contumeliose tractant suos parentes, quorum opera in hanc venere vitam.

Καὶ τὸ μητρυιᾷ καὶ νύμφῃ μίγνυσθαι κολάζει, καὶ τὴν ἀῤῥενομιξίαν. Περὶ γὰρ τὴν φύσιν ἡ παρατροπή.

C Punit adulterum cum adultera. Prohibet incestus. Damnat masculam Venerem. Naturæ enim subversionem pariunt.

Qui duxerit uxorem alicujus filiam, et hujus matrem, videlicet socrum, cum his concremandus edicitur. Corpora illorum e medio tollere jubet, ut memoria ejus fœditatis aboleatur.

Οὐκ ἔσται, φησίν, *ἀνομία ἐν ὑμῖν*, ὥσπερ ἐκκαθαιρομένοις τῷ πυρί.

Et non erit iniquitas in vobis, etc. [14.] Videlicet ad eum modum purgatis et expiatis igne.

Etiam eos, qui jumentorum illicito concubitu polluuntur, e medio tolli jubet, ne ejus abominationis ulla recurset memoria.

Ἔνοχοι τῷ βδελυγμῷ. Οὐ γὰρ ἐγκλήματι τὸ ἄλογον ἐξολοθρεύεσθαι κελεύει.

Nam obnoxii sunt scilicet abominationi. Non enim crimine tenetur animal irrationale.

Ὄνειδός ἐστιν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ τιμᾶσθαι τὸ πρὸς γένος τίμιον, δι' ἡδονῆς ἀτιμάζεται. Καὶ ταῦτα δυναμένην ἑτέρως πληροῦσθαι διὰ τῶν οὐ προσγενοῦς σωμάτων· ὥσπερ καὶ δούλοις οὐ τοῖς ὁμογενέσι κεχρῆσθαι πρέπον, ἀλλὰ τοῖς ἑτερογενέσιν. Ἐδόθη δ' οὖν ποτε καὶ ὁμογενὴς εἰς δουλείαν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐλευθεροῦται ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει. Οὕτω καὶ γάμος ἀδελφῆς ἐν τοῖς πρώτοις ἀνθρώποις, οὐκ οὔσης ἄλλης, καὶ ἡ τοῦ πατρὸς συνουσία συνεχωρήθη ταῖς

Opprobrium est, etc. [17.] Nam cum tuo generi honorem et reverentiam deferre deberes, turpiter id, secutus veneream voluptatem, dehonestas. Si D captas istam voluptatem, quære personam tibi nulla sanguinis necessitudine junctam : quam in tam magna copia facile quibis invenire. Ad eum modum quoque honestum est uti servis qui tibi non sint propinqui vel consanguinei, sed potius ex alia gente acciti. Quandoque etiam cognatum cor-

[57] II Tim. IV, 10. [58] Rom. VIII, 13.

pus in servitutem dabatur : verum septimo anno recuperabat pristinam libertatem. Sic inter primævos homines sororis nuptiæ non erant vetitæ, cum

οὕτω μιγείσαις, ὡς οὐκ ὄντος ἑτέρου ἀνδρός. Τῆς γὰρ εὐπρεπείας προυργιαίτερον ἡ δημιουργία διὰ τῆς ὑπουργίας τελουμένη τοῦ γάμου.

nulla alia esset, cum qua contraheretur matrimonium. Venia data est filiabus, quæ concubuerant cum suo parente, cum putarent totum mortale genus interiisse. Ipsa enim creatio, quæ peragitur interventu matrimonii, potior est ipsa honestate.

Cæterum loquitur de moribus hominum, qui non velabant mulieres menstrua patientes, quæ res illis honesta videbatur et decora propter prodigiosam libidinem. Priore igitur loco ponit ea, quæ ad Deum pertinebant. Illis autem, qui sibi matrimonio copulent amitam vel materteram, vel patrui vel fratris uxorem, ut qui in suam delinquant gentem, orbitatem minitatur, quam matrimonium contrahentes præcipue effugere parant. Orbitas vero maxima pœna est homini sensato. Verum hodie cessat, nec vim importat vel necessitatem quemadmodum æternum supplicium. Imo ut abundemus liberis vel simus orbati nostro permittitur arbitrio. Qua moti illi, qui ad perfectionem contendunt, nullius retegunt turpitudinem. Quapropter Paulus ait virginem esse venerandam cultricem Christi. Nec obstat quidquam, quod non **365** operam dat procreationi liberorum quo genus hominum sit amplius. Siquidem nec Jeremiæ commodum erat propter impendentem calamitatem uxorem ducere, Deo jubente ut matrimonio abstineret [59]. Quidam sic interpretantur hunc locum :

« Orbi morientur, » id est, Semen eorum non resensebitur inter liberos, quod quidem Romani sanxerunt observandum in omnibus nuptiis incestis.

« Ἄτεκνοι ἀποθανοῦνται (24), » ἀντὶ τοῦ, οὐ λογισθήσεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τέκνα. Ὅπερ καὶ ὁ τῶν Ῥωμαίων ἀπαγορεύει νόμος ἐπὶ πάσης ἀθεμιτογαμίας.

Quæ segregavi vobis in immunditia. [XX, 24] Non dixit : Quæ ego feci in immunditia. Nihil enim ex operibus Dei impurum seu immundum est. Nam usque ad illud tempus nondum erant munda ab immundis distincta, imo Noacho ejusque nepotibus tradita erant omnia ut olera graminis. Nunc vero discreta sunt immunda ab mundis, ne contrectentur, ut sint symbola earum impuritatum, a quibus cavendum est, quæ animum polluunt. Nam mentis impuritates non accidunt auctore Deo. Cæterum illas permanere sinit, donec typos transgressi deducamur in ipsam veritatem. Omnia facta sunt pura puris [60], nisi quis illa contrectet intemperanter. Tunc enim non facile vitatur immunditiies.

Lapidibus obruetis eos, etc. [27.] Is, qui instar lapidis obriguit ad virtutem, merito lapidibus punitur. Nam magia cædes perpetrat, sepulcra perfodit, animas hominum perturbat. Magi etenim sunt homines, qui naturam humanam corrumpunt. Non autem ab re Deus homines prius quasi viva voce, lege videlicet, reformat : et more brutorum viventem prius moribus decoris exornat, ut gratia Christi locum inveniat. Ejus enim antea parum fuissent capaces, cum ne homines quidem, nisi quantum ad speciem, exstitissent. Gratia veniam tribuit delicta agnoscentibus. At homines, cum delinquerent, se facere quæ placerent Deo, scilicet justitiæ opera, credebant. Proinde necessitas postulabat, ut lex peccatum quam maxime manifestum faceret, et locum pararet gratiæ. Omnis enim gens opera legis Mosaicæ cognovit peccatum. Et cognitionem peccati, quam suppeditabat lex, proximus semper proximo transmisit. Et in hunc modum gratia penetravit ad omnes. Verum quia plerique mortales instar belluarum vivebant, non omnibus ex professo lex data est. Sed uni populo hanc concessit : qua is populus instructus reliquis piæ vitæ quasi in edito constitutus exemplum, ad quod omnes respicerent, foret. Quapropter Sion specula nominatur, ut patet ex his Ezechielis verbis : « Speculatorem dedi te omnibus gentibus [61]. » Præterea Judaicum populum ferum et intractabilem quadraginta annis variis miraculis erudivit ut mansuesceret, et duritiem, quam reliquæ nationes tenent, deponeret. Verum laboriosum fuisset universis gentibus difficilem illam et laboriosam admovere disciplinam. Cum enim adventante gratia, quæ nullum jugum imponit, sed jugum, quo premimur, levat peccatorum veniam dans, plurimi reperti sint qui lege edocebantur et tamen in inobedientia permansere, quid reliquis accidisset ? quot inobedientes inventi essent inter tantam hominum multitudinem ?

Super animabus non polluentur, etc. [XXI, 1.] Si naturam mortis per se intueare, rescisces mortem non inquinare quemquam. Verum hoc præcipitur sub symbolo quodam, ut vitentur, quæ nos conspurcant, mortifera opera. Exigit igitur Deus, ut sacrorum minister refugiat lethifera opera, horreatque illa patrare. Qui enim attingit picem inquinabitur. Cum autem de symbolis sive typis illi sit sermo, ne quis sacerdotes reputet ferreos, in quos nullus cadat luctus, statuit ad quas personas accedere fas sit, præcipue cum lex dicat : « Honora patrem tuum et matrem tuam [62]. » Permittitur adire et ad sororem, cujus adhuc virginitas sit illibata. Fortassis hoc datum est quotidianæ vitæ consuetudini. Modo commemoratas personas lamentari licet sacerdoti ; reliquos non lugebit sacerdos, qui institutus est ut sacrificia, quibus mors propulsetur, offerat. Nam mortis destructio est Christi mors,

[59] Jerem. xvi, 2. [60] Tit. i, 15. [61] Ezech. iii, 17. [62] Exod. xx, 12.

NOTÆ.

(24) Τινὲς, τὸ ἄτεκνοι ἀπολοῦνται, ἀντὶ τοῦ, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

quæ repræsentata est per cædem ovium et vitulorum. Divinus Apostolus inquit: « **366** Nolite moleste ferre mortem ut reliqui, qui spem non habent [63]. » Cæterum Deus lugendi præscribit modum, dum prohibet fieri evulsiones capillorum et incisiones corporis. « Omnia enim, inquit Paulus, decenter et cum ordine fiant [64]. » Nobis autem imperatur, ut majoris faciamus Deum, quam parentes. Nam qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus.

Mulierem repudiatam a viro non accipient, etc. [XXI, 14.] Non enim solum sacerdotis est, ut fugiat manifesta mala, ut scortationem: sed declinet illa mala, quæ famam nostram suggillant. Siquidem suspecta est mulier repudiata. Verum sub hoc involucro demonstratur Judæorum Synagoga: sive quod scortata est cum pastoribus multis, ut habet Scriptura [65], sive quod ipsam repulsam et repudiatam non admiserit in spiritualem societatem Christus sacrosanctus pontifex.

Et filia sacerdotis si profanata fuerit, etc. [9.] Nam igni mancipata est Judæorum Synagoga, quæ sequebatur placita Scribarum et Pharisæorum, et adhærebat præceptis humanis. Idcirco Isaias exclamat: « Quomodo facta est meretrix urbs fidelis Sion [66]. » Quam deplorans Jeremias inquit: « Olivam frondosam, pulchram fructu et specie vocavit Dominus nomen tuum, et cum voce magni tumultus hostis incendit ignem in ea [67], » etc.

Caput suum non nudabit, sive infulam pontificiam non deponet, etc. [10.] Hic versus manifestissime demonstrat Christum. Nam Christus, ut docet Scriptura, unctus Spiritu sancto gestat verum sacerdotii habitum, quem nunquam abjiciet. Nam, « Tu, inquit, sacerdos es in æternum secundum ordinem Melchisedech [68]. » Hoc igitur illud est, quod inquit: « Non depones infulam pontificiam. » Si vero scriptum esset: Mitram non depones, etc. intellexissemus ejus quoque regnum esse perpetuum nec unquam finiendum.

Et vestes suas non lacerabit. Luctus enim qui impenditur mortuo vitæ contrarius est: nec quidquam mortuum congruit vitæ. Imo vita destruxit et mortem. Et « Deus non est mortuorum Deus, sed viventium [69]. » Quapropter Christus objurgat illos, qui lamentabantur filiolam principis Synagogæ, præsente eo, qui erat vita. Quod vero lacrymas dedit Christus Lazaro defuncto, amoris significationem habuit. Proinde et moderate lacrymabat. Deplorabat magis humanam naturam, si rem quis diligentius inquirat, quæ subjacebat sævissimæ mortis tyrannidi. Igitur continuo demonstravit quasi sub typo, cum vitæ restitueret mortuam puellulam, resurrectionis mysterium. Ideo lex, quæ cæteris sacerdotibus permittit lugere conjunctas personas alludens ad symbolum, quod manifestissime commonstrabat Christum pontificem suum, in eo luctum inhibuit. Quare studuit suam majestatem conservare typis, nolens ne in umbris quidem violare veritatem, quam quidem ut doceret esse solidam, firmam et immobilem, imperat pontifici, ne egrediatur sanctuario. Quemadmodum oportet sacerdotem offerre Deo munera, quæ populus affert, ita summum pontificem oportet sua puritate defectum, qui inest cæteris sacerdotibus, replere, eosque reconciliare Deo. Proinde solus quotannis intrat in Sancta sanctorum, ut placet Numen, ne forte sacrorum ministros puniat. Iterum quoque ostendit Judæorum Synagogam alienam esse a Christo. Nam ejecta est ab unitate, qua illi ipsam conjunctam esse docebat: idque testatur propheta: « Quia ipsa non est uxor mea, nec ego maritus ejus [70]. » At Ecclesiam ex gentibus conflatam Paulus despondit ut exhibeat se virginem castam et irreprehensibilem Christo [71]. Verum alioqui Christus non despondetur animis impuris: puris autem ut virginibus conjungitur: cum quibus cohabitans, eos gravidos facit, ut abundent bonis operibus, eosque inter suos propinquos collocat. Nam inquit: « Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui est in cœlis, hic et frater meus, et soror et mater est. » Cæterum nobis honesta est necessariorum societas; at parum nos decet familiaritas incredulorum, nisi fortassis quis præoccupatus sit matrimonio conjugis religione disparis. At hujuscemodi personæ nobis jungendæ sunt fide. Quamvis mulieri non permittatur, ut docendi fungatur munere: attamen pro vitæ instituto et honesta **367** conversatione studeat lucrari maritum. Verum sponsa Christi quæ ex nova inde regeneratione ipsi desponsa est, ejus simul censetur et filia et conjunx et perfecta columba regenerata per renovationem Spiritus sancti. Legitimum igitur, nec adulterinum Christi genus est, utpote legitimo matrimonio editum. Quapropter sumus filii Dei, divinum semen in nobis conservantes, secundum Joannem [73], scilicet Spiritum sanctum, qui nos non cessat in novam effingere creaturam. Illa autem meretrix cujus typus erat ea, quæ nupserat Oseæ, una cum liberis, quos in fornicatione pepererat, repudiata et viduata est [74].

In quocunque fuerit reprehensibile quiddam, non accedet ut offerat dona Deo, etc. [XXII, 2.] Quantum conjicere possum, ei sermo est de vitiis, quæ animum suo contactu offendunt, qualia sunt illa vitia, quibus obnoxii sunt illi, quos Scriptura vocare assuevit ψυχικούς, id est, animales. Nam vitium corporis naturale, quod præter nostram voluntatem, sed nascendi lege nobis obvenit, nequaquam nobis vitio vertendum censeo; quamvis, si velis litteralem sequi sensum, parum sit decorum sacerdotii munia obire hominem vitioso corpore, utpote claudicantem, vel eum, qui nequeat sine duce incedere. Verumtamen quæ hic traduntur majora quædam complectuntur, et ad animi vitia porrigenda sunt, ut

[63] Thren. IV, 12. [64] I Cor. XIV, 40. [65] Jerem. III, 1. [66] Isa. I, 21. [67] Jerem. XI, 16. [68] Psal. CIX, 4; Hebr. V, 6. [69] Matth XXII, 32. [70] Osee II, 2. [71] II Cor. XI, 2. [72] Matth. XII, 50. [73] I Joan, IV, 4. [74] Osee II, 3.

integer et erectus sit Dei homo et ad omne opus bonum paratus et expeditus, uti præcipit divinus Apostolus. Idem quoque tradit, requiri ut episcopus sine crimine sit. De omnibus vero, quæ Paulus, ni fallor, recenset, Moses ordine legem explicat, dicens: « Ex genere tuo in generationes vestras. » Aaronis enim genus duravit usque ad generationes spiritualis Aaronis, cui agnati sumus propter Spiritum sanctum ejusdemque consortes naturæ, de quibus ita profatur : « Ecce ego, et liberi quos mihi dedit Deus [75]. » Cæcum dubio procul nominat Moses amentem et stultum. Oculus enim in corpore respondet menti in animo, quæ mens spirituali lumine Solis justitiæ illuminata, novit respicere ad splendorem verorum dogmatum, quemadmodum in Proverbiis habetur : « Oculi tui recta videant : et palpebræ tuæ nuant justa [76]. » Synagogam autem Judæorum sic alloquitur : « Ecce non sunt oculi tui, nec cor tuum pulchrum est [77]. » Verum et illum, cuicunque aliquid vitii inest oculis, repellit, ut in sequentibus ex lippo patebit. Nam in sacerdotibus particulare vitium æquipollet universali. Ad eum modum reprobat claudum, videlicet eum, qui non recto pede incedit ad opera bona, nec prompte vitam agit ex præscripto Domini, de quo digne dici posset : « Roborate manus remissas, et labantia genua [78]. » De Judæis in Psalmorum libro sic fertur : « Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni antiquati sunt, et claudicaverunt in viis suis [79]. » Verumtamen in sequentibus rejicit omnem cui pes sit afflictus et contritus. Is cui nasus depressus est, significat hominem, cui non est intellectus validus, ut queat discernere inter spiritualem fragrantiam et peccatorum fetorem. Nam illis qui fuerint simi, non sunt recti olfactus meatus. Oportet autem nos, instar boni trapezitæ, probare omnia, et tenere quod bonum est.

Auris mutilata, etc.,[XXII, 23.] His verbis feriuntur illi, qui non per omnia assentiuntur cœlesti doctrinæ : aut qui non usurpant auribus perfecte et pure divinos sermones. Tales sunt, qui declinantes a veritate, dum eis aures pruriunt, adhærent spiritibus impostoribus. Contritio manus est, dum manus corrumpitur ne perfecte pergat ad opera bona, sicuti et de pede supra dedimus claudicante. Nam propheta exclamat : « Væ illis, qui opera Domini exercituum faciunt negligenter, » sive : « Qui ipsum justum non justis rationibus sectantur, » ut scriptum est [80]. Gibbosum eum nominat, qui respicit solummodo terrena et carnalia, nec unquam erigitur ad speculationem rerum cœlestium. Is etiam illis criminibus implicatur, quæ feruntur de Judæis : « Obtenebrentur oculi eorum ne cernant, et tergum illorum semper incurva [81]. » Pustulas habere dicitur in fronte, qui inflammatione pustularum respersam faciem gerit. Pustulæ autem illæ inter morbos connumerantur. Solent enim fuscare cutis superficiem. Tali morbo sunt impediti, qui nequeunt puro vultu intueri Dominum, nec possunt etiam sua occultare dedecora. Minus autem peccant hi, quam illi, qui penitus fronte carent, et effrenes in omne genus sceleris ruunt. Lippus est is, qui **368** prudentia quidem valet, ab affectibus vero vincitur, qui ipsius animum sæpius a veritate avocant, et accedit deinde adjutor hæreticis dogmatis, quemadmodum Judæi et hæretici, qui quidem credunt Deum esse Patrem, interim Filium ejus Jesum Christum rejiciunt. Proinde, ut testatur Propheta [82], « Oculos habent et non vident. » Pruriginem vocat corporis voluptates et vitam penitus affectibus dicatam, cujus exitus est dolor et lacrymæ. Hæc eadem vita plurima mala instar inundationis invehit suis cultoribus. Quidam enim solummodo superantur ab affectibus et graviter ægrotant. Alii vero ad summum vitiorum fastigium provecti, non sibi temperant a sceleribus, quæ ipsi adversantur naturæ. Cæterum illa vitia comparantur haud absurde cutis asperitati, quæ subinde latius serpit. Vitiorum illorum progressus erat inhibendus juxta illud : « Si spiritus ejus qui tibi imperitare cupit, ascenderit ad te, cave locum tuum deseras. Quia medicina consopiet peccata magna [83]. » Μόνορχις dicitur vir effeminatus et androgynus, qui partim vir, partim mulier censetur. At de his ita loquitur Scriptura : « Neque scortatores neque molles regnum Dei hæreditabunt [84]. » Vel sub illa dictione capiendus est is, qui non firmo pede accedit ad virtutem. Oportet enim, ut monet Scriptura [85], viriliter agere et fortem esse eum, qui accedit ad Deum. Illi igitur interdicitur sacerdotio, qui vitio et reprehensione non vacat. Nec tamen probibebantur sacris dapibus, quarum esu infirmi nonnihil purificantur, dum necant corporis affectus pravos. At sani redduntur firmiores in bono dum accedunt ad aras. Nam per Christi carnem et sanguinem renovamur expulso senio. Is est nova creatura, qui ad eum modum exuta senecta juvenescit.

Et immunditia ejus super ipso, etc. Hæc scribit de illis, quorum ingenium insanabile est, et usque inhærent vitiis. Quapropter recte eos arcet sacerdotio. Nunc vero purgat sacros ministros, removens communia et mediocria vitia, si forte quidam his fuerint impediti : eosque erigit et cohortatur, ut sint fortes et præcepta Domini servent. « Ego, inquit, Dominus Deus vester, » id est, non falso nominatus Deus, quem facile sit contemnere. Deinde subjungit de leproso, sub quo intelligit illum, qui prorsus caret virtute, et penitus mortuus est, si virtutis respectum agas. Verum de hoc supra in lepræ relatione verba fecimus. Similiter disserit de eo, qui patitur importunum seminis fluxum, sub quo admonemur ejus, qui mentis vires patitur inutiliter effluere, nec iis utitur ad eas res, quas honestas et pias novimus. Deinde additur : « Qui attingit omne reptile, » etc. Quibus verbis significatur is, qui venenum aspidum gerit in labiis suis, et simplicioribus fraudulente imponit. Cadaver præ se fert eum qui

[75] Isa. XIII, 18 ; Hebr. II, 13. [76] Prov. IV, 25. [77] Isa. XLIV, 18. [78] Hebr. XII, 12. [79] Psal. XVII, 46. [80] Jerem. XLVIII, 10. [81] Psal. LXVIII, 10. [82] Psal. CXIII, 5. [83] Eccle. X, 4. [84] I Cor. VI, 10. [85] I Cor. XVI, 13 et alibi.

penitus refrixit, nec fervidus spiritu cognoscitur. A bestia captus intelligitur is, qui diaboli factus est cibus. Hos omnes fugat lex divina a sacris. Nam, ut docet Paulus : « Quicunque ederit corpus Christi et biberit poculum indigne, sibi ipsi judicium edit et bibit [86]. » Tales habentur in numero immundorum. Polluuntur et hi, qui his familiariter junguntur. Nam per contactum intelligenda est familiaritas. « Corrumpunt siquidem mores bonos colloquia prava [87]. » Et quæ pars fideli cum incredulo ? Contra autem, si cum sancto converseris, tu quoque sanctificabere [88]. Quod vero de hominibus sermonem habeat abunde indicat, quod dicit : « Anima, quæ attigerit. » Cum tali ne cibum quidem capiendum esse monet Paulus [89]. At Christus sub vesperam advenit, ut illiuscemodi homines a peccatis, quæ immunda sunt, absolvat. Proinde jubentur Judæi sub vesperam agnum cædere paschalem, ut sub hoc typo præsignificetur tempus, quo adventurus sit Christus. Venit igitur Christus extremis temporibus, sole declinante temporis mensuram ad vesperam. Eo tempore nobis divino munere obtigit sacrosanctus baptismus. Eo quoque tempore pasti sumus pane, qui e cœlo descendit, quem oratio Dominica nominat supersubstantialem.

369 *Omnis alienigena non vescetur sanctis*, etc. [XXII, 10.] Taxat hoc loco impium et a fide alienum, qui segregatus sit ab Ecclesia Dei. Non enim convenit ut demus quod sanctum est canibus : nec decet, ut objiciamus porcis margaritas [90]. Huic adnectitur advena, qui operibus præ se fert civem mundi, qui mundum suam arbitratur patriam. Verum verbis et nuda fide etiam Ecclesiæ incolam se simulat. Præterea mercenarius existimatur is, qui religionem quæstum arbitratur, et conatur summa ope placere fidelibus, quorum auctoritas et divitiæ plurimum pollent : ut hinc suum comparet commodum. Hos lex nihil differre ab alienigenis judicat. At filiusfamilias sacris vescitur cibis. Nam is filius in fide genuinus et verus est, et propinquus spiritui. « Et ære emptus, » etc. Christus enim nos redemit ex legis maledictione dum pro nobis maledictio factus est.

Et filia sacerdotis si nupserit alienigenæ, etc. [12.] Quemadmodum is, qui tangit leprosum et spermatis profluvio laborantem, illo attactu incestatur, ita, licet quis propinquus sit fidei, quamprimum commercium habuerit cum incredulis, horum violabitur et profanabitur familiaritate. Filiam sacerdotis nominat animam regeneratam ex aqua et spiritu : verum junctam incredulo propter incredulitatem. Idcirco Sapientia præcipit : « Fili, ne te circumveniant viri impii [91]. » Non enim oportet nos attendere spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam.

Et filia sacerdotis si fuerit vidua ejecta, etc. Animam hæc verba demonstrant deficientem a Deo, deinde per pœnitentiam renovata liberata fuerit semine peregrino, cujus impulsu in perfidiæ barathrum adducta fuerat. Aut et si repudiata fuerit a Deo carens virtutis fructu, quam ocissime revertatur ad Deum et accepta erit. Eadem verba sub typo quodam repræsentant Synagogam Judæorum. Hæc enim per Mosen sacro generi desponsa, cum plurimis (ut testatur Jeremias) pastoribus scortata est. Novissime autem prætulit præcepta Scribarum et Pharisæorum Christi doctrinæ. Cæterum denuo vocabitur, et audiet doctrinam Christi. Nam, ut habent prophetiæ verba, « Diebus plurimis sedebunt filii Israel absque rege, sive principe [92], » etc. Deinde subnectit : « Convertentur, et exquirent Dominum Deum suum. »

Qui ederit sancta ignoranter, etc. [14.] Cæsis victimis et oblatis, de more, quidquid supererat, cedebat sacerdotibus, utpote caput et pedes. Si quis autem ignorans edisset de his, quæ offerebantur, profecto pœnas incogitantiæ luebat. Oportebat enim, ut docet Paulus [93], edentes sacrificia participes fieri altaris : nec omnia, quæ immolabantur, sui juris facere. Idem hoc faciebant filii Heli consulto. Quapropter meritas experti sunt pœnas.

Qui attulerit dona sua, etc. [18.] Masculum esse oportet et admodum virile id, quod offertur Deo. Præterea necesse est, ut careat omni vitio. His verbis significatur Christus Dei potentia, qui prorsus a peccati macula et labe fuit immunis. Masculus semper typus est imperatoriæ potentiæ. Sic Christus, quamvis humanam naturam assumpserit et ovium numero sit habitus, attamen imperat omnibus. Victima, quæ fuerit cæca, reprobatur. Sic quicunque divinæ sapientiæ fuerint expertes nec receperint illuminationem Christi, quæ fidei interventu obvenit, merito repudiantur. Nam, ut testatur Scriptura, « Si non credideritis, nequaquam intelligetis [94]. » Contritum censetur illud animal, quod prorsus morbosum fuerit. De talibus inquit propheta, de talibus, inquam, qui sub morboso animali repræsentantur : « Ecce ego induco super populum hunc infirmitatem, et ea laborabunt patres et filii : vicinus pariter et proximus ejus peribunt [95]. » Qui vero justificati fuerint interventu fidei canunt : « Benedicit anima mea Dominum, qui sanat omnes morbos tuos; qui redimit ex corruptione vitam tuam [96]. » Balbutiens intelligitur, qui nequit proloqui verbum fidei quod annuntiamus. Cæterum **370** Christus et hoc vitium emendavit ut testatur propheta : « Et linguæ balbutientes brevi discent loqui pacem [97], » id est Christum. Formicatio, impetigo, et asperitas cutis significant animi vitia, quæ quotidie augescunt nec minuuntur. Animal mutilum si vel caudam vel auriculas respicias, præ se fert inobedientem, nec ta-

[86] I Cor. xi, 27. [87] I Cor. xv, 33. [88] Psal. xvii, 27. [89] I Cor. v, 11. [90] Matth. vii, 6. [91] Eccli. xvi, 1. [92] Osee iii, 4. [93] I Cor. x, 18. [94] Isa. vii, 9. [95] Jerem. vi, 21. [96] Psal. cii, 4. [97] Isa. xxxii 4.

men per omnia pulchrum et honestum. Rejicitur animal natura masculum, si officio maris fungi nequit, utpote si fuerit sterile vel aridum aut alio quodam modo castratum. Hoc enim significat eunuchorum species. Varii enim nobis inhærent affectus, qui multis modis nos ad infirmitatem impellunt. Quod ait : « Per manum alienigenæ non offeretis dona, » etc., significationem habet, quod per solum Christum adeundus sit Pater, a quo adducti sumus ad Patrem in Spiritu.

Et erit septem diebus sub matre sua, etc. [XXII, 27.] Quæ spectant ad interpretationem hujus versus, sæpius tradidimus in locis, quæ non discrepabant ab hoc. Nam sub hoc involucro nobis aperit Moses eum, qui adhuc est infans et infirmus et lactis potu adhuc opus habet, ut utar verbis Pauli [88]. At hunc perfectum reddidit Christus per suam resurrectionem. Nam octavus dies succedit septimo, qui continet tempus legis et carnalem cultum. Quapropter dicit : « Cum exaltatus fuero e terra, omnes traham ad me [89]. » Et : « Nisi granum frumenti in terra mortuum fuerit, ipsum manebit solum [1]. » Et quemadmodum etiam Judæorum Synagoga noluit interire una cum suis sectatoribus. Nam universus Israel salutem consequetur post impletionem gentium. Demonstrat quoque mutuam illorum, qui adhuc superstites sunt, successionem generis, ne omnes una pariter intereant. Nam mundi generationes salutares sunt. Cæterum ista omnia congruunt Christo, per quem humani generis corrupta radix iterum refloruit ad salutem.

Non relinquetis de carnibus usque in crastinum, etc. [XXII, 30.] Scripturam sacram haud fugit duplex vel triplex esse tempus, sicuti prædictum est, videlicet legis et Christi, et prophetarum tempus, quod in medio legis et Christi decurrit. Verum unus fuit cultus tam legis quam prophetarum, qui quidem cultus reprobabatur exoriente Christo, qui intellectus lux est. Præcepit, ut, sicuti carnes agni paschalis uno absumuntur die, sic etiam victimæ laudis uno edantur die, neque quidquam reservetur in crastinum. Laus siquidem Dei est vita, quæ obveniet in futuro sæculo, in qua nullum mortalitatis exstabit amplius vestigium.

In primo mense et decimo quarto die, etc. [XXIII, 5.] De Paschatis festo nec non reliquis celebritatibus disputavimus multis in Exodo. Sed quia hic quædam occurrunt, quæ pertinent ad secundum tempus, ea obiter exponenda erunt, antecedentia breviter perstringemus. Nam Christus primitiæ censetur renovatæ humanitatis, qui instar manipuli oblatus est. In ipso enim refloruimus et reviximus instar aristarum, de quibus ita loquitur : « Aspicite regiones, quia albæ sunt ad messem [2]. » Ipse quoque Christus est primogenitus ex mortuis, qui ascendit in cœlum, ut precetur pro nobis Patrem, pro nobis, inquam, quos dignos Pater judicavit, ut pro nobis intercederet Christus. Cæterum lex etiam resurrectionis tempus nobis delineavit. Crastino enim die diei primi, ait. At tertius dies, in quem resurrectio incurrit, tertius dies, nec crastinus a primo est. Simili ratione is dies adumbratur per prædictum novorum fructuum tempus, quo primum peccati senectam exuit homo. Proinde inquit : « Exsultet anima mea in Deo. Induit enim me veste salutis, et tunica lætitiæ [3]; » quibus verbis ostenditur immortalitas, quam resurrectionis beneficio consequimur. Iterum appellare licet Christum primitias. Rapitur enim ex grege ut ovis vitio carens sive irreprehensibilis. Rapitur **371**
autem ex grege vivo in pinguedine gratiæ et lætitia spiritus. Quapropter simila, oleum vinumque una cum ove offeruntur. Offertur autem quasi in pane et spicis frixis. Nova siquidem est conspersio, ad quam nos reformamur, vetus fermentum deponentes, ut simus nova conspersio [4]. Idem demonstrat panis, qui offertur ex novis fructibus compositus. Christus etenim paravit nobis viam recentem, cujus tempus dum exspectamus non licet novis vesci fructibus, donec manipulus offeratur. Tum demum poterimus novæ participes fieri vitæ. Dinumerat quoque Moses sanctum Pentecostes festum a resurrectione sumpto initio. Nam resurrectionis tempus transfert sanctificatos in spiritu eo, ut possint fructus ferre Deo in nova vita. Panes duo erant, qui conflabantur ex novis fructibus. Sic duo sunt populi, qui salutem sunt adepti, et ad fidei unitatem adducti sunt per Christum, sed quodammodo sunt fermentati cessante fermento veteri. Nam Scriptura sacra novit etiam bonum fermentum, sic appellitans doctrinam evangelicam : « Simile enim est regnum cœlorum fermento, quod abscondit mulier in farinæ sata tria, donec totum fermentetur [5]. » Nam transformat ad suam proprietatem ipsam animam, quatenus decet fermentari duos populos. Ex duabus autem sumitur decimis, etc. Siquidem binarius indicat nostram institutionem. Nam erudimur lege et Evangelio tanquam sacerdotes in vitæ novitatem transeuntes. Et hoc est quod dicitur « Scriba qui depromit ex thesauro suo vetera et nova [6]. » Septem agni repræsentant fidelium gregem quasi adhuc infantem in Christo. At is grex in fortitudine spirituali procedit ad perfectionem et ad mensuram ætatis plenitudinis Christi [7]. Cæterum symbolum perfectionis et fortitudinis est vitulus; perfectæ vero ætatis symbolum putato arietes. Nam fideles fortiter terrena superantes ad perfectionem Christianam tendunt. Hæc autem perfectio consistit in opere et notitia, sicuti demonstratur sub symbolo duorum hircorum. Nam ait : « Qui fecerit et docuerit, ille magnus vocabitur in regno cœlorum [8]. » Tales comitatur lætitia, quam nobis in mentem vocant libamina vini. Dicit enim David : « Vinum lætificat cor hominis [9]. » Per hircum nobis proponitur Christus cæsus. Pro peccatis nostris

[88] Hebr. v, 13. [89] Joan. xii, 32. [1] ibid. 24. [2] Joan. iv, 35. [3] Isa. lxi, 10. [4] I Cor. v, 7. [5] Matth. xiii, 33. [6] ibid. 52. [7] Ephes. v, 13. [8] Matth. v, 19. [9] Psal. cxv, 15.

ut nobis fundamenta novæ jaceret vitæ et novam nos faceret conspersionem depulso veteri fermento. Nam cum duobus panibus offertur. Siquidem « Consepulti sumus cum eo per baptismum in mortem, ut, quemadmodum excitatus est Christus per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitæ ambulemus [10]. » Non tamen est ut intelligas externam sepulturam. Necanda sunt membra, quæ sunt super terra. Vide igitur, occiso hirco interficiuntur et agni, unaque offeruntur panes in odorem bonæ fragrantiæ. Nam consecratio Christi quodammodo grata et accepta est, dum respondet passioni ejus. Si una cum illo patimur, una cum illo regnabimus. Si una cum illo morimur, una cum illo vivemus. Quapropter sacrificium hoc vocatur salutis. Porro hin est mensura sex cyathorum.

In mense septimo in uno mensis, erit vobis requies, etc. [24] Videtur hoc loco prædicere consummationis tempus, quo quilibet remunerationem accipiet eorum quæ hic operatus est. Tunc recedit operandi tempus, et judicii tempestas accedit, in qua nihil amplius operari licebit, illo tempore nobis in mentem veniet illud Christi : « Nolite vobis colligere thesauros in terra, ubi tinea et ærugo furesque corrumpunt, sed in cœlis [10*]. » Recordabimur etiam discipuli, qui clamavit : « Novissimum tempus est [11]. » Requies itaque obtinget his, qui illa omnia arbitrantur monumenta extremæ tubæ. Tuba enim, inquit, canet, et mortui suscitabuntur [12]. » Hæc celebritas omnium clarissima habetur : ad quam qui festinant ita instructos esse convenit, ut habentes uxores sic sint animati, quasi non habeant : et qui utuntur mundo hoc, quasi non utantur.

Decimus mensis septimi hujus dies, est expiationis vel reconciliationis, etc. [27.] Parat nos ad extremum judicium, quasi in eo die id accipiendum sit. Proinde affectuum trucidationem per jejunium suggerit. Ut vero prorsus simus consecrati Deo in odorem bonæ fragantiæ docet per holocausta. Ut ab absurdis et malis operibus **372** cessemus et desistamus significat per quietem sive otium. Hæc siquidem semper exercere oportet eum qui memor est extremæ illius tubæ. Quapropter haud immerito reconciliationi attribuit jejunii diem. Qui vero diversa sequuntur studia, illis comminatus est æternum supplicium. Quod vero illo tempore perfectam et absolutam quietem, in qua desistemus ab omnibus operibus, simus consecuturi, satis docuit, dum illud tempus nominavit Sabbata Sabbatorum.

Et accipietis vobis in die primo fructum ligni magnifici, frondes palmarum, etc. [40] Ubi comportaverimus singuli in suos thesauros opera nostra subsequitur Scenopegiæ celebritas in mentem revocans vitam, quam in paradiso egerunt protoplasti. Scenopegia enim est assumptio sive in cœlum translatio nostrorum corporum, si fuerimus æquitatis et pietatis studiosi, et immortalitatem induerimus. Hæc vero quies demonstrat tempus quod præcessit transgressionem et peccati onus. Similiter et dies septimus idem insinuat, in quem excurrit finis legis. Huic succedit dies resurrectionis, in quo iterum liberabimur et absolvemur ab omni peccato in integrum restituti. Quapropter ait Christus : « Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos [13]. » Idem in hunc modum compellat latronem : « Amen, amen dico tibi, hodie eris mecum in paradiso [14]. » Scenopegiæ autem festum adornatur ex plantis semper virentibus. Gratia siquidem perennis est. Nam suorum munerum et donorum haud pœnitet Deum. Similiter nec vocationis piget Dominum, quemadmodum docet evidenter Scriptura. Isaias quoque vaticinatur : « Lætitia perennis erit super caput eorum ; laus et lætitia perpetua apprehendet eos; fugient dolor tristitia et gemitus [15]. » De torrente petuntur rami. Nam Christus aquis sive fluminibus cœlitus demissis irrigat piorum animas. Quapropter inquit per prophetas : « Ecce ego inclino in eos, quasi fluvium pacem, et quasi torrentem inundantem, gloriam gentium [16]. » Præterea et in Psalmis canit : « Torrente voluptatis tuæ potabis eos [17]. » Universa gens conveniens Jerusalem agit festum diem hunc, sic omnes, qui honeste et pie vixerint in supernis mansionibus concelebrabunt perpetuam celebritatem cum Christo, Contrarium continget illis, qui non apparuerint in eo festo, siculi vaticinatur Zacharias dicens : « Et erit, ut omnis qui relictus fuerit ex omnibus gentibus venientibus contra Jerusalem, ascendent ab anno in annum ad adorandum regem Dominum exercituum, et ad celebrandum solemnitatem Tabernaculorum. Et erit, ut qui non ascenderit de cognationibus terræ in Jerusalem ad adorandum regem Dominum exercituum, non futura sit super eos pluvia. Et si familia Ægyptiorum non ascenderit neque venerit, non erit pluvia super eos, sed erit plaga, qua percutiet Dominus gentes quæ non ascenderunt ad celebrandum festivitatem Tabernaculorum [18]. » Hoc loco silentio præterit modum victimarum, quibus litandum est in his celebritatibus : nam in libro Numerorum fusius hæc omnia enarravit.

Τινὲς (25) τὴν τῶν σαλπίγγων ἑορτὴν τὸ μέλλον A δηλοῦν. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἤμελλε τῷ μηνὶ ἡ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ συλλαμβάνεσθαι. Διὸ καὶ ἐν σκηναῖς βούλεται διάγειν τὸν Ἰσραὴλ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, εἰς τύπον τοῦ μονήρους βίου, οὗ πρῶτος καὶ Ἰωάννης. Καὶ ἔξοδον αὐτὴν καλεῖ, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ἐξ-

Quidam asserunt festum tubarum significationem habere futuri. In eo enim mense vox clamantis in deserto concipienda erat. Quapropter desiderat, ut Israel septem diebus in tabernaculis agat : quare repræsentatur vita solitaria, cujus sectator primus exstitit Joannes. Celebritas illa vocatur exitus,

[10] Rom. vi, 4. [10*] Matth. vi, 19. [11] I Joan. ii, 18. [12] I Cor. xv, 52. [13] Matth. xi, 28. [14] Luc. xxiii, 43. [15] Isa. xxxv, 10. [16] Isa. lxvi, 12. [17] Psal. xxxv, 9. [18] Zachar. xiv, 16-19.

NOTÆ.

(25) Ἐννοητέον τὸ, φασί.

quia ab hac egredientes veniunt ad gratiam. Sabbata Sabbatorum nominantur propter Sabbatorum quietem. « Humiliabitis, inquit, animas vestras, » quæ quidem Mosis verba affinitatem habent cum his, quæ Joannes proloquitur clamans : « Pœnitentiam agite. Appropinquavit enim regnum cœlorum [19]. » Idcirco expiationis nomen illi celebritati est inditum. Siquidem Joannes finis est Veteris et initium Novi Testamenti. Cæterum frondes palmarum et reliquas arbores producit solitudo quæ adjacet Jordani, in qua solitudine concionatus est Joannes ibidemque vitam egit quasi in entoriis, donec veniret tempus quo erat demonstrandus.

A οδον ἐπὶ τὴν χάριν· καὶ Σάϐϐατα Σαϐϐάτων, διὰ τὴν παῦσιν τῶν Σαϐϐάτων. Καί· « Ταπεινώσετε, φησὶ, τὰς ψυχὰς ὑμῶν. » Μονονουχὶ τὰ Ἰωάννου βοᾷ· « Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Διὸ καὶ ἐξιλασμοῦ καλεῖ τὴν ἡμέραν. Τέλος γὰρ ὁ Ἰωάννης τῆς Παλαιᾶς, καὶ ἀρχὴ τῆς Καινῆς, ὡς ὁ ἑωσφόρος. Τὰ δὲ κάλλυντρα τῶν φοινίκων, καὶ τἄλλα τὰ εἰρημένα, φέρει τοῦ Ἰορδάνου ἡ ἔρημος· ἐν ᾗ ἐκήρυττε καὶ διῆγεν ὁ Βαπτιστὴς, ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ, δῆλον ὡς ἐν σκηναῖς.

[373 *Et accipiant oleum olivarum*, etc.] Sincerum siquidem lumen et genuinum in Ecclesia flagret necessum est. « Vos enim, inquit, estis lux mundi [20]. » Et iterum : « Sint vestræ lucernæ accensæ, et vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum [21]. » Ostenditur sub hoc typo, ut coruscemus in mundi tenebris scientia et vitæ honestate, ut intrepidi apparere possimus in extremo die cum advenerit Dominus judicatum vivos et mortuos. Monemur quoque, ut caute ambulemus, ne ceu fur dies ille in nocturnis tenebris nos opprimat [22]. Quapropter addit : « Et componet sive ordinabit lucernas coram Domino usque mane, » id est, usque ad futurum diem judicii. Et quod ait : « Coram Domino, » etc., indicium facit divinæ vitæ, quam in cœleste regnum translati vivemus. Nam oculi Domini super justos. Cum vero nos fratres appellaverit et in suam societatem admiserit, nequaquam mirandum si, cum sit lux, etiam nobis lucis dignitatem commodaverit, suis nos extollens honoribus. Intra enim velum est pura lucerna, id est, Christus, habens septem lucernas, quibus ad se venientibus copiosam infundit lucem. Nam ait : « Accedite, et illuminemini [23]. » Quod vero apud ipsum accenduntur lucernæ docet incarnationis tempus, qua totus illustratus est fugatis tenebris mundus. Idcirco inquit David : « Mane vocem meam exaudies [24]. » Vel sub puritate lucernæ commonstrat Ecclesiam, in qua coruscat lux spiritus, quæ coruscat et vires suas exerit in septem donis Spiritus sancti.

Sincerum et purum oleum, etc. [XXIV, 2.] Pura siquidem opera conveniunt divinæ luci. Ex olivis id colligi jubet, ut demonstret eos, qui misericordiam sint consecuti. « Extra tabernaculum, » etc. Nam interna splendent et illustrantur cœlesti luce, quæ supra arcam conspicitur ut cœlestis lucis sit imago, at cœlestis lux Christus est. Hæc vero lux apparuit non hominum labore præparata, sed divinitus et cœlitus allata est. In priore tabernaculo erat lucerna ardens. Nam nec citra divinam lucem degebant illi, quos lex erudiebat, et ab superstitionibus in unius Dei cultum rapiebantur. Cæterum admodum parum aderat ejus lucis quæ in Christo emicuit. Mosis siquidem lux tantum differt a vera luce, quantum distat umbra a splendore. Et quemadmodum discrepat una gens ab omnibus totius orbis gentibus : ita lucerna humanis manibus apparata differt a vera et divina luce. Vel fortassis illa lucerna prænuntiabat Joannem Baptistam. Duodecim panes significant sacrum duodecim apostolorum chorum. Nam lucerna præveniebat solis exortum. De hoc ita loquitur Pater : « Paravi lucernam Christo meo [25]. » Similiter et Christus inquit : « Vos voluistis ad tempus exsultare in luce ejus [26]. » Nam in memoriam redigit illis, qui legis studio dediti erant, lucernam, quæ fuerat in primo tabernaculo. Cæterum legislator voluit illam lucernam esse perennem. At illi brevi saltem tempore gravisi illa lucerna accedentes ad ejus baptismum. Verum deinceps non exceperunt eum, qui ab illo prædicabatur. Et hoc erat illud, quod dicit scilicet repudiare lucem. Apostoli autem sunt panes, quatenus similes sunt uni pani nempe Christo, alentes nos in pietate, et ignorantiæ propulsantes famem. Verum ita collocantur, ut duo sint illorum ordines in quorum medio ponendus sit panis, qui e cœlo descendit. Ex duabus decimis singuli componuntur quasi postuletur, ut simus dicto et facto perfecti. Quidam autumant duos ordines et duas decimas significare duos populos sub Christo in concordiam reconciliatos. Thus autem et sal symbola sunt fragrantiæ, quæ quam longissime spargitur : et salutis, quæ nos e corruptionis periculo eripit. Nam fragrantia thuris quam latissime diffunditur. Prætcrea corpora diu conservantur integra si conspergantur sale. Præterea sal optimum ciborum est condimentum. Nam sanctorum sermo gratia et sale conditus est, quemadmodum monet Scriptura. De his ita dicitur : « Vos estis sal terræ [27]. » Verum in Sabbato proponuntur, ut aperiatur tum demum Christum incarnatum iri, cum mortale genus maximis 374 et plurimis auctum fuerit incrementis. Vel si hic magis arriserit sensus, memineris Sabbati tempus hoc esse, quo demandata est apostolis prædicandi verbi divini provincia, ut annuntient Christi adventum, quem cum non admitterent Israelitæ, inquit Paulus : « Igitur relinquitur sabbatismus populo Dei [28]. » In conspectu Domini proponuntur panes. Quia hic libenter cernit sanctos, qui ceu exemplum propositi sunt cæteris, ut eorum facta imitentur.

[19] Matth. III, 2. [20] Matth. V, 14. [21] Luc. XII, 35. [22] I Thess. V, 2, 4; I Petr. IV, 15. [23] Psal. XXXIII, 6. [24] Psal. V, 4. [25] Psal. CXXXI, 17. [26] Joan. V, 35. [27] Matth. V, 13. [28] Hebr. IV, 9.

Et erunt Aaronis et filiorum ejus, et edent eos, etc. [9.] Omnibus enim instar spiritualis convivii, appositæ sunt apostolicæ Scripturæ. Præterea loco Dei utimur doctoribus sacerdotibus. Cæterum Christus suum cibum vocat fidem illorum, qui servantur. Dicit enim : « Ego cibum habeo comedendum, quem vos nescitis [29]. » In differentibus autem tabernaculis exstant Christi et sanctorum typi. Nam Deo se plurimum homo insinuavit. Sive Joannes, qui processit ex Judæis, et apostoli per legis cultum significantur. Cæterum duorum tabernaculorum differentiam edocuit Paulus dicens : « In primum quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes [30], » etc. Præterea quod typi transierint ad veritatem supra edisseruit, dicens : « Sacrificia et oblationes et holocausta pro peccato noluisti [31], » etc.

Et exiit filius mulieris Israelitidis, etc. [10.] Ex Ægyptio Patre creatus est blasphemus ille. Quapropter segregavit ab alienigenis Israelitas Deus inducens eos ad pietatem statim ab ipsis incunabulis. In Ægypto more gentilium vixerunt.

A 'Ο Θεὸν καταρώμενος, τίνα κελεύει Θεὸν ἕτερον εἰς τὴν τῆς ἀρᾶς βεβαίωσιν; Ἢ δῆλον ὅτι αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ. Ἐχρῆν μὲν οὖν παρεῖσθαι τοῦ φθεγξαμένου τὴν γλῶσσαν. Προνοίᾳ δὲ τῆς δίκης, οὔτε ἀγαθὸν ὑπερβάλλον, οὔτε κακὸν ἐπισκιάζεται πρὸς ἔλεγχον ἀρετῆς ἢ κακίας· ἵνα τὴν μὲν, ἀποδοχῆς· τὴν δὲ, τιμωρίας ἀξιώσῃ.

Qui vero exsecratur Deum, quem invocabit Deum ad confirmandam exsecrationem? Imo semetipsum exsecratur ille. Verum necesse fuerat ut ille homo elinguis natus esset, ne in hoc prolaberetur scelus. At providentia pœnæ neque bonum excellens nec etiam malum obscuratur, quominus declaretur vel virtus vel vitium ; virtus in hoc comparata est, ut recipiatur : at vitium pœnis feritur.

Lex nulla posita fuerat, qua plecterentur blasphemi, Deo ipso non citra suam providentiam differente illam pœnam, ut exemplo horrendo, qui reliqui metu percellerentur, eam legem sanciret. Secundum sententiam Dei sceleratus ille ejicitur castris, quibus quasi oneri fuerit. Ut populum consuefaceret ad pietatem, ei imperat, ut suis manibus illum perimant. Quia vero is erat quasi lapis et lapideus, merito lapidibus obruitur. Præterea lex edicit omnibus, ne quis blasphemet Deum quem colit, etiamsi e falso nominatorum Deus ille sit numero. Nam mens delinquit, etiam dum Dei nomen illis diis, qui non sunt, tribuit. Deinde peccat mens quod cum nec debeat illos venerari deos et tamen veneratur : et interim quoque quod illos blasphemat. Verumtamen tales non punit, sed reliquit in mala illorum conscientia istud delictum, nos solummodo assuefaciens, ne impie loquamur de Deo. Qui vero blasphemarint verum Deum, illos haud sivit hanc impietatem auferre inultam.

B Τὸ *ὀνομάζειν* ἀντὶ τοῦ *καταρᾶσθαι*· ἤγουν χολάζει καὶ τὸ ἀκαίρως αὐτοῦ φθέγξασθαι τοὔνομα. Τινὲς δὲ *ὀνομάσαι*, τὸ σαφηνίσαι φασὶ τὸ τετραγράμματον παρ' Ἑβραίοις ὄνομα.

Nominare hoc loco ponitur pro *exsecrari*. Vel pœnis subjicit etiam illum, qui non in tempore, sed temere ipsius nomen sonuerit. Nec desunt, qui sub verbo *nominare*, volunt significari, ne quis aggrediatur aperire et patefacere nomen Dei tetragrammatum.

Et homo, qui percusserit omnem animam hominis, etc. [17.] Blasphemiæ, qua temeratur Deus, conjungit homicidium. Nec blasphemus punitur, ut qui instituat blasphemando nocere Deo, quamvis revera nemo mortalis quidquam lædere possit Numen. Ita qui homicidium committit, damnum dat ei quem interficit. Cum igitur tam blasphemi quam homicidæ idem sit animus idemque propositum, merito in legislatione conjunguntur. Similiter a contrario, cum docet diligendum Deum, charitati Dei copulavit charitatem proximi.

Καὶ ὃς ἂν πατάξῃ κτῆνος, καὶ ἀποθάνῃ, ἀποτισάτω ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. Δῆλον, ὅτι κτήνους ψυχὴν, ὥστε ἀντιδοῦναι κτῆνος. (26) Ἴση οὖν ἡ δικαιοσύνη πρὸς τὴν φονικὴν προαίρεσιν.

Et quicunque percusserit jumentum, luat animam pro anima jumenti. [18.] Animam scilicet, ut compenset jacturam jumenti.

Et qui dederit maculam proximo, etc. [19.] Haud incongruenter homicidii legi subnectit legem injuriarum. Idem jus erit peregrino et indigenæ. Nam ego Dominus Deus vester, qui videlicet amo ipsam justitiam nullo habito personarum respectu. **375** « Si quis vendiderit domum in urbe mœnibus cincta, licet ei venditam domum intra annum redimere. » At prædia rustica sive domos rusticas semper licet redimere venditori. Cui vero non tantæ sunt facultates, ut possit redimere ædificium quod vendidit, anno quinquagesimo citra pretii numerationem recuperat venditam possessionem. Nam diuturna illa possessio pro pretio reputatur. Bona autem Levitarum semper a Levitis redimi possunt. Qui enim privilegium aliquod a Deo accepit, et recte erga illud afficitur ut quod a Deo acceperit, nullo jure excluditur ab ejus redemptione propter suam constantiam. Sic David, quamvis sua possessione quasi domo exciderit, continuo ad Deum reversus est, nec privatus est honore et dignitate, veluti hæreditate,

[29] Joan. IV, 32. [30] Hebr. IX, 6. [31] Psal. XXXIX, 7.

NOTÆ.

(26) Τὰ ἑπόμενα οὐ κεῖται ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

quam apud Deum habuit. Qui vero non habuerit talem proprietatem, qualem David, nisi cito redeat in viam, suam proprietatem amittit, quemadmodum Saul, qui, cum non continuo reverteretur ad Deum postquam non exsecutus erat mandata Dei, decidit regno. Nactus autem est successores servos, qui ex alia erant tribu oriundi. Hoc idem significatur, dum dicitur: « Subjiciuntur sanctis gentes [32]. » Et iterum: « Subjecit nobis populos, et gentes sub pedes nostros [33]. » Tales erant Gabaonitæ.

Cæterum quæ ratio permittit, ut urbana ædificia intra annum redimantur, et villæ perpetuo redemptionis gaudent jure? Verum legislator parum curat historicum sensum quando disserit de spiritualibus. Qui in agris sive rure agunt facile capiuntur cum nullis teneantur muniti muris. Oppidani civiliorem sectantur vitæ rationem, utpote legum scientia præditi. Rustici quidem fortissime pro se pugnare solent. At oppidani melius consultant de salute magisque muniti sunt. Cum vero rustici nec consilio valeant, nec munita loca incolant, si ab hostibus debellentur, magis commiserationem et veniam merentur, quam oppidani. Oppidani cum in tutis morentur locis, et omnia administrent bonis consiliis, si vincantur, nullam inveniunt spem veniæ. Judæi igitur, qui sanctam incoluere urbem, de qua sic loquitur Scriptura: « Et ego ero ei, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloriam ero in medio ejus [34]; » et legibus eruditi optimis, non dicebant: « Beati sumus Israel, quia quæ placent Domino, nota nobis sunt [35]. » Quomodo igitur illi Judæi a dæmonibus sunt capti, et vecordiores evasere gentibus, quæ caruerunt illis, quæ modo recitavimus, beneficiis? Verumtamen obstinati illi Judæi, nisi se laverint et cognoscentes suæ malitiæ fermentum attulerint redemptionis pretium quo opus est, eo ipso anno, quo Christus advenit, semper obnoxii et subjecti erunt emptori, id est, Satanæ: « Ecce enim, ait, propter iniquitates vestras venundati estis, et propter peccata vestra repudiavi matrem vestram [36]. » Cæterum grex gentilium, qui custodia et præsidio caret, semper jus redemptionis habet, et ex misericordia et commiseratione divina suum recipit dominium, vocatus ad libertatem in anno remissionis, cum omnes homines, quos intuetur sol, asseruerit ex dæmonum servitute Christus cruce sua, irritum faciens chirographum, quod erat contra nos.

A Πῶς δὲ τὰ μὲν ἐν ἄστει μέχρις ἔτους ἑνὸς, τὰ δὲ κατ' ἀγρὸν διαπαντὸς λυτρωτά; Ἀλλ' οὐδεὶς τῷ νομοθέτῃ τῆς ἱστορίας ἔσται λόγος, ἔστ' ἂν ἴοι κατὰ ῥοῦν αὐτῷ τὰ πνευματικά. Εὐάλωτοι τοίνυν οἱ ἐν ἀγροῖς διαζῶντες ἀτείχιστοι. Ζῶσι δὲ μᾶλλον ἐπιεικῶς ἐν εἰδήσει νόμων οἱ ἀστικοί. Καὶ οἱ μὲν ἀνδρίσαιντο ἂν ὑπὲρ ἑαυτῶν μαχούμενοι, οἱ δὲ κρεῖττον περὶ σωτηρίας βουλεύσαιντο. Καὶ τοῖς μὲν ἁλοῦσι δι' ἄμφω συγγνώμη, οἱ δὲ καὶ τειχῶν καὶ βουλῆς μετέχοντες ἀγαθῆς, ἡττηθέντες, ἀσύγγνωστοι. Οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι τὴν ἁγίαν πόλιν οἰκοῦντες· περὶ ἧς φησιν ὁ Θεός. « Καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς· » καὶ νόμοις τραφέντες, τοιγαροῦν καὶ ἔφασκον· « Μακάριοί ἐσμεν Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ B ἀρεστὰ Κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστι. » Πῶς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως ἦσαν ὑπὸ δαιμόνων ἀνάλωτοι; εὐπαράφοροι δὲ μᾶλλον τῶν ἐθνῶν οἱ λαοὶ, μηδετέρου μετέχοντες. Ἀλλ' ὅμως εἰ μὴ νήψαντες ἐκεῖνοι, καὶ τῆς ἑαυτῶν ζημίας λαβόντες αἴσθησιν ἀνακομίσαιντο τὰ οἰκεῖα, τοῦ τῆς λυτρώσεως ἐνεστηκότος ἐνιαυτοῦ, καθ' ὃν ὁ Σωτὴρ ἐπεδήμησε, διηνεκῶς ὑποκείσονται τῷ πριαμένῳ, τουτέστι τῷ Σατανᾷ. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. » Ἡ δὲ τῶν ἐθνῶν ἀγέλη ἀνεπικούρητος οὖσα, διαπαντός ἐστι λυτρωτή. Καὶ οἰκτείραντος Θεοῦ, τὸν ἴδιον ἀπολήψεται κλῆρον, κεκλημένη πρὸς ἐλευθερίαν ἐν τῷ ἔτει τῆς ἀφέσεως, ὅτε πᾶσαν τὴν ὑφ' ἡλίῳ τῆς τῶν δαιμόνων C πλεονεξίας ἀνῆκε Χριστὸς, τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τὸ καθ' ἡμῶν καταργήσας χειρόγραφον.

Nullo modo autem alienantur Levitica bona. Nam illi, qui penitus devoti sunt Deo, nullam sentiunt alienationem utpote firmam habentes spem. Quapropter de Maria, quæ audiendi verbum Dei percupida erat, inquit Salvator: « Bonam partem elegit, quæ non auferatur ab ea [37]. » Verumtamen omnium universalis libertas, quæ per Christum obtigit, licet sit major, attamen Hebræis, si tardius reverterentur, incussit metum. Non enim dicimus, quod illis reditus sit spes omnis adempta. Verum illa pronuntiata sunt magis gratia ejus, quod fieri et debeat et conveniat.

Ἀνεκποίητα δὲ τὰ Λευϊτικὰ τοῖς ἐρηρεισμένην ἔχουσι τὴν ἐλπίδα. Καὶ γοῦν ἐπὶ τῇ φιλομαθεστάτῃ Μαριὰμ ἔφη που ὁ Χριστὸς, ὅτι « Τὴν καλὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται αὐτῆς. » Πλὴν ἡ πάντων ἐλευθερία διὰ Χριστοῦ, εἰ καὶ μείζω καθ' Ἑβραίων ἐπήρτησε φόβον, μὴ θᾶττον ἐπανιοῦσιν (οὐ γὰρ δὴ φήσομεν, ὡς κεκώλυνται μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπανελθεῖν), ἀλλ' εἰς ἔμφασιν εἴρηται τοῦ ὀφείλοντός τε καὶ πρέποντος.

Interim tamen sanctorum hæreditas et sortes illibatæ conservantur, nec illarum dominia transferuntur. Quare igitur inquit Ezechiel: « Si dederit princeps domum uni ex filiis suis [38], » etc., quibus verbis erudimur si quis pontifex, qui eo dignitatis est evectus, ut populum gubernet, de suis bonis filio domum assignaverit, ejus dominium perpetuo apud filium permansurum. Bona quidem pontificia transferuntur et usucapiuntur, sed non egrediuntur illa tribu. Sin vero domum dederit **376** servo, anno re-

[32] Psal. XLVI, 4. [33] Eccli. IV, 15. [34] Zachar. II, 5. [35] Baruch. IV, 4. [36] Isa. L, 1. [37] Luc. X, 42.
[38] Ezech. XLVI, 16.

missionis illa recuperabitur et in integrum restituetur. Cæterum gravissime interdictum est, ne cui illorum, quos imperio regit, violenter rapiat suam sortem vel hæreditatem. At Christus, unus dux et princeps illorum qui fide justificantur, habens tum suam eum Patris sortem (omnia enim mea tua sunt, et tua sunt mea [39]), ut in Psalmo canitur : « Ascendit in altum et captivam duxit captivitatem, et dona dedit inter homines [40]. » — « Quosdam enim in Ecclesia posuit, primo apostolos, deinde prophetas, deinde doctores [41], etc. Præterea illa dona permanent firma sacris ministris et in libertatem assertis. At Judæis, qui servili agitantur spiritu, et fidem, quæ libertatem donat, rejiciunt, etiam subtrahitur gratia per Mosen data, quæ ad veritatem ipsam ceu pædagogus quispiam nos ducit : « Nam habenti dabitur, et abundabit : ab eo, qui non habet, etiam quod putat se habere, aufertur [42]. » Sane quis dicat : Ut quis proprias habeat possessiones, neutiquam honestum videtur. Siquidem bonorum proprietas solet concitare bella et seditiones, et est quasi initium omnis injustitiæ et fraudis. Communis bonorum usus, qualis in paradiso erat, magis laudandus foret. Verum et huic objectioni occurratur. Scito illa mala, quæ ex bonorum dominiis oriuntur, emendata esse communione et societate apostolica, quando Christiani bona omnia habebant communia. At tempore apostolorum illa bonorum communio censebatur, propter inopiam quorumdam cui subveniebatur virtutis præclarum opus. Cæterum in futuro sæculo illa communio et societas florebit cum omni affluentia.

Ἕως ἐνιαυτοῦ τῆς ἀφέσεως ἐργᾶται παρὰ σοί. Τῷ ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ ἀνεῖναι προστάττει, τὸν τῆς ἁπάντων ἀφέσεως τιμῶντας καιρὸν, τὴν Χριστοῦ παρουσίαν· ὃς ὑπὲρ ἡμῶν ἀποδοὺς, τὸ καθ' ἡμῶν ἀνῆκε χειρόγραφον.

A

Usque ad annum remissionis, etc. Septimo anno remissionem fieri imperat, ut ad eum modum venerentur omnium remissionis tempus videlicet adventum Christi, qui pro nobis traditus sustulit et remisit chirographum contra nos scriptum.

Nam Scriptura sacra septenario comparat præsens sæculum, quod eo temporis spatio semper ad sua initia revolvantur dies. Nam septimanæ finis est Sabbatum : et vicinus dies octavus alterius sæculi principium est, quo, interventu resurrectionis, ab omnibus liberamur debitis. Hinc fit, ut etiam comparemur ære alieno oppressis : « Duo debitores erant homini uni [43]. » Præterea in oratione Dominica dicimus : « Et remitte nobis debita nostra [44]. » Postulabat igitur legis necessitas, ut anno remissionis singuli ad amissas redirent opes. Cæterum Dominus in integrum restitutionem pollicetur his qui pulchre administraverint in hoc mundo aliena : sic de contrariis verba faciens : « Si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis vobis dabit [45] ? » Quæ autem spectant ad Hebræum, qui servitutem servierit, satis enarrata sunt in Exodo.

(27) Ὅθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις νενόμισται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀφέσεως, ἤτοι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, ἐν ᾧ ἡ ἑορτὴ τοῦ ἐξιλασμοῦ ἐπετελεῖτο. Καθ' ἣν (28) μόνην εἰσῄει ὁ ἱερεὺς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων. Διὰ τοῦτο κυρίως αὐτὸ καλοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι ῥεσσαθὰ (29), τουτέστιν ἀρχὴ τῶν ἓξ ὑπολοίπων μηνῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Κυρίως γὰρ ἡ ἀρχὴ (30) τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ὁ πρῶτος μὴν ὁ Νισσάν ἐστιν, ἤτοι ὁ Ξανθικὸς, ὁ καὶ Ἀπρίλιος. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐνιαυτὸν ὅλον κελεύονται σαββατίζειν τὴν γῆν, ἄρχεται δὲ ἀναγκαίως ὁ σαββατισμὸς ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦ σπόρου, οὐ δεῖ δὲ σπείρειν εἰκότως ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, ἐν ᾧ σπόριμος ὁ καιρὸς, τὴν ἀρχὴν ποιοῦνται τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀφέσεως. Διὸ καὶ Σάββατα Σαββάτων καλεῖται ἡ τοιαύτη ἑορτὴ, καθ' ἣν, ὡς εἴρηται, ἔμελλεν ὁ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς μετανοίας ἄρχεσθαι καιρός.

B

Quidam ait, anni initium apud Judæos certo constare. Nam initium remissionis ab initio septimi petitur mensis, in quem incurrit expiationis solemnitas : quo tempore solo pontifici fas est intrare in Sancta sanctorum. Quapropter proprie Judæi vocant illud tempus Rhesseththa, id est, initium sex residuorum mensium. Principium anni incidit in Xanthicum, quem Judæi vocant Nisan, at Romani Aprilem. Verum quia Sabbatum annuum indicitur terræ, necessario Sabbatum illud incipit a tempore sementis : nec tamen sementis facienda est. Haud incongrue sive inepte principium anni remissionis constituunt a septimo mense, in quem coincidit sementis.

Σάββατα Σαββάτων καλεῖται ἡ ἑορτὴ, καθ' ἣν ἔμελλεν ὁ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς μετανοίας καιρὸς ἄρχεσθαι διὰ (31) τῆς συλλήψεως τοῦ Προδρόμου. Ὅθεν καὶ κατ' ἐτυμολογίαν τοῦ Σαββάτου ἐστιν

C

Idcirco Sabbata Sabbatorum nominatur festum, in quo initium sumpturum erat remissionis et pœnitentiæ tempus, videlicet ab eo tempore, quo conceptus est Præcursor Christi. Hinc etiam colligi

[39] Joan. XVII, 10. [40] Psal. LXVII, 19. [41] Ephes. IV, 11. [42] Matth. XIII, 12. [43] Luc. VII, 41. [44] Matth. VI, 12. [45] Luc. XVI, 12.

NOTÆ.

(27) Φησὶ δέ τις ὡς ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις νενόμισται, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀφέσεως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑβδ. κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κῶδ.

(28) Ὅτε μόνον βατὰ τῷ ἱερεῖ τὰ ἅγια, κτ. Ὁ αὐτ.

(29) Ῥησσεθθά. Ὁ αὐτ.

(30) Ἀρχὴ γὰρ ἔτους ὁ Ξανθικὸς, Νισὰν λεγόμενος παρ' αὐτοῖς· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, Ἀπρίλ. κτ. Ὁ αὐτ.

(31) Ὑπό. Ὁ αὐτ.

poterit Sabbati benedictio. Siquidem remissio quoque dicitur Sabachtha. Consecrant autem remissionem Domino, sive quod septima est, quæ innuitur per dictionem; *Sabaa*.

A ἰδεῖν (32) ὅτι Σάβαχθα (33) καλεῖται ἡ ἄφεσις. Ἀφιᾶσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἑβδόμη ἐστὶν, ὅ ἐστι Σαβαὰ (34).

Et redibitis unusquisque ad possessionem suam et in patriam suam, etc. [41.] Quia plurimæ mansiones sunt apud Deum, et unusquisque suam sortietur. Quæ vero non fuerint jure restituta, videlicet propinquo non redimente bona: ubi usumfructum aliquandiu habuerit emptor, tandem anno remissionis gratis ceu munus **377** Dei, reddit pristinis possessoribus bona illa. Nam terram promissionis ex dono divino possederunt Judæi. Præterea et ipsi fuerunt servi Dei redempti et ad libertatem vocati septimo et quinquagesimo anno. Idcirco inquit: « Servi mei, quos eduxi e terra Ægypti. » Cæterum servi sunt Christi cuncti mortales liberati ab eo servitio molesto mundi. Inquit enim Scriptura: « Cui dedideritis vos servos ad obediendum, servi ejus estis, » sive peccato obtemperatis, peccati estis servi; sive obedientiæ ad justitiam. Seipsum post libertatem a Christo datam denuo in servitutem conjicit, si peccato se conjungit, quemadmodum Hebræus Ægyptio servitio ereptus si se iterum in servitutem propter paupertatem vendit. Verum servitutis necessitas remittebatur Hebræo libenter. Non enim tantum valet pretium, quod pro vendito numeratur, ut fratrem perpetua opprimat servitute. Inquit enim: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, restaurate illum in spiritu mansuetudinis. Et hæc sunt illa delicta, quæ orationibus hominum, possunt dissolvi per gratiam Christi, qui solvit peccata, quæ sancti hic in terra solverint. Sin vero peregrino vel advenæ in servitutem datus fuerit, quemadmodum ille qui ob vetitam fornicationem traditus erat Satanæ, is, inquam, pretium redemptionis refundet, videlicet operibus suis abolendo peccata, propter quæ in servitutis necessitatem devenit. De illo fatur Apostolus: « Ne abundantiore vel majore tristitia absorbeatur talis » ut qui suæ pœnitentiæ et conversionis satis evidens specimen dederit, et suo desiderio testetur tempus esse, ut recipiatur in Ecclesiæ gregem, a quo exclusus fuerat.

Aut unus ex fratribus ejus redimet eum, [48.] Jure redemptionis gaudent illi qui sua justitia et familiaritate, quæ ipsis est cum peccatore, possunt illius dissolvere debita, quemadmodum illi, qui apportabant ad Christum paralyticum, propter fidem suam impetrarunt infirmo sanitatem. Cæterum fortior et validior est spiritualis conjunctio, quam amicitia illa, quæ oritur ex præcedente beneficentia erga beneficos.

Si autem Hebræus ille non redemptus fuerit quo diximus modo, anno redemptionis pristinam recipit libertatem. Frater enim non liberat [46]; at Christus nos liberali causa asserit manu. Et quem judicis sententia servum pronuntiat, huic gratia libertatem tribuit. In lege nemo potiebatur libertate, nisi oblato prius pretio. At sub Christo non sufficiunt vel nostrum pretium, vel pretium quod alii pro nobis persolvere parati sunt, quemadmodum nec Josiæ justitia profuit populo Israelitico. Verum Mosis virtus valuit nonnihil pro populo recenter vocato, qui nequibat commode ea tempestate puniri. Quapropter gratia admisit Mosis justitiam, ob quam pacaretur, propter cognationem, quæ illi cum ista gente fuerat. Nihil dicitur de Levitis in servitutem rapiendis, vel a propinquis in libertatem vindicandis. Non enim licet ut illi, qui reliquis libertatem procurant, in servitutem detrahantur, et deinde ab aliis redimantur. Si enim sal infatuatus fuerit, quo salietur [47]? Levitas igitur ita decet esse solidos in religionis negotio, ut nunquam ad servilem redigantur conditionem. Sin aliter fuerint, insanabiles eos esse et mutilos constat. Proinde sicuti omnes norunt, abjicientur.

B Εἰ δὲ καὶ μὴ διὰ λυτρώσεως δυνηθῇ, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῆς ἀφέσεως ἐξεισιν. Ἀδελφὸς γὰρ οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται Κύριος. Καὶ ὃ κρίσει μὴ λύεται, ἡ χάρις ἀφίησιν· ἐν μὲν τῷ νόμῳ, μὴ διδομένων λύτρων· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ, μὴ ἐξαρκούντων ἅ τις ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἢ ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ καταθείη. Ὡς οὐκ ἤρκεσεν ἡ Ἰωσίου δικαιοσύνη ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· ἡ δὲ Μωϋσέως ἴσχυσεν, ἄρτι τοῦ λαοῦ κεκλημένου, καὶ καιρὸν οὐκ ἔχοντος τελείας κολάσεως. Διὸ τὴν Μωσέως δικαιοσύνην ὑπὲρ τοῦ λαοῦ διὰ συγγένειαν ἡ χάρις ἐδέχετο. Λευΐτου δὲ οὐ λέγει δούλωσιν, οὐδὲ λύτρωσιν ὑπὲρ [ὑπὸ, *ὀρθότερ.*] συγγενοῦς. Οὐ γὰρ ἔστι τοὺς ἑτέρων ἐλευθερωτὰς, αὐτοὺς εἰς δουλείαν πεσεῖν, καὶ δι' ἑτέρων λυτρωθῆναι. *Ἐὰν γὰρ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται*; Δεῖ οὖν ἔχειν
C τὸ ἀνέκπτωτον· εἰ δὲ μὴ, ὡς ἀνιάτως ἔχων, ὡς ἔμπηρος ἀποβάλλεται, καθάπερ ἐγνώκαμεν.

Si frater tuus ad inopiam redactus fuerit, et impotens fuerit manus ejus apud te, subvenies ei, etc. [35.] Ex quibus verbis patefit, fenus et usuram ex impietate exoriri et omnem pellere humanitatem. Non autem imperavit Deus, ut illam beneficentiam in exteras exercerent gentes. Voluit enim ut Judæi exteris gentibus essent infesti, nulloque commercio his sociarentur. Quia harum convictu plurimum Judæo-

[46] Psal. XLVIII, 8. [47] Matth. V, 13.

NOTÆ.

(32) Ἔστιν ὑπολαβεῖν. Ὁ αὐτ.
(33) Σαβαχθά. Ὁ αὐτ.
(34) Σαββά. Ὁ Ἀλεξαν. κώδ.

rum religio labefactari et lædi posset. Nunc vero humanitas et beneficentia ostendenda est erga omnes. Nam omnes ad salutem, quæ in Christo obvenit, vocantur. Majorem igitur flagitat gratiæ tempus virtutem. Imprimis tamen benefaciendum esse fidei domesticis monet Scriptura. Nam multo absurdius est non benefacere fideli, quam populari et domestico in legis politia veteri. **378** Omnes enim nunc domestici censemur ob vocationem, qua ad fidem impellimur. Cæterum avaritia non obsequitur legi, nec reveretur gratiam. Quapropter non immerito avaritia appellatur idololatria. Siquidem illum, qui in lege vitam agit, non oportet aspernari suum fratrem : illum vero qui gratiæ se permisit, non oportet hominem ejusdem naturæ consortem despicere.

Non facietis vobis idolum nec sculptilia, etc. [XXVI, 1.] Prohibet hoc loco, ne quis statuas vel idola, quæ divinis honoribus colat, fabricari instituat. Cæterum Judæi hinc occasione sumpta, prorsus e medio tollunt imaginum et idolorum compositionem, et artem qua construuntur, fortassis moti hac ex causa, quod homines facile hinc labi possent in impietatem, inciperentque colere divinis honoribus res inanimatas. Ponitur quidem terminus, qui lapis est, in agro, ut prædia distinguat et secernat, non ut adoretur. Ad eum modum legimus leones effictos esse ab Salomone, quos collocavit ad sellam regiam : sic Cherubim formavit, sic palmas pinxit in templo, et interim nemo reprehendit illa opera.

Καὶ δώσω τὸν ὑετὸν ὑμῖν ἐν καιρῷ αὐτοῦ. A Μεταληπτέον ταῦτα πνευματικῶς, τοῦ Θεοῦ δίκην γῆς λιπαρᾶς τὰς τῶν αὐτῷ πειθομένων κατάρδοντος ἄνωθεν ψυχὰς, ὡς ἀνελλιπῆ τὸν τῆς εὐσεβείας φέρειν καρπὸν, καὶ διδόντος θείαν εἰρήνην. Περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν· « Ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν, παντὸς ἐχθροῦ, καὶ πάσης διαβολικῆς ἐφόδου ἐκ ποδῶν γινομένης. »

Dabo pluviam vobis in tempore suo, etc. [3.] Hæc spiritualiter accipienda judico. Nam Deus instar fecundæ et feracis terræ suorum animos cœlitus rigat et humectat, ut perennes pietatis fructus proferant. Largitur quoque suis pacem, de qua in hunc modum disserit Paulus : « Pax Christi, quæ exsuperat omnem intellectum, custodiet corda vestra, et sensus vestros, ut nec diabolus vel illa diaboli techna vobis appropinquare ausit [48]. »

Τοῦτο γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, [ὡς Ἱερεμίας φησὶ (35)], καὶ ἐπὶ τῆς ἐσχάτης τῶν Ῥωμαίων πολιορκίας, [ὥς φησιν Ἰώσηπος.] (36).

Quod vero minatur fore, ut suam carnem filiarumque carnem sint, id accidit tempore belli, quod Judæis intulit Nabuchodonosor, ut docet Jeremias [49]. Idem accidit in extremo urbis excidio, cum Romani urbem et gentem deleverunt, ut testatur Josephus.

Καὶ θήσω τὰ κῶλα ὑμῶν ἐπὶ τὰ κῶλα τῶν εἰδώλων ὑμῶν. Τοῦτο ἐποίησεν Ἐζεκίας (37), ὡς ἡ τετάρτη (38) τῶν Βασιλειῶν δηλοῖ. Ὁ δὲ Ἱερε- B μίας (39), καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἔφη τοῦτο γεγενῆσθαι ἐν τῷ καλουμένῳ Ταφὲθ, ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐνώμ.

Et ponam membra vestra super membra idolorum vestrorum, etc. [30.] Hoc factitavit Ezechias, ut patet ex IV libro Reg. et ex secundo Paralip. Itidem Jeremias testatur accidisse in loco, qui vocatur Tophet in valle filii Ennom [50].

Tunc fruetur terra Sabbatis suis, etc. [34.] Quadringentis enim illis et nonaginta annis, quibus summa potestas penes reges fuit in illo populo, septuaginta anni computandi erant pro Sabbatis, qui, ut terra suis frueretur Sabbatis, exacti sunt in captivitate Babylonica. Priscus Judæorum populus promissione felicitatis et terrore pœnarum inducebatur ad virtutem. Verum periculosum erat ut is, qui non toto pectore sitiebat et desiderabat virtutem duplice illa via ad virtutem pelliceretur. Nam si quis erat pusillanimis, neque promissis neque minis facile ad virtutem deducebatur, desperans se posse eam assequi. Qui vero cupidine virtutis adipiscendæ flagrat, eum nihil ab illo ardore repellet. Omnis autem spes opesque nostræ in Deo sitæ sunt, nec momentaneam, quæ in sæculo obtingit, affectamus felicitatem, sed æterna speramus bona, hæcque spes nos neutiquam fallet. Nec exquirimus illa bona quando jam morimur, sed in universali resurrectione potiemur illis bonis.

Et erit æstimatio masculi a viginti annis usque ad sexaginta, etc. [XXVII, 3.] Nam annus vicesimus initium est ætatis ad res gerendas habilis, et sexagesimus finis. Corpora tum vigent, prudentiaque innascitur senilibus annis. Si quis vero consideret spiritus (ut habet adagium) inveniet muliebrem naturam minus quam virilem ponderis habere respectu etiam primæ creationis, id est illius temporis, quo

[48] Philipp. IV, 7. [49] Jerem. VII, 21. [50] ibid. 32.

NOTÆ.

(35) Ἐν κεφ. XIX, ἐδ. 9.

(36) Ἐν κεφ. XVI, τοῦ 7 λόγου. Τοῦ περὶ Ἰουδαϊκῆς ἁλώσ.

(37) Ὁ μὲν Ἐζεκίας, τὰς στήλας καὶ τὰ χειροποίητα κατέλυσεν. (Ὅρα τὸ 4 ἐδ. τοῦ XVIII κεφ. τῆς IV τῶν *Βασ*. καὶ τὸ 14 ἐδ. τοῦ XXX κεφ. τῆς II τῶν Παραλειπ.) Ὁ δὲ Ἰωσίας καὶ τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὰ κῶλα τῶν εἰδώλων ἔθηκε (ὅρα τὸ 2 ἐδ. τοῦ XIII κεφ. τῆς τρίτης τῶν Βασ. καὶ τὸ 14 τοῦ XXIII, τῆς τετάρτης). Περὶ οὗ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς (ἐν τῷ 21 Στρώμ. τοῦ I βιβλ.) τάδε φησί· Μετὰ δὲ Ἐζεκίαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μανασσῆς βασιλεύει ἔτη πεντήκοντα πέντε. Ἔπειτα ὁ τούτου υἱὸς Ἀμὼς ἔτη δύω· μεθ' ὃν Ἰωσίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ὁ νομικώτατος ἔτη τριάκοντα καὶ ἕν. Οὗτος ἐπέθηκε τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὰ κῶλα τῶν εἰδώλων, καθὼς ἐν τῷ Λευϊτικῷ γέγραπται.

(38) Ὡς ἐν τῇ δ' τῶν Βασ. κἀν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(39) Ἐν τῷ 32 ἐδ. τοῦ VII κεφ.

primum creati sunt. Vir siquidem imago et gloria Dei est, at mulier est gloria viri ex ipso sumpta nec ante ipsum formata secundum spiraculum sanctum vitæ, quod inspiravit viro, eoque ipsum animavit. In modo nominata ætate si fuerint vir et mulier, æstimatio viri excedit æstimationem mulieris 20 siclis. Pro viro enim 50, et pro muliere 30 computantur. Etiam in reliquis ætatis conditionibus explicat æstimationis diversitatem. Ætas quæ a quinto anno incipiens se extendit usque ad vicesimum annum multum recedit ab æstimatione virilis **379** ætatis. Quia in ea ætate major est amentia et libido cupidine tum innascente et grassante in corporibus. Ætas, quæ huic succedit, majoris æstimatur propter maturitatem graviorem. Tunc enim defervescunt violentæ cupidines: nec magna est differentia inter eam et virilem ætatem. Prima quoque ætas propter simplicitatem et sinceritatem suam plurimum momenti habet apud Christum dicentem: « Talium est regnum cœlorum [51]. » Qui vero non attingunt propter pauperiem eam æstimationem, nec eam persolvere possunt, a vero pontifice æstimantur pro sua facultate, qui dicit: « Non omnes capaces sunt hujus dicti, sed quibus dictum est [52]. » Huic affine est: « Qui potest capere capiat [53]. » Sejungit illos propter defectus, quos admittit in id, quod possunt, et quod capiunt. Animalium autem consecratorum Deo, quæ munda fuerint, non possunt permutari neque meliore neque deteriore. Non enim perit id, quod fuerit Dei. Siquidem etiam parvulorum angeli vident vultum Patris qui est in cœlis. Verum unusquisque in suo ordine in regno cœlesti potitur gaudiis. Præterea inquit: « Qui venit ad me, eum nequaquam ejiciam [54]. » Familiaritas enim illa, qua concessimus in potestatem Dei, non solum servat primos et secundos, etiam salutem tribuit tertiis, modo ne sint in numero reproborum, qui expelluntur. Nam multæ mansiones sunt apud Patrem. Æstimatio autem datur pro animalibus immundis. Immunda animalia intellige illos qui, non per se, sed per alios conjunguntur Deo. Istos adducunt per charitatem secundum æstimationem pretii illorum. Hi sunt illi, quos paramus amicos ex mammona iniquo, ut suscipiant nos in æterna ipsorum tabernacula. Ædificii æstimatio iterum permittitur arbitrio sacerdotis. In æstimationem agri veniunt etiam fructus computandi. Hinc colligitur præter fructum, quem quis profert illi, qui pro ipso accedit ad Deum, etiam æstimatio ei per istum erit. Inquit enim Paulus: « Non quod requiram munus, sed requiro fructum exuberantem in rationem vestram [55]. »

Si quis Deo dedicaverit non æstimationem, sed ipsam consecraverit domum aut agrum: numerabit æstimationem rei, et quintam partem pretii addet prædictæ summæ. Et possessionem retinebit, nec alii vendet. Sin alii vendiderit, emptor ea bona possidebit usque ad jubilæum, et deinde proprietas vel dominium iterum recidet ad Deum.

A Εἰ δὲ μὴ (40) τιμὴν οἰκίας ἢ ἀγροῦ τις, ἀλλ' αὐτὰ ἁγιάσῃ Θεῷ, τὴν τιμὴν καταθήσει μετὰ τοῦ πέμπτου, λυτρούμενος αὐτὰ, καὶ καθέξει τὰς κτήσεις. Ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἀποδώσεται, ἀλλὰ κἂν ἀποδῶται (41), μέχρι τοῦ Ἰωβηλαίου καθέξει ὁ πριάμενος, καὶ μετὰ τοῦτον ἔσται Θεοῦ.

Qui vero voverit agrum, qui non est de sua hæreditate, sed eum ex empto possederit, eum non acquiret sibi. Ubi persolverit fructus Deo, in jubilæo eumdem agrum restituet venditori.

Τὸν δὲ ἐξ ἀγορασίας (42) ἀγρὸν οὐκ ἀνακτήσεται αὐτὸν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρὸς λόγον τῶν καρπῶν ἀποδοὺς τῷ Θεῷ, ἐν τῷ Ἰωβὴλ ἀποκαταστήσεται τὸν ἀγρὸν τῷ πεπρακότι.

Animalia primogenita, si munda fuerint, non possunt redimi. [26.]

Si vero immunda fuerint, admittitur redemptio cum additione quinta pretii parte.

Μὴ καθαρῶν δὲ, ἡ μετὰ τοῦ πέμπτου λύτρωσις (43).

Aut hac conditione etiam vendi poterunt. Quæcunque autem donantur et consecrantur Deo, nunquam gaudebunt jure redemptionis: imo usque ad mortem sive interitum Dei permanent. Cæterum ex his relucescunt differentiæ illorum qui dedicantur Deo. Nam quidam seipsum per alios Deo consecrat; alius per se ipsum dedicatur Deo. Quidam possunt per alios offerri Deo; alii nequeunt per alios donari Deo, qui videlicet utuntur ministris Dei in negotio Dei, qui quasi æstimatio pro ipsis oblati sunt. Per se donant se Deo, qui administrant munus apostolicum: in secundo ab his ordine sunt, qui diaconatus munia obeunt: ab diaconatu qui discedunt, recidunt ad eam classem hominum, qui aliorum opera junguntur cultui divino. Qui sacerdotii functionem susceperunt, nunquam poterunt ab hac sese segregare et ad sæculi negotia reverti. Nam ad omnia habebuntur inutiles. Sal enim si fuerit infatuatus, quo salietur? Verumtamen et si quis se abdicet diaconatu, ne tamen se totum mancipet externis negotiis et necessitatibus. Hoc enim innuitur per id, quod dicit, agrum non vendendum, sed restituendum Deo etiamsi alienatus fuerit: redimi vero addita quinta parte pretii una cum pretio justo. Significatur præterea eum, qui exagitatur adversis rebus sæculi, debere cogitare spirituale mi-

[51] Matth. XIX, 14. [52] ibid. 11. [53] ibid. 12. [54] Joan. VI, 37. [55] Philipp. IV, 17.

NOTÆ.

(40) Ἐὰν δέ τις μὴ τὴν τιμὴν, ἀλλ' αὐτὴν ἁγιάσῃ τὴν οἰκίαν ἢ τὸν ἀγρὸν, δώσει τὴν τιμὴν καὶ τὸ πέμπτον, καὶ καθέξει ταῦτα, ἑτέρῳ δὲ, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(41) Ἐὰν δὲ ἑτέρῳ ἀποδῶται. Ὁ αὐτ.

(42) Ὁ δὲ ἁγιάσας ἀγρὸν οὐκ ἀπὸ κλήρου ἰδίου, ἀλλ' ἐξ ἀγορασίας οὐκ ἀνακ. κτ. Ὁ αὐτ.

(43) Λύτρωσις, ἢ πρᾶσις. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

ministerium. Quinque etenim sunt, per quæ copulamur Deo : cogitationes, **380** cupiditates, rationes, opera : quintum vero agnosce affectiones. Quod ager venditus non potest redimi ab emptore, sed reddendus est venditori ubi fructus inde perceperis, enigma continet, et indicat illos, qui non recte ecclesiastica munera tractant. Huic simile est et illud, quod de primogenitis animantibus impuris scribitur, quod hæc redimantur cum appendice quintæ pretii justi partis, et vendantur deinde impune.

Καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν πρωτοτόκων καθαρῶν μὲν, A οὐδὲ λύτρωσις.

Verum animalia munda nunquam patiuntur redemptionis conditionem.

Sancta autem sanctorum, quæ donata fuerint Deo, sunt excellentes Dei homines, quique nullo modo a Deo sejungi queunt. Decimæ quoque animalium nec permutari nec redimi possunt. Fructuum vero, decimæ non refugiunt redemptionem si quis paratus sit refundere etiam quintam decimarum partem. Animantia enim inanimatis præstant. *Quidquid vero consecratum fuerit*, ait, *Deo ab hominibus non redimetur.* [28].

Ὅπερ ἐπὶ τῶν πολεμίων (44) ἐπὶ θανάτου γίνεται, ὡς ἐπὶ τῶν Ἱεριχουντίων ἀναθεματισθέντων ἐν στόματι ξίφους, ἣν (45) ἐπὶ τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος ποιήσεται Χριστός. Ἐπὶ δὲ τῶν οἰκείων Θεῷ ἐπὶ τελείᾳ τῇ εἰς Θεὸν μεταθέσει, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ Θεός· « Ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους οἶνον. » Καὶ ὁ Σολομὼν φησιν (46) ἀγαθὸν μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι.

Sic hostes consecrati Deo, penitus delebantur, ut accidit Jericunthis civibus, qui omnes ore gladii erant perdendi, id est, omnes inexorabili judicio, quod typus erat futuri judicii extremi, Dei dediti et addicti erant. Sed alia ratio est consecrationis piorum hominum, qui perfecta pœnitentia et in melius vitæ conversione adjudicantur Deo, ob quos Deus objurgat Judæos, dicens : « Dedistis mihi consecratis vinum bibere [56]. » Salomon periculosum et grave esse docet [57], si quis voverit votum et deinde id reddere vel noluerit vel non persolvendi votum consilium inierit.

Hanc impietatem vitavit Jephthe, cum diceret nullo modo fieri posse, ut filia liberetur vel solvatur dura voti necessitate. Non restitit patris sententiæ pia filia, quæ typus fuit casti et puri Christi, qui seipsum permisit voluntati Patris ut pro nobis atrocissimam obiret mortem. Cæterum crudelis illa voti per solutio semel celebrata postmodum verita est, ut declararet Christum semel pro mundi peccato diros cruciatus perpessum. Exemplum vero Jephthe in litterarum monumenta relatum est, ut simul cauti ne quid temere voveamus Domino : aut si quid voverimus, id bona fide persolvamus. Nam promissiones, quas Deo fecerimus, illibatas conservari oportet etiamsi hominis vitam concernant. Proinde Jephthe exemplum proposuit, qui in re maxima Domino servavit fidem, ut nos similiter agamus, ejusque justitiam imitemur. Jephthe promissis stetit, ne deprehenderetur transgredi legem. Quamvis votum illud reddiderit, non tamen id fecit secundum scientiam. Animus ejus integer et incorruptus magis in hoc facto considerandus est. Ut universalem quamdam proferamus expositionem de his rebus, quæ consecratæ fuerint Deo, sic audi. Quædam consecrabantur Domino, et nominantur sancta. Licebat sacerdoti hæc vel retinere vel alienare. Laus Deo Trino et uni.

Ἀνάθημα δὲ οὐδὲν λύτρον ἐστὶν, ἀλλ' ἅγιον (47) B ἁγίων Θεῷ ἕως θανάτου, καὶ ἀντὶ λυτρώσεως ἀνατίθεται.

Quædam dedicabantur Domino, et appellabantur anathemata. Hæc nunquam ad humanos et profanos usus revocati poterant : perpetuo consecrata et divinis usibus destinata servabantur.

[56] Amos II, 12. [57] Eccli. V, 3, 4.

NOTÆ.

(44) Ὅταν ἐπὶ τῶν πολεμίων. Ὁ Ἀλεξαν. κώδ. Ἐπὶ μὲν πολεμίων ἐπὶ θανάτῳ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(45) Τὸ, ἣν, οὐδαμοῦ ἀναφέρεται. Καὶ ἴσ. ἀναγνωστ. ὅπερ. Ὁ δὲ τῆς Αὐγ. κώδ. τάδ' ἔχει· τουτέστιν ἀνατεθέντων τῇ ἀπαραιτήτῳ κρίσει τοῦ μέλλοντος. Ἐπὶ δὲ, κτ.

(46) Ὁ δὲ Σολομὼν δεινὸν ἀποφαίνει τὸ μετὰ τὴν ἐφ' ἑαυτῷ εὐχὴν ἀνασκέψασθαι. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(47) Ἀλλ' ἀνατίθεται μέχρι θανάτου. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

COMMENTARII IN NUMEROS.

Πᾶς ἄρσην, ἀπὸ εἰκοσαέτους καὶ ἐπάνω. Παρα- C τηρητέον ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, ὅτι οὐ γυνὴ ἀριθμεῖται, ὡς ἀσθενής· οὐ παιδίον, ὡς εὐκαταφρόνητον, πλὴν πρωτοτόκων καὶ Λευϊτῶν· οὐ δοῦλος, διὰ τὸ ἄτιμον· οὐχ ἐπίμικτος, διὰ τὸ ἀλλότριον· ἀλλ' οἱ ἄρσενες

381 *Omnis viginti et supra annorum mas* [I, 3.] In numeris observandum est, quod nec mulier, ceu sexus imbecillior, nec puer (primogenitis et Levitis exceptis), ceu ætas contemptui obnoxia, nec servus ceu abjectus, nec advena ceu alienus; sed

mares indigenæ, liberi, bene nati, justamque æta- A tem adepti in supplementum, hoc est, generis seriem Christi, accensentur.

καὶ οἰκεῖοι, ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἥκοντες τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.

Nam ii qui animos ad pugnam instructissimos habent, quique divina cognitione digni judicantur, in numero ipsius et decuria locum demum inveniunt. Alioqui sane cognitionem ipsius subterfugit nihil, juxta illud : « Qui copias astrorum dinumerat [58]. » Et illud : « Omnes suo vocabit nomine [59]. » Quin etiam ad passeres usque suam cognitionem pervenire Servator asserit [60]. Atque justorum cognitionem, per familias, per domos, per unumquemque separatim, ab universis ad singulos propagat. Siquidem partes singulæ in universo conclusæ tenentur, nec totius, partibus exclusis, juxta Græcorum quorumdam opinionem, ratio ullo modo haberi potest. Ad hunc modum recensione quoque super Saule facta, secundum tribus primum facta est sortitio. Deinde secundum familias. Demum secundum unumquemque donec sorte quæsitus esset deprehensus. Qui mos etiam cum Achan usurpatus est. Qui igitur descriptiohe digni exstiterint, in vita referentur. Beatus autem ille qui in civitatem Jerusalem inscribi dignus fuerit judicatus : « Exsultate enim, inquit, eo quod nomina vestra in cœlis sunt inscripta [61]. » Quoniam vero civem Jerusalem exsistere, et vitæ felicitatisque consortem esse inter se cohærent, vehementer enitendum est, ne exsistant quorum nomina sint ascripta, cum ipsi interim a vita, sua culpa desciscentes, juxta Jeremiam, excidant. Quod cum ita sit, duplicem descriptionem esse cogitandum est, unam quidem eorum, qui ad vitam sunt descripti, quorum capilli in numerato apud Deum habentur, alteram eorum qui ad interitum. Hoc enim quod dicitur : « E commentario viventium excindantur [61*]; » item : « In numero justorum non collocentur [62]; » atque illud : « E libro tuo me aboleto [63], » de iis qui descriptione a Deo digni jam habiti erant, et sæpenumero, quando a virtute ad vitium deflectimus videlicet, descriptionis permutationem fieri, est intelligendum. Facta est autem descriptio per Mosen et Aaronem, quo in ambobus unicum Christum ; in Mose quidem ut latorem legum, in Aarone vero, ut pontificem summum contemplaremur. Cæterum descriptos Joannes inquit : « In litteris meis nolo vos celare, juvenes, quod viros vos præstitistis, et malum devicistis [64]. » Accensentur vero Mosi collegæ, quos adjunxit Deus, tribunus nempe tribuum singularum, dux militiæ, princeps consiliorum. Qui sane angelos super hominibus succenturiatos repræsentant. De justis enim scriptum exstat : « Angelus Domini castra undique circa timentes ipsum habet, ipsosque pro virili asserit [65]. » Siquidem ii ipsi quoque gentium limites Israelitis sorte distribuerunt. Collocantur vero illi secundum generis dignitatem, nec generationis seriem. Primo Rubon, deinceps cuncti illi octo, qui e liberis uxoribus sunt exorti. Postea quatuor a servis editi. Ipsa enim antiquitas per se apud Deum non excellit. Quemadmodum nec Israel posteriori Ecclesiæ, illius enim typum gessit Ismael, hujus vero, bene natus ille, quamvis junior Isaac. Idcirco qui baptizati vim cœlitus et divitias compararunt, quique novo ascito habitu rerum divinarum sategerunt, tam juvenes quam viri, supernis instituuntur sedibus. Non uno tamen eodemque modo omnes ; sed, si Apostolo credimus, secundum patrias, et familias, alii quidem sic, alii vero sic [66]. Quare adultis Levitas et primogenitos in catalogo subjungit. Imo cum nobis
382 misisset Filium gravis annorum Pater, ut in Daniele legimus [67], libros aperuit, ac reos quidem peccatorum judicio subjecit, eos vero qui fortiter egerant cœlestibus locis inscribi accenserique mandat, deletis ex libro viventium, juxta Davidis vaticinium, Judæis [68], qui segniter egerant, fidemque derogaverant vocationi suæ, hoc quidem prætexente quod emisset agrum, illo quod uxorem duxisset.

Considera filios Levi, etc. [III, 6.] Prima quidem descriptio est magnanimi atque prudentis. Duarum vero sequentium altera quidem omnem Levitici generis masculum continet. Altera vero reliqui vulgi non omnem masculum, verum primogenitum cujus ætas a mense vel supra numeraretur etiam. Primæ etenim descriptioni illam quoque quæ fidem repræsentaret adjungere erat necesse : cujus quidem duplex exstitit ratio. Alii etenim Dei jugo submittentes colla fidei, sanctitatem operum adjungunt. Alii vero cum mundo participantes, sanctimoniæ exercitium mancum imperfectumque relinquunt. Quorum illi quidem imaginem eorum qui inter Levitas primas tenent, hi vero qui sequuntur eos, præ se ferunt. Cuncti mares primogeniti Christi primogeniti figuram in se habent. At qui his inferiores sunt, Paulo opus habent, qui eos parturiat, donec in eis confirmetur Dominus [69]. De reliquis quidem tribubus non cunctus mas, imo primogenitus tantum describitur. Si quidem non omnis homo fidelis et Christo conformis est, cum multi non credant omnino. Cæterum de Levitis omnis : « Deus enim quod sanctum est sibi totum vindicat. » Claram vero Christi infantiam facit, quod primogenitorum descriptio ad mensis quoque ætatem et supra sese demittebat usque. Et tales cum nos esse vellet, inquit : « Sitis prudentes velut serpentes, et plani sicut columbæ [70]. » Quin et Paulus dicit : « Fratres, ne fiatis mentibus vestris puerulis similes, sed malitia : corde vero ad perfectionem aspirate [71]. » In votis enim perfecti habent ut servemur, et bonorum quæ piis suis laboribus pepererunt, participes fiamus : Magnum enim me tenet vestri desiderium, inquit, ut donorum spiritualium vobis aliquod im-

[58] Psal. CXLVI, 4. [59] Isa. XL, 26. [60] Matth. X, 29. [61] Luc. X, 20. [61*] Psal. LXVIII, 29. [62] ibid. [63] Exod. XXXII, 32. [64] Joan. II, 14. [65] Psal. XXXIII, 8. [66] I Cor. VII, 7. [67] Dan. VII, 13 seq. [68] Psal. LXVIII, 29. [69] Galat. IV, 19. [70] Matth. X, 16. [71] I Cor. XIV, 20.

pertiam, nempe certam et constantem Dei cognitionem: recordabatur enim Christi verborum: « Gratis accepistis, gratis reddite [12]. » Ac in summa quidem magna nobis per illos usura redit, si divina propter peccata concepta æmula concurrat. Quocirca Jeremias supplicationem pro populo apud Deum effundens, audit: « Oberrate in viis Jerusalem, et videte si quis judicium exerceat, et fidem sectetur. Quod si fuerit, ego quoque episcopis propitius fuero [12-11]. » In Sodomis quoque de quinque [decem] percontatus est [12], quorum gratia iram suam voluit deponere.

Cave ne tribum Levi alii accenseas. [10.] Propter sacrificia hujus tribus hæc facta est separatio, ea ratione videlicet, qua Apostolus etiam ad Evangelium fuit separatus.

Cave ne tribum illam adnumeras. Separetur, inquam, tribus illa, propter ministerium suum, quod separatum esse dicunt, atque ita, ut si quis alienus (quem sacris non initiatum vocat) illud capesceret, moreretur. Ac ne regi quidem sacris operari erat licitum, adeo ut cum conatus esset ille, lepra inficeretur. Et hac sane ratione, ex invocatione Philippi diaconi Spiritus non descendit ab initio, Petri et Joannis hoc officium cum esset. At concedamus sane hanc functionem esse sacram, quid vera jam ista segregatione erat opus, cum natura quodammodo inferius a superioris ordine abstineat? Quid inquis? ad ordinis perspicuitatem facere nota; unde constat illud quod dicit: « Quisque in suum ordinem et decuriam sese ferat [13]. » Quid quod angeli quoque centuriis sunt disjuncti? Quid quod divina institutione sub majoribus minores positi sunt?

Ponent autem castra orientem versus ad exorientem solem qui sunt sub vexillo castrorum Juda per exercitus suos [14]. [22.] Judas primogenito Ruben præponitur, quod in Christo secundo loco est notandum. Sub primi ducis signis, in lumine et spiritu vitam suam transigentes designantur. Cæterum quod alii tabernaculo aliis immineat propius, alios virtuti viciniores aliis esse insinuat. Habet Judas, a quo Christus secundum carnem natus est, primum locum post tres illas quæ a principe tribu Ruben videlicet, numerantur.

Τάγμα δεύτερον (48), οὗτοι· Ῥουβὶμ, Συμεὼν, Γάδ. Ὁ πρωτότοκος ἐξάρχει μετὰ τὸν βασιλέα. Πρωτότοκος γὰρ ὁ Χριστὸς ἐν σαρκί. Δεύτερον δὲ τὸ ἐν ὑπάρξει σεμνὸν, ἢ τὸ βασιλικόν. Συνέζευκται δὲ τοῖς ἐλευθέροις τὸ δοῦλον, βοηθούμενον τῇ συζεύξει· καὶ τοῦτο μάλιστα παρὰ Χριστῷ, ὅπου οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος.

Τρίτον τάγμα οὗτοι· Ἐφραῒμ, Μανασσῆς, Βενιαμίν. Ἐκ πρωτοτόκου τῆς Ῥαχὴλ ὁ Ἐφραῒμ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἰωσὴφ υἱοῦ πρώτου (49) τῆς Ῥαχήλ. Συνάπτεται δὲ καὶ ὁ ἕτερος, δεύτερος ὢν, πρότερος ἐν τύπῳ τῶν ἐπιστρεφόντων ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ, ὄντων ἐχθρῶν, καὶ διὰ τοὺς πατέρας ἀγαπητῶν.

Τέταρτον τάγμα (50) εἰσὶν οἵδε· Δὰν, Ἀσὴρ, Νεφθαλείμ. Δοῦλον τὸ γένος, ἀλλ' οὐκ ἀτιμάζεται (51) οὐδὲ ἐν νόμῳ.

A Secundum Ruben habet. Post regem enim secundus primogenituram **383** honor manet, primogenitus enim omnis carnis Christus exsistit [15]. Copulati vero sunt liberis servi, ut mutuo sibi suppetias ferant. Quod in primis apud Christum fieri solet, in quo nec servus est nec libertus [16]: super servos enim spiritus est effusus.

Tertiam stationem Ephraim, Manasse, Benjamin obtinent. Ex primogenito Rachelis susceptus est Ephraim, a Josepho enim primo Rachelis filio est progenitus. Adjungitur vero etiam alter, posterior quidem in ordine, prior vero in figura, quam iis, qui ex inimicis amici fiunt, et chari propter patres sunt, prætulit: [17] Versa enim vice servus in libertatem est translatus.

Quartum ordinem obtinent Dan, Aser Nephthalim: genus servile, sed non despicitur in lege.

Unaquæque vero tribus in modum exercitus instructa erat. Erat enim locus, erat distincta regio, erat certus numerus, ita ut salvo ordine ire et redire possent. Insuper et manifestum fiebat quot ex quaque tribu ab pugna egrederentur, quot manerent, quotque in bello cadere contigisset. Notandum vero, quod tantum illi, qui viginti et supra annorum exsistentes censum sustinebant, ordinibus insistebant, tentoriumque reliqua supellectile triduo ante assumpta comitabantur, ut sequetur.

Et tuebantur custodias ejus, Aaronis videlicet. [38.] Ipse vero repræsentat Christum quem Pater domui suæ, quæ nos sumus, præfecit. At sacrorum ejus cooperarii, apostolorum ordo est, Dei enim cooperarii sunt, et mysteriorum Dei dispensatores. Innuit autem sanctæ Ecclesiæ ordines, episcoporum puta, et presbyterorum qui sacra ministeria obeunt. Ea vero quæ intra tentorium sunt, ordines eorum adumbrant, qui suam fidem in profunda et abdita abstrudunt. In quos illud competit, sacras suas tuebuntur functiones. Diaconorum item, qui ministeriis publicis invigilant, qui populum de precibus et reliquis

[12] Matth. x, 8. [12-11] Jerem. v, 1. [12] Gen. xviii, 32. [13] x, 18. [14] Hic locus in Græco parum integer est, ac valde perplexus. [15] Coloss. i, 15. [16] Galat. iii, 28. [17] in Græco quiddam mancum interseritur.

NOTÆ.

(48) Δευτέραν ὁ Ῥουβὴν παρεμβολὴν ἔχει καὶ τάγμα. Μετὰ γὰρ τὸν βασιλέα δεύτερον τὸ ἐν προϋπάρξει σεμνόν· Πρωτότοκος γὰρ ὁ Κύριος ἐν σαρκί· συνέζευκται δὲ, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(49) Ὑἱδοῦς ὄντος υἱοῦ πρώτου. Ὁ αὐτ.

(50) Τῶν ἀμφὶ Δάν. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(51) Ἀλλ' οὐδὲ ἐν νόμῳ ἀπόβλητον. Ὁ αὐτ.

rebus erudiunt, qui sacra vasa administrant, in quos illud dici possit: « Custodient custodias tabernaculi, omnia vasa ipsius, et populi judicia; » Ministri enim erant sacrorum munerum et magistri plebis. Et cum puer non esset eis, sacris operati sunt Eleazar et Ithamar, cum patre suo Aarone. In satis etenim erat ut sacrum munus a Deo constitutum duraret perpetuo. At hic quidem causa redditur quam ob fratres contra se dissiderunt invicem. Addit enim, « cum Aarone : » a Deo autem sacerdotii persona Aaronis generi est imposita, nec vicissitudinis incertitudine, ut sub Saule contigit, labefactaretur. Adami quippe prosapia per Seth quoque conservabatur post Caini et abelis mortem. David item ne successoribus propter Solomonis exorbitationem destitueretur, eximia pietate sua est sublevatus; factum est enim, ut per ipsum conservaretur filius, potius quam ut ipse propter filium sua stirpe excideret; quemadmodum scriptum est. Ac Israel non funditus extirpata est, cum in ea essent qui credebant. Iniquitas enim ejus est inducta, propter benignitatem Dei, quam concepit erga patres. Quapropter augusta antiquitus sobolis propagatio fuit sicut sterilitas lugubris. Causam vero propter quam Levitas mancipet, esse ait, Israelis ex Ægypto assertionem; non solum hominum affectio ipsos apud Deum commendat, verum multo magis Deus ipse homines attrahit, sibique vindicat. Unde et Joannes : Non quod Deum dilexerimus nos, inquit, verum nos Deus, cum Filium ad nos misisset [18]. Idcirco quidem primogenitos sibi consecravit, quod primogenitos quoque in Ægypto magnis affecit beneficiis. Ita sane etiam cum primitus in testimonium gloriæ suæ ex omnibus hominibus selegisset Deus, agnoque pro nobis deposito, ab internecione rapuisset, nos quoque sibi dicavit proprios. Quid vero causæ est quod non ipsos quidem primogenitos, quos sanctificasse se testatur, ad sacri ministerii functionem separat? Aut cur Levitæ eam ad rem primogenitis exsistunt potiores? Quia si ex omni tribu more consueto primogeniti forent assumpti, vulgare nimis ministerium sacrum evasisset apud plebem, atque eviluisset. Quapropter ex æquo ut regnum unicæ Judæ tribui est addictum, sacerdotium quoque ab aliis tribubus sejunctum esse oportuit. Quorum utroque sane ad Christum, qui sacerdotium et regnum communitatis exsors habet, facta est allusio. Ac illud quidem a matre, hoc vero a patre habuit. At primogenitos sibi vindicaverat, inquis : quid tum? nonne enim **384** quidquid uspiam est, pro virili sibi usurpat et vindicat? imo vero bruta ipsa sanctificasse sibi dicit. « Mihi enim cedat, inquit, omne primogenitum in Israel, sive hominis sive jumenti exsistat. » De primogenitis vero in Exodo dictum est uberius.

Viginti quinque et supra annorum, usque ad quinquaginta. Descriptio quidem reliqua mensis ætatem propter innocentiam ejus quæ magni apud Deum fit, attingebat. Cæterum sacra ministerii functio ætatem validam, et maturam, qualis est initio posita, quæ adolescentiam superaret, aque senili infirmitate procul abesset, flagitabat, Quare cum Cahath mediam ætatem inter Gerson et Merari teneret, gloriam illam præ iis est consecutus, ut ex sua stirpe sacerdotes, quorum singuli principem habeant proprium, emittat. Supremus vero princeps inter principes Leviticos, Eleazar Aaronis filius est. Ad hunc sane modum cuivis Christiano angelus sit proprius licet. Omnium tamen unus Dominus et rex est Christus, Dominus enim ille dominantium et rex regnantium. Latus vero tabernaculi posterius.

Occasum versus tuebantur Gersonitæ, meridionale et Cahathitæ, septentrionale Meraritæ, orientale sacerdotes, ea ratione nimirum, quo sacerdotes movendi, iterque faciendi, in oriente cum tribu Juda, darent auspicia. In horum aliorumque medio sacra vasa a sacerdotibus obvelata, ut nec ipsi qui ferebant nec alii aditum visendi ea haberent, Cahathitæ portabant.

A Τόπος τοῖς Γηδσωνίταις ὁ ὀπισθόδομος, δυτικὸς ὤν· τοῖς δὲ Καaθίταις, τὸ νότιον τῆς σκηνῆς· τοῖς δὲ Μεραρίταις, τὸ βόρειον· τοῖς δὲ ἱερεῦσι, τὸ ἀνατολικόν. Ἵνα ἐν ταῖς κινήσεσι καὶ ὁδοιπορίαις κατάρχῃ μὲν τὸ ἀνατολικὸν πρὸς τῷ Ἰούδα τάγματι, οἱ ἱερεῖς. Τούτων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὦσιν ἐν μέσῳ οἱ Καaθῖται, φέροντες τὰ ἱερὰ σκεύη κεκαλυμμένα ὑπὸ τῶν ἱερέων, καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς φέρουσιν ἀθεώρητα.

Hæc multifariam supra in Christum traduximus : qui varietate colorum tegumenti notatur quoque. Ac hyacinthinum quidem repræsentat cœlestem ejus sedem. Purpureum vero ejus regnum. Coccineum ejus sanguinem, quem nostra causa effudit. Humeris vero sacerdotum innituntur sacra, ne sancta cum sint, super lignis portata post tergum portantis delabantur. Cæterum fundamenta tentorii nostram substantiam adumbrare tradunt ; strata vero divinos ornatus, vasa et quæ in eis sunt reposita, divinam in nobis habitationem.

Et erunt Levitæ mei et ego Dominus ipsorum, etc. [45.] Fortunatos efficiam promptos et industrios in sacris solius Domini muneribus. Jam vero hac familiaritate non caro ipsa ac humanum Levitarum genus circumscribitur, sed ipsa electio, unde est profecta : Omnis enim Dei proprius est, qui in rebus divinis operam sedulam collocat.

Aliorum vero hominum redemptionis pretia in

B *Καὶ ἔσονται ἐμοὶ [οἱ] Λευῖται. Ἐγὼ Κύριος.* Μακαρίζων τοὺς ἑτοίμους καὶ εὐσχόλους εἰς τὰ Θεοῦ τοῦ μόνου Κυρίου. Νῦν δὲ οὐ γένει σωματικῷ τὸ οἰκεῖον, ἀλλὰ προαιρέσει ὁρίζεται. Καὶ πᾶς ἴδιος ὁ τὰ Θεοῦ ἐργαζόμενος.

Τὰ τῶν λοιπῶν λύτρα τοῖς ἱερεῦσι δίδοται, ὥστε

[18] I Joan. IV, 10.

δικαίως τοὺς Λευΐτας ὑπὲρ αὐτῶν λειτουργεῖν, κομισαμένους διὰ τῶν ἱερέων τὰ λύτρα. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν Λευϊτῶν τοῦ ἀντιδιδομένου τῶν πρωτοτόκων δύναμιν ἔχει Χριστὸς πάντων ἀνθρώπων ἀντιδοθεὶς τῶν ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἀντὶ τῆς λυτρώσεως τῶν περιττῶν, ὑπὲρ ὧν οὐχ ἦσαν Λευῖται ἰσάριθμοι· οὐ μερικῶς, οὐδὲ διαφόρως, ἀλλ' εἷς ὑπὲρ πάντων λύτρον γινόμενος, κατατιθέντων αὐτῷ λύτρα τὸν λόγον τῆς πίστεως, ἐμπεριέχοντα τὴν τοῦ ἑπταμεροῦς νόμου πλήρωσιν, ἐν τοῖς πέντε σίκλοις σημαινομένην.

A ipsos conferuntur sacerdotes, ut merito Levitæ ipsorum nomine sacra faciant, per ipsos sacerdotes redemptionis pretia reportaturi. Omnium vero quoquot Levitarum in primogenitum locum subrogati sunt, æqualem potestatem Christus habet unicus, qui pro omnibus hominibus ab Adamo omnium parente descendentibus, est depositus. Quin et ipse quoque pro redemptione reliquorum qui Levitarum numerum excedebant, satisfecit non particulatim quidem, nec repetitis vicibus, sed unus factus obses pro omnibus, pretium redemptionis persolventibus ei, fidem quinquepartitæ legis impletionem quinque illis siclis etiam designatum, complectentem, videlicet.

Τὸ μὴ ὁρᾶσθαι τὰ ἱερὰ, τὸ ἀθεώρητον δηλοῖ τῆς θεότητος τοῖς μὴ εἰς ἄκρον ἥκουσιν. Ἀγγέλοις γοῦν τὸ θεάσασθαι τὸν Θεὸν ἀνάκειται πρὸς δόξαν· τοὺς δὲ ἀνθρώπους, ὕστερόν ποτε θεάσασθαι Θεὸν, φησὶν ὁ Χριστὸς, ὅταν ἔλθωσι καθαροὶ πρὸς τὸ τέλειον. Τὸ δὲ ἱερὸν σκεῦος, ὡς Θεοῦ οὐσία τιμᾶται, καθὸ καὶ ἡνώθη σκεύει ἡ θεία οὐσία κατὰ τὴν σάρκωσιν. Μὴ θεωρουμένη δὲ ἡμῖν ἡ θεία οὐσία, ὑπὲρ ἡμᾶς ἐστιν, ἀλλ' ἐπισκιάζει ἡμῖν ὑπερέχουσα.

Cæterum quod sacra conspici non poterant, divinitatem in sublime non tendentibus spectandam non obvenire argumento exstitit. Quod vero angeli B Deum contemplantur, ad gloriam ipsorum facit; posteris enim temporibus homines Deum spectaturos esse, indicat Christus [19], quando perfectionem absolutam fuerint adepti nempe. Vas vero sacrum seu Dei substantia colitur, siquidem cum carne tanquam cum vase copulata est divinitas. At divina essentia cum nobis longe sit superior, conspectum nostrum refugit, ac sese tanquam in umbra quadam super nos demittit.

Quapropter super humeris Levitarum exsistit, juxta illud quod dicitur Deum super Cherubim residere et super Ephraim, tanquam super buccula. Contegitur vero arca tegmine variis coloribus distincto quod in volucri legis, mandatorumque varietatis parvam significationem habet. Quocirca hyacinthinum minimeque lucidum est, quod incumbit vestimentum, coriumque. Atqui mensa prælucida, purpura et cocco tegitur propter sanguinem: forinsecus **385** autem hyacintho, eo quod difficile sit cognitu quantus in divina ambrosia splendor, quantumque salutis in Christi sanguine insit. Candelabrum pelle amictuque hyacinthino obvelatur, Ecclesiæ quippe quod figuram sustineat: nam omnes res humanæ obscuræ sunt et opacæ. Eodem quoque modo altare suffimenti, quod thymisterium vocant, velatur: odor enim precum, quemadmodum suffitorum quoque, occulte intra sinum animi serpit, ut testis est David.

Τὸ θυσιαστήριον καλύπτεται πορφυρῷ καὶ ὑακινθίνῳ. Ἔνι μὲν γὰρ ἐν τῷ θείῳ θύματι τὸ λαμπρὸν καὶ βασιλικὸν, ἔνι δὲ ἐπικάλυψις.

C Porro altare holocausti purpura et hyacintho obvolvitur: in divino enim sacrificio splendor ac magnificentia est, itemque involutio.

Par est autem æstate tabernaculum rubris et hyacinthinis velis, ad decus et ornatum obduci, hieme vero de pellibus boni consulere.

Καὶ τὰς βάσεις αὐτῆς, καὶ τὸ κάλυμμα. Ἔοικε κάλυμμα νῦν τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς λέγειν, οὐχ ὅτι αὐτὸ ἐβάσταζον· τοῖς γὰρ υἱοῖς Γεδσὼν ἀπενενέμητο· ἀλλὰ τοὺς στύλους τούτων. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι ἕτερον κάλυμμα ἔχον στύλους.

Et fulcra ejus atque tegmen, etc. [IV, 32.] Tegmen nunc atrii vela vocare videtur: non quidem quod portaverint ipsum, filiis enim Gersom id muneris impositum erat, sed perticas ejus. Conjectare enim non possumus assequi, tegmen columnas habuisse aliud.

Et tegmen ostii tabernaculi. Atqui filiis Gersom hoc officii paulo ante datum erat. Verum pro columnis ipsius, tegmen ipsum posuit.

Omnem leprosum, omnem semen profundentem, omnem ex anima contaminatum. [V, 2.] Id est, qui cadaver aliquod contrectavit. De horum autem exploratione supra in Levitico dictum est. Illud vero observandum, quod lepra mortificationis significationem continet, ut auctor est Aaron: cum enim pro Maria sorore sua deprecaretur apud Deum, inquit: Ne fiat aborto similis qui egreditur ex matrice matris, et carnis ipsius dimidium absumatur [21]. »

Quicunque fecerit ex omnibus delictis quæ contra hominem admittuntur. [6.] Vir aut mulier qui spoliaverint aliquem, sortem restituendo, quintamque partem adjiciendo, culpam suam rescindant, dominoque victimam offerendo, expient. Et hæc quidem pœna a furis supplicio quo ad quintupli redditionem astringitur, est diversa; aliud enim supplicium seu pœna peccati est, aliud castigatio, seu emendatio ejus. Quæ quidem illis adhibetur qui ad mentem reversi de correctione iniquitatum sedulo cogitant:

[19] Matth. v, 8. [20] Psal. CXI, 2. [21] Num. XII, 12.

unde victima eorum ad expiationem illis quoque inseruit. Pulchre vero ea quæ in homines delinquuntur iis opponit, quæ in numen admittuntur, nullamque mitigationem impetrant, quemadmodum in eo qui Sabbati feria ligna collegerat planum fiet, et factum jam est in eo qui ad contumeliam Dei nomine ejus abusus fuerat.

Cujuscunque viri uxor transgressionis rea fuerit. [12.] Hoc edocemur sane, quod ad Dei cognitionem sub falsa puritatis specie pollutus pertingit nemo Quorum enim peccata non palam, judicio extracta, fiunt, eos occulte consectabuntur. In confessione quippe iniquitatis idem quod in lepra et seminis effusione contingere solet : te enim tacente licet, cogitationes ad Deum clamitant, verba item quorum etiam sub hominum notitiam cadunt affectiones : tenebræ denique in quibus adulterium sese fovet et sustentat plerumque ; quapropter Ecclesiastes inquit [22] omnem actionem a Deo in judicium producitam iri ; necnon Apostolus : « Omnes quidem nos coram tribunali Christi sistendos esse, ut quisque proprio corpore auferat, quod eo in vita quæsivit, sive bonum sit, sive contra [23]. »

Hordeacea igitur farina citra thus et oleum adducatur. [15.] Hoc sane, peccatorum vitam jumentorum plane similem esse, in qua saporis, in qua delectationis nihil sit, arguit. Perpetuus enim supplicii metus, et de corona adest desperatio. Nuda vero in judicio astabit. Nihil quidquam Deum qui scrutatur corda renesque [24] fallere posse nuditas mulieris repræsentat ; Deum inquam, qui voce prophetæ ita eloquitur : « Deus ego propinquus sum, dicit Dominus, nec Deus sum remotus [25], » cujus ab oculis non abscondetur quidquam, quanto minus vero turpitudinis crimina. Idcirco Paulus [26], mulierem nudo capite preces fundere vetuit. Index vero **386** Dei verbum est, quod repræsentatur in imagine, ceu aqua viva quæ hausta penetrat in intima prædictæ mulieris viscera. Contendit enim illud in ipsas animi sedes, in juncturas membrorum, in medullas ossium, ac discernit et explorat affectiones mentis animique cogitationes. Cujus verbi vis in pronuntiatis judicialibus in libro descriptis, aquaque illa delibutis, abortionem ac ventris inflammationem adulteræ concitantibus consistit. Quibus affectionibus mulieris, quid legis neglectus pariat indicatur. Atqui aqua illa viva atque pura, Dei verbum vivificans, omnisque peccati exsors, quod in carne tanquam in testaceo vase (e terra enim caro fuit), significat. At tentorii pulvis mortem ipsius quam nostra causa pertulit, insinuat, juxta illud quod homini, cum creatus esset, fuit dictum : « Cinis es et in cinerem redibis [27]. » Verba vero condemnationis, illum qui pro nobis exsecrationem subivit denotant. Exsecratum enim cunctum esse qui e ligno pependit, scriptum est [28]. Christus igitur in animi profunditatem recedens, reos quidem puniendo redarguit, insontes vero frugiferos reddit. At qui Deo non acceptus est punitur, cum nulla ejus mentio fiet apud eum qui ad alienos dicit : « Non novi vos [29]. » Cæterum qui patitur valde indigna, aliis juramentum mala propulsandi fit, qui, Ne mihi eveniat quod evenit illi, dicunt.

Quicunque vir seu mulier votum magnum nuncupaverit. [VI, 2.] Græcorum liberi, si in nymphas vel montanas, vel aquatiles incidissent, comas nutriebant. Lex itaque mala dæmonum consuetudine dempta ad Deum hoc ipsum transfert. Pari nimirum modo, quo sacrificia, de quibus apud Isaiam dicit [30] : Ecquis vero de manibus vestris ea requirebat, illis condonavit etiam [31] ». Cæterum caput mentis præ se imaginem fert ; capilli vero cogitationum et motionum a natura nobis insitarum. At qui in Dei honorem comam nutrit, optimis actionibus quarum causa divina cognitione dignus evadit, operam navat. Quapropter ab omni malitia tanquam ab ebrietate, ex æquo enim mentem alienat, abstinendum est. Quod ipsum sermo ille propheticus declarat : « Sacerdos et vates vino vecordes sunt facti, siceræ ingurgitatione sunt quassati [31]. » Item illud quod alibi Isaias dicit : « Vitis enim eorum ex vinea Sodomæ est, sarmentum ipsorum ex Gomorrha ; Uva eorum uva bilis est, botros habent ponticos, animus æstus draconum vinum eorum [32] ». Sunt qui proximum suum turbulenta fece potasse feruntur. Acetum, voluptates enormes et cum natura pugnantes repræsentat. Cæterum interdicto uvarum passarum et acinorum vinaceorum inveteratas voluptates, amolitur, et a vestigiis eorum mentem referendam esse monet, et ad vomitum peccatorum redire vetat ; et ab his sane rebus qui abstinet, et in ea quæ his sunt contraria incumbit, Deo suam comam nutrit ; qui si comam vapore aliquo exitiali deleat, calvitiem fœdam nec sine magno dedecore efficit. Quocirca ad Jerusalem dixit Dominus : « Rade te, et tondare delicatorum natorum tuorum causa [33] ; » ignominiæ enim et luctus indicium tonsura est. Omnibus igitur exacte perpensis. eum qui per peccatum (per quod in mortis vincula delapsus animus nullis recte factis sese amplius comare poterit) a sua sanctificatione excidit, illam captare assumereque iterum necesse est. Ad hujusmodi Paulus inquit : « Filioli, de quibus iterum lectum concepi, dum formetur in vobis Christus [34], » Nam si pœnitentia faciem suam extulerit, spes est vitæ, quemadmodum in illis quorum capilli emergunt iterum, adumbratum est. Recedit igitur a peccati sepultura, et reverentia quam parentibus natura debet, longe prius habens Deo probari, quam parentibus. Virtus enim, ubi in officio suo est, carnis cupiditatem aspernatur, quin et sanguinis propinquitati longe anteponendus est Deus ; Nam, « Qui supra me, inquit, patrem aut matrem suam diligit, me non est dignus [35]. » Insuper et illud : « Me assequere, et mortuos inhumare suos mortuos sine [36] ; » quando cum eo qui

[22] Eccle. xii, 14. [23] II Cor. v, 10. [24] Psal. vii, 10. [25] Jerem. xxiii, 23. [26] I Cor. xi, 13. [27] Gen. iii, 19. [28] Deut. xxi, 23 ; Galat. iii, 13. [29] Matth. vii, 23. [30] Isa. i, 12. [31] Isa. xxviii, 7. [32] Isa. i, 8, 9. [33] Mich. i, 16. [34] Galat. iv, 19. [35] Matth. x, 37. [36] Matth. viii, 32.

de patris sui honoribus postremis sollicitus erat loqueretur, id dicens videlicet. Mortuos autem vocat eos qui sapientiam hujus mundi amplectuntur, et ab operum **387** cadaveribus non desistunt: Ac hoc quidem pacto in republica spirituali, cujus umbra lex est, sese gerendum. Verum enimvero si quis cadavere, id est, peccato sese polluisset, immaculatæ hujus reipublicæ dignitates amiserit (hoc enim ariditas mentis quæ ignominiam innuit, est), nulliusque cum virtute transacti labores ejus reputabuntur. Quod ex hoc manifestum est, quia priorum dierum nulla habebitur ratio. Per Ezechielem enim quoque dicit Dominus: « Justitia justum non tuebitur in die ea qua peccaverit [37]. » Quod cum ita sit, qui se polluerit pœnam etiam ante admissorum sustinebit. Veruntamen per Christum ritu turturis et columbæ concessa est reversio. Turtur etenim æquabilitatis ejus, columba lenitatis, quemadmodum agnus oblationis suæ quam pro nobis fecit imaginem sustinet. Quemadmodum denique argumento quod e cœlis venerit passeribus: et quod subtus e terra sit ortus, agno assimilatus est. Est vero ille is qui improbum justificat, qui infirmum corroborat, qui lapsum erigit, qui erroneum in viam reducit, qui inquinatum abluit. Quod ut fieret clarum unam columbram pro peccatis offerri, alteram in holocaustum verti dictat. Non enim alter est qui pro peccatis nostris tam sobrium, tamque integrum sacrificium offerat: imo nullum aliud omnino pro hominibus Deo offerri poterit, pro hominibus, inquam, se totos offerri non sustinentibus. Nam in unica illa oblatione purificatio et societas cum Deo legis purificationibus multis modis expletis est instaurata. Quamvis enim unicum tantum in summa sacrificium seipsum videlicet Christus litavit, non minus tamen purificationem quem omnibus sæculis sufficeret, consummavit, quam si sæpius offerretur iterum. Cæterum per Nazareos tempus resurrectionis ipsius significatum est lege. Interea vero ante Servatoris adventum, ad Dei cognitionem invitatus est Israel, qui nuncupavit quodammodo sanctum votum Deo in monte Sina, quo legem se observaturum recepit ac dixit: « Omnia quæcunque sanxit Deus, audiemus, rataque habebimus [38]. » Mandatis itaque legis se comabat ibidem loci: cæterum concepit maculam ex cadavere, Jesum interficiendo nempe. Etsi enim sancta Christi mors est, ea tamen criminatione quod Dominum interfecerint sese obstrinxerunt. Ac ita quidem raduntur per reprehensionem legis ac figuras quæ ritum Nazareorum præcesserunt, quibus caput suum sanctificant iterum, proque umbra veritatis comam nutriunt, clamantque cum Paulo: « Quodcunque mihi lucro erat, pro jactura propter Christum duxi [39], » et quæ sequuntur. Idem quoque illis qui circumcisionem legis pluris quam Christum faciebat, dicit: A Christo estis avulsi qui justitiam vestram in lege ponitis, eque charitate excidistis.

Ἰστέον, ὡς τὸ ἐν μέρει χρόνου εὔχεσθαι τῶν εἰρημένων τὴν ἀποχὴν, μερικὴν δηλοῖ τὴν ἀφιέρωσιν· τὸ δὲ διαπαντὸς, καθολικήν. Ὅπερ ὄντως καὶ μεγάλην νοητέον εὐχὴν, ἐντελοῦς πολιτείας δικαιοσύνην σημαίνουσαν.

A Sciendum vero quod vota facere pro rerum prædictarum retentione separatis temporibus, particularem sanctificationem: quæ autem per omne ævum fiunt, universalem representant. Atque illud quidem in magno veræ ac perfectæ reipublicæ voto justificationem significante considerandum.

Et hæc quidem lex est ejus qui votum fecit; quacunque die voti sui spatium expleturus sit. [21.] Prima rasione coma crassæ legis deposita, Christique regno in se dilatato, omne quod in se reliquum Deo in odorem fragrantiæ immolabit. Ac agni quidem nomine in Christi infantiam, id est animi integritatem a Domino concessam offeret. Quantum enim ad malitiam attinet pueritiam præ vobis ferte, inquit, quantum ad animum, ad perfectionem aspirate. Cæterum agna peccandi temeritatem infirmitatemque sexu suo et ætate repræsentat: quantumvis enim sanctum Deo se proponere conetur aliquis, peccati tamen sortem vitare propter imbecillitatem naturæ conjunctam, nequit. Has enim primas solus habet Christus, qui dicit: « Princeps hujus mundi venit, nec quidquam in me inveniet [40]. » Infermentati vero panis nomine sinceritatem offeret, vetus enim expurgabit fermentum, et nova, juxta Pauli sententiam [41], fiet conspersio; lagani vero cum melle subacti nomine delectationem vitæ sempiternæ. Et hæc sane offerimus ex miseratione quam apud Christum consecuti sumus; justificati enim non per justitiam operum sumus, sed per immensam ejus miserationem: id quod oleo quoque significatur, sicut etiam peccatorum sublatio: non enim ad victimas pro peccatis datum est oleum. Christo **388** autem pro illis eorumque ad patrem preces deferente, peccatorum remissionem impetrant ii qui mentem suam in odorem fragrantiæ sacrificant, cum mundo nihil commercii faciunt, et pro sua salute gratiarum actiones offerunt. Ille quoque qui votum nuncupavit, caput pone ostium tentorii denudatur, capillique ejus in igne, qui Deum ista suscepisse indicio est, consecrantur; qui quidem Scripturæ naturam, propter infinitam ejus potentiam repræsentat: ea nimirum ratione qua Deus noster se ignem voracem appellat. Aliter cum scelere aliquo polluto habet, alioque capillos tondendi modo utitur; nam cum illi rasio dedecus afferat, huic qui Deo suam vitam dedicat, gloriam administrat. Nulla enim nuditas nec turpitudo in capite mentis, quemadmodum in tonsione corporali fit, relinquitur. Quin et talis vita non minus ad fores Dei adducit. In Sanctum quippe sanctorum solus adducit Christus eos qui cum peccato domi sunt nati, qui præcursorem agens nostrum, ingressus est, viam-

[37] Ezech. XXIII, 12. [38] Exod. XXIV, 3. [39] Philipp. III, 7. [40] Joan. XII, 31. [41] I Cor. V, 7. [42] II Tim. I, 9.

que prædictam nobis stravit. Cæterum Domini brachium figuram roboris, aut certe virtutum ejus continet. Panis vero infermentatus vitæ serenæ, cujus amabilitas suavitasque lagano comparatur. At sacerdos intermedius, Christi. Ac hæc quidem qui sanctimoniam rite coluerit, ceu propriis manibus Deo per Christum mediatorem offert. Is vero in honorem offerentis e manu tanquam in manum excipit dona. Armus itaque potentiam, aut opera quæ ex ea fluunt, denotat. Pectusculum vero mentem quæ nunc pectoris nomine, nunc capitis usurpatur in Scriptura. Nihil enim a sanctis recte fit, virtute spirituale menteque bona absque: a qua sane morum cruditatem feritatemque, hoc quod armum mandat esse coctum, removet. Nam virtutes eorum quas Deo offerunt, bonæ lautæque utique esse debent; juxta illud quod a Christo audierunt discipuli: « Alium cibum comedendum habeo, vobis quidem incognitum [43]. » Ac hujusmodi in loco de carnibus Pascha quoque dictum est: « Ne comedatis de eis crudi quidquam. » Frequens itaque et exactus inquinato faciendus est reditus, ut se totum offerat scilicet, ut pro delicto veniam deprecetur, ut gratiarum actionem sacrificet, a cibo quo vescitur, et potu quo potatur, a vita denique quam illa innuunt, initium faciendo: Ne gloria ea quæ sanctificationem manet, perpetuo careat, sed omnino repurgatus, impuri et impolluti habitum transeat.

Cæterum ἐπίθεμα, id est *appositio*, dicitur, A quando oblatio super altari fuerit posita. Ἀφαίρεμα δέ, id est, *ablatio*, quando ab eo quod positum est, aut fermentatum, aut hujusmodi aliquid aufertur.

Ἐπίθεμα λέγεται, ἡνίκα τὸ προσενεχθὲν ἐπιτεθῇ τῷ θυσιαστηρίῳ· *ἀφαίρεμα δὲ*, ὅταν ἀπὸ τοῦ τυθέντος, ἢ ζυμωθέντος, ἢ τοιούτου τινὸς *ἀφαιρεθῇ*.

Et imponent nomen meum super filios Israel, et ego Dominus felices pronuntiabo eos. [27.] Vides, ne quod nomen Domini non os precantis, bonas imprecationes confirmat? Quocirca rata etiam erit apud eum qui fide comprehenderit, imprecatio ea quæ a peccatore fuerit enuntiata. Quemadmodum Balaami [44] bene precantis in nomine Domini videlicet imprecatio apud dignos erat efficax. Trina vero bene precandi repetitio, qua Balaam quoque usus fuerat sanctam Trinitatem insinuat.

Καὶ ἐπιθήσουσι τὸ ὄνομά μου ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐγὼ Κύριος εὐλογήσω αὐτούς. Ὁρᾷς, ὅτι τὸ ὄνομα Κυρίου τὰς εὐλογίας ἐνεργεῖ, οὐ τὸ στόμα τοῦ λέγοντος; Ὅθεν κἂν ἁμαρτωλὸς εὐλογῇ, ὁμοίως ἐνεργεῖται παρὰ τῷ πιστῶς δεχομένῳ ἡ εὐλογία. Καθάπερ ἀμέλει τοῦ Βαλαὰμ εὐλογοῦντος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ἐνηργεῖτο ἡ εὐλογία τοῖς ἀξίοις. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τρίτον εὐλογεῖ διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Βαλαάμ.

Deo autem jure optimo omne benedictionis meritum utpote a quo proficiscitur omnis bona collatio omneque munus absolutum acceptum referetur. Cæterum Christus benedictionis via est; in quo perque quem a Deo Patre omnia bona nobis obveniunt. Quapropter Paulus quoque ait: « Gratia vobis et pax contingat, a Deo Patre et Domino Jesu Christo [45]. » Eodem etiam lex respicit cum inquit: « Benedicat tibi Dominus ac te custodiat [46]. » Quomodo enim benedictio nos custodit? Quando exsecrationem rescindit, exque peccatoribus inculpabiles nos efficit. Cum quo rursum illud quod Paulus inquit, consentit: « Quemadmodum nos omni benedictionis spiritualis genere locupletavit, ut sancti et irreprehensibiles essemus coram ipso [47]. » Ostentatio vero vultus, Dei cognitio est. Hæc enim: « Vita æterna est, inquit, ut te agnoscant solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [48]. » Imago autem et vultus Patris Filius est per quem Patrem agnoscimus. Quem sane homines in lege constituti cum videre, et a legis onere liberari cuperent, dixerunt: « Omnipotens Deus, converte nos, et vultum tuum ostende nobis [49]; » **389** ita enim fiet ut salvos nos esse judicemus. Cæterum « Elevatio vultus Dei, » pacem quam nobis donavit indicat, de qua Christus dicit: « Pacem meam confero vobis [50]. » Cum enim Filium in altum evexisset Pater, dedissetque nomen ei quod omne nomen superaret, eique Sede a dextris meis diceret [51]; tunc sane odio quo ab eo dissidebamus dissoluto, in divinæ naturæ pacem copulati sumus, nobisque cum Deo intercessit communicatio. « Volo enim, inquit, ut quemadmodum ego et tu unum sumus, sic in nobis unum exsistant [52]. » Unum enim corpus in Christo sumus, quique cum Domino conglutinatus et conjunctus, unus cum eo spiritus est. Quocirca et hoc dixit: « Si a terra in altum translatus fuero, omnes una mecum traham [53]. » Ipse enim est pax nostra, et per ipsum ad Patrem in uno spiritu habemus aditum.

Et unxit illud, tabernaculum videlicet, et dedicavit. [VII, 1.] Tabernaculum et altare omniaque illius vasa sacro unguento Moses delibuit eo, quo sacerdotes et reges solebat, ut sacra essent, sacrisque inservire possent usibus. At ea quidem nisi hominum figuram gererent, rationis et animi expertia æqualem honorem cum ratione præditis obtinerent, imo majorem etiam, si quidem per ea hominibus fit accessus. Nam si boum nulla cura Deum tangit, quanto minus murorum et vasorum. Cæterum homo domicilium Dei erat, et vas benedictionis, juxta id quod a Paulo ad Ananiam erat prolatum [54]. Verum enimvero in Domino quantum ad corpus quo unctus est spiritu, et verbo consecratus est, ut simus nos vere sanctificati attinet, hæc deprehendemus etiam. In Christi etenim corpore tanquam in

[43] Joan. IV, 32. [44] Num. XXIII, 24. [45] Ephes. I, 2. [46] Num. VI, 24. [47] Coloss. I, 22. [48] Joan. XVII, 3. [49] Psal. LXXIX, 4. [50] Joan. XIV, 27. [51] Psal. CIX, 1. [52] Joan. XVII, 21. [53] Joan. XII, 32. [54] Act. IX, 15.

tentorio sancto comprehendimur : in quo etiam altare cognatum nobis est, per quod ac pro nobis, siquidem sempiterno sanctum est, nec nobis ante sanctificationem simile, cum tales, tam sancti scilicet, non simus, offerimus. Cæterum munera Deo offerre, et retributiones ab eo posse accipere quod principum tribuum erat tantum, non cujusvis est. Quocirca cuncta Christi Ecclesia quæ munera fert, et benedictionem vicissim accipit, pretiosa est.

Οὐ χρῄζει δέ τινος ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἡμεῖς Θεοῦ (52)· χρῄζοντες δὲ, ὥσπερ τὸ δίκαιον τοῦ ἀντιτιμηθῆναι κατασκευάζομεν διὰ τὸ τιμᾷν. Τὴν δὲ ἐπιφάνειαν τῶν προσφερόντων ἐπεξεργαζόμενος ὁ Θεὸς εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ λαμπρὸν εἶναι τὸ τιμᾷν Θεὸν, ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκέλευσε προσάγειν τὰ δῶρα· ὥσπερ οὖν ἑκάστῳ τῶν ἰδίων ποιημάτων μίαν ἀπένειμεν ἡμέραν, φωτὶ, οὐρανῷ, γῇ, ἄστροις, ζώοις. Καὶ ἵνα εἰδείημεν, ὡς ἐλλόγιμα Θεῷ τὰ προσαγόμενα, ἀναγραφὴ τούτων ἀκριβὴς (53), καὶ ἐπὶ σταθμοῦ. Ὧν ἡ καταρίθμησις καὶ τῶν προσαγόντων ἔχει τὰς ὀνομασίας, δι' ὧν καὶ μνημονευόμεθα. Σκεύη δὲ προσάγοντες, οὐ κενὰ ταῦτα προσάγουσιν ἀνθρώπων οἱ τύποι, οὓς δεῖ Θεῷ πλήρεις προσιέναι. Οὐ γὰρ ὀφθήσῃ, φησὶ, κενὸς ἔναντι Κυρίου. Ζῶα δὲ σὺν τούτοις ἐπὶ θυσίᾳ τὰ ἐκλεκτά. Πολύτροπος γὰρ ἡ πρὸς Θεὸν οἰκείωσις, ἐξ ὧν ἔδωκε Θεός. Ἡμεῖς οὖν τὸ τίμιον ὄντως δῶρον Θεῷ προσάγομεν, ὃ ὁ Θεὸς καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις εὑρήσομεν.

Deus enim non aliquo nostrum indiget, imo magis nos Deo indigemus, qui etiam hoc ipso quod honore illi deferimus, honorum usuram facimus. Quo illustriores autem offerentes redderet, ac quam præclarum unum Deum singulis diebus colere doceret, dona afferre jussit. Quemadmodum nimirum unicuique suorum operum unicam tantum diem attribuit, veluti lumini, cœlo, terræ, astris, et animalibus. Porro quo quanta sit apud Deum oblatorum ratio comperiamus, eorum exacta fit descriptio, et offerentium census habetur, argumento videlicet, quod munera illa majestatem nobis concilient, nostrique memoriam aliquam conservent. Proinde significatur quod Deo nostras animas consecrare convenit. Quæ vero sint adducta indicatur, nempe catinus, et phiala argentea utraque plena oleo et similagine commistis. Nos vasa ista sumus de quibus dicit : « Coram me ne se sistat vacuus ullus [55]. » Animalia cum istis ad sacrificium electa. Multis enim modis conciliatur Deus, per ea quæ dedit Deus. Nos igitur donum vere pretiosum Deo offerimus quod, Deo adjuvante, in virtutis laboribus invenerimus.

Πλήρεις οὖν δεῖ προσιέναι, λαμπρὰν ἐν ἀργύρῳ καὶ ἱλαρὰν ὡς ἐν ἐλαίῳ ζωὴν ἔχοντες. Ἧς σύμβολον ἡ σεμίδαλις, ἄρτου τυγχάνουσα γένεσις. Τὸ ἱλαρὸν γὰρ ἡμῖν ἡ εἰς Χριστὸν ἐλπὶς ἀπεργάζεται, κατὰ τὸ, « Τῇ ἐλπίδι χαίροντες. » — « Ὅταν γὰρ, φησὶ, Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. »

Plenos igitur oportet accedere, cum vita splendida in argento, et hilari in oleo ceu conclusa, cujus similago quoque ex qua panis conficitur imago est. Cæterum hilaritatem in nobis spes in Christo posita efficit, juxta illud : « Spe lætantes [56]. » — « Cum enim, inquit Christus, manifestata fuerit vita vestra, tum vos quoque in gloria manifestabimini cum ipso [57]. »

Θυΐσκη δὲ θυμιαμάτων πλήρης, ὅ ἐστι θυμιατήριον, θυΐσκη διὰ τὸ σχῆμα λεχθὲν, ὡς μὲν χρυσῆ, τὸ κάλλος καὶ τὸ ἀδιάφθορον δηλοῖ τῆς ζωῆς· ὡς δὲ θυμιαμάτων πλήρης, τὴν πρὸς Θεὸν εὐωδίας τῆς ἁγιότητος.

Adest quoque cochleare suffimento plenum vice acerræ, nomenque a figura habet. Cujus quidem aurum pulchritudinem et soliditatem vitæ, suffitus vero quibus scatet, fragrantiam sanctitatis ad Deum ascendentem repræsentat.

Cæterum sena juga boum, sicut a singulis principibus sunt adducta, quæque sanctum tabernaculum gestabant, duplicem significant populum, qui legum et vitæ jugum copulatum fortiter sustinent. « Virum enim te præsta, inquit, et forte sit cor tuum, et exspecta Dominum [58]. » Quibus scilicet Christum tanquam in tentorio sufferunt. Corpus etenim ipsius Ecclesiam Paulus appellavit [59], de quo apud Ananiam ab eodem dictum est : « Ipse enim vas electionis mihi est, ut ferat nomen meum in conspectum gentium [60]. » Et hoc sane pacto Christus a sanctis portari dicitur. Porro hircus et agnus duos populos, alterum quidem natu majorem, alterum minorem denotant. Taurorum vero nomine laboris patientia, et fortitudo significabatur : ovium autem lenitas, et feracitas. His enim **390** qui in Christo insiti sunt dictum est : « Omni a te petenti dato, et ab auferente tua non repete, et cædenti te in maxillam dextram, alteram obverte etiam [61]. » Quin et Paulus scribit : « Servum autem Christi non decet certare, sed mansuetum esse erga omnes [62]. » Sed nemo hominum extra peccatum est : « Si enim, Domine, in iniquitates animadverteris, quis constabit sibi [63], » et delicta quis componet? quare veteri lege

[55] Deut. XVI, 16. [56] Rom. XII, 12. [57] Coloss. III, 4. [58] Psal. XXVI, 14. [59] Coloss. I, 24. [60] Act. IX, 15. [61] Luc. VI, 29, 30. [62] II Tim. II, 24. [63] Psal. CXXIX, 3.

NOTÆ.

(52) Θεοῦ. Οἱ καὶ διὰ τοῦ τιμᾷν τὸ τιμᾶσθαι πραγματευόμενοι. Τὴν δὲ ἐπιφ. κτ. ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

(53) Ἀκριβὴς, καὶ τῶν προσαγόντων ὀνομασία. Ὥστε δι' ὧν τιμῶμεν, καὶ μνημονευόμεθα. Δηλοῦται τοίνυν, ὅτι Θεῷ τὰς ἡμετέρας καθιεροῦν προσήκει ψυχάς. Ταῦτα ἀντὶ τῶν ἑπομένων ἐν τῷ εἰρημ. κώδ.

hircus pro remissione sacrificabatur, nova vero et nostra lege, pœnitentia requiritur. « Tu enim ipse primum peccata tua confitere, inquit, ut justificeris [64]. » — « Mecum ipse iniquitatem meam commemorabo Domino, tuque impietatem cordis mei remisisti [65]. »

Atque ea quidem quæ hic dicuntur, in Christo considerentur etiam, qui cum multis dignitate par esset, pro omnibus tamen seipsum obtulit. Ac sancta in mundo Ecclesia constituta, variis modis in ea officio suo fungitur. A nobis item pro nobis sacrificii in modum offertur, si temporis vicissitudine per principes varios consideretur. Ac victima quidem ea diurna omni tempori satisfacit, fidelibus scilicet semper fructus ferentibus, adque similitudinem sese mundo trucidantibus. Peccatum enim subinde jugulant, ac Deo in spiritu vivunt. Holocaustum itaque esse soli Christo competit, eo quod totus sanctus exsistat. At separatim victimam Servatoris similem offerre, hominum peccati exsortium fuerit. Purus autem a peccati sordibus nemo est. Offertur vero catinus, vas eduliis aptum, quemadmodum dicit : « Qui mecum intingit in catino [66] : » potui vero idonea est phiala. Panis vero quo vitam sustentamus signum similago est. Quemadmodum itaque in cibo et potu vita consistit, ita ipsis Christus vitæ auctor repræsentatur. « Amen, enim, dico vobis, inquit, quod si carnem Filii hominis non comederitis, et sanguinem ejus biberitis, vitam in vobis non habetis [67]. » Cæterum oleum illud est quod Psalmista decantat : « Propterea unxit te Deus oleo lætitiæ supra consortes tuos [68]. » Porro odores et suffitus Christus est cochleari repræsentatus, qui domi ea habet, non particeps eorum quemadmodum nos, factus est. Deus enim cum sit sua natura, fragrantiam et sanctitatem conjunctam habet. Necnon per animalia adducta ipse repræsentatus est. In tauro quidem tanquam robustus et purus, insuperque ob corporis magnitudinem, omnia enim quæ in Christo sunt, in spiritus eminentia consistunt. Cæterum in ariete perfectionis nomine ; in agno vero innocentiæ. « Ego enim, inquit, velut agnus pravitatis inscius ad mactationem ductus, non intellexi [69]. » In hirco autem propter mactationem quam pro peccatis pertulit. Sacrificium enim pro peccatis juxta legem hircus est. At tauris tentorium imponendum fuit ; per Christum enim Ecclesiæ parta requies, per quem laboribus ei imparibus etiam non succumbit sacrum genus. Verum enimvero quæ duces pro se ipsis in sacrificium pro salute litabant non sua significatione carent. Et vitulus quidem Christus est. Juvencæ vero nos sanguine illi juncti, tantum vero principatu, potentia necnon dignitate, quantum mas feminæ præstat. Dux enim noster Christus cui filiorum Dei quis comparabitur? Porro duæ juvencæ figuram duorum populorum, qui in unitatem spiritualem per fidem coaluerunt, continent. Arietes vero, agni et hirci numero suo quinario credentium numerum in quinto tempore coactum repræsentant. In quem adventus incidit Christi qui dicit : « Si evectus fuero a terra, omnes vos mecum attraham [70]. » Atqui per arietes eorum prudentiæ perfectio, per agnos simplicitas et innocentia, per hircos vero significatur quod subinde indigeant purgatione, et delictorum condonatione, ac proinde semper dicant : Remitte nobis delicta nostra, pro iis quis satisfaciet ? et ab affectionibus pravis repurga me. Omnium vero æqualis est oblatio ut citra omnem ambitionem fiat, ne præstantia unius, ad contumeliam multorum inferiorum cedat. Plaustra vero rutilantia vocat juxta quorumdam traditionem currus quos muli trahunt. At Aquilas *protectores* interpretatur.

Duo plaustra et quatuor boves. [VII, 7.] Levitarum præstantissimi Coathitæ super humeris, **391** non plaustris sicut Gersonitæ et Meraritæ, fulcra gestant. Quo enim quidquam Deo propius est, eo excellentius est eo quod extrinsecus excellit. Proximi autem Deo sunt qui a vasis sacris exsistunt. Cæterum Meraritis plaustra duplicia cum bobus data sunt, quare fulcra quoque graviora quam Gersonitæ acceperunt. Cahathitis autem nihil datum est, fulcra tamen eorum nihilominus magnifica sunt, aut enim hi qui non portant, augustiores fuerint. Quod si est, ii quoque qui in Sabbato fulcra tollunt sanctiores et legitimi magis erunt iis qui non tollunt, iique abjecti ac profani fuerint. Quod minime concedendum est, quemadmodum nec illud quidem quod qui labores tolerat propter Ecclesiam ignobilior eo sit qui otium ceu præstantius elegerit, nec illud quod mundo deditus sanctior sit eo qui ab illo vacat , nec Sabbatum profanans eo qui coluerit.

Ac posteaquam unxisset ipsum. [88.] Aaronem de quo apud Mosen sermonem facturus fuit Deus id fecisse constat. Cæterum, juxta alios interpretes, ipsum altare postquam unxissent, ait ; præfatus enim : « Atque hæc est instauratio altaris ; » subjunxit : « Posteaquam unxissent ipsum. » Ea enim quæ in medio sunt, non habentur.

Καὶ μετὰ τὸ χρῖσαι αὐτὸν, δῆλον ὅτι τὸν Ἀαρών. Περὶ αὐτοῦ γὰρ μέλλει διαλέγεσθαι τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεός. Κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς, *αὐτό* ἐκδόντας, τὸ θυσιαστήριόν φησι. Προειπὼν γὰρ, « Αὕτη ἡ ἐγκαίνισις τοῦ θυσιαστηρίου, » ἐπήγαγε, « Μετὰ τὸ χρῖσαι αὐτό. » Ὠβέλισται γὰρ τὰ ἐν μέσῳ.

Constituta vero Ecclesia, id enim tabernaculum est, Dei Patris ad nos pervenit vox. Nam locutus nobis est per Filium quem propitiatorium pro peccatis nostris posuit. Vox vero erat supra Cherubin ; superat enim omnia, etiam supremas sedes, Deus. Filius autem qui verba ejus ad nos defert, inquit : « Verba quæ ego facio non mea, sed ejus qui me legavit, sunt [71]. » Et hoc sane indicatur eo quod

[64] Isa. XLIII, 26. [65] Psal. XXXI, 5. [66] Matth. XXVI, 23. [67] Joan. IV, 54. [68] Psal. CXLIV, 8. [69] Jerem. XI, 19. [70] Joan. XII, 32 [71] Joan. XIV, 24

vox supra propitiatorium facta est. Cæterum tribunorum aditus; non enim et illud de principibus omittendum est, non secundum generationis seriem, sed castrorum ordinem quem tenebant circa tabernaculum fiebat. Primus enim Judas, qui juxta ætatem quartus esset; secundus Issachar, qui nonus foret; tertius Zabulon, qui decimus esset. Secundum deinde decuriam primogenitus Ruben habet a quo secundus est Simeon. Tertius est Gad ex ancilla genitus. Eodemque modo de duobus qui deinceps sequuntur ordinibus intelligendum est. Tacite vero significatum est, verbum primum locum apud Deum tenere, Evangelium denique Jesu Christi prius esse lege. Primi enim novissimum locum obtinuerunt, et novissimi primum. Nam cum Israeli primogenituræ jure a Rubene accepto, primus deberetur ordo, a tergo tamen gentes in Juda a Christo vocatas sequitur. Ii quoque qui servilem habent spiritum, filiique servilis Jerusalem exsistunt, locum filiis liberæ; matris, inquam, nostræ, concedunt. Judas enim a quo Christus natus est principem locum habet. Deinde Issachar et Zabulon liberi ex libera nati. Deinceps Ruben primogenitus juxta Jacobi vaticinium [72], contumax, et violentus. Post quem sequitur Simeon qui cum Levi homicida dictus est. Et sanctos quidem interfecerunt: « Quem enim prophetarum, ait, non occiderunt patres vestri [73]? » Nervos vero truncavit tauro Christo; non enim plebs tantum, verum etiam Scribæ et Pharisæi, facinus contra Christum conceperunt; veluti cum in Gad tentassent, ac dicerent: « Licitumne est dare tributa Cæsari? »

E regione candelabri lucebunt septem lucernæ. [VIII, 2.] Divinum enim lumen non immittit radios suos iis qui tergum obvertunt, longiusque ab eo recedunt. Verum illis qui per libertatem fidei vitæque sanctitatem ostentant faciem. Ad Judæos enim per Isaiam Deus dixit: « Quod si manus vestras erga me porrexeritis, avertam faciem meam a vobis [74]. » Oculi vero Domini super justos sunt, sicut Psalmista testatur. Cæterum aureum est candelabrum, id est, totum ad intellectum ac mentem referendum. Cujus quidem caulis mentis habitum redintegratum denotat, lilia denique ejus, mentis flores et ornatus.

Sume Levitas e medio filiorum Israel. [VIII, 16.] In Christo iterum Levitarum purificatio est. Si enim sanguis taurorum et hircorum, inquit Paulus [75], quanto magis Christi sanguis in ipsius communitatem ascitos sanctificat. Cæterum aqua **392** purificationis cinerem buculæ admistum habens, mortificationis cum Christo quam in baptismo obtestati sumus commonefacit: « Una enim cum illo sepulti sumus per baptismum in mortem [76]. » Et rursum inquit: « Semper sepulturam Jesu Christi in corpore circumferentes [77]. » Est autem sepultura hæc, mundo quidem mori, Christo vero vivere. « Ego enim per legem, inquit, legi mortuus sum, ut Deo vivere possem [78]. » Et hujus quidem mortificationis consortes esse Levitarum ordinem oportere hoc arguit, quod radendo pilos totum corpus denudare præcipit. Per pilos autem significari constat luxuriantia animi germina, quibus hirsutus Esau abundavit, Jacob vero lævis caruit. Quæ quidem divinus sermo gladio acutior [79], qui in mentem ipsam pervadit in flore ipso amputat, in futuro enim demum sæculo radicitus evellit. Atque hæc quidem lex peccati est, quæ in membris latet, mentisque legi reluctatur. Verum enimvero spiritus iter facite, inquit, carnisque concupiscentiæ nullum patefaciatis exitum. Cæterum vestimentorum ablutione nitidam ac serenam politiam eamque quæ forinsecus patet, innuit. Mente enim bona non coram Deo tantum, verum etiam hominibus concipimus. Nam « Luceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus ut vestra bona opera videant [80]. » Porro sacrificium pro iis vitulis duobus, adulto constabat et anniculo. In utrisque autem Christi parva significatio est. Ac in vitulo quidem in holocaustum adhibito, quia totus cum ipse esset sanctus, vitæ tranquillæ usuram nobis comparavit. Id quod etiam farina oleo subacta præ se ferebat. In vitulo autem pro peccatis igne consumpto, quod ille virtutis et simplicitatis exemplum absolutissimum exsistat: « Ego enim, inquit, agniculi innocentis instar ad mactationem adductus non intellexi [81]. » Quemadmodum vero ab omnibus, proque omnibus sacrificium illud omnibus ei manus impositas habentibus offertur argumento videlicet quod secum auferant omnium peccata, sicut omnium ferunt manus pro quibus immolatur, ita per figuram demonstratum est, quod Christus peccata nostra sustineat ac pro nobis operetur sacris, illo duntaxat excepto, quod tum temporis manuum, nunc vero precum ministerio ac usu digni eo efficimur. Quapropter eum qui manuum impositione sive apud populum sive in Ecclesia etiamnum utitur, præter Dei consilium ac voluntatem id agere manifestum est. Tale etiam illud est quod primogenitorum loco, quos Deus sibi seu primitias ex omni populo segregarat, Levitæ victimam offerunt. Veræ autem primitiæ Christus primogenitus Dei et Virginis est, qui pro primo homine assumptus est, mundique peccata pertulit.

Quod si homo sese polluerit super anima hominis. [IX, 10.]

Τὸ Πάσχα τὴν ὑπέρβασιν ἀναμιμνήσκει τελεῖν. Διότι αὐτοὺς ὁ παίων ἄγγελος ὑπερβέβηκεν. Ὅθεν τοὔνομα, καὶ τὸ κατ' ἔτος ἐπιτελεῖν εἰς εὐεργεσίας

A Pascha supergressionis, quam angelus trucidando Ægyptiorum primogenitos fecit, recordationem affert. Cujus beneficii memoria quo im-

[72] Gen. XLIX, 3. [73] Matth. XXIII, 31. [74] Isa. I, 15. [75] Hebr. IX, 13, 14. [76] Coloss. II, 12. [77] II Cor. IV, 10 [78] Galat. II, 19. [79] Hebr. IV, 12. [80] Matth. V, 16. [81] Jerem. XI, 19.

mortalis esset nomen Paschæ ei est impositum, tempusque annuum est destinatum. Significatum autem eo est, morti potestatem suam per resurrectionem Christi esse ademptam. Beneficii autem hujus immemores sunt ii qui carne nihil antiquius habent, a qua dehortans Timotheum Paulus [82], inquit : In memoriam hominum ingere Jesum Christum a mortuis excitatum : quo quidem non recordationem tanquam oblito movere vult, sed tanquam memorem commonefacere. Illud autem : « Facite, inquit, stato ac præfinito tempore, citra quod nihil omnino hujus fieri debuit [83]. »

ὑπόμνησιν, καὶ εἰς δήλωσιν τοῦ τὸν θάνατον μηκέτι θάνατον εἶναι ποιήσαντος διὰ τῆς ἀναστάσεως. Ἀμνήμονες δὲ τῆς εὐεργεσίας οἱ τὰ σαρκὸς προτιμῶντες, ὧν ἀποτρέπων Τιμόθεον ὁ Παῦλός φησι· Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον· οὐκ ἀνάμνησιν, ὡς ἐπιλελησμένῳ κινῶν, ἀλλὰ μνήμην ὡς μεμνημένῳ. « Ποιήσεις δὲ αὐτὸ, φησὶ, κατὰ καιρὸν αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ἐκτὸς καιροῦ τὸ πρᾶγμα γέγονεν, ἀλλ' ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. »

Propter pollutos vero super anima mensis secundus est concessus. At dicat aliquis, eos qui homicidii scelere in Christum patrato sese inquinarunt, quique sanctum nostræ Paschæ festum negligunt, licet prætermiserint salutis tempus illud, in quo Dux vitæ per afflictiones consummatus est ; at miseratione ejus qui omnes servari expetit posteris temporibus, tanquam secundo mense, cum gentibus in Christi participationem pervenient. Nam qui in Ægypto idolorum culturam aspernati fuerunt, mense primo festum Paschæ agitarunt, qui etiam Christi sanguine uncti vastatorem contempserunt. At ii qui in anno demum aut secundo mense accedunt, difficulter in nævi sui inspectionem sunt adducti. Cæterum, « Cum multitudo gentium ingressa fuerit, inquit, tunc omnis Israel servabitur [84]. »
393 Item posthæc convertentur filii Israel et indagabunt Dominum Deum suum et David regem suum. Denique vero, secundo manum suam afferet ad attrahendum reliquias sui populi. Porro in longinqua via exsistit ille qui extra Ecclesiam est et ligno dicit : « Deus meus es tu, et lapidi : Tu meæ vitæ auctor es [85], » aut alioqui a vera de Deo sententia aberrat. Pari vero modo nobiscum feriabitur advena, ac victimæ incruentæ particeps fiet. A lego hac fortasse usus obtinuit in Ecclesia, ut si mense primo excideret, secundi mensis decimum quartum diem subornaret. Cæterum qui nec impurus est nec eminus stat ex mera arrogantia aut nimia voluptatum admiratione, alienus a genere quod servari debet, est. Qui enim Domino non fidit, inquit, vitam non videbit, verum ira Dei super eo residet, eo quod benignitatis tempus despexit [86]. Tempus autem illud tempus fidei est.

Porro die eo quo erectum est tabernaculum, nubes obvelavit illud. [IX, 15.] Quamprimum enim Ecclesia exorta fuerit, splendor gloriæ Christi ei affulget. Quæ iis quidem qui in noctis caligine oberrant lumen immittit, iis qui mentis luce sunt illustrati suam protectionem largitur. Opus enim habent imprudentes ac cæci illuminatione. Illuminati vero per fidem protectione et subsidio, quo strenue possint præsentis vitæ molestias et diei difficultatem perferre. Omnes enim qui in Christo pie cupiunt vivere persecutioni subjacent. Christum vero quocunque nos ducat sive recedentes sive accedentes sequimur. Prima autem discessio a nobis ab infidelitate ad fidem fit, secunda a vitio ad virtutem, tertia ex imperfectione ad vitæ perfectionem, sive ea juxta actionem sive sententiam æstimetur : « In perfectum, inquam, virum, et justa ætate in Christo provectum, » juxta illud quod Paulus dicit [87] : « Unum autem illud ago, ea quidem quæ a tergo sunt ut obliviscar, ad ea vero quæ a fronte sunt enitens juxta præfixum signum insequar ad palmam supernæ vocationis Dei per Christum Jesum [88]. » Nec vero citra Christi opem fieri cogitandum est, cum ipsemet, « Sine me non quidquam agere potestis, » dicat. Omnia enim rite et decenter in ipso fiunt, secundum Apostolum. Quod ipsum profectiones quoque ab apostolis factæ ac susceptæ comprobant ; nonne enim ex Asia in Macedoniam per visionem mandato accepto iter fecerant, in Bithyniam vero pervenire, ipsos spiritu Christi prohibente, non poterant ?

Quod si steterit nubes a vespera usque ad mane et deinceps. Sive sub vesperam, sive mane, sive noctu nubes ascendisset, inquit, interdiu castra movebant, noctuque iter minime inibant. Sæpenumero vero per mensem integrum fixa et immota stetit nubes, et tam diuturna mora facienda fuit. Ascensio enim perfectionem portendebat. Nam quotiescunque Deo ipsos movere visum erat, columnæ igneæ nubem noctu aut sub vesperam immittebat, quæ porro tendebat et Israelitis viam ceu monstrabat ; significabatque interdiu iter esse ingrediendum.

Fac tibi duas tubas ductiles, etc. [X, 2.] Duplex enim in concionibus est promulgatio. Altera quidem moralis, altera vero doctrinalis, ea videlicet qua veritatem tradentes, falsitatem redarguimus, quemadmodum Paulus eos qui a matrimonio et cibis tanquam rebus per se pravis abstinendum esse asserebant, quemadmodum eos qui circumcisionem tanquam rem necessariam saluti retinere studebant. Cæterum argento constant tubæ hæ, ad effigiandum splendorem qui cum utroque promulgationis genere conjunctus esse debet. Quantum vero aurum argento potius est, tantum verbo mens per aurum repræsentata, quo interior splendida Ecclesia exornata est, id est, si mentem spectas, aureis amicta vestibus. Cæterum alterius tubæ ministerio convocabantur principes acutius cernentes, et citius obedientes, argumento videlicet quod religionis institutio ad Ecclesiam pertineret. « In Ecclesia enim

[82] II Tim. II, 8. [83] Galat. IV, 4. [84] Rom. XI, 25, 26. [85] Jerem. II, 27. [86] Joan. III, 36. [87] Ephes. IV, 13. [88] Philipp. III, 13, 14.

malo, inquit, quinque verba mente mea loqui, ut et alios instituam, quam decem millia verborum lingua [89]. » — « Sapienti porro, inquit, occasionem exhibe, et sapientior fiet. Erudi justum, et multo ad plius percipiet [90]. »

394 Porro sicut quatuor regiones castrorum erant, ita quatuor dabantur signa, quatuor enim Evangelii s cunctus eruditus est mundus. Quin etiam quatuor in Ecclesia verbi sunt differentiæ. Alia quidem est qua infideles instituuntur, aliæ vero tres tribus differentiis ac varietatibus fidelium accommodantur, et in collatione 30, et 60, et 90, eorum qui faciunt verbum consistit. Alii etenim mundo sunt addicti, quibus Paulus dicit : « Uxori alligatus es, quare ne studeas dissolvi ; solutus es ab uxore, ne uxorem requiras [91]. » Alii porro sanctam et exercitationis patientem susceperunt vitam : his ait : « Terrena vestra membra mortificate [92] ; » et rursum inquit : « Affectiones hujus præsentis sæculi indignos reddunt futuram recondendi gloriam [93]. » Alii vero ad sacrum munus vocati sunt : de his dictum est : « In labiis sacerdotum servabitur judicium, et legem ex ore ejus sciscitabuntur [94]. » Cujus generis omnia quoque sunt quæ Paulus suo Timotheo mandat. Cæterum motionem cum jubilo faciebant. Profectio enim ea quæ ad finem tendit jubilum victoriæ signum habet. Victoria enim sanctorum vitæ exitus est. « Deo enim, inquit, qui nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum confert [95]. » Quod autem aliis interpretibus finis est, hoc aliis est victoria. Alii etenim finis nomine psalmos inscribunt. Alii epiniciorum victoriæ auctori.

In statione porro jubilus cum tubarum clangore non miscebatur. Non enim in mundo nostra est victoria, in quo concutimur ac prosternimur, licet non pereamus funditus. Tubas vero sacerdotes inflant, ii scilicet qui Deo utuntur valde familiariter, adque Christi imitationem clamant : « Prope est regnum cœlorum [96], » quod afflictionibus hujus mundi, et victoriæ contentione capimus. Atqui institutio tubarum sempiterna est. Verbum enim Dei affatim in nobis habitare debet.

Ἐλαταὶ δὲ αἱ σάλπιγγες· ἐλαύνονται δὲ διὰ σφύρας. Περὶ ἧς Ἱερεμίας φησί· « Καὶ συνετρίβη ἡ σφύρα πάσης τῆς γῆς. » Εἰ μὴ γὰρ ἦν διάβολος ἡ σφύρα, σάλπιγξ οὐκ ἦν ἐλατὴ, ἡ διεγείρουσα ἐπὶ τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ· καθ' ἃς τὰ σώματα θυσίαν προσάγομεν, λόγῳ τὴν ἰδίαν ἀπολιπόντα ζωὴν, τὰς ψυχὰς φαιδρυνόμενοι· καὶ τοὺς ἀκούοντας κινοῦσα πρὸς πόλεμον. Πολλὰ ἡ σφύρα Παύλῳ συνήρατο τῇ σάλπιγγι τῇ ἐλατῇ, διὰ τῶν ποικίλων αὐτὸν ἐλαύνουσα πειρασμῶν· δηλοῦσα, ὡς ἐλαύνεσθαι ἠδύνατο, μηδὲν βλαπτόμενος· καὶ σχῆμα λαβεῖν σάλπιγγος μεγαλοφώνου μὴ ἄδηλον δηλούσης φωνὴν εἰς τοὺς ἀκούοντας, εἰς τὸν κατὰ τῆς κακίας κατασκευάζεσθαι πόλεμον. A

Ductiles vero sunt tubæ, deducuntur autem per malleum, de quo Jeremias inquit : « Et comminuit malleus [97]. » Cæterum tuba quæ ad ferias concitabat, non ductilis erat. Feriæ autem illæ sunt quibus per verbum corpora nostra in victimam offerimus, propriam vitam deserimus, et animas nostras serenas et illustres reddimus. Eadem quoque tuba in bello classicum canebatur. Malleus ductili tuba sæpe sublevavit Paulum, nam per multas tentationes impetu suo extulit, et significavit ei quod impune per eas evadere posset, et habitum assumere tubæ, quæ magno strepitu vocem notam ac certam ad auditores emittit, quo scilicet malitiæ bellum indiceretur.

Et profecti sunt filii Gersom et Merari portantes tabernaculum. [X, 17.] Quo nimirum sacra præpararent. Inter Levitas vero et castra tabernaculum erat, vasa autem in medio eorum qui ante, circum et post erant ; ita quoque Deus in medio sanctæ civitatis esse dicitur, et exercitus cœlestis undique circa Deum ; magnus enim et terribilis est omnibus qui circa ipsum sunt.

Καὶ εἶπε Μωϋσῆς τῷ Ὀβὰβ υἱῷ Ῥαγουήλ. Δεῖ νοεῖν, ὡς Ἰοθὸρ τοῦ καὶ Ῥαγουὴλ ἀποστρέψαντος, οὗτος γυναικάδελφος ὢν αὐτοῦ, μέχρι νῦν αὐτῷ συνέμεινε. Νῦν δὲ, ὡς εἰκὸς, τοῦ πατρὸς αὐτῷ τελευτήσαντος, ὥρμησεν ἀπελθεῖν, τὴν ἱερωσύνην κατέχειν τὴν πατρῴαν βουλόμενος. Ὁ δὲ κατασχεῖν ἐπειρᾶτο ἐλπίδι τῶν αὐτοῖς ἐσομένων καλῶν. B

Et dixit Moses Hobab filio Raguelis. [29.] Cogitandum est Jethronem hujus Raguelis filium fuisse. Quare cum Hobab affinis Mosis esset, adhuc cum eo mansit. Nunc vero, ut verisimile est, patre suo sacerdote Madianita defuncto abire desideravit, voluitque patris sacerdotium capessere. At Moses retinere eum futurorum spe bonorum conabatur.

Aliter vero Christus nos ad se allicit, desiderium videlicet injiciendo non lucri, sed æterni boni, quod promittit omnibus qui desiderio ipsius tanguntur, et malum aversantur.

Φησὶ μὴ δεῖν ἀπολιπεῖν αὐτοὺς, ἐπεὶ κατέμαθε τὰς στρατοπεδεύσεις αὐτῶν τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ ἔσεσθαι ἐν αὐτοῖς πρὸ ὀφθαλμῶν, ὡς δυνάμενον προτετάχθαι καὶ καθηγεῖσθαι διὰ τὴν ἐμπειρίαν. Καὶ ὡς ἔοικεν ἐπείσθη· οὐδαμοῦ γὰρ λέγει ὡς ἀπέστρεψε.

Dicit autem Moses ipsi Hobab, peritiam castrametationum ipsorum quas in deserto fecissent habere, adeoque oculorum vice ipsis fore, ut qui ipsis et imperio et ductu præesse propter rerum experientiam, possit. Itaque si relinquat eos, quod se minime deceat, illisque plurimum incommodet, facturum. Atque ita quidem ab illo persuasum esse consentaneum est, nusquam enim scriptum quod ab eo diverterit, legimus.

[89] I Cor. xiv, 19. [90] Prov. ix, 9. [91] I Cor. vii, 27. [92] Coloss. iii, 5. [93] Rom. viii, 18. [94] Malach. ii, 7. [95] I Cor. xv, 57. [96] Matth. iii, 2. [97] Jerem. L, 23.

Profecti sunt itaque de monte Domini itinere trium dierum, et præcedebat eos arca fœderis Domini itinere trium dierum, ad investigandum locum quietis. [33.] Magna utilitas **395** ex profectione hominibus ejus temporis obvenit, quod scilicet senserunt Deum se habere ducem. Remoto autem typo, Christus nobis spectandus proponitur, quoniam tribus diebus nos præcedens, deducit ad quietem quotquot eum ex inferno ad cœlestem sedem contendentem sequuntur. Qui insuper in hoc mundo jejuniis sese macerando, tentationesque subeundo inimicas contra Satanam antiquum victorem acies pro nobis eduxit, ut pedibus conculcatum nobis spectandum exhiberet, tranquillitatemque et quietem nobis pareret. Quocirca « Afflictionem in hoc mundo sustinetis, inquit; verum animo forti estote quoniam mundum devici ego [98]. » Porro quoque, potestatem vobis dedi calcandi super serpentibus, et scorpionibus, et omni adversa potentia. Qui morte sua in paradisum foribus ejus effractis primus est ingressus, et ad perennitatem aditum nobis patefecit, quemadmodum illud vatidicum indicat : « Cicatrice quidem ipsius omnes nos sanati sumus [99]. » Qui nobis quoque supernam profectionem instauravit, et dixit : « Proficiscar et locum apparabo vobis [1]. »

Cum proficisceretur arca, dixit Moses : Surge, Domine, et dissipentur hostes tui. [X, 35.] Notandum vero quod hostes populi, Dei hostes vocat. Nam id utique docet quod et nos impiorum quatenus tales sunt, inimicos esse oportet quandoquidem ad ferendum nobis suppetias surrexit Christus, qui jam olim per Davidem dixit : E mendicantium calamitatibus, et e singultu pauperum nunc surgam [2], inquit Dominus. Tunc fugerunt divinæ gloriæ adversarii, a quibus victoriam in cruce reportavit. Quandoquidem etiam omnem ad Patrem convertit terram, et infinita millia in sui adorationem adduxit. « Cum enim, inquit, evectus fuero supra terram, omnes vos mecum attraham [3]. » Mosis enim precatio intercessionis Christi umbra erat. Idem enim Moses cum a præsenti profectione cessaretur Dominum tali adoriebatur precatione : « Revertere, Domine, ad decies mille Israelis, » quod tantumdem erat ac si diceret : Arca reducta da populo sedem. Ac Deum quidem populo valde familiarem effecit, quasi itineris comitem illis exhibuit Deum. Eundi vero tædium illos capit, laboresque ac molestias lamentationibus prosequuntur. Licet quidem id palam non fieret, Dei tamen aures quem nihil quidquam latet, feriebat. Ideoque pars populi ignis ardore in totius populi utilitatem affligitur, idque non arguto quodam ac circumspecto judicio, quo aliqui essent separati, sed eo quo ratio et respectus omnium est habitus. Paucos enim pati oportuit pro multis, quamvis nec hos nec illos dicere potuisses. In summa vero magnam in hoc judicio qui illud sustinuerunt æquitatem et clementiam habuerunt, quamvis ad aliorum emolumentum inferiorem sortem nunc sint adepti, utpote qui divinæ providentiæ gubernationem adjuvarunt et consummarunt. Quemadmodum in Lazaro [4] qui etiam in immitis divitis accusationem spretæ paupertatis, extremæ paupertati fuit objectus, deinceps vero post vitæ finem, in consortium Dei accersitus, punito altero manifestum est.

Cæterum precationis vi et efficacia ignis se A exstingui patitur, ut intelligant vera Dei gratia, citra eorum respectum illam salutem obvenisse eis.

Εὐχῇ παύεται τὸ πῦρ· ἵνα γνῶσιν, ὅτι χάρις αὐτοῖς, οὐ κατ' ἀξίαν ἡ σωτηρία.

Ac talis quidem auxiliator ac protector noster Christus quoque, qui nobis salutem peperit, exstitit. Quod si vero aliqui sint qui post agniti ac confessi beneficii tam evidens argumentum, pravarum rerum studio præeuntem Christum, de sede ipsis dispicientem, legationem seu potius intercessionem pro ipsis obeuntem, advocatum enim apud Patrem Jesum Christum, Joanne testante [5], habemus, in nube, ceu a diei æstu, id est, a radiis voluptatum et tentationum protegentem lacessierint, hi sane quoque ignis sævitiem experientur. Non enim temere ab Apostolo dictum est : Si post agnitionem veritatis acceptam, ultro prolabimur in peccatum, nihil loci sacrificiis pro peccatis relinquitur. Tremenda vero est pœna judicii, et ardor ignis qui hostes Christi absumet ac conficiet.

396 *Et vulgus promiscuum quod inter eos erat, concupiscentia flagravit.* [XI, 4.] Nec non ii vero quos par erat alios increpare et abstrahere, pravas cogitationes fragilium, terrenarum ac perniciosarum cupiditatum causa, colla sua peccati jugo libentius submittentes versant. Cæterum carnium esum illis circiter triginta diebus Deus præbuit, atque iræ suæ magnum documentum edidit. Quemadmodum sane hodie quoque iis qui voluptatibus carnalibus participare volunt, indulget. « Eos enim tradidit, inquit, menti corruptæ, ut ea quæ minime conveniebant, admitterent [6]. » Verum enimvero hic cibus bilis naturam in ipsis induit. Nam qui res carnales præferunt mannæ spirituali, verbo Dei videlicet, iis ad mortem ipsorum cedet conatus. « Qui enim semen suum carni mandavit, inquit, ex carne metet interitum [7]. » Quapropter Paulus inquit : « In spiritu ambulate, et concupiscentiam carnis ne perficiatis. » Militat enim caro contra spiritum et spiritus contra carnem [8]. » Oportet etiam spiritus suavitati per manna repræsentatæ nihil habere prius, ne sepeliamur ritu populi affectati, juxta illud : « Erunt speculo omni carni. » Manifesta enim sunt ipsorum monumenta. Et hæc clades claros fecit quemadmodum decantatum est. Quorum gloria in turpitudine sua consistit; perpetuam enim propter effeminatos suos

[98] Joan. XVI, 33. [99] Isa. LIII, 5. [1] Joan. XIV, 2. [2] Psal. XXXIV, 10. [3] Joan. XII, 32. [4] Luc. XVI, 1 seqq. [5] I Joan. II, 1. [6] Rom. I, 26. [7] Galat. VI, 8. [8] Galat. V, 16.

mores ignominiam sustinent. Quod ipsum Davidis quoque verba innuunt : « Dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum ne quid relinqueret [9]. » — « Carnes enim, inquit, in dentibus eorum erant. Itaque percussit eos Dominus plaga magna admodum, et nomen loci illius appellavit, » et cætera quæ sequuntur.

Ἡγνίζοντο δὲ πρὶν φάγωσιν. Ἱερὰ γὰρ παρὰ Θεοῦ καὶ ἡ κρεοδοσία, καὶ καθαρῶν δεῖται τῶν ἐσθιόντων. Ὅτι δὲ οὐκ ἀναγκαία ἡ βρῶσις, ἐπάγει· « Ὅτι ἐκλαύσατε ἔναντι Κυρίου. » Διὰ γὰρ τὸ κλαῦσαι τὰ κρέα δίδωσιν, οὐ διὰ χρείαν. A

Sanctificabant autem se antequam ederent. Carnium enim facultas et donum sacrum est et a Deo proficiscitur, et puros epulones non minus flagitat. Ut autem indicet istum cibum minime necessarium fuisse, subjungit : « Quoniam flevistis coram Domino. » Propter fletum enim eorum carnes ipsis largitur, non propter necessitatem aut inopiam.

Absurdissimum vero est quod voluptatis causa servitutem qua in Ægypto pressi præsenti vitæ conditioni anteponunt. Ut autem probro illis vertat intemperantiam suam immodicam, cibum illum aliquando maxima copia suppeditavit, atque eos oneravit. Hinc est quod dicit, Et erit vobis in alienationem, quod cruditatem reddiderunt alii. Similiter sane iniquitati odium conciliat sapientiæ quæ illam est comitata præsumptio. Nam immorigeri fuistis, inquit, Domino, qui inter vos exsistit; quasi dicat : Inobedientia vestra non aliunde orta est quam ex prava opinione de Deo, quasi ille vos deseruerit, aut iter bonorum vos celaverit. Ideoque moræ impatientes bonorum illorum perceptionem antevertere voluistis, nullam utilitatem ex deductione ipsius habere arbitrati. Oportebat utique firma spe futurorum bonorum in Deo nixum esse.

Ὁ Μωϋσῆς ἀπιστεῖ, τὸ πρᾶγμα μόνον ὁρῶν, οὐ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. Διό φησιν αὐτῷ· « Μὴ χεὶρ Κυρίου οὐκ ἐξαρκέσει; » μείζω Μωϋσεῖ τὴν εὐεργεσίαν διδοὺς γνῶσιν, ὡς πάντα δυναμένου Θεοῦ. Ὃ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Πατρὶ δύναμιν ἐπὶ τῶν τραφέντων ἐν ἐρήμῳ πεποίηκε. Καὶ μέμφεται τοὺς ἐπὶ τροφὴν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ γνῶσιν ἐλθόντας Θεοῦ. Τοῦτο καὶ νῦν, καὶ Μωϋσῆς, καὶ οἱ φαγόντες παιδεύονται. Πλὴν ἐνταῦθα μὲν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, ἐλεγκτικῶς· ἐκεῖ δὲ διὰ τὴν παραμονὴν, ἵνα μὴ ἐκλυθῶσι νηστεύοντες. Τὰ αὐτὰ δὲ τῷ Μωϋσεῖ καὶ Φίλιππος ἔλεγεν εἰς ἔνδειξιν τῆς θείας δυνάμεώς τε καὶ εὐπορίας ἐν ἀνθρωπίνῃ ἐρωτήσει· « Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι πάντες; » Δι' ὧν δὲ ἐπεθύμουν ἐδεσμάτων οἱ πάλαι, δηλοῦται τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας τὸ γεῶδες, καὶ κάκοσμον, καὶ δριμὺ, καὶ ὑδαρῶς ἐκλελυμένον. B C

Cæterum Moses ad res præsentes magis quam ad Dei virtutem oculos convertens, diffidentiæ crimen admisit. Quocirca a Domino audit : An manus Domini impar esset Mosi majora beneficia conferendi ? « An manus mea abbreviata est ? » quibus verbis innuit potentiæ Domini omnia esse obnoxia : quod Christus quoque æqualem cum Patre potentiam habens, iis quos in deserto paverat clarum fecit, ubi quoque eos reprehendit qui cibationis causa potius quam Dei cognitionis venerant. Eamdem sane eruditionem Moses quoque hic et convivæ ejus accipiunt, illo duntaxat excepto quod hi cibum suis concupiscentiis non suo magno crimine sunt adepti, illi vero discedendi incommoditate, quoniam jejunos eos dimittere periculosum erat. Eamdem vero quæ Moses, Philippus quoque objecit Domino (ut nimirum humana interrogatione divina facultas et potentia elucesceret) : « Unde tot panes emeremus quot his omnibus ad victum sufficerent [10] ? » Cæterum per edulia quæ appetiverunt veteres, ipsorum concupiscentiarum cadaver, malignitas, asperitas, et effusa quædam libido arguitur.

Quam nefarie vero manna insipidum et fatuum vocant, cujus singulæ ejus particulæ varias formas continebant ? Nam cum libebat frumentum velut torrebatur, **397** vel ceu sapa coquebatur, vel in formam farinæ redigebatur ut inde panem simul et obsonium possent conficere, ac in summa quemadmodum cibus spiritualis, cujus imaginem præ se tulit, erat. Nam ille etiam unicus duntaxat cum sit a potentia tamen et virtute sua infinitas formas acquirit. Hinc defluxit illud quod dicitur : Spiritus melle et favo dulcior exsistit. Ita deinceps cum Judæi verbum cœlitus delapsum, imo Mosen quoque ipsum respuerent. « De me enim ille scripsit [11], » inquit. Unde deinde infert : « Qui litem eis coram Patre meo intendet [12]. » Quemadmodum nunc quoque scriptum est : « Et ira excanduit Dominus super populo suo. » Necnon Mosi vehementer displicuit, quemadmodum mentes sanctorum a nutu Dei omnino pendent. Neutris igitur cum parere vellent, nuntiis ad cœnam invitantibus responderunt, ille quidem, Agrum emi ; hic, Boves mercatus sum ; is, Uxorem duxi [13]. Antequam vero carnes exhibeantur illis septuaginta seniorum sanctificatio ponitur. Divina participatio videlicet ante carnalem.

Ἐντεῦθεν ἡ τῶν ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων ἐκλογὴ κατ' ἐμπειρίαν τὴν Μωσέως (54). Ἵνα μὴ ἴσην αὐτῷ D

Cæterum census eorum a Mose agitur, ne, a Deo recensiti cum sint, parem dignitatem et conditio-

[9] Imo Isa. v, 14. [10] Joan. iv, 5. [11] Joan. v, 46. [12] Matth. xviii, 6. [13] Matth. xxii, 2 seqq.

NOTÆ.

(54) διὰ Μωϋσέως. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

nem cum eo habere videantur. Ita quoque Deus cum Adamo principatum inter bestias reservare vellet, nominum impositionem illi contulit.

A τὴν κατάστασιν ἔχωσιν ὑπὸ Θεοῦ αἱρεθέντες, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνου, τῇ περὶ αὐτοὺς ὑπολήψει ὡς τιμιωτέρους ἀλομένου τούτους, ὡς καὶ τῷ Ἀδὰμ (55) τὸ ἡγεμονικὸν σώζων ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις ἔδωκε τὴν τῶν ὀνομάτων θεσιν.

Simul vero prophetant omnes, ne æquis passibus prophetiæ cum Mose incedere videantur, sed argumentum tantum se participes spiritus esse factos edant. Prophetantque omnes simul, unus enim spiritus est et una ejus in omnibus virtus. Accipiunt vero Spiritum quotquot erant recensiti, quantumvis loco inter se essent disjuncti, non enim loco aut numero alligatus est Numinis afflatus. Cæterum Mosis famulus ex animi indignatione a Mose postulat, ut duobus qui in tentorio erant vaticinii via intercluderetur.

Quod quidem non invidiæ morbo ab illo factum, sed studio gloriæ sui principis, quod dignitatem ipsius tueri vellet videlicet.

Οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθονερῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος τιμητικῶς, ἐξαίρετον εἶναι τὴν προφητείαν αὐτῷ βουλόμενος.

B

At ille omnes esse tales vult. Quod nos de rebus Christi erudit, quemadmodum dicit Joel. Tradunt autem aliqui legem solam ad Christum nos deducendi non sufficere. Quocirca alios quosdam melioris notæ homines defectum ejus sarsisse contendunt. Eos nempe qui post Mosem gubernationi populorum per Christum sunt adjecti, quorum primi et patres quodammodo discipuli Christi exsistunt. Evidens autem hinc est quod uno eodemque spiritu cum sanctos qui ante nos exstiterunt, tum nos ipsos sanctificat Christus. Propter quod sane de Spiritu tuo si accepero, inquit, eum illis impertiam. Porro duo illi posteriores eorum qui ex gentibus divino numine afflati sunt imaginem continent. Non enim omnes in abditos Christi recessus lex deduxit, verum ex virtute Patris Filius, Dei imago exsistens, ignaris sui est detectus. Eos etenim ad se cum vocasset sancto Spiritu uno eodemque existente quemadmodum Pater et Filius, delibuit. Atque id quidem cum iis qui sub lege vivunt admirabile videatur, magnum in eis studium æmulationemque commovet. Quia tamen Moses permovetur nihil, quin potius longius prospiciens ad mysterium, exhilaratur. Cæterum coturnicum largitione promptis ac benevolis suam potentiam spectandam proposuit. Simulque intemperantiam aliorum redarguit, ne grata illi et accepta fuisse videatur.

Nec vero affectionem qua ad furorem concitetur in eum cadere cogitandum est; hoc enim si esset, post largitionem, non ante, furore exarsisset. Atqui in ipsa petitione statim ipsius argumenta edidit. Punitionis vero hujus æquitatem eam vocavit, quod consilium Dei non exspectarunt, sed tantum tamque immensum studium colligendi declararunt, ut reconderent etiam, quod quam minime faciendum fuerit, manna quoque a reconditiore seclusum documento esse poterat. Verum hoc quidem manna perpetuum, illud vero temporaneum fore arbitrabantur, qui nec obsecuturi fuissent Deo, etsi tempore quoque alio iterum ad cumulum istum adjecisset.

C Οὐ πάθος τὸ, ἐθυμώθη. Οὐ γὰρ ἂν μετὰ τὴν δόσιν, ἅμα δὲ τῇ αἰτήσει τὸν θυμὸν ἐπεδείξατο. Τὸ δὲ τῆς κολάσεως δίκαιον οὕτως ἐκάλεσε· μήτε τὴν βουλὴν ἀναμεινάντων Θεοῦ, τοσαύτην τε δειξάντων σπουδὴν, ὡς καὶ ταριχεῦσαι, καίτοι κελευσθέντας μηδὲ τὸ μάννα θησαυρίζειν: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ᾤοντο διηνεκὲς, ἐκεῖνο δὲ πρόσκαιρον, μὴ ἀκολουθοῦντες Θεῷ, κἂν εἰ χρόνῳ τινὶ τὴν δόσιν ἐπιμετρήσειε.

Quidam vero Eldad et Modad ex animi quadam submissione, quod se indignos judicarent postrema tenuisse tradunt, **398** item ut concedamus cunctum populum prophetiam Domini exercuisse, cum Spiritum suum his dedisse separatim conceditur, ut ex Domino prophetarent, non impostura aliqua Satanica, quemadmodum Paulus in prima ad Corinthios, inquit [74].

Propter uxorem ejus Æthiopissam, etc. [XII, 1.] Narrat Josephus quod si quis in regia educatus, dux creatus ab Æthiopibus, bello aliquo superavisset, legitimam regis filiam matrimonio ei locatam fuisse.

D Ἰώσηπός φησιν (56), ὅτι ἡνίκα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐτρέφετο Μωσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς κατὰ τῶν Αἰθιόπων, καὶ νικήσας, ἠγάγετο τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα. Ἐπὶ γὰρ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν προδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

Alii vero Jethronis filiam Madianitidem Æthiopissam illam esse tradunt. Quod ridiculum esse patet hinc quod post triginta annos a die nuptiarum, necnon ante legem Israelitis de uxoribus ducendis datam, priusquam etiam a gentibus discerneretur Israel, Mosi crimen illud impingitur. Atqui iniquitatis

[74] I Cor. xiv, 1 seqq.

NOTÆ.

(55) Οὕτω καὶ τῷ Ἀδάμ. Ὁ τῆς Αὐγ. κῶδ.
(56) Ἐν κεφ. ε' τοῦ περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ. β' βιβλ.

s.muique extremæ arrogantiæ Mosen insimulant. Exstat autem iniquitas ea quod sui copiam ab Israelitis abalienavit et ad nuptias peregrinas traduxit. Atqui hoc quid aliud est quam quod Petro quoque quod cum præputiatis comedisset, fuit objectum? Quo tempore visionem suam recitat qua audivit illud : « Ea quæ Deo sacra sunt, tibi ne sint profana [15]. » Erant vero impuri reipsa qui gentilibus carnalem impuritatem exprobrabant. Verumtamen ipsa soror, Aaronque Mosi exprobrare non verentur, non cogitantes nimirum, cujus figuram gereret. Christus etenim verus lator legum est, Deique ac hominum mediator. De quo Moses ipse dixit : « Prophetam excitabit Dominus Deus vester vobis ex fratribus vestris mei similem [16]. » Fuit vero Aaron Judaici sacerdotii typus, quemadmodum Synagogæ Maria. Accusarunt autem Christum seniores quoque et plebis congregatio quod falso se Filium Dei jactitaret, cum solvisset Sabbatum. Indignabantur insuper quod nigram gentium et pulchram Israelitarum Synagogam simul ambiret, quod videlicet sponsæ Israeliticæ, obscuritate scientiæ et morum infectam gentilem adjungeret. Nam Samaritis qui alieni et extranei erant, Evangelium denuntiaverat, initiumque quoddam vocationis gentium in illis jecerat. Contra vero suis discipulis ab initio mandaverat ne gentium itineri insisterent, neque in civitatem Samaritanam ingrederentur ; sed potius ad perditas Israelis oves iter converterent [17]. Quo mandato gentes ab Israelitis alienas fecit. Quocirca gentes sibi sociavit, Israelitis interim non neglectis. Quod adhuc clarius fit cum inquit : « Etiam alias oves habeo quæ non ex ista caule sunt, quas me quoque ducere oportet [18]. » Item cum impudice sciscitarentur an ipse esset Christus, inquit : « Dixi tamen vobis, verum non creditis, quia ex grege mearum ovium non estis [19]. » Quapropter, tanquam qui amaret alienos, Samaritam eum nuncuparunt, dæmonium item habere dixerunt : dæmoniacos enim idolorum cultores appellabant, quod diabolus inter eos exsisteret. Semper vero transgressionem illi objectarunt, quamvis legem multo amplius expleret quam dissolveret : quod ex ipsiusmet verbis constat. Solius enim litteræ mutatio ad veritatem pertinebat.

Objectabant quoque Christo Pharisæi : Ne Mosi quidem soli omnia dixit Deus, multo minus tibi. Verum enimvero quemadmodum antiqui peccarunt sese comparantes ei qui a Domino audivit : Mihi præ omnibus notus es, et magnus es in oculis meis : decebat enim eos qualicunque sibi concesso honore contentos esse, nondum concessum neutiquam captare : ita recentiores piaculum in se admiserunt, fidem derogando ei qui dixit : « A meipso loquor nihil, sed qui me misit Pater, in mandatis mihi dedit quid dicam, et quid loquar [20]. » Item : « Verba quæ ego loquor non mea sunt, sed ejus qui me misit [21], » audacterque ingerendo ei : « Mosi quid Deus dixerit novimus, hunc vero unde sit non novimus [22]. »

Καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωϋσῆς πρᾶος σφόδρα· Σιωπῇ γὰρ ἔφερε τὴν αἰτίαν ἀπὸ πραότητος. Καὶ ἀναγράφει τὸ ἐγκώμιον ἑαυτοῦ, ὥσπερ καὶ τὸ ἁμάρτημα, φιλαλήθης ὤν, καὶ μηδὲν ἀποκρυπτόμενος, ὥσπερ Δαβὶδ καὶ πάντες οἱ ἄλλοι.

A *Fuit autem Moses vir mansuetus admodum* [23] [XII, 3.] Tacite, nec sine summa animi moderatione, 399 contumeliam istam pertulit, laudemque hanc suam quemadmodum etiam peccatum Davidis aliorumque sanctorum exemplo in monumenta sua retulit, sicut veritatis studiosus, aque omni fuco alienus fuit.

Ista igitur mansuetudine Mosis ad arrogantiam et fastum abutuntur illi. Quamvis vero mussitarit ipse, contumeliam tamen fidelis famuli in domo sua sibi Deus propriam fecit. Quod imprimis super Christo evenit, Patre ab iis qui in eum debacchati fuerant pœnas exigente.

Exite vos tres in tentorium testimonii, etc. [4.] Judicium enim prompte stringit Deus in eos qui ogganniunt Christo, et cum eo de gloria contendunt. Judicium vero per Filium in quo Pater est exsequitur. « Ego enim in Patre sum, inquit, et Pater in me [24]. » Cæterum quemadmodum magnorum hominum peccata sunt eximia, ita reprehensionem ac pœnam eorum distinctam facit. Quocirca eos eductos voluit in sanctuarium in quo oracula edebantur.

Χωρὶς Μωϋσέως καλοῦνται ἐπιτιμητικῇ κλήσει, ἐπειδὴ καὶ λεπροῦσθαι ἡ Μαριὰμ ἔμελλε. Τῷ δὲ Ἀαρὼν καὶ ἡ διὰ λόγου μέμψις ἤρκεσε, καὶ ἡ περὶ τῆς ἀδελφῆς λύπη.

B Ac sine Mose verbis acerbis vocantur, quoniam Mariam lepra inficere voluit, Aaroni vero increpatio gravis verborum mœrorque pro sorore conceptus satis pœnæ erat.

Evenit autem illi juxta Dei oraculum : « Vivite et lugete, sacerdotes ; lamentamini, sacri Dei ministri, quoniam liberationibus et sacrificiis excidit domus Dei vestri [25]. »

Ἡ δὲ συγγνώμη καὶ ὡς ἀνδρί, μᾶλλον ἐνάγειν παῤῥησίαν ὀφείλοντι παρὰ τὴν ἀδελφήν.

Veniam vero hanc adeptus est, partim quia virilis sexus, juxta quem major loquendi libertas illi quam sorori suppetebat, partim propter sacerdotium ne ipsius cursus sisteretur. Quin etiam non omnino eos abjicere voluit, præsertim ob peccatum non gravissimum, quamvis in muliere gravius quam

[15] Act, x, 15. [16] Deut. XVIII, 15. [17] Matth. x, 5, 6. [18] Joan. x, 16. [19] ibid. 26. [20] Joan. XII, 49. [21] Joan. XIV, 10. [22] Joan. IX, 29. [23] Joan. x, 38. [24] Joel I, 8, 9.

in viro. Quod vero superiorem inferiorum judicio non subjecit, sed honore suo a Deo concesso multavit, ideo factum est, ne alia vice ejus reprehensiones detrectarent, et diversitatem dignitatum intelligerent.

Si fuerit vobiscum propheta Domini, etc. [XII, 6.] Mosi testimonium dat quod in percipiendis divinis oraculis sagacissimus fuerit : non enim in otio vixit nec opiniones in somnis delatas tractavit. Quapropter cum tantæ excellentiæ sit, a nemine inferiorum inquirendus fuit. Atqui hoc multo verius cernas in Christo : non enim in Filio quemadmodum in prophetis locutus est Pater ; illi enim instinctu Spiritus futura prædixerunt. At illi ex sapientia Patris quæ ipsemet fuit, illi obscura significatione gloriam ipsius contemplati sunt. Deum enim nemo unquam vidit. Ipse vero inquit : « Patrem vidit nemo nisi qui a Patre fuit, Patrem vidit [25]. » Quomodo igitur dixerunt Judæi : « Cum patribus nostris locutus est Deus [26] ? » Locutus quidem est in monte Sina, sed parva tantum significatione, obscure, et figurate : verum Christus Patrem in seipso habuit. Item Christus in tota domo fidelis totam terram Patri adduxit, atqui lex unicæ tantum genti salutem particulariter contulit. « Quare igitur, inquit, non timuistis obloqui famulo meo Mosi ? » Hujusmodi sane, etiam a Propheta Pharisæis dictum esse constat : « Vos filii iniquitatis, huc adducite semen vestrum adulterinum et meretricium [27]. » Quorum Psalmista quoque mentionem facit : « Dixi prævaricatoribus : Ne prævaricemini ; et peccatoribus : Ne exaltetis cornu, ne loquamini contra Deum iniqua [28]. » Propterea enim recessit a synagoga eorum divina gratia quemadmodum nubes a tentorio. Mariam vero occupavit lepra gravida, adeo ut in modum nivis exalbuerit. Juxta dictum illud : « Domum meam reliqui, hæreditatemque meam deserui [29]. » Quod ut de illis dictum intelligamus nos adducit illud quoque : Obrue vultus ipsorum ignominia, et doce eos quod nomen tuum Dominus sit. Et hoc sane qui intellexerunt veniam errati sui deprecati sunt, quemadmodum Maria fecit et Aaron. Ac hi Christi participes facti fratrum quoque aliorum curam egerunt. Hoc se fecisse Paulus testatur etiam cum inquit : « Fratres cordis **400** mei voluntas et precatio ad Deum pro ipsis est ad salutem eorum [30]. » Quibus verbis testatur ministrum Dei quemadmodum Aaron, fuisse. Intercedente vero Mose pro ipsa, quamvis ad clementiam propensus sit Deus, corporalem sanationem propter spiritualem differt. Ne autem molestiam ei pariat de futura sanatione eum præmonet. Quid vero ? Multitudo vel magnitudo peccatorum clementiæ Dei obstant. Quapropter Jeremias quoque eum de malis populo eventuris sciscitaretur ac diceret : « Heu, mihi langueo animi propter cæsos et exstinctos [31], » audit a Domino : « Perambulate vias Jerusalem, videte, animadvertite, et indagate omnibus vestigiis ejus, si quem inveniatis qui judicium faciat, qui fidem quærat ; quod si fuerit, propitius eis ero, inquit Dominus [32]. » Atqui populus non recessit usquedum Maria ad pristinam puritatem rediit. Exspectabimus enim nos quoque si in fine crediturus sit Israel, ut cum reliquerit tentoria hujus vitæ in supernam urbem asciscamus.

Mitte viros exploratum terram quam tibi dedi, etc. [XIII, 3.] Deus a Mose exploratores mitti jubet, quo ignaviam populi sibi compertam in lucem produceret, ut immorigeri agnoscerentur. Quin etiam si ignari terræ in eam invasissent, eaque conspecta retrocessissent, maximam contumeliam Deo, animique confidentiam Palæstinis attulisset. Hoc ipso vero quod postquam aditus illis interclusus redargutique obediunt, non parvus utilitatis cumulus illis accessit. Quamvis obedientia ipsorum post obmurmurationem demum juncta non admodum accepta erat, magisque increpationem flagitabat quam veniam. Hoc ipse vero quod Deus dicit : « Tibi ipsi dimitte, » indicat rem eam ipsis utilem fore. Quod enim, « Tibi ipsi, » dicit, idem est ac si dicat, populo, quare ipsis utilem esse, nec Deo ; noverat enim is quam eis daret terram. Mosi vero ceu duci contra quos se opponeret, et de qua terra certaret cognitum habere conveniebat. Quod autem victoria non multitudine nec virtute steterit, deinceps clarum fit. Duci itaque consilium ad manum esse debet. Equus enim, inquit, instruitur ad belli tempus, a Domino vero auxilium suppetit [33]. Cæterum ea quæ sub umbra sunt proposita, eventis rerum illuminare oportet. Exstat itaque Moses his quæ de eo per figuram scripta sunt. Christi veritatisque speculum, quo Judæorum mens dirigitur, ut ea quæ sanctis promissa sunt, terram videlicet sanctam mansuetis adornatam contemplentur. Est etenim in ipso Pascha quo præ se fert Christi mysterium, perque sanguinem pretiosum perditionis depulsionem. Restitutum item nobis in pristinam quæ in paradiso fuit voluptatem, Tabernaculorum festum septimo mense celebratum, ac proinde in fine demum sæculi, repræsentavit. Idcirco etiam septimus dies tam sanctus quam primus eo festo fuit. Moses igitur usu rerum animique prudentia præstantissimos ad exactam promissionum Dei explorationem præmittit. Quas qui adipisci cupit ei non pugna cum carne et sanguine est, verum cum principibus, potentibus et dominis hujus mundi [34]. Hinc fit quod ii qui carnis studio tenentur et addicti sunt hanc pugnam tantopere detrectent. Hinc fit quod ejus sæculi homines reproborum sermonibus circumventi liberos luxerunt et uxores. Hujusmodi homines omni tempore invenire est, qui se principum edictis aut sermonibus, a fide quam Christo dederunt, olim deterreri patiuntur. Quamtumvis enim ad cœlorum regnum eos invitet ipse macteque virtute esse jubeat : « Ecce, inquiens, tradidi vo-

[25] Joan. I, 18. [26] Hebr. I, 1. [27] Isa. LVII, 3. [28] Psal. LXXIV, 5, 6. [29] Jerem. XII, 7. [30] Rom. X, 1. [31] Jerem. IV 31. [32] Jerem. V, 1. [33] Job. XXXIX, 19-25. [34] Ephes. VI, 12.

bis serpentes ac scorpiones calcandos, omnemque potestatem inimicam frangendam [34], ipsi tamen carnalia majoris cum faciant fidem illi recusant attribuere. Omnes enim quotquot ad nuptias invitati
401 erant, causæ aliquid dicebant, ille quidem agrum, hic vero uxorem prætexens [35*]. Atqui rei hujus ipsorum principes auctores exsistebant, ii, inquam, quibus dictum est : « Væ vobis scribis et Pharisæis, quoniam accepistis clavem scientiæ, ipsi tamen non ingredimini aliosque qui ingredi volunt prohibetis [36]. » Tale quoque vatidicum illud est : « Pastores desipuerunt et Dominum non quæsiverunt, unde nihil prudenter egerunt, et quidquid in pascuis eorum fuit, dispersum est [36*]. » Verum enimvero reliquiæ eæque Christi non expertes, sunt servatæ, ejus enim figuram gessit Caleb qui *omne cor* sonat. Jephonne vero *conversio*. Jesus denique *salus*. Qui enim integrum rectumque cor erga Deum habent, filii conversionis sunt, illis cohabitante Jesu, iidemque sunt qui crediderunt. Quales ceu primitiæ apostoli fuerunt, qui cum reliquiæ essent, perque Chalebum solum exsistentem figurati, Israelem vocarunt, idque non sine magno quoque periculo ; quare hæredes terræ sanctæ, tanquam qui rectissime erga Deum essent affecti, instituti sunt. Qualis fuit Paulus, qui legem pro stercore et multa propter excellentem Christi agnitionem reputavit [37]. In quos novus insuper populus fide coaluit, per liberos peccatorum adumbratus, juxta Davidem, « Populus recens conditus celebrabit Dominum [37*] ; » in alteram etenim ætatem, præter eam quæ sub lege fuit, hæreditas est reservata. Nam in Christo ad vitæ novitatem vetere homine exuto, una cum affectionibus et concupiscentiis virtute ejus qui duos populos in unum novum hominem interpolavit, sumus conditi. Quorum imaginem infantes referunt, sicut Paulus sensit, inquiens : « Lac rationis ac integritatis quemadmodum recens nati infantes, affectate [38]. » Quod autem hæc ipsius sit sententia, illud quoque addit : « Hodie si vocem meam audieritis, » et ea quæ sequuntur eo usque : « Nam juravi in corde meo quod non ingressuri sint in requiem meam [39]. » Item ; « Ne eadem nobis quoque eveniant, fratres, inquit, cavete ne in quoquam vestrum cor infidelitate depravatum fiet, » eo usque : « Incredulitatis enim culpa ingredi non potuerunt [40]. » Verum Josue exploratorum ducem optimum se præstitit, nam ad fidem cohortatus est, fideique virtutem explicavit, quod omnia infra potentiam credentis, ac imperterriti essent videlicet. Quocirca nomen illi quoque tunc temporis impositum quando explorationis causa sunt emissi. Qui in hoc missus est ut fidei exemplum atque iter illis foret. Quem Moses cum intueretur solidam rerum futurarum concepit spem, argumentoque voluptatis ejus quæ illic foret botrum arripuit. Quinetiam Josue de terra prædicantem, botrumque e ligno suspendentem sedulo audivit. Satis vero liquet, quo ille quoque oculos suos convertens tam intrepida spe esse potuit, quo inquam? ad eum botrum qui novissimis diebus e ligno suspensus fuit, cujus sanguis fidelium potus est, sicut a Mose tacite significatum est ; nam sanguinem, uvæ vinum biberunt hoc per quod Servatoris passio innuitur.

Et faciam te et domum patris tui in gentem magnam, etc. [XIV, 12.] Hæc promissio quoque facta tempore quo fabricaverant vitulum, nos enim ab initio Deo ob oculos sumus.

Et audient hoc Ægyptii, quoniam eduxit, etc. [13.] Consummationem eorum quæ Deus partim præstitit, partim præstare promisit, eam quæ se deceat, quamvis indignus sit populus, postulat. Promisit vero terram, et ad eam eos eduxit. Obtrectabunt enim potentiæ tuæ, inquit, quasi per illud iter ad quod eos adduxisti, deducere non potueris. Res porro miseranda 402 fuerit si omnibus una pereundum esset.

Ὑπομιμνήσκει καὶ ὧν Θεὸς παρέδωκε περὶ ἑαυτοῦ A ἐν Σινᾷ, ὡς ἐλεήμων καὶ δίκαιος. Εἰς μὲν τὸ ἔλεος, οὗ καὶ δεῖται, λέγων· « Ὃν τρόπον εἶπας, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰς δὲ τὸ, δίκαιος (οὐδὲ τοῦτο γὰρ ἀναίνεται), « Καὶ καθαρισμῷ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν εἰς τὸν ἔλεον τό· « Ἱλάσθητι δὴ τῇ ἀνομίᾳ τοῦ λαοῦ τούτου, καθάπερ ἵλεως αὐτοῖς ἐγένου ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως τοῦ νῦν. » Καὶ λόγῳ μαθὼν ἄρα, καὶ ἔργῳ πειραθεὶς, ὡς ἐλεήμων, δι' ἀμφοτέρων αἰτεῖται τὸν ἔλεον. Τὸ δὲ περὶ τῆς κρίσεως ἐν ὑποθέσει διττὸν, ἢ ἄφεσιν αἰτοῦν, διὰ τὸ, « Ἀφαιρῶν ἀνομίας καὶ ἀδικίας· » ἢ ὑπέρθεσιν, « Ὡς ἐπὶ ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ ὅλου γένους. » Καὶ Ἐζεκίας γὰρ ἔφη, « Γενέσθω δὴ εἰρήνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. » Ἡ μὲν γὰρ ἐν τέλει κρίσις μετὰ τὰς πράξεις, ἀνυπέρθετος· B νυνὶ δὲ καὶ μεταξὺ τῶν πράξεων ὑπέρθεσις εἰς ἐπιστροφὴν, ἥτις εἰ μὴ γένοιτο, καὶ ἐπ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ἡ τιμωρία, ὡς αὐτοὺς ὄντας, εἰ μὴ ἐπιστρέφοιεν· καὶ πρὸς φόβον ἑτέρων αἱ εἰς ἑτέρους

Commonefacit Deum insuper adjunctorum eorum quæ sibi ipsi in monte Sinai attribuerat, quod scilicet misericors, quod justus esset. Misericordiam qua se indigere fatetur, ita citat, « Quemadmodum dixisti, injuriarum patiens miserationumque plenus sum, » et deinceps quæ sequuntur. Justitiam vero, nam nec illam quidem relinquit, ita : « Et mundatione non mundabit reum, » et quæ sequuntur. Ad misericordiam deinde redit hisce verbis : « Propitius esto iniquitati hujus populi, quemadmodum propitius ei fuisti ab eo tempore quo ex Ægypto sunt egressi, » usque ad punctum istud. Denique cum ex verbis Domini cognovisset, et re ipsa expertus, quod misericors esset, utrumque ad misericordiam impetrandam affert. Hoc vero quod de judicii ambiguitate proponit, seu veniam deprecatur, cum inquit : « Qui tollis iniquitatem, et injustitiam, » seu dilationem petit : veluti hoc etiam quod dixit, « An totum genus ad unius numerum redigeres? » Quod genus petitionis Ezechiæ, « Sit

[34] Luc. x, 19. [35*] Matth. xxii, 2 seqq. [36] Luc. xi, 53. [36*] Jerem. x, 21. [37] Philipp. iii, 8. [37*] Psal ci, 19. [38] Leo, I Petr. ii, 2. [39] Hebr. iii, 7, 8-11. [40] ibid. 12-19.

utique pax in diebus meis, » est [41]. Nam extremum judicium, quod ipsa facta consequitur, moræ ac dilationis est impatiens. Nunc vero inter agendum tempus conceditur, ut actiones ipsas interea in melius convertamus. Quod ni fiat vel ab ipsis vel eorum posteris, pœna in superstites, ni meliores fuerint, redundat. Quin etiam ad terrorem aliorum in alios nonnunquam pœnæ cadunt subito, quemadmodum in Cain, in gigantibus et eorum complicibus manifestum est. Denique vero ut finem faciamus, auctores ipsi malorum rei pœnarum purgationisque exsortes sunt. Horum, inquam, peccatum est mortiferum qui peccata consummant, quod Chananæi fecerunt, et Amorrhæi.

A ἀπότομοι τιμωρίαι, ὡς καὶ ἡ Κάϊν, καὶ ἐπὶ γίγαντας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς. Οὗτοι οὖν ἔνοχοι, οὓς (57) καθαρεῖ, οἱ κατάρχοντες κακοῦ, οἱ ἐπὶ πληρώσει τῶν ἁμαρτιῶν, οἷοι Χαναναῖοι καὶ Ἀμοῤῥαῖοι.

Propitius illis ero juxta verbum meum. [XIV, 20.] Hoc ad posteritatem potius quam ad præsentem generationem refert. Non enim magnum est, illico non perire, sed per quadraginta annos corpora eorum occumbere in deserto. Magnum vero hoc est, quod progenies eorum non exscinditur, populusque per Christum resurrexit. Hoc sane magnum gratiæ documentum, juxta illud : « Pater, dimitte illis, nesciunt quid faciant [42]. » Item Prophetæ illud : « Ne occidas eos [43]. »

Ἵλεως αὐτοῖς εἰμι, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Τοῦτο εἰς τὸ τέλος τείνει μᾶλλον ἢ εἰς τὴν τότε γενεάν. Οὐδὲν γὰρ μέγα τὸ μὴ εὐθὺς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ τεσσαρακοστὸν ἔτος πεσεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὰ πτώματα αὐτῶν· μέγα δὲ τὸ μὴ ἐξαλειφθῆναι τὸ γένος, καίτοι τοῦ κατὰ Χριστὸν ἐξαναστάντος λαοῦ. Οὗτος ὁ μέγας B ἱλασμὸς, κατὰ τό· « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐκ οἴδασιν ὃ ποιοῦσι. » Τοιοῦτον καὶ παρὰ τῷ Προφήτῃ· « Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς. »

Quoniam implebitur gloria Domini universa terra, etc. [21.] Vaticinium de rejectione Judæorum et conversione gentium est. Sacramento insuper ita eventurum esse contendit, juxta illud : « In parabola a Domino. » Item : « Auferetur a nobis regnum, et tradetur genti reddenti fructus suos [44]. » Horum enim figuram liberi eorum qui crediderunt, illorum vero Judæi qui in deserto occubuerunt, gestant. « Animum enim ad omnes gentes adverte, inquit, annon miserearis omnium qui operantur iniquitatem ? » Et iterum : « Oculi ejus intenti sunt super omnes gentes, ne apud sese efferantur qui lacessunt ipsum [45]. » Quemadmodum vero gentes incircumcisæ sunt, sic filii qui eas repræsentarunt, citra circumcisionem in terram promissam sunt ingressi. Quod sane arguit circumcisionem ad promissiones aditum neutiquam patefacere, quemadmodum Abrahami exemplo Paulus clarum fecit. Nihil vero obstat quod post ingressionem circumcisi a Josue sunt. Nam etiam Abraham post justitiam quam in præputio consecutus est, circumcisus est. Omnis affectio seu passio quæ nobis ex generatione adest, animi circumcisi indicium est. Signum enim accepit, inquit, circumcisionem, sigillum justitiæ fidei, quæ est in præputio [46]. Est vero signum circumcisionis ejus quæ in justitia consistit, quaque affectiones ad iniquitatem ducentes depascimus. **403** Porro circumcisio per Josue filium Nave facta, circumcisionem eam quæ Jesu Dei Filio fidei verbo fit, quando credentes in mortem ipsius pro nobis susceptam intingimur, significat.

Decies vero tentarunt Deum ejus sæculi homines, etc. [22.] Primum quidem in Ægypto, quando, Pharaone mandato ejus non acquiescente, Mosen tanquam a Deo non missum calumniati sunt. Secundo, quando, apud mare cum essent, conviciati sunt hoc modo, scilicet : Quia sepulcra in Ægypto defuerunt nobis ad occidendum nos eduxistis? Tertio super aqua amara. Quarto quando eos deliciarum Ægyptiacarum cœpit desiderium. Quinto cum languerent siti, quam ob petra est divulsa. Sexto cum vitulum fabricassent. Septimo cum itineris pertæsi igne sunt absumpti. Octavo carnium importuna flagitatione. Nono criminatione quam Maria et Aaron fecerunt Mosi, quam Deus vulgo omnibus, sicut sacrilegium Achram, imputavit. Decimo denique quando de terra tanquam re invicta ac insuperabili desperaverunt.

Cæterum solum Chaleb in terram sese deducturum pronuntiat, quod excitatus diverso spiritu fideli scilicet et obsequenti, secutus sit ipsum, ubi Chaleb in loco populi ponit. Josue vero tanquam ducem separat, ut qui tacitam significationem veri Josue per quem populus servatur, sustineat. Quantum vero ad Chaleb attinet, non obscure indicatur, unum hominem toto populo infideli præstantiorem esse. Adeo ut merito possit dicere : « Ne una cum impiis animam meam perdas [47], » cujus

Χάλεβ μόνον ἀπὸ τούτων εἰσάξειν λέγει ἑτέρῳ πνεύματι κινηθέντα τῷ πιστῷ καὶ ὑπηκόῳ, καὶ ἀκολουθήσαντα αὐτῷ, εἰς τόπον (58) τοῦ λαοῦ τὸν Χάλεβ εἰπών· τὸν δὲ Ἰησοῦν, ὡς ἄρχοντα, χωρίσας ἐν σιωπῇ, τύπον ὄντα τοῦ ἀληθῶς Ἰησοῦ, δι' οὗ ὁ λαὸς σώζεται. Τὸ δὲ κατὰ τὸν Χάλεβ δείκνυσι καὶ ἕνα ἄνθρωπον ἀπειθοῦς λαοῦ προτιμότερον. Ὡς ἂν εἴποι δικαίως· « Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου· » καί· Τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν, οὐ τὴν Ἰουδαίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν. « Καὶ

[41] IV Reg. xx, 19. [42] Luc. xxiii, 34. [43] Psal. lviii, 11. [44] Matth. xxi, 43. [45] Psal. lxv, 7. [46] Rom. iii 30. [47] Psal. xxv, 9.

NOTÆ.

(57) Οὐ καθαριεῖ, ἀνάγν.

(58) Ἴσ. εἰς τύπον.

γὰρ οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν, » κατὰ τὸν Δαβὶδ, καὶ τὸν τοῦ Κυρίου μακαρισμόν. Ἅπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἰσραὴλ μερικῶς, ταῦτα ἐπὶ πάντων καθολικῶς.

certe semen hæreditario jure possidebit terram [48] non Judaicam tantum, verum universam. « Mansueti etenim hæreditabunt terram, » juxta Davidem [49], et Domini promissionem [50]. Quæ enim seorsim ad Israelem, eadem etiam ad universos communiter spectant.

Suum ipsius vero interitum prædixerunt : « Utinam in deserto hoc essemus mortui. » Quorum filii imago sunt ejus quod dictum est : « Nisi conversi fueritis facti sicut puenuli isti non ingrediemini in regnum cœlorum [51]. » Quibus revelantur ea quæ a sapiente sunt celata.

Ἐπιστράφητε καὶ ἀπάρατε ὑμεῖς εἰς τὴν ἔρημον, ὁδὸν θάλασσαν Ἐρυθράν. Ὑποστροφὴν εἰς τιμωρίαν ἐπιβάλλει· ὥσπερ ταῖς διανοίαις ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἐν Αἰγύπτῳ· ἀλλ' οὐκ εἰς ἀπόλαυσιν ὧν ἐπόθησαν, ἀλλ' εἰς τιμωρίαν καὶ φθοράν. Οὕτω καὶ Ἀδὰμ ἀποστραφεὶς ἀπὸ τοῦ βλέπειν εἰς Θεὸν, εἰς γῆν ὑπέστρεψεν, ἀφ' ἧς εἴληπτο. « Τὰς γὰρ ὁδοὺς αὐτῶν, φησὶν, εἰς κεφαλὴν αὐτῶν δέδωκα. »

Revertimini et recipite vos in viam deserti, ducentem ad mare rubrum, etc. Reversionem pro supplicio eis irrogat, ratione nimirum habita defecti, quo animos suos in Ægyptum reflexerant. Non enim voti sui ita fiunt compotes, sed in supplicium ac perditionem promoventur. Sic quoque Adam cum se a conspectu Dei avertisset, in terram ex qua desumptus est reversus : « Vias etenim eorum, inquit, in caput ipsorum dedi [52]. »

Cæterum murmurationem vitio illis vertit, tanquam contra seipsum esset facta, quæ ad sacerdotes redibat tamen, ac proinde inquit : « Vivo ego Dominus, quemadmodum locuti estis in aures meas, » et deinceps quæ sequuntur. At quo nos cogitationes nostræ perducant vide : quo ? Cum id quod melius erat, sperare nollent, id quod deterius est experiuntur, cum sperassent nunquam. Hinc vere dicitur, Omnis qui non credit in Deo, bonis quæ a fide proveniunt excidit [53]. Quemadmodum enim se habet illud, « Juxta fidem tuam fiat, » ita e contrario hoc, Juxta infidelitatem tuam non fiat. Ac idcirco Petrus fidei infirmitate cum extimuisset mare fluctuans, est submersus. Hi itaque id quod sibiipsis erant polliciti experiuntur. « Filii vero vestri, inquit, ferent scortationem vestram. »

Πορνείαν λέγει τὴν ἀπιστίαν, ἤτοι τὸ ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ (59).

Cæterum scortationem vocat defectionem a fide in Deum ad timiditatem suam.

Βαστάζειν τὴν πορνείαν εἰπὼν, ἀλλ' οὐκ ἀπολεῖσθαι, ἔδειξε καὶ τὸ ἐκ κοινωνίας τοῦ γένους, καὶ τὸ ἐκ διαφορᾶς τῶν προαιρέσεων. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου, κοινωνίᾳ μὲν γένους τῇ πρὸς Χριστὸν, ἡ πάντων ἀνάστασις· διαφορᾷ δὲ προαιρέσεως, ἡ ἀνταπόδοσις ἡ μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Ferre autem quod dicit, nec perire, communitatem generis diversitatemque voluntatum innuit, quemadmodum e diverso etiam. Communitas quidem generis eam significat, qua cum Christo sumus 404 conjuncti, quæque nostra est resurrectio. Diversitas vero voluntatum retributionem.

Καὶ ἐπένθησεν ὁ λαὸς σφόδρα. Οὐκ εἰς ἀγαθὸν τὸ πένθος. Ἐπὶ γὰρ παράλυσιν τῶν ὁρισθέντων ὁρμῶσιν· ὅπερ ἔδει ποιεῖν πρὸ τῆς ἀποφάσεως, μετὰ ταῦτα ποιοῦντες θράσει χρώμενοι, ὡς τότε δειλίᾳ (ἅπερ ἄμφω κακὰ), λέγοντες· « Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀναβησόμεθα εἰς τὸν τόπον ὃν εἶπε Κύριος. » Καὶ ταῦτα Μωϋσέως λέγοντος· « Ἵνα τί ὑμεῖς παραβαίνετε τὸ ῥῆμα Κυρίου; μὴ ἀναβαίνετε. » Οὔτε οὖν δέος, οὔτε τὸ δοκοῦν θάρσος ἀρετὴ, χωρὶς ὑπακοῆς Θεοῦ, ἥτις μᾶλλον τῆς κατὰ λογισμὸν κρίσεως.

Cæterum cum audivisset populus minas, luxit valde, etc. [XIV, 39.] Atqui luctus hic non est eis bono, Nam in dissolutionem decretorum Dei eunt. Quod prius ante negationem facto opus fuerat. Verum ut ante in agendo timiditatis impulsionem secuti fuerunt, ita nunc audaciæ et confidentiæ sequuntur, ac in utramque partem peccant. Dicunt enim : « Agite, ascendamus in locum de quo dixit Dominus, » quantumvis Mose reluctante ac dicente : « Eccur vos transgredimini verbum Domini ? non ascendite, inquam. » Unde liquet neque timiditatem, neque falso creditam fortitudinem a Dei obedientiam separatam virtutem exsistere. Ea enim longe præstantior rationis judicio est.

Οὐ γάρ ἐστι Κύριος μεθ' ὑμῶν. Οὐκοῦν τὸ ἰσχυρὸν ἡμῶν ἡ Θεοῦ παρουσία.

Non enim est Dominus vobiscum, etc. [42.] Quapropter robur ac firmitas nostra in præsentia Dei est.

Ἀνιᾶσι χωρὶς κιβωτοῦ καὶ Μωϋσέως, ὅπερ ἦν καταφρονητικὸν, καὶ δυνάμει καὶ πλήθει θαῤῥούντων

Quæ nobis etiam terram nullo negotio tribuere posset. Nihilominus tamen anguntur destituti arca

[48] Psal. xxiv, 13. [49] Psal. xxxvi, 11. [50] Matth. v, 5. [51] Matth. xviii, 3. [52] Isa. xxii, 31. [53] Rom. iv, 1 seqq.

NOTÆ.

(59) Τὰ αὐτὰ ἄλλως πως καὶ ὁ Προκόπ. ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

et Mose. Hæc vero nonne levicula videri poterant A iis qui Dei obliti in potentia ac multitudine fiduciam collocaverant? Verum hoc ipso quod penes Deum omnia esse demonstrat, hostes Dei ad culturam ejus et pietatem invitat. Interitus quoque ipsorum qui occubuerunt aliis eruditioni optimæ fuit.

ἄνευ Θεοῦ. Οὕτω καὶ τὰ πολεμίων εἰς θεοσέβειαν συνέτεινεν, ἐπιδειχθέντα, κατὰ Θεὸν ἀνύεται αὐτοῖς. Καὶ ἡ τῶν τότε πεσόντων φθορὰ, τοῖς ἄλλοις παίδευσις ἦν ἀγαθή.

Ut observarent mandata Mosis a Deo tradita de præsenti sua voluntate; siquidem ipsi servare jussi non servarunt, non jussi novo testamento instante, juxta prophetiam, servare student. Idcirco non est Deus cum eis, et ceciderunt interim dum vellent observare legem importune in bello quod gessetunt contra Romanos, adeo ut etiamnum recordantes ob id ipsum ad internecionem venisse Sabbatum amplius non observent.

Et dices ad eos : Quando ingressi fueritis in terram habitationis vestræ. [XV, 2.] Atqui ingressuri non erant. Verum quidem est, sed inter eos liberi sunt qui in eam sunt ingressuri.

Ὅταν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν τῆς κατοικήσεως ὑμῶν. Καίτοι οὐκ ἤμελλον εἰσελθεῖν. Ἀλλ' ἐν τούτοις εἰσὶν οἱ παῖδες οἱ εἰσελευσόμενοι.

Et facile holocaustum Domino, etc. [3.] Varii ac diversi Deum colendi modi sunt, alius est vel per integrum vel per divisum sacrificium, alius fit vel exsolutione voti vel oblatione spontanea, alius per votum, vel per deprecationem. Cæterum omnis cultus suaveolet et acceptus est, etsi parvum hoc sit quod ad conciliandum Deum adducitur, sive agnus sit, sive majus quid, velut aries, aut maximum, veluti bos. Cæterum horum omnium vice oblatio Christi est, prout quisque eum sibi usurpaverit videlicet. Victimæ vero cujusvis similago adest etiam, ubi victimam mortis signum esse intellige, similaginem vero alimoniæ atque vitæ. Vivunt enim per Deum victimæ, imprimisque Christus. Necnon mensura cuivis victimæ justa est ac idonea; prout enim victima fuerit, ita quoque vita, quæ ex victima nascitur, exsistit. « Offerat Domino qui adducit sacrificium. Decima ephi una super agno, duæ super ariete, tres super bove. » Ita non omnium æqualis est vita. Oleum item justa mensura, quemadmodum et vinum, ad delectationem enim facit lætitia. Quarta vero pars hin quarta pars est duarum Atticarum chorum.

Lex eadem vobis esto ex advenis. [13.] Hoc ipso B gentium et Israelis æqualitas eademque justitia promulgatur. « Unus enim Deus est qui justificabit circumcisionem ex fide, itemque præputium ex fide. [84].

Νόμος εἷς ἔσται καὶ δικαίωμα ἓν ἔσται ὑμῖν καὶ τῷ προσηλύτῳ. Ἐθνῶν ἰσότης ἐν τούτῳ καὶ τοῦ Ἰσραὴλ προηγορεύετο (60) [καὶ δικαίωμα ἕν]. « Εἷς γὰρ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. »

Circumcisio vero quæ fide fit, depastio est terrenorum morum, conjungitque ambos populos.

Eritque quando comederitis de panibus terræ, etc. [19] Hoc quidem loco mentionem panis facit, in libro Numerorum vero manipuli. Habet autem **405** horum contemplatio affinitatem quamdam. Christus enim, etsi spica est propter carnem quæ e terra pullulavit, granum tamen seipsum nuncupat. Et de nobis inquit quod messis sit copiosa [85]. Verum enimvero quemadmodum manipulus offertur hoc ipso quod in se complexus est omnes. « Volo enim, inquit, ut ubi sum ego, ibidem sint et ipsi [86]. » Etenim simul excitavit nos, simulque collocavit in cœlestibus, inquit Paulus [87]. Quocirca etiam perendie a primo die manipulum offerre jubet, hoc est, die tertia qua Christus resurrexit, quando etiam novas spicas offerre præcipit, quæ nos adumbrant, nos, inquam, qui innovationem per ipsum habemus, et in ipso odorem fragrantiæ offerimus ; sine eo enim fieri nullo modo potest, sicut nec spicæ novæ sine similagine esse possunt, cum impares sint similagini, quæ ex tritico constat. Supra nos enim erat, quamvis tanquam unus esset ex nobis. Denique vero panis quoque ipse est, novæque conspersionis initium, quemadmodum Adam antiquæ fuit : verum hic quidem transgressione invexit mortem, ille vero sanctimonia, vitam. Revixit enim morte conculcata, et assumpta humanitate incorruptibili primitiarum loco sese Patri obtulit. Quocirca panem in Sanctis sanctorum obtulerunt etiam. Pane item, qui a similagine diversus esse debuit, innuere voluit, fidem reipsa comprobatam Deo gratiorem esse, unde et esum proprium hominum salutem vocat, quæ fit in fide aut opere.

Quod autem attinet ad peccatum ignorantiæ, C cunctum populum integrum bovem comburere mandat cum hirco. Oblatus est in odorem suavita-

Περὶ τῆς κατὰ ἄγνοιαν ἁμαρτίας τὸν πάντα κελεύει λαὸν βοῦν ὁλοκαυτοῦν καὶ χίμαρον· ἀνηνέχθη γὰρ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας Χριστὸς, ὑπὲρ τῶν ἁμαρ-

[84] Rom. III, 30. [85] Luc. X, 2. [86] Joan. XVII, 24. [87] Ephes. II, 6.

NOTÆ.

(60) Προκηρύττεται. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

τιμῶν τῶν ἡμετέρων παθῶν· ἵνα δὲ ἕκαστον, αἶγα μίαν· ἔλαττον γὰρ αἴξ βοὸς, καὶ θήλεια ἄῤῥενος· ἑνὸς γὰρ τὸ πλῆθος μεῖζον καὶ ἰσχυρότερον. « Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτίας ἀπολείπεται θυσία. » Τοὺς παρελθόντας δὲ τὰ Μωϋσέως τῇ δι' αἵματος ἐπικουρίᾳ προσάγει, τὰ Χριστοῦ κρείττω τῶν ἐν νόμῳ δεικνύς.

A lis Christus, cum pro peccatis nostris esset passus. Unumquemque vero capram unam. Vilior enim capra bove est, femella item masculo. Ita etiam uno aliquo cœtus totus major est et validior. « Si enim sponte et cum voluntate nos delinquimus, nullum amplius pro peccatis sacrificium reliquum fit[58]; » eos vero qui transgrediuntur mandata Mosis sanguinis præsidio attrahit : ea quæ in Christo sunt iis quæ sunt in lege potiora esse demonstrans.

Anima quæ aliquid fecerit per manum superbam, etc. Peccati mortiferi pœna mors est. At Christus omnibus ad mortem non delinquentibus delicta sua dimittit. Hujusmodi fuit ejus qui legis præceptis neglectis ligna collegit Sabbato. Quod quidem non arrogantia fecit, verum quia horum observationem tanquam minime necessariam parvi pendit, neque attendit spiritualem sensum in hisce subesse rebus. A corporalibus enim observationibus ex rationis instinctu vacasse semper fraudi fuit, sapientiæque obfuit. Continebat vero septimus ille dies imaginem vitæ tranquillæ, quæ in sanctimonia consisteret quæque verissime in futuro erit ævo. Sabbati autem transgressio fiebat et per circumcisionem, et sacrificia. Quo majus quiddam innuebatur, cessatio videlicet ab operibus carnalibus, studiique et laboris divini tempus esse nunc. Cæterum lignorum aridorum collectio, significat studium quod operum cadaveribus impenditur. Quod quidem opus exilius est eo quo Adamus ligni vitæ appetitione laboravit : illum enim necessitas et usus futurus adegit, hunc præcox quoddam studium, et otio quidem corporali deterius ; præstat enim ab opere cessare, quam mortuorum operum studio exanimare animum, et peccatorum flammæ materiam suggerere. Sabbatum itaque est otium mundi, circumcisio vero est involucri ablatio, juxta illud : « Edocebo pravos vias tuas[59]. » Ac hujusmodi ad Deum tanquam dona adducere oportet, ista enim est victimarum oblatio. Cæterum operari mundo, sacraque divina quæ in homines conferri, et ad honorem nominis divini referri debent, omittere, hæc est violatio sacrosancti Sabbati,
406 et circumcisionis et sacrificii. Quocirca pœnam reddit exemplo, iis qui in vita sua carnis ritus et perniciem peragunt. Nullum vero adhuc certum supplicium Sabbati violationi erat constitutum, quemadmodum in actionibus iis cum quibus natura pugnat, cædibus, veneficiis videlicet. Quibus justam et idoneam pœnam natura decrevit. Verum enimvero Sabbati delictum manifestam non habebat culpam, utpote quæ se tandem in auctore prodebat, cum unus ex aliis omnibus in legem delinquere non extimuit. Insuper vero cuncta ars mechanica, quæstus item qui circa commeatum et victus acquisitionem versantur, sive ignis opera sive citra eam fiant, quocirca etiam vetat septimis diebus ignem incendere, tanquam operum causam ipsissimam. Porro ignis materia ligna sunt, proinde is qui ligna congregat non minori culpa se obstringit, quam qui ignem in flammas concitat.

Et faciant sibi ipsis fimbrias, etc. [XV, 38.] Supplicio ejus qui Sabbatum non observavit mandatorum Dei commentarium, ne par oblivio eorum nobis quoque obrepat, subjungit. Natura enim per se inserviendi humanæ imbecillitati est propensa, quin et monimento quod a terra sursum in cœlum nos ducat habemus opus. Cujus rei figuratam mentionem facit hyacinthina vitta, quæ claritatem quamdam cum obscuritate conjunctam præ se ferebat, in profunditate seu inferius aquileium quiddam referebat tremulumque et largum splendorem emittebat. Atqui e dextra eam suspensam esse oportuit, ut indicaretur nimirum sensum animi rationalem esse debere, legemque dextrorum operum dictatricem exsistere. Amplificarunt Pharisæi fimbrias suas et phylacteria dilatarunt, hoc est, pugillares e dextra suspensos, legemque argute continentes. Verum inanis gloriæ causa, quemadmodum inquit Christus. Fieri enim potest ut quis per legem culpam subintret, si videlicet eam non rite convenienterque usurpet. Qua nimirum sententia Solomon illud extulit : « Justus perit in justitia sua[60]. » Cæterum justus non indiget nota, nam, ut cum Davide loquamur, « Lex Dei ipsius in corde ipsius est, proinde passus ejus non labefactabuntur[61]. »

Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath, etc. [XVI, 1.] Insurgunt contra Mosen posteri ipsius Ruben, eo quod ex primogenito filiorum Israel essent oriundi, arbitranturque regnum ad se, utpote tribum a primogenito constitutam, pertinere. Insurgunt item Aaronici ex Caath filiorum Levi præstantissimo nati videlicet, a quo ordo sacerdotalis originem suam cepit ; persona enim vasa sacra portandi super humeris, sacrisque operandi eis imposita fuit. Insuper viri nobiles, qui statis temporibus in concionem vocabantur. Proceres etenim semper consectatur vulgus. Conspirarunt autem quantumvis recens infelicis conspirationis, quam Maria et Aaron contra Mosem fecerant, haberent exemplum. Sed hujusmodi turbines et fluctus in rebus humanis immoderata regnandi libido, invidiaque commovet, aliaque quæ his consequuntur, excitat. Itaque non abs re vocem illam Servator protulit : « O generationem pravam et adulteram[62]. » Item : « Si igitur vos, qui mali estis, munera bona liberis vestris dare consuevistis[63]. » Hinc beatum illum esse prædicat, qui affectiones hujusmodi a vita sua abdicat, Christumque ducem in

[58] Hebr. x, 26. [59] Psal. L, 15. [60] Eccl. vii, 16. [61] Psal. xxxvi, 31. [62] Matth. xii, 39 et alibi. [63] Matth. vii, 11.

alteram vitam assectatur. Porro cum Christus ambitionis vitium quam longissime removere vellet, ne dæmonum quidem potestatem exoptare permisit, sed in hoc nobis gratulari jussit, si in cœlo nomen nostrum scriptum exsistat. At ecce quæso dementiam humanam, quæ id committere hortatur in Mosem, qui etiam pro populo vitam suam prompte exposuisset. Idem sane Christo evenit, unde non immerito ab 407 eo dictum est : « Pro bonis mala reddiderunt mihi [64]. » Cæterum Moses summam mansuetudinem hoc ipso quod in terram procidit testatur, sermonis item æquabilitatem, quod veritati confisus judicium ad Deum refert, reprehensionemque demum quando locum habebat profert, qua innuit eos reprobatum iri propterea quod res præsentes aspernentur, bonique non consulant quemadmodum Paulus facere suadet, cum inquit : « Qui minister est, in ministerio [65]. » Item : « Habentes dona secundum gratiam nobis datam, diversa [66]. » Atqui majora citra Dei consilium affectare, rerum præsentium exinanitio est, quemadmodum locus apud Davidem indicat, ubi inquit : Etsi parva sunt quæ dedit Deus. Et : Addam tibi, tantum hoc ut ab aliena muliere abstineat, vetans. Quare sive auris sis, sive manus, sive pes, tua sorte contentus vivas.

An parum tibi videtur quod effecisti ut ascenderemus nos e terra fluente lacte et melle, et occidisti nos in deserto? [XVI, 13.] Deum in persona Mosis calumniantur, deceptionisque reum ipsum peragunt, dicunt enim : Diversa eis quæ nobis promisisti nobis eveniunt. Unde vero hoc? Eo quod Dominum animis patientibus non exspectarunt quemadmodum scriptum est [67]; sed de promissione desperarunt. Merito vero Moses posset dicere : « Convicia conviciantium te inciderunt in me [68]. » Tales sane sunt qui amplectuntur vitam præsentem sub spe futuræ, qualis erat Demas.

Propter hæc furore percitus Moses : « Ne respicias ad eorum sacrificium cibarium, inquit, ne asinum quidem ab eis accepi, neque injuria affeci quemquam eorum. » Quisquis igitur inique non egisti macte sis animo, sicut David fuit, qui inquit : « Citra iniquitatem cucurri, et gressus meos composui [69]. » Item : « Si est iniquitas in manibus meis [70]. »

A Βαρυθυμήσας ὁ Μωϋσῆς, « Μὴ πρόσχῃς, φησὶν, εἰς τὴν θυσίαν αὐτῶν. Οὐχ ὄνον (61) ἑνὸς αὐτῶν ἔλαβον, οὐδὲ ἐκάκωσα οὐδένα αὐτῶν. » Θαῤῥεῖ οὖν ὁ μὴ ἀδικήσας, ὡς Δαβίδ· « Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατεύθυνα. » Καί· « Εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου. »

Hoc autem ipso quod sacrificium ipsorum non suscipi flagitat, judicium divinum imprecatur illis, tanquam pro unica seditione factionis Core et Dathan sacrificium fieret. Subjungit igitur : « Et post hæc terra divulsa absorpsit omnes quotquot a parte Core, et a parte Dathan, et a parte Abiron, stabant. » Adeo vero faustum ac felix est Deo sese committendo civem ejus esse.

Ἀξιοῖ παρὰ Θεοῦ γενέσθαι τὴν κρίσιν, μὴ δεχθείσης τῆς θυσίας αὐτῶν, ὡς ἐπὶ μιᾶς συστάσεως τὴν θυσίαν τῶν περὶ Κορὲ λέγων εἶναι τῶν περὶ Δαθάν. Φησὶ γοῦν καὶ μετὰ ταῦτα· « Ῥαγεῖσα ἡ γῆ, κατέπιε πάντας τοὺς μετὰ Κορὲ, λέγων τοὺς μετὰ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών. » Οὕτω μακάριον ὑπὸ Θεῷ πολιτεύεσθαι ἐπιτρέποντας Θεῷ τὰ Θεοῦ.

B « Concitavit vero, inquit, Core contra eos totum suum cœtum. » Super hominibus spem suam collocaverunt. Quid enim multitudine opus erat, ubi Deus discernebat quos probabat?

« Ἐπισυνέστησε, φησὶν, ἐπ' αὐτοὺς Κορὲ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ συναγωγήν. » Ἐπ' ἀνθρώπους ἔθεντο τὰς ἐλπίδας. Τί γὰρ ἔδει πλήθους, Θεοῦ διακρίνοντος τοὺς ἀρέσκοντας;

Separamini e medio congregationis hujus ut consumam eos illico, etc. [45.] Morti eos subjacere indicat. Difficile enim eis erat et interire simul, et tranquillo animo erga duces, contra seditiosos excitos esse. Nam etiam post supplicium de illis sumptum indignantur, ac frendent contra Mosen, quasi ipse tantæ cladis et interitus auctor exstitisset. Quocirca omnibus illis minas has objicit, et sacerdotibus sese omni culpa eximere permittit mandato hoc quod tradidit : « Separamini et consumam eos, » quo innuit, quod ipsorum culpa perituri non sint. Quid enim prohibebat Dominum idipsum agere quod decreverat? Indicat autem quod Deus bona a se per familiares suos suppliciter impetrata non sine ratione æquitatis et justitiæ largiatur, quare una cum impiis alios

Ἀποσχίσθητε ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς ταύτης, καὶ ἐξαναλώσω αὐτοὺς εἰσάπαξ. Θανάτῳ δείκνυσιν ὑποκειμένους. Πολὺ γὰρ ἦν αὐτοῖς συνδιεφθαρμένον, καὶ μηδὲ συναγανακτοῦν τοῖς ἡγεμόσι κατὰ τῶν ἐπαναστάντων. Ὡς καὶ μετὰ τὴν τιμωρίαν αὐτῶν χαλεπαίνειν κατὰ τῶν περὶ Μωϋσέα, ὡς αὐτῶν κατεσκευακότων τὴν τῶν τοσούτων φθοράν. Διὸ καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπειλεῖ, ἐπιτρέπων τοῖς ἱερεῦσι καὶ παραιτεῖσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, δι' ὧν φησιν· « Ἀποσχίσθητε, καὶ ἐξαναλώσω αὐτούς. » Ὡς δι' αὐτοὺς μὴ
C ἀπολουμένων. Τί γὰρ ἦν τὸ κωλῦον εἴπερ ἠβούλετο; Δείκνυσιν οὖν μετὰ τοῦ δικαίου τὸ ἀγαθὸν, καθ' ἱκεσίαν τῶν ἰδίων τοῦ Θεοῦ διδόμενον. Ὅθεν τὸ συναπολέσθαι τοῖς ἀσεβέσι τοὺς ἄλλους ἀνίησι, γινόμενον ἐνίοτε, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀχαρ, συμφερόντως τῷ λαῷ, εἰς τὸ χαλεπαίνειν τοῖς αἰτίοις. Ὅθεν κελεύει

[64] Psal. XXXIV, 12. [65] Rom. XII, 7. [66] I Cor. VII, 7. [67] Psal. LXXVII, 21, 22. [68] Psal. LXVIII, 10. [69] Psal. XVIII, 14. [70] Psal. VII, 3.

NOTÆ.

(61) Σημείωσον τὸ, ὄνον, ἀντὶ τοῦ, ἐπιθύμημα, πάνυ κατάλληλον ὄν.

τοῖς ἄλλοις ἀποστῆναι τῶν ἀσεβούντων, μή πως συναναιρεθῶσιν αὐτοῖς. Οὕτως ἐπικίνδυνον ἡ τῶν κακῶν ἑταιρεία.

A quoque interire sinit nonnunquam, quemadmodum Achani tempore quo cunctum populum non sine ejus commodo et utilitate, ut in auctores inquirere et indignari posset, videlicet in periculum adduxit. Hinc etiam alios ab impiis secedere jubet, ne forte cum illis exscindantur. Tam periculosa et lugubris res improborum societas est.

In medium igitur deveniunt, ut omnium oculis essent conspicui, spectaculumque ipsum eruditionem pareret. Addit enim : « Cognoscetis quod homines isti irritarunt Deum. »

Ἔδεῖτο (63) καὶ λόγου προδηλοῦντος τὸ ἔργον· ἵνα ἐμφανίζῃ Θεοῦ γνώμην, καὶ μὴ συνάντημα νομίζηται.

Ἐπανίσταται ἡ κτίσις τοῖς ἐπανισταμένοις Θεῷ· καὶ ὁ θάνατος πικρότατος, οἷος ὁ δαιμόνων· οἱ ζῶντες εἰς ᾅδου καταβήσονται. Τοῖς δὲ προηγουμένοις συνέλκεται τὰ ἀκολουθήματα, οἶκοι καὶ κτήνη. « Ἐξελεύσονται, φησὶν, οἱ ἄγγελοι καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς ἀσεβεῖς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ ἐκβαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Ἔνδειγμα γὰρ ταῦτα τοῦ τέλους.

Oratione enim quoque opus erat quæ factum Dei interpretaretur, adeoque consilium ejus patefaceret, quominus casus aliquis fortuitus esse existimaretur.

406 *Et absorpti sunt a terra.* [XVI, 33.] Commovet enim sese fabrica contra eos qui contra Deum ipsum fabrum insurgunt, morteque acerbissima ac propemodum dæmonica vivi ad inferos descendent. B Porro cum ipsis proceribus abreptæ sunt fortunæ, domus et pecora, sicut scriptum est : « Egredientur angeli et impios e medio justorum separabunt, eosque in tenebras exteriores ejicient. » Hæc enim finis exempla sunt [69], » et nonnunquam diversa. Oziam lepra corripit. At qui æquas exercet iras

Nam illos qui abs re ira incanduerant ignis absumit. sicut Aaron et populus fecit, a morte eximitur.

Θεοῦ προστάξει τὰ τῶν ἀσεβῶν θυμιατήρια τῷ θυσιαστηρίῳ περιβάλλεται. Γέγονε γὰρ ἅγια διὰ τὸ προσενεχθῆναι Θεῷ, καίτοι τῆς προσαγωγῆς αὐτῶν οὐ κατὰ Θεὸν γενομένης. Μέγα οὖν τὸ προσφέρειν Θεῷ τῷ οὕτω τιμῶντι τὰ προσφερόμενα.

Cæterum mandato divino suffita eorum circum altare ponuntur, ut quæ sancta hoc ipso quod Deo offerebantur, fuere, quamvis oblatio eorum Deo nec digna nec grata foret. Tam præclarum vero ac eximium Deo oblationem facere, qui tanti dona faciat.

Τὸ ἀλλότριον πῦρ διασπείρεται. Οἱ γὰρ γήϊνοι λόγοι τῶν ἐπανισταμένων ἀποῤῥιπτοῦνται· οἱ δὲ θεῖοι κρατοῦσι. « Πῦρ γὰρ, φησὶν, ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. »

C Porro ignis alienus dispergitur. Rationes enim terrestres seditiosorum dissipantur, cum divinæ contra evincant. « Ignem enim in terram sparsum veni, » inquit [70].

Redarguitur insuper vulgus quod cum seditiosis conspiravit opusque divinum esse negans, et artis magicæ Mosem insimulans, astu et insidiis ipsius evenisse affirmavit. Verumtamen Moses et Aaron suppliciter pro eis intercedunt.

Ἄρχοντος γὰρ τὸ μὴ ἀποσείεσθαι (64) τὸν λαὸν, μηδ' ἂν πάσχῃ (65) ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ ἀληθὴς ἄρχων, ὁ Κύριος ἡμῶν, « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς. »

Principis enim non est populum protelare, sed ne quid sua culpa adversi patiatur, cavere. Id quod veri principis exemplo liquet, qui ait : « Pater, dimitte illis [71]. »

Διατειχίζει τῷ θυμιάματι μέσον ζώντων καὶ τεθνηκότων ὁ Ἀαρὼν, καὶ δείκνυται τοῖς ἔργοις ἐξειλεγμένος ὑπὸ Θεοῦ πρὸς ἱλασμὸν τοῦ λαοῦ.

Porro thymiamate separat vivos a mortuis Aaron, et testatur reipsa ad propitiationem populi a Deo se electum esse.

« Et occubuerunt, inquit, quatuordecim millia et septingenti. præter eos qui Core causa perierunt. » Partim pereunt, partim discunt. Quin nobis etiam exemplum perhibetur Paulo teste [72], ne Deo oggannia̱mus.

Καὶ λάβε παρ' αὐτῶν ῥάβδον κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν. Ἑκάστῃ ῥάβδῳ κελεύει ἐπιγραφῆναι τὸ τοῦ ἄρχοντος ὄνομα ἀντὶ τῆς φυλῆς ἁπάσης, ἧς ἄρχει, πρὸς τὸ μηδένα ἕτερον ἀντιποιεῖσθαι τῆς ἱερωσύνης, πλὴν τοῦ ἐπιγεγραμμένου. Τὸ δὲ πᾶν τοῦτο διὰ τὴν τοῦ Λευῒ φυλὴν, ὡς ἂν ὁ ταύτης ἄρχων Ἀαρὼν ἔχῃ τὸ γέρας.

D *Accipe ab illis virgam per singulas familias.* [XVII, 2.] Unicuique virgæ mandat inscribi principis nomen, totius tribus cui præest vice, ne quis alius quam descriptus sacerdotium sibi vindicet. Quod sane universum propter tribum Levi factum est, quo Aaron princeps ipsius istam dignitatem obtineret.

[69] Matth. XIII, 49, 50. [70] Luc. XII, 49. [71] Luc. XXIII, 34. [72] Galat. VI, 7.

NOTÆ.

(63) Ἔδει γὰρ καὶ λόγου. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(64) Τὸ μὴ προΐεσθαι. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.
(65) Μωϋσῆς, καὶ ἔδραμεν εἰς τὴν συναγωγήν. Αἱ εἰρημ. ἐκδόσ.

Cujus certe virga amygdalina folia (ut par erat) extrudit, et fructum reddit. Ac ea quidem in vasis sacris reponitur, signo nimirum iis qui immorigeri esse pergerent, ne ipsi quoque interirent denuo. Id autem quod præter naturam factum est, virtutem ac omnipotentiam Dei arguit. Præterea eos qui ad Deum sese conferunt virtute ejus ex veteribus novos fieri declarat. Juxta illud ex innovatione Deo adducimur. Item : « Ego sum, inquit, qui vegeto lignum aridum [73]. » Davidis item illud : « Super ipso confisum est cor meum, et refloruit caro mea [74]. » Ad hunc modo Ezechieli quoque restauratio ossium aridorum ostendebatur, quæ populum captivum in integrum restitutum iri portendebat [75]. Porro forma amygdali virum bonum adumbrat. Ut enim nucleus ipsius est contectus, et in putamine latet, ita virtus in animi habitu recondita, non corporis est conspectu. Quam Deus solus cognoscit, quæque sacerdotibus imprimis competit. Plebi vero ficus comparantur, quatenus superficies earum splendida est videlicet. Licet autem ea in re imaginem Christi cernere, quem Pater summum sacerdotem constituit super nos omnibus sæculis sufficientem ac idoneum, ac ut verbis Pauli utar [76], ministrum sacrorum, et tabernaculi veri, quod Dominus fixit, non homo, cui modis omnibus Israelitæ sanguine propinqui ad crucem usque restiterunt. Verum juxta formam revirescentis hujus virgæ, revixit, omnibusque signum præbuit a Deo se venisse, ipsumque Deum esse. Quocirca signum petentibus non aliud quam Jonæ signum promittitur. In ipso enim tanquam primogenito omne quod morti et interitui obnoxium erat vitæ vigorem et virorem recuperavit. Videtur porro virga amygdalina, virtute quadam naturali dormiturientibus pone caput posita, somnum eripere, vigilantiamque concitare; quapropter ad Jeremiam dixit Deus : « Quid tu vides ? » Cui respondit ille : « Perticam amygdalinam, » cui subintulit : « Recte vidisti sane, sermonibus etenim meis, ut eos effectum darem, invigilavi [77]. » Quemadmodum 409 vero e somno aliquis evigilat, ita a mortuis revixit Christus. Unde in Psalmis quoque dicit : « Ego cubavi ac dormivi, evigilavi, quia Dominus suscipiet ac tuebitur me [78]. »

Omnis qui attigerit tabernaculum testimonii Domini morietur. [XVII, 13.] Malis enim non patet aditus ad Deum, unde post actum judicium ejiciuntur improbi. Ante judicium vero hominibus qui in mundo sunt spatium conceditur vitæ emendationis. Atque ad Christum propter affinitatem carnis quam cum eo habemus amplus accessus nobis est tributus.

Dixit Dominus ad Aaron : Tu et domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarii. [XVIII, 1.] Aditum in Sanctum sanctorum omnibus præterquam sacerdotibus imo Levitis etiam interclusum esse oportere, inquit. Ubi confusionem ac perturbationem ordinum præcavet iterum, et ministeria pro cujusque dignitate discernit ac disponit. Ac Deo quidem ministrare Levitis commune erat. Accedere vero ad Sanctum sanctorum ad solos pertinebat sacerdotes.

A *Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἀαρὼν, λέγων· Σὺ καὶ οἱ υἱοί σου καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου μετὰ σοῦ λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῶν ἁγίων.* Σὺ καὶ οἱ υἱοί σου καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου συμβαστάσετε τὴν παρανομίαν τοῦ ἁγιάσματος. Ἀπρόσιτα, πλὴν τῶν ἱερέων, τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων τοῖς Λευΐταις δεῖν εἶναί φησι, προαναιρῶν πάλιν τὴν ἀταξίαν, καὶ τὰς λειτουργίας κατ' ἀξίαν διαιρούμενος. Τὸ μὲν γὰρ λειτουργεῖν Θεῷ, κοινὸν Λευϊτῶν· τὸ δὲ προσιέναι τοῖς τῶν ἁγίων Ἁγίοις, μόνον ἱερέων.

« Nam, alienus a genere tuo, inquit, non accedet tecum. » Erat vero hoc genus divinum. Quæstio oboritur itaque, quatenus sancti Christi fratres exsistant, a quibus qui dissidet ad Christum non pervenit, neque ministerium sacrum cum sanctis commune habet. « Renuntiabo nomen tuum fratribus meis [79]. » Quin etiam tres illi ubique Christo præsentes erant, alii vero a Christo sibi ipsis relinquebantur. Aliquando vero cuncti duodecim una cum Christo, vulgo seorsim erant. Differentia etenim magna in divina cognatione exsistit. Alii enim fratres Christi supremi sunt ac proximi, alii post illos, alii ac pleraque turba deinceps. Ac multum sane sibi ipsis incommodant homines, quando gloriæ cupiditate ordines perturbant. Non enim aliam ob causam Ozias lepra infectus est, quam quod supremam oblationem avide nimis usurpavit.

Porro id quod dicit : « Peccata sacerdotii vestri sustinebitis, » de iis quæ in apparatu committuntur intelligendum est.

B Τὸ δὲ, « Λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῆς ἱερατείας ὑμῶν, » τὰς ἐκ παραβάσεως δηλαδή.

Videtur autem, aiunt, ibi de victima integritatis seu perfectionis, quemadmodum in Exodo et Levitico, loqui. Carnes enim victimæ hujus ipsi sacerdotes perfecti comedebant. Sacrificium quippe pro peccato sacerdotum totum comburitur.

Et obibitis ministeria, donum sacerdotii vestri. [6.] Notandum quod sacerdos muneris ac doni vice ministerium pro sacerdotio quo a Deo insignitus est Deo offerre videtur. Si quis igitur ministerium cautionis gratia abdicat, in gravius peccatum se incidere, eo quod honoranti se gratiam non refert, ignorat.

Ecce mandavi vobis observationem præceptorum meorum. [8.] Stirpi sacerdotali omne victimarum

Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν διατήρησιν τῶν ἐντολῶν μου. Τῷ ἱερῷ γένει πᾶν εἶδος ἀπονέμει θυσίας,

[73] Isa. LVI, 3. [74] Psal. XXVII, 7. [75] Ezech. XXXVII, 1 seqq. [76] Hebr. VIII, 12. [77] Jerem. I, 11-13. [78] Psal. III, 6. [79] Psal. XXI, 23.

τὰ ἀπὸ πλημμελείας, τὰ ἀπὸ ἁμαρτίας. Ὄνομα γὰρ τῇ ὑπὲρ ἁμαρτίας θυσίᾳ, ἁμαρτία. Καὶ Παῦλος γὰρ νομικῇ χρησάμενος λέξει, φησί· « Τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε. » Τέθυται γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὡς ἀρνίον ἄκακον. Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, » τουτέστι τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου, βρῶσις ἔσται τοῖς ἱερεῦσι.

A genus destinat, tam delictum quam peccatum. Victima enim pro peccatis peccati nomen habet. Unde Paulus legis dictionem usurpans, ait : « Eum qui peccatum non cognoverat, pro nobis peccatum fecit [80]. » Immolatus enim pro peccatis nostris, velut agnus immaculatus, Jesus est. Ejusmodi et illud est : « Peccata populi mei comedent [81] ; » hoc est, victimæ pro peccatis populi mei sacerdotibus in victum cedent.

Destinat itaque eis omnigenæ victimæ reliquias, ea tamen lege ut in loco tantum sacro comedant, et præter mares nemo. Cæterum primitiæ omnes et redemptionis pretia ipsis et omnibus qui cum eis sunt tam maribus quam feminis attribuuntur. Sacra etenim ad sacerdotes et eorum liberos in sacerdotio successores pertinent. Munerum vero oblationes familiis sacerdotalibus communes sunt. Verumtamen eum qui his participat mundum esse oportet, non præputiatum, seu peregrinum, non leprosum, nec seminifluum. Abstinendum vero ab iis quæ per allegoriam his corporis affectionibus significantur. Talem igitur esse oportet fidelem, pium, et virtutibus deditum. « Fœdus salis sempiternum est, » inquit, et commonefacit ejus quod in Levitico dictum est : « Cum omni oblatione salem offeretis Domino Deo vestro [82]. » Conspergebatur enim sale victima, et adornabatur quodammodo ut prudenter ac cum ratione **410** offerretur. Non enim absque sale comedetur panis, sicut scriptum est [83]. Et iterum : « Vos estis sal terræ [84]. » Cæterum hæc confirmant pronuntiata ea, quod dignus sit operarius mercede sua [85]. « Item, qui apud altare excubant, participant quoque altari. Porro Davidem quoque modeste sacerdos interrogat an mundus sit ipse et socii ipsius, cum sacris participare vellent, non sacerdotali ritu, sed ut necessitas dictabat, more domestico, quamvis panes propositionis essent [86]. Oportet itaque voluptatibus minime affici, neque in eas animo delabi, nec etiam ad cadavera et res a Deo alienas respicere. Quemadmodum vero ipsi primitiæ sunt populi, sic ex primitiis sustentantur.

Καὶ πᾶν διανοῖγον πᾶσαν μήτραν ἀπὸ πάσης σαρκὸς, ὅσα προσφέρουσι Κυρίῳ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, σοὶ ἔσται. Ἀλλ' ἢ λύτρωσις λυτρωθήσεται τὰ πρωτότοκα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν κτηνῶν τῶν ἀκαθάρτων λυτρώσῃ. Τὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων, διὰ τιμήν· οὐ γὰρ σφακτέον τὰ λογικὰ ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλόγοις· τὰ δὲ τῶν κτηνῶν, δι' ἀτιμίαν, ὅτι ἀκάθαρτα, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀνόδου τῶν καλῶς μεθισταμένων ψυχῶν οὐκ ἔχει σύμβολον. Τὸ δὲ λύτρον (66) μὴ ἐπὶ φθορᾷ παθῶν, ἀλλ' ἐπὶ ζωῇ κόσμου· ὅτι πέπονθεν ἀντὶ δικαίων καὶ ἀδίκων, καθαρῶν καὶ μὴ καθαρῶν.

B *Quidquid primum erumpet e vulva quam offerunt Domino, sive ex hominibus sive de pecoribus fuerit, tui juris erit, ita duntaxat ut pro hominis primogenito pretium accipias, et omne animal quod immundum est redimi facias.* [15.] Hominum quidem primogenita propter dignitatem, ratione enim prædita mactare non convenit sicut bruta. Pecudum vero propter ignobilitatem quia immunda, nec ullum signum habent ascensus qui ad Deum ab animis bene translatis fit, redimi permittuntur. At vero Christus qui pretium redemptionis nostræ factus, non pro interitu, sed pro vita mundi passus est. Pro justis enim et injustis, pro puris et impuris passus est, omnibusque gratificatus est, justis quidem (qui ratione alium typo designantur) ut servari possent quod per seipsos non poterant : peccatoribus vero (per bruta adumbratis) ut a morte transferrentur : cujus indigni fuerant etiamsi post resurrectionem judicarentur. Quemadmodum hominum quidem primogenita viva Deo ministrare non possunt, primogenita vero animalium immundorum neque ad sacrificium neque ad ministerium sacrum apta sunt. Pro mundis vero animalibus non petitur redemptionis pretium, sed victimæ fiunt pro primitiis et epulo eorum qui immolaverunt. Quæ sane figuram præferunt ejus qui revera mundus est ac primogenitus; qui se non dabit, inquiens, propitiationem pro seipso, et pretium redemptionis pro anima sua. Namque hæc pro primogenitis hominum in figura Christi immolabantur. Horum sanguis, qui affunditur altari, cujusque virtus consistit in ascensione Christi qui recipit animas sequentium se, decessionem animorum sanctorum significabat. Adeps vero ubertatem virtutis Deo familiarem. Carnium denique ejus sanctificationem quæ ex sacra redit victima. De sale antea dictum est.

In terra ipsorum non sortem habebis. [XVIII, 20.] Separatum est ab aliis genus sacrum, non ministerii ratione tantum utrum etiam spei differentia. Iis enim qui in rebus carnalibus spem collocant, merito diceretur utique : « Hæc est portio tua, hæc sors tua. » Sors inquam, quoniam mihi diffidistis, inquit Dominus. His vero qui opes in cœlo condunt, hoc, in terra eorum nullam portionem obtinebis. Item ;

[80] II Cor. v, 21. [81] Osee iv, 8. [82] Levit. ii, 13. [83] Job vi, 6. [84] Matth. v, 13. [85] Luc. x, 7. [86] I Reg. xxi, 3 seqq.

NOTÆ.

(66) Χριστὸς δὲ τὸ λύτρον. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Ego sum portio tua, et hæreditas tua. » Talem esse voluit Christus eum qui cum omnia legis fecisset, absolutus esse vellet, cum inquit : « Vende facultates tuas, largire pauperibus, et age sequere me, habebisque thesaurum in cœlis repositum [87]. » Tali dicit David : « Lætare in Domino, et spera in ipso, et ipse faciet [88]. » Ad quos inquit Servator : « Ne sitis solliciti pro anima vestra quid edendo eam sustentetis, pro corpore; item, quomodo ipsum vestiatis ; quin regnum Dei et justitiam ejus primum inquirite, fiet enim ut hæc omnia vobis apponantur [89]. » Cæterum peccata iterum vocat sacrificia pro peccatis, quæ figuram Christi præ se ferunt.

Cum acceperitis a filiis Israel decimas quas dedi vobis primitias eorum offerte Domino. [26.] Id quod Levitæ populo sunt, Levitis sacerdos est, summus, inquam, sacerdos qui typum gerit Christi. Item juxta Paulum, qui decimas accipit, decimas persolvit [90]. Atqui tum quidem figura ad Melchisedech sese referebat, post vero etiam in lege idem evenit : decimas enim pendunt sacræ domus præfecto, Sancto, inquam, sanctorum sanctæ Ecclesiæ secundum Danielem [91], sanctificat enim sanctos. Item Deo deorum, cui omnis fructus debetur, quemadmodum scriptum est [92], quoniam omnes undiquaque ipsius dona ferent. Quapropter si ex decimis Levitarum primitias non acciperet, eos quoque non sanctificaret. Atque hoc est quod inquit, et « Sancta filiorum Israel ne polluatis **411** ut non moriamini [93]. » Hoc sane pacto quotquot sanctorum Christum sanctas primitias pro seipsis constitutum esse, et peccata bajulare noverunt, et ad Christi imitationem sese componunt, peregrini apud homines sunt, minimeque ipsorum consortes. Et id quod ipsis Christus est, hominibus ipsi exsistunt : Delecti quidem ab ipso in primitias mundi, modum vere vivendi supra vulgi tenentes, propter sanctimoniam quam per Christum offerunt. Quocirca Christus panes quibus benedicit, in manus accipit, et discipulis tradit. Neque vero vulgo naturali ratione excellere cogitandum est; nam cum e mundo non sit, juxta carnem e mundo est, cum et discipulos suos e mundo selegisset, quemadmodum summus pontifex e populo Levitas. Ad quem dictum est : « Fratres tuos filios Levi adduc ad teipsum, ac jungantur tibi, ac tibi ministrent. » Posset vero typum adhuc argutiorem Christi gerere Moyses, qui a nemine hominum unctus, Aaronem ungit, divinam et invisibilem unctionem habens. Non enim fieri solet, ut inferior sanctificet superiorem, sed major unctione divina ungit minorem. Quapropter de seipso inquit Christus : « Hunc enim Deus pater obsignavit [94]. »

Hæc est cæremonia legis quam præcepit Dominus. [XIX, 2.] In hoc enim mysterio tota vis legis spiritualiter est conclusa. Nam vacca illa integra Christus est. In quo quidem nihil causæ deprehendit mundi princeps. Qui Judæis item dixit : « Quis me peccati arguet [95]? » Idem vero etiam vitulus, sicut Deus, dicitur, et ductor universalis. Jam vero quamvis vacca propter carnem imperio sit subdita et sub lege exsistat, a jugo tamen libera est, subjacet enim nemini, quin potius ei omnia. Nam ipse quidem quamvis sub lege sit, omnium tamen est superior, quamvis propheta sit, prophetarum tamen Dominus est. Rufa autem fuit, propterea quod modus domesticæ administrationis sanguine constitit, simul etiam propter carnem. Etenim Adami nomen rubram terram ex qua desumptus est significat. Extra castra vero educitur, quoniam extra urbem, secundum Apostolum, passus est [96]. Cæterum sacerdos interim dum mactaretur aderat, quem alioqui cadaveris spectaculo pollui nefas erat, ut testimonium victimæ perhiberet munditiei. Quæ inter omnes alias victimas libera erat, neque odiosa quemadmodum eæ quæ pro peccatis immolantur, cum ea pro purgatione immundorum et manumissione servorum cæderetur. Cæterum in hoc typum sancto Spiritu delibutorum prætulit sacerdos. Ad credentes enim dictum est : « Vos vero genus electum, regale sacerdotium, gens sancta [97], » quibus a Deo Patre datus est Christus, sanctificatio, redemptionis pretium, sapientia, servator et justitia. Quos oportet consequi ipsum, ac opprobrium ejus, hoc est, propriam crucem ferre. « Si quis enim me vult consectari, inquit, abneget seipsum, et suscipiat crucem suam, et sequatur me [98]. » Quos utile quoque et necesse est ob oculos habere mortuum Christum. Insuper et illud significatum est hoc quod sacerdos mactationi vaccæ interfuit, ne, ut Apostolus interpretatur sibi ipsis amplius vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. « Ut enim Deo vivam, inquit, cum Christo crucifixus sum. Vivo autem non ego amplius, sed in me vivit Christus [99], » qui proprio suo sanguine veram Ecclesiam tabernaculo adumbratam conspergit et irrigat ac abunde perfecteque sanctificat, quemadmodum per *septies* significatum est. Cæterum post mactationem igne comburitur, nam ad usque mortem Christus pro nobis tentatus est; igne enim probatur argentum, sicut David inquit : « Probasti, Deus, per ignem duxisti sicut argentum ducitur [1]. » Itaque ex fide justificatos, pro quibus mortuus est quodammodo afflatur. Et per Zachariam inquit : « Cedite mercedem meam triginta siclos. Et dixit Dominus ad me : Abjice hoc ad figulum, et considera quam magnificum sit illud pretium quo licui ab eis [2]. » Porro in vacca nihil est rejectitium. Totus enim sanctus est Christus, et carnibus et tergoribus tam occultis quam manifestis. Lignum vero cedrinum incorruptibilitatem innuit, putrefactionem enim refugit, seu ut quorundam est sententia crucem, quemadmodum enim illud putredinis expers est, ita hæc vitæ participem efficit. Cæterum hyssopus purificationem denotat; vim enim purgandi cum habeat, pura viscerum emollit et defæcat.

[87] Matth. XIX, 21. [88] Psal. XXXVI, 5. [89] Matth. VI, 25, 33. [90] Hebr. VII, 2 seqq. [91] Dan. IX, 24. [92] I Cor. XV, 26, 27. [93] Levit. XXI, 12. [94] Joan. VI, 27. [95] Joan. VIII, 46 [96] Hebr. XIII, 11 [97] I Petr. II, 9. [98] Matth. XVI, 24. [99] Galat. II, 19, 20. [1] Psal, LXV, 10. [2] Zachar. XI, 12, 13.

Ὑσσώπου δὲ, ὅτι εὐωδίᾳ τὴν δυσωδίαν τοῦ θανάτου κατέπαυσε.

A Seu quod lignum crucis odore 412 suo fœtorem mortis qui e ligno scientiæ prodierat, mitigavit.

Seu quod vitali calore frigiditatem quæ in morte insita est dissolvit. Filum vero coccinum complexionem denotat rationis cum carne, per quam pro nobis passus immortalitatis locum nobis præparavit. Item expungi maculam visceribus inustam et per tinctionem salutarem et per virtutem fidei, non enim carnis depositio sordium est remotio, inquit, sed conscientiæ bonæ interrogatio per quam delictorum est remissio; siquidem gratia eum consequitur, qui eam in fide consectatur. Quin etiam is qui comburit et is qui colligit cineres, ad vesperam usque sunt immundi. Necnon sacerdos quoque qui cineres admiscuit cedrinum lignum et hyssopum. At hi quidem ablutis vestimentis etiam cum mundi sint, immundi esse dicuntur; lex enim humanæ naturæ imbecillitatem revelat. Adeo ut sanctorum nemo a sorde sit immunis [a]. Adeo ut Servatoris ministerio dignus sit nemo, ne unus quidem, imo nec ut mysteria ejus delibet ac attingat. Astra enim puritatem coram eo obtinere nequeunt, ait. Quanto minus eorum aliquis qui puri esse æstimantur. Atqui purgatio ea quæ per cineres fit ex æquo servit Hebræo et advenæ. Quoniam et circumcisio et præputium ex fide justificatur, nullo videlicet respectu ejus quod natura nostra peccatis non careat, habito. Item qui in ministerio operantur purgationi immundorum, eum eorum immunditia participant. Quod sane fit in ipso hujus vitæ articulo, in quo principes cum subditis depravantur, quemadmodum Josias cum populo. In quo peccatorum quoque socios se faciunt sæpenumero. Quemadmodum Moses perfidia populi irritatus, et ad loquendi impietatem adductus fuit. Sicut et Petro, quando homines circumcisionis extimuit, quandoque sejunxit genus Judaicum a gentili, accidit. Quæ sane non ita erunt in futuro judicio, quando malitiæ ac peccati vinculum abrumpetur.

Oportuit autem inquinatum aqua lustrationis conspergi seu ablui tertia et septima die. Hæc quidem aqua significat resurrectionem. Tempus item novissimum in quod incidit incarnatio, in quod simul coincidit purgatio quæ per baptismum constat, Christique mortem innuit, quæ indicata quoque est aqua cineribus subacta, et maculas ex cadaveribus contractas eluente. Porro domus et vasa polluta nos iterum sumus. Ac domus quidem Synagoga eorum qui Dominum occiderunt, est. Vasa vero nostrum singuli sunt quotquot animum habent nudum, ac quibusvis inquinamentis patulum. Fideles vero animum habent bene munitum, et inquinatoribus lubricum. Cæterum immundus est qui per aquam lustrationis purgatus, qui saucium contingit, eum scilicet cujus cor carnalibus affectionibus vulneratum est, item os cadaveris, id est, impuritatis reliquias, aut monumentum hominis inhumati, id est, qui aliquo modo defuncta impuritate sese polluit: quandiu enim in hac vita sumus, fieri non potest, ut non aliquæ impuritatis reliquiæ nobis inhæreant, quamvis a vulneribus diabolicis simus liberati. Nemo enim ab affectionibus evadit omnino. Quin etsi eas devicerimus, et sepeliverimus, contagio tamen quodam eorum inficimur. Omnium vero horum purgatio Christus est. Cicatrice enim ipsius nos omnes sanati sumus [b], qui advocatus noster est apud Patrem [c]. « Nisi enim quis regeneratus fuerit ex aqua et spiritu, neutiquam in regnum cœlorum ingredietur [d]. » Quod nobis tempus post vesperam et finis legis est. Diluculo enim similis est adventus Christi, siquidem iis qui in tenebris et umbra mortis sedebant, affulsit lux magna

Καὶ ἦλθον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πᾶσα ἡ συναγωγὴ εἰς τὴν ἔρημον Σὶν, ἐν τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ. Καὶ ὡς ἀπροσδιορίστως [φησὶν, *ἐν τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ*] καὶ οὐ προσέθηκεν, ἐξεληλυθότων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἄνω γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ πέντε καὶ δεκάτῳ, καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ (67), ὅτι δεύτερον ἐνειστήκει ἔτος. Ἀλλ' ἐνταῦθα μῆνα πρῶτόν φησι τὸν τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν, ἃ ἠπείλησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἔσεσθαι ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ (68). Ἰδοὺ γὰρ πάλιν ὑπέστρεφον εἰς τὴν ἔρημον Σινὰ, ὅθεν φησὶν ἀπηρκέναι αὐτοὺς, ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ (69)· καὶ πολλὰ πλανηθέντες παραγίνονται ἐν Κάδης· ὅπου ἦσαν οἱ κατάσκοποι ὑποστρέψαντες πρὸς Μωϋσῆν καὶ τὴν συναγωγὴν, ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ (70).

B *Venerunt autem filii Israel, universus scilicet cœtus in desertum Zin, mense primo.* [XX, 1.] Indefinite ait, *mense primo*, nec apposuit, Postquam egressi fuerunt ex terra Ægypti, cum supra dixerit quod secundus instabat annus. Hic vero primum dicit mensem ex quadraginta annis istis quos Dominus eos in deserto fore est minatus. En enim revertuntur iterum in desertum Zin. Unde eos movisse tradit et longis actos erroribus advenisse in Cades, quo exploratores sunt reversi.

[a] Job xiv, 4. [b] Isa. LIII, 5. [c] Joan. III, 2. [d] Isa. IX, 2; Luc. I, 79.

NOTÆ.

(67) Οὐδὲ ταῦτα τὰ κεφάλαια, οὐδὲ τὰ ἑξῆς μνημονευόμενα ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. κεῖται. Ὅπερ δέ φησιν ἐν τῷ 1 τοῦ 1, καὶ ἐν τῷ 1 ἐδ. τοῦ 9 κεφ. τῶν Ἀριθ. ἐστίν.

(68) Ἐν τῷ 8 ἐδ. τοῦ 14 κεφ. τῶν Ἀριθ. τῆσδε C τῆς ἐκδόσ.

(69) Ἐν τῷ 12 ἐδ. τοῦ 10 κεφ. τῶν Ἀριθ.

(70) Ἐν τῷ 42 ἐδ. τοῦ 12 κεφ. τῶν Ἀριθ. ταύτης τῆς ἐκδόσ.

Porro 413 quæ ex petra emanationem, alii quidem eamdem de qua in Exodo esse tradunt, alii vero aliam, siquidem tempora variant. Nihilominus tamen priores hanc repetitionem esse dicerent.

A Τὴν τοῦ ὕδατος ἐκ τῆς πέτρας ῥύσιν, οἱ μὲν τὴν αὐτὴν εἶναί φασι (70*) τῇ ἐν τῇ Ἐξόδῳ· οἱ δὲ (71) ἑτέραν, εἴγε καὶ οἱ χρόνοι διάφοροι. Πλὴν εἰ μὴ λέγοιεν οἱ πρῶτοι, ἐπανάληψιν εἶναι.

Qui vero aliam esse asserunt, id ipsum sic astruunt, quod siquidem populus retro pedem per desertum tulerit, siti ob desperationem de promissione bonorum conceptam laboraverit. Cæterum Moses denuo ipsis irrigat desertum, per petram, ac pœnitentiæ quale sit mysterium docet. Postquam enim petram degustaverant, ad voluptates Ægyptiacas animum reflexerunt iterum. Quocirca fame et inopia rerum ad vitam utilium puniuntur. Verumenimvero post actam pœnitentiam, petram illam quam deseruerunt eis invenire licet iterum. Et hæc quidem illi. Atqui vero cum molles Israelitæ essent, parvo aliquo incommodo genio eorum offenso, magistro suo insultant continuo, et beatos prædicant eos qui propter coturnicum ingluviem interierant, nec perpendunt interim quod dona quæque excellentissima a laboribus semper excipiuntur. Quapropter his affectionum telis fortiter contra est eundum. Verum hæc res hominibus, sub lege fraudi fuit ideo, ut hi qui in Christo agunt quid sibi paratum esset, cernerent. Porro cum jam novisset Deus quam segniter egisset in Exodo, quamque cito circa fidem lapsurus esset Moses: Assume, inquit, tecum ex senioribus populi aliquos; virgam item qua flumen percussisti, ecce ego illic consisto. Ibidem quoque congrega cœtum tu et Aaron, quo testes infirmitatis animi ipsorum pudore suffundat, ac in memoriam priorem virtutem, qua in sanguinem convertit aquam, reducat: ac denique bona spe esse miraculum editum iri jubeat. Tandem itaque, quasi ipse miraculum perficiat, num ex petra hac aquam vobis eliciemus inquit? Et bis percutit petram quasi nihil sit futurum amplius, quam quod virga sua extorqueat vi, quasique divina virtute id non fiat, ad quam illustrandam unicus sufficiebat ictus. Largitur vero laticem Deus ne imbecillitatis insimularetur. Moses infidelitatis pœnam suscipit. Diximus autem in commentariis super Exodo, Mosem ad legem assumi oportuisse ad sacerdotium Aaronem; ad cultum vero legis Mariam. Quapropter per prophetam inquit Deus ad Jerusalem: « Emisi ante faciem tuam Moysem et Aaronem [7]. » Per cultum quoque typicum Israel salutem est consecutus. Cujus gratia carmen epinicion condit quidem Moyses, exorditur vero Maria, quæ fatis concedit primo mense, quo Pascha immolari solet, quo etiam siti laboravit populus. Nam in mense novarum frugum moritur cultus qui in typis consistebat, illucescit vero Dei verbum. Quapropter dixit, « Ipsemet adsum qui loquor tanquam aurora in montibus, et velut in mense novarum frugum. » Ad hunc modum quoque Ecclesiam gentium vocat inquiens: « Surge, propera amica mea, formosa mea columba, ecce enim hiems jam transiit, et imber se recipiens abiit sibi. Flores apparuerunt in terra, tempus putationis advenit [8]. » Refloruimus enim in Christo ad novitatem vitæ, quando legis cultu cessante sitientes potavit Christus: « Biberunt enim ex petra spirituali quæ secuta est, inquit, petra vero Christus erat [9]. » Petra enim divinam naturam exprimit, propter firmitatem ac soliditatem. Coram senioribus vero Israelis et populi bis ferit Moses. Ceu enim coram Mose Christo oblatrarunt, « Tolle, tolle, crucifige eum [10], » idque non semel, bis enim percutiunt; non enim occiderunt solum, verum etiam occultare resurrectionem ejus contenderunt, stipendiaque militibus ejus rei gratia præbuerunt. Quantumvis tamen bacchantibus ac furentibus ipsis, edidit petram fluxum, et terram prius desertam, initio a Judæa facto, operuit. Quare per prophetas dixit: « En ego declino super eos sicut flumen pacis, et sicut torrens inundans gloriam gentium [11]. » Hujusmodi quiddam apud Davidem quoque inquit: « Æstus fluvii lætificant urbem Dei [12]. » Et iterum alibi: « Et torrente deliciarum tuarum potabis eos [13]. » Percussionem vero petræ præcessit infidelitas, ob quam reprehenduntur, pœnaque 414 irrogatur, ut populum in terram introducere non possint; lex etenim quæ typis ac figuris constat, in terram promissionis adducere nos non poterit, nec etiam sacerdotii secundum eam instituti imbecillitas, sed in patrum sortem nos perducit ductor Jesus.

Sic ait frater tuus Israel. [XX. 14] Edom enim, hoc est, Idumæi ex Esau, qui Edom quoque nominabatur, propagati sunt. Frater vero iste Jacobi, qui

B *Ὁ ἀδελφός σου Ἰσραήλ.* Ὁ γὰρ Ἐδώμ, τουτέστιν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐξ Ἠσαῦ, ὃς καὶ Ἐδὼμ ὠνομάζετο. Ἀδελφὸς δὲ οὗτος Ἰακὼβ τοῦ καὶ Ἰσραήλ. Οἱ-

[7] Mich. VI, 4. [8] Cant. II, 11, 12. [9] I Cor. X, 4. [10] Joan. XIX, 6. [11] Isa. LXVI, 12. [12] Psal. XLV, 5. [13] Psal. XXXV, 9.

NOTÆ.

(70*) Τὸν Ἀλεξανδρ. Κύριλλον ἴσως λέγει. Αὐτὸς μὲν γὰρ (ἐν τόμ. I, μέρ. I, σελ. 310). τὰ ἐν τῷ 17, κεφ. τῆς Ἐξόδ. ἐκθεὶς, ταῦτα προστίθησι. Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν τῇ Ἐξόδῳ τὸ θεῖον ἔφη χρησμῴδημα. Κατακερματιεῖ δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὐρυτέραν ἀφήγησιν, ἥν, κτ. Ἐκ τούτων οὖν καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον, ὅτι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται τὴν ἐκ τῆς πέτρας ῥύσιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Φίλωνα (ἐν νῷ I, περὶ Μωϋσ. βιβλ. σελ. 635) τῆς μετὰ τὴν ὀρτυγομήτραν μόνον μνημονεύοντα ῥύσεως εὕρομεν· ὡσαύτως καὶ Ἰώσηπον (ἐν τῷ I κεφ. τοῦ 3 περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ. βιβλ.) τῆς ἐν Ῥαφιδεὶν μόνον.

(71) Ὁ Νύσσης, οὗ καὶ τὰ ῥήματα, δηλονότι τὰ προκείμενα, αὐταῖς λέξεσιν ὁ Προκόπ. ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. ἐκτίθησι. Συνᾴδει δὲ τῷ Νύσσης καὶ ὁ Ἡσύχιος, λέγων (ἐν τῇ τῶν Ψαλ. σειρᾷ)· Δεύτερον αὐτοῖς ὕδωρ ἐκ πέτρας ὁ Μωσῆς ἐξήγαγεν. Ἅπαξ μὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ Χωρήβ· τὸ δεύτερον δὲ, ἐν Καδής. Ἔνθα Μαριὰμ ἐτάφη τελευτήσασα.

κεία δὲ καὶ συγγενικὴ πρὸς τὸ πείθειν ἡ προσφώνησις.

A et Israel dictus est, fuit. Adhibita est autem familiæ cognationisque compellatio ad majorem persuasionis efficaciam.

Commiserationem item captat, mala antehac exantlata verbis objiciendo, innuitque divinum erga se studium, ac virtutem. « Exclamavimus enim ad Dominum, inquit, ac audivit nos, missoque nuntio eduxit nos ex Ægypto [14]. » Quale illud quoque est quod verbum Domini citat dicentis : « Descendi ad eripiendum eos [15], » quod per angelum esse factum Moses novit. Sed quoniam exercituum transitiones perniciosæ sunt, se nec per agros, nec vinea profecturum esse præoccupat.

Ἐπεὶ μὴ ὕδωρ εἶχον ἐκ φρεάτων ἀνελλιπές, Οὐ πιόμεθα, φησὶν, ἐκ λάκκου σου, προῖκα δηλονότι. Τοῦτο γὰρ ἐπήνεγκεν ὕστερον.

Et quoniam aquam non habebant, ex puteis tuis et lacubus non bibemus, inquit, gratis videlicet, nam hoc ipsum postea subintulit.

Verum ille nihil eis obsecundatur, bellumque minatur ; si vero illis diffidebat, jurejurando eos adacto opus erat. Sed quid verbis est opus, pravus erat, nec dissimilis invidenti gloriæ eorum. Nam seu conscio dicit : « Tu cognitum habes laborem et ærumnas quæ nos circumvenerunt. » Porro ipsi iterum dicam cunt : « Per semitam tritam ascendemus, nec per agros, innuentes viam quam regiam vocant, » publiseu militarem significantes. « De aqua item tua non bibemus, » inquit, cum aqua ea quæ in lacubus est propria sit laborantium. Impunitatem vero transitu indicaturus, « Juxta montem pertransibimus, » inquit. Cæterum Israel deflexit ab eo,

Τὸ γένος τιμᾷ, καὶ μὴ τιμώμενος. Τοῦτο γὰρ ἐδόκει Θεῷ (71*) · μηδ' ὅτε δοκοῦσιν οἱ πρὸς γένος ἀρνεῖσθαι τὴν φιλίαν τὴν ἀπὸ τοῦ γένους.

B et genus est reveritus, ab eo nullam reverentiam consecutus licet. Dei enim voluntas est, genus non abnegare etsi injuriam faciat. Quoniam igitur nunc omnes sumus fratres dilectionis, magnanimitate injuriarum recordationem vincere debemus.

Προστεθήτω Ἀαρὼν πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἀπέρχονται, τὸ ἀτελὲς αὐτῶν ἐπιγνόντες οἱ Θεῷ φίλοι. Τὸ γὰρ μεγαλαυχεῖν ὡς ἐπὶ κατορθώσει τελείας ἀρετῆς, Ἑλλήνων σοφίας· καίτοι μηδὲ τελείαν ἢ ἄπταιστον ἐσχηκότων, ἣν ἔδοξαν κατορθοῦν. Οὐ γὰρ ἐκ φύσεως τὸ κατ' ἀρετὴν ὀφείλεται τέλειον, οὐδὲ τὸ μὴ δυσχεραίνειν ἐπὶ θανάτῳ. Ὅπερ αὐτῶν οἱ μαθηταὶ τοῖς διδασκάλοις χαρίζονται, μηδὲ τὸ κατὰ φύσιν πληροῦν δυναμένοις. Θεὸς δὲ βούλεται καὶ ζῶντας καὶ ἀπιόντας ἐπιγνῶναι τὸ ἑαυτῶν ἐνδεὲς, αἰτεῖσθαι C δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν τελείωσιν. Ἀτελὴς γὰρ ἡ φύσις ἐν τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ γενομένη, καὶ ἀτελὴς ζῇ, καὶ ἀτελὴς καταλήγει, προσδεομένη τοῦ τελειωτοῦ. Ὃν καὶ οἱ ἐν ᾅδου ἐπόθουν, οἱ καὶ τὴν τελευτὴν ἐν ἐπιγνώσει τῆς ἰδίας ἐνδείας ὑπομείναντες. Ἐπ' ὠφελείᾳ οὖν τὸ ἀκοῦσαι δι' ἣν αἰτίαν οὐχ ἐφικνοῦνται τοῦ προκειμένου σκοποῦ. Ὡς καὶ Παῦλος ἔγνω, καταπονούμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ μεγαλαυχεῖν. Δηλοῖ δὲ τῶν ψυχῶν τὸ ἀθάνατον τὸ, « Προστεθήτω πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. » Λαὸν γὰρ εἶναι καὶ αὐτῶν, ὡς τῶν ζώντων. Κατ' οἰκειότητα δὲ τρόπων ἡ σύνταξις. Καὶ Λάζαρος γὰρ ἐν κόλποις Ἀβραάμ· ὁ δὲ πλούσιος χωρὶς, καίτοι Πατέρα καλῶν τὸν Ἀβραάμ.

Colligatur Aaron ad populos suos. [XX, 24.] Decedunt amici Dei sua imperfectione cognita; nam gloriari recte ac secundum virtutis perfectionem factorum ex Græcorum sapientia est, Græcorum, inquam, qui eam virtutem secundum quam recte agere videbantur, non perfectam aut puram habuerunt. Non enim naturæ acceptum referri debet quod fit secundum virtutem, quemadmodum nec illud, si quis mortis metu non afficiatur, quod eorum discipuli suorum magistrorum gratiæ dederunt. Cum natura ipsa hoc explere non potuissent. Atqui Deus vult, ut tam vivi quam morituri suam ipsorum tenuitatem agnoscant, ab ipso vero perfectionem petant. Manca etenim ac imperfecta in primo homine facta est natura, imperfectaque vivit, et esse desinit, ac ejus qui perfectus est ope indiget, quem hi qui apud inferos fuerunt, expetiverunt, qui etiam diem suum in agnitione suæ indigentiæ obierunt. Quapropter utile est audire quam ob causam scopum præfixum non assequantur, quemadmodum Paulus quoque confitetur, cum inquit, se in hoc totum esse ut gloriationem sui compescat. Præ se fert autem animorum immortalitatem hoc quod dixit: « Colligatur ad populum suum. » Populum enim esse ac eum ex viventibus constare figura orationis Scripturæ familiari indicatur. Nam et Lazarus in sinu Abrahæ esse dicitur. Dives vero extra eum, quantumvis patrem invocaret Abraham.

Τῷ πρεσβυτέρῳ τοῦ γένους παρέπεμψε τὴν διαδοχήν. Τιμιώτερον γὰρ φύσει τὸ πρεσβύτερον, εἰ μή τι τὴν ἐκ φύσεως ἐμποδίζοι τιμὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἡσαῦ καὶ τοῦ Μανασσῆ. Ἐφ' ὧν καὶ οἱ τύποι τῶν λαῶν οἰκείως ὑποτυποῦνται. Εἰ δὲ προαχθείη τι διὰ τὸ

D Cæterum seniori generis successionem commisit, natura enim præstantius, quod ætate majus est, si non aliquid naturalem dignitatem impediat, quemadmodum super Esau et Manasse accidit, in quibus typi populorum usu familiari redduntur. Quod

[14] Deut. xxvi, 7, 8. [15] Exod. iii, 8.

NOTÆ.

(71*) Ἀντὶ τῶν ἑπομ. τάδε ἔχει ὁ τῆς Αὐγ. κώδ. · μὴ τὸ γένος ἀρνεῖσθαι, κἂν ἀδικῇ.

si autem quid productum fuerit ejus gratia quod A postea futurum erat, num præstantius quoque fuerit ? veluti mundus et bruta quæ homine fuerunt priora ? Minime, non enim excellentiora ea sunt iis propter quæ sunt facta, quin venerabiliora sunt hæc natura etsi posteriora.

μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ὁ κόσμος πρὸ ἀνθρώπου καὶ τὰ ἄλογα, οὐ προτιμότερα ταῦτα τῶν δι' ἃ γέγονε. Φύσει γὰρ ταῦτα τιμιώτερα, εἰ καὶ δεύτερα.

Porro mors sacerdotis **415** non est obscura, quemadmodum nec ad sacerdotium inauguratio. Præclara enim et suspicienda res sacerdotium est, in quo omnia illustrat Deus, et principium, et finem, et successum. Dicit enim : « Nemo accendit lucernam et in abscondito ipsam collocat, sed super candelabrum, quo omnes quotquot ingrediuntur lumen aspicere queant [15*]. » Apud Isaiam item inquit : » Super montem excelsum conscende tu qui Sioni læta denuntias [16]. » Ita etiam Dominus solus ipse secum egit, quando spiritum a corpore separare voluerat.

Porro cum prærogativa generis in lege carnis B valeat, spiritus quoque in spirituali cultu valet ; morum enim similitudo in genere quodammodo est, sicut ejus rei figuram gerit illud quod Abraham pater noster fidei similitudine exsistit.

Τῆς δὲ κατὰ γένος τιμῆς ἰσχυούσης ἐπὶ τοῦ σαρκικοῦ νόμου, ἡ κατὰ πνεῦμα ἐπὶ τῆς πνευματικῆς θεοσεβείας ἰσχύει, ὥσπερ γένους ὄντος τῆς ὁμοτροπίας. Ὡς εἶναι τούτου τύπον ἐκεῖνο, καθὸ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραὰμ πίστεως ὁμοιότητι. Καὶ τοῦτο δικαιότερόν τε καὶ ἰσχυρότερον, ὡς καὶ ψυχῆς ὑγίεια, σωματικῆς τιμιώτερον.

Quin etiam stola spiritualis carnali exuta, animæ congruit a corpore et corporalibus defectibus sejunctæ, quapropter terrestri tentorio diruto in cœleste domicilium subire quoque desiderat. Non quidem ut corpore reddatur nuda, nec enim Paulus idem sentit, sed ut corporis onere liberetur ; propter onus enim gemimus, inquit [17].

Στολὴ πνευματικὴ, τῆς σωματικῆς ἀφῃρημένης, ἁρμόζει ψυχῇ χωριζομένῃ τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἐλαττωμάτων. Διὸ καὶ ποθεῖ τὸ οἰκητήριον ἐπενδύσασθαι τὸ ἐξ οὐρανοῦ, λυομένης τῆς ἐπιγείου σκηνῆς· οὐχ ὥστε γυμνὴ σώματος γενέσθαι, καθὰ τῷ Παύλῳ δοκεῖ, ἀλλὰ τοῦ βαροῦντος. Διὸ καὶ στενάζομεν τῷ βάρει.

Cæterum in monte moriuntur Moses et Aaron, ac in figura ceu animas in altum subduci indicant. Est vero differentia in hoc, quod alter longinquius, alter propius terræ sanctæ moritur. Moses enim virtuti fuit vicinus magis, quamvis diffidentiæ super aqua commissæ culpa amborum par fuerit. Non enim secundum partem, sed secundum totum judicium fieri debet.

In judicii vero sortem tempus quoque cadit, C cujus ratione pro dignitate cujusque mors est invecta, primo quidem Mariæ, secundo vero Aaroni, tertio denique Moysi, siquidem dierum quoque longitudo præmium virtutis in lege est constituta. Primo igitur fatis defungitur ea quæ plus reprehensionis habuerat, eo quod contra Mosen quiddam ausa fuerat. Magis enim tacere, ac moderate agere feminam quam virum decet. Porro inferior palam Mose Aaron fuit, quare secundo merito moritur.

Κρίσεως καὶ ὁ χρόνος, κατὰ τὴν ἀξίαν ἐπαγομένου θανάτου πρώτῃ μὲν τῇ Μαριὰμ, δευτέρῳ δὲ τῷ Ἀαρὼν, τρίτῳ δὲ τῷ Μωϋσεῖ. Ἐπειδὴ καὶ μακροημερία μισθὸς ἀρετῆς ἔκειτο κατὰ τὸν νόμον. Πρώτη οὖν τελευτᾷ ἡ ἐπιτιμηθεῖσα μᾶλλον ἐφ' οἷς κατὰ Μωϋσέως ἐτόλμησε. Γυναικὶ γὰρ μᾶλλον ἤπερ ἀνδρὶ τὸ σιωπᾷν τε καὶ μετριάζειν προσήκει. Ἐλάττων δὲ προδήλως τοῦ Μωϋσέως ὁ Ἀαρών

Et audivit Chananæus rex Arad, etc. [XXI, 1.] Eccur vero populus ille qui profectione contra Deum nititur, et præliatur, et prælio vincit ? Quoniam vexatio (ut vulgo) dat intellectum, et afflictiones ad Deum convertunt, quemadmodum hoc quod vota Deo nuncupant, patet, quodque voti fiunt compotes, quod factum eo quod impios solum vincere vellent, lucrumque non captarent. Porro vocabulum *Hærem* donarium hoc seu anathema perpetuæ memoriæ consecrat. Est item signum justitiæ divinæ atque potentiæ, et pietatis eorum qui fecerunt votum.

Καὶ ἤκουσεν ὁ Χαναναῖος βασιλεὺς Ἀράδ. Πῶς ὁ τῇ κατὰ Θεὸν ἐναντιούμενος πορείᾳ καὶ πολεμεῖ καὶ νικᾷ; Ὅτι διὰ πόνων αἱ κατορθώσεις· καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφει τὸ πάσχειν κακῶς

Et immisit Dominus in populum serpentes. [6.] Non amplius ad terram sanctam contendunt, propter diffidentiam cujus nomine sunt condemnati, verum a tergo Idumæam regionem pererrant. Dilabuntur enim res omnes quæ citra Deum instituuntur, quemadmodum vita quoque ipsa propter diffidentiam resolvitur. Ac hi qui bona capessebant prius, animi infirmitate superati ærumnas perferunt. Quemadmodum Adam quoque, cum mandatum præteriisset, ex voluptate in laborem est translatus. Atqui improbe agentes deprimi necesse est ; cum enim Deo ogganniunt, sibi ipsis supplicium accersunt. Idque si quis ad sui eruditionem arripiat bono esse potest, ut in seipso omnem culpam, inque Deo nullam residere agnoscat videlicet : Ac Deum quidem mali non auctorem, sed omnis bonitatis esse fontem. Atque ea illis

[15*] Luc. XI, 33. [16] Isa. XL, 9. [17] II Cor. V, 2.

obvenerunt, quod post tot beneficiorum experimenta divinæque alimoniæ perceptiones terrestrem quæsitarunt. His similes sunt omnes qui concupiscentiis ducuntur, resque quæ sub intellectum cadunt nugas vocant, quare supplicium per serpentes illis irrogatur. Sic Adam quoque ex arctissima consuetudine quam cum Deo habuit, propter parvam ac vilem concupiscentiam consilio serpentis in mortem est delatus. Itaque morsus serpentis mors qui in Adamum incidit merito diceretur utique qui indiguit conversione multis **416** laboribus acquisita. Quemadmodum populus quoque de quo in præsenti, ad legatum istum contra quem murmurarunt, meliores post cladem facti, advolvuntur, et medicinam consequuntur, æreo serpente illis erecto. Figura autem hæc rerum quæ ad nos sunt. Quemadmodum enim illi bona quibus a Deo affecti erant spreverunt, ac carnis voluptatibus longe post habuerunt, ita vulgo omnes in opificem nostrum impegimus, et sub morsus serpentium spiritualium cecidimus, nostris a Deo relicti concupiscentiis, a quibus animis vulnerati opera principis serpentum draconis apostatæ, qui Adamum interemit, sumus necati. Hoc vero malum in ejus sobolem tanquam ex radice demanavit. Verum conspeximus serpentem, hoc est, Christum. Quomodo vero is qui natura sua (nam Deus est), bonus cum sit, serpens dici possit. Quoniam factus est similis nostri, non natura malorum, sed eorum qui voluntate pravi exstiterunt, ut dicatur ad nos: Si igitur vos qui pravi estis, et quæ deinceps. Serpens igitur est quatenus pravitatis similitudinem attinet, quam assumpsit cum factus esset homo. Verum si quis eum mente sua contempletur, ab interitu liber erit. Spectabimus vero Christum, si mysterium quod in ipso continetur recte intellexerimus, quod natura cum esset Deus, homo factus est, salva bonitate sua quam habebat: pravorum enim sumpsit habitum, non ut ipse pravus fieret, sed ut nos bonos efficeret. Ac ipsius sane signum serpens fuit. Exaltatus est enim Christus super cruce, quemadmodum Judæis prædixit: « Quemadmodum enim Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, et tum cognoscetis quod ego sum [18]. » Cæterum serpens æneus fuit, propter prædicationis evangelicæ vocalitatem. Atqui mors quæ ex morsibus redibat curatur tantum, ipsæque bestiæ non delentur, per bestias vero concupiscentias dico. Peccatorum enim qui crucem intuentur, mors quantumvis prava nullam vim habet. Carnis vero concupiscentia quæ spiritui adversatur penitus non est deleta et exstincta. In fidelibus etenim morsus concupiscentiæ sese movent sæpius, sed quando crucifixi recordantur venenum diluunt.

A Ὅτι ἐγόγγυσαν ἀπάραντες ἐξ Ὢρ τοῦ ὄρους περικυκλώσαντες τὴν γῆν Ἐδὼμ ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ (72). Ὡς τετράκις (73) φαίνονται γογγύσαντες ἐφ' ὕδατι ἐν πάσῃ τῇ ὁδῷ· ἅπαξ, εἰς Μεῤῥὰν, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τῆς Ἐξόδου (74)· δεύτερον, ἐν Ῥαφιδὶν, ὡς ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ (75)· τρίτον, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν Κάδης, ὡς ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τῶν Ἀριθμῶν (76)· ὅπερ ἐστὶν ὕδωρ ἀντιλογίας· τέταρτον ἐπὶ τοῦ παρόντος φρέατος.

Porro manifestum est quater per cunctum iter super aqua commurmurasse. Olim cum venissent in Merram, quemadmodum est in Exodo. Secundo in Raphidim, sicut illic iterum exstat. Tertio in deserto Sin Cades, ut in Numeris. Quod quidem aqua est obmurmurationis. Quarto super præsenti puteo.

Quod quidem crimini illis objicit: « Ac moventes inde castrametati sunt in Oboth. » His subjungit profectionem quam fecerunt in terram usque Amorrhæorum. Cujus terminum esse dicit Arnonem qui eam a Moabitide distinguit. Nihil enim eorum quæ divinitus fiunt temere narratione sacra proditur. Divinitus vero ista profectio erat, non minus quam apostolorum quibus monstravit Spiritus quanam eundum esset, et qui erudiendi. Innuit autem descriptionem bellorum in Bibliis tum temporis esse factam, dicens: « Propterea fertur in libro bellorum Domini. » Cæterum Domini bella dicuntur, per quæ gentes impiæ exscinduntur, quoniam divini id est judicii. Qui ad Abrahamum dixit [19], nondum expleta esse peccata Amorrhæorum, ut in eorum sedes Israelem possit instituere.

B *Συνάγαγε*, φησὶ, *τὸν λαὸν, καὶ δώσω αὐτοῖς ὕδωρ πιεῖν*. Βούλεται γὰρ Θεὸς τὰς θαυμασίους ἐνεργείας αὐτοῦ μνημονεύεσθαι· ὡς ὠφελεῖσθαι μὴ μόνον τοὺς παρόντας τῇ θέᾳ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὕστερον ἀκοῇ. Ὡς καὶ Ἰωάννης, « Ταῦτα, φησὶ, γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός. » Οὐ γὰρ κενῆς ἱστορίας μνήμην ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτῆς ὠφέλειαν χαρίζεται. Διὸ καὶ μάταιον τὸ σημεῖα ζητεῖν ἀεὶ, καὶ παρὰ γνώμην τοῦτο Θεοῦ. Ὡς βού-

Collige vero, inquit, *populum, et dabo eis aquam ad bibendum* [XXI, 16.] Vult enim Deus mirifica ipsius beneficia celebrari, ut non tantum præsentes sui contemplatione juvent, sed et posteros auditione ac fama. Quemadmodum Joannes: « Hæc scripta sunt, inquit, ut credatur quod Jesus sit Christus [20]. » Non enim inanis narrationis mentionem, sed utilitatem ex ea haustam Deus remunerat. Quocirca signa semper quærere vanum est, ac menti De

[18] Joan. III, 14. [19] Gen. XV, 16. [20] Joan. XX, 31.

NOTÆ.

(72) Ἄλλη, ὡς ἔοικε, κατ' αὐτὸν ἡ τῶν κεφαλαίων διαίρεσις.

(73) Τετράκις δέ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(74) Ἐν τῷ 15. Ὁ δὲ τῆς Αὐγ. κώδ. ὡς ἐν τῇ Ἐξόδῳ.

(75) Ἐν τῷ 17. Ὁ δὲ τῆς Αὐγ. κώδ. ὡς ἐκεῖ πάλιν.

(76) Ἐν τῷ 20. Ὁ δὲ τῆς Αὐγ. κώδ. ὡς ἐν Ἀριθμοῖς.

adversum, qui rerum semel gestarum memoria nos juvari vult.

λεται τῇ μνήμῃ τῶν εἰς ἅπαξ γεγονότων ὠφελεῖσθαι.

Quidam vero ad derogandum rebus semel gestis alias semper requirunt. Unde illud est : « Prava progenies signum requirit, sed signum non dabitur ei [21]. »

Cantionis vero quæ super aqua edita est, cum meminit : serenas gratias pro beneficiis referendas esse indicat. Canticum vero istud : « Ascende et Beer, » et quæ deinceps.

Ἄσματος μεμνημένος τοῦ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, δείκνυσιν, ὅτι δεῖ φαιδρὰς εὐχαριστίας ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἀνάγεσθαι.

Arduus enim labor puteos fodere est, Dei vero voluntas cum accedit levior laboribus lapicidinaris fit. Fossarum circumductio quæ **417** a sanctis cum baculis fit, ea est, quæ omne opus perficit.

Πολὺς μὲν ὁ πόνος ἐπὶ ταῖς φρεωρυχίαις, Θεοῦ δὲ βουλήσει καὶ λατομίας ἐπιπόνου (77) δυνατώτερον περιχάραξις ἐν βακτηρίαις ὑπὸ τῶν ἁγίων γινομένη (78), λατομίας καὶ ὀρύξεως δύναμιν ἐκπληροῦσα.

Pro eo vero quod dicitur « in regno ipsorum, » Aquilas ait, *baculo*. Theodotion vero, *In virgis eorum*.

Ἀντὶ τοῦ, « Ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν, » ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, *Ἐν τῇ βακτηρίᾳ*· ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Ἐν ταῖς ῥάβδοις αὐτῶν*.

Ab Ænone ad Jacob usque et ad filios Ammon. [24.] Jacob quæ Ammonitarum erat, excipit. Erat enim eorum qui e Lot exstiterunt. Ubique enim bella intestina attingit. Erat vero ea terminus Amorrhæorum captivorum. Jazer vero ea est, quæ cum terræ Moabitarum esset ab initio, postea Seonis est facta. Cæterum eam levant tyrannis ac violentis hominibus Israelitæ, iisque qui pristinos incolas ademerant.

Ἀπὸ Ἀρνῶν ἕως Ἰαβὼκ, ἕως υἱῶν Ἀμμάν. Τὴν Ἰαβὼκ τοῦ Ἀμμὰν οὖσαν, ἐξαιρεῖ. Ἦν γὰρ τῶν ἐκ τοῦ Λὼτ γεγονότων. Πανταχοῦ γὰρ τοὺς πολέμους τοὺς συγγενικοὺς περιΐσταται. Αὕτη δὲ ὅριον ἦν τῶν Ἀμοῤῥαίων τῶν ἡλωκότων. Ἰαζὴρ ἐτύγχανε μὲν οὖν τῆς Μωαβιτῶν οὖσα γῆς ἐξ ἀρχῆς, ἡ τοῦ Σιὼν γενομένη ὕστερον. Ἀφαιροῦνται δὲ αὐτὴν τῶν ἀδικησάντων οἱ Ἰσραηλῖται, τῶν ἀφελομένων τοὺς πρότερον ἐνοικοῦντας.

Ea vero est Esebon urbs Seonis, id est metropolis.

Ἔστιν Ἐσεβὼν πόλις Σιὼν, τουτέστι μητρόπολις.

Hinc fit ut qui proverbiis utuntur, dicant. [XXI, 27.] Constat sibi Dei justitia quæ per successionem familiarum deinceps reddita est, ad terram evertendum quam Amorrhæi lugubri quassatione edita injuste occuparunt. Adeo ut hominum sermonibus combustio priorum incolarum decantaretur. Miserationem etenim commovet : « Væ tibi Moab, periisti, » et quæ deinceps. Devastatos enim fuisse Moabitas indicat, dispersosque juvenes et juvenculas, quos Deus nunc est ultus. Nam impietatis et impuritatis causa ad evertendum gentes incolas Israelitis omnino Deus tradidit.

Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν οἱ αἰνιγματισταί. Διὰ τοῦτο ἔλεγον οἱ παροιμιαζόμενοι· Δικαιοσύνη συνίσταται Θεοῦ κατὰ διαδοχὴν γενεῶν ὕστερον ἀνταποδοθεῖσα εἰς ἀφαίρεσιν τῆς γῆς, ἣν οὐ δικαίως Ἀμοῤῥαῖοι κατέλαβον, οἰκτρὰν ἐργασάμενοι τὴν Μωαβιτῶν πόρθησιν· ὡς καὶ ἐν παροιμίαις ἀνθρώπων ᾄδεσθαι τὴν κατάκαυσιν τῶν προενοικησάντων. Καὶ γὰρ καὶ ὀδυρμὸν ἐπάγει· « Οὐαί σοι, Μωάβ, ἀπώλου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀναστάτους γὰρ δηλοῖ γεγενῆσθαι τοὺς Μωαβίτας καὶ διασκεδασθέντας νέους τε καὶ νέας, οὓς νῦν Θεὸς ἐξεδίκησεν· ἐπειδὴ ὅλως ἀσεβείας καὶ ἀκαθαρσίας ἕνεκα τὰ ἔθνη τὰ ἐνοικήσαντα δέδωκεν ἐξελεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις.

Et habitavit Israel in omnibus urbibus Amorrhæorum [32] Quapropter David in Psalmis, cum potentiæ et justitiæ nomine Deum celebrasset, inquit : « Instituit in tentoriis ipsorum tribus Israel [22]. » Cum enim de extrema civitate Jaser dicit : « Ceperunt eam et vicos ejus, inquit, et ejecerunt Amorrhæum ejus loci incolam. » Id ipsum cum in una ac altera gente sub Mose factum sit tantum, de vastatione futura universæ terræ impiorum, ac colonia justorum vaticinatur. « Boni enim terram possidebunt, inquit, et sancti in ea residebunt ; iniqui vero ex ea exstirpabuntur funditus [23]. »

Καὶ κατῴκησεν Ἰσραὴλ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι τῶν Ἀμοῤῥαίων. Διόπερ ὁ Δαβὶδ ἐν ὕμνοις, « Κατεσκήνωσε, φησὶν, ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ, » ἐπὶ δυνάμει καὶ δικαιοσύνῃ τὸν Θεὸν ἀνυμνῶν. Λέγων γὰρ περὶ τῆς ἐσχάτης πόλεως τῆς Ἰαζὴρ, « Κατελάβοντο, φησὶν, αὐτὴν, καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, καὶ ἐξέβαλον τὸν Ἀμοῤῥαῖον τὸν κατοικοῦντα ἐκεῖ. » Τοῦτο ἐφ' ἑνὸς ἔθνους καὶ δευτέρου γενόμενον ὑπὸ Μωϋσέως, τὴν καθ' ὅλης γῆς γενησομένη πόρθησιν ἀσεβῶν, καὶ κατοίκησιν ὑπὸ δικαίων, προφητεύει. « Χρηστοὶ γὰρ, φησὶν, ἔσονται οἰκήτορες γῆς, καὶ ὅσιοι ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ. Οἱ δὲ παράνομοι ἐξολοθρευθήσονται ἐξ αὐτῆς. »

[21] Matth. XII, 39. [22] Psal. LXXVII, 55. [23] Psal. XXXVI, 38.

NOTÆ.

(77) Τὸ πᾶν ἔργον ἀνύουσα. Ταῦτα ἀντὶ τῶν ἐπομ. Ὁ αὐτ.
(78) Τῶν ἐν λατομίαις πόνων. Ὁ αὐτ.

A Δεύτερος Ὢγ ὁ τῆς Βασάν. Ὃς δεδιὼς ὅμοια παθεῖν, οὐδὲ πρεσβείαν ἀνέμεινε. Θαῤῥεῖ μὲν οὖν δυνάμει. Θεὸς δὲ καὶ τοὺς ἰσχυροὺς ὑποτάσσει τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἐν Δευτερονομίῳ φησὶν, ὅτι Ἔθνη μεγάλα καὶ ἰσχυρότερα ἑαυτῶν ἔλαβον παρὰ Θεοῦ. Καὶ εἴγε τὸν νόμον, ἐφ' ᾧ κατῳκίσθησαν, ἐφύλαξαν, ἐμφανὲς τὸ τῆς ἀγαθῆς Προνοίας ἐγίνετ' ἄν, αἰσχύνων τοὺς ἐπὶ τοῖς πολέμοις τὸν Δημιουργὸν διαβάλλοντας. Θεοῦ γὰρ ἄξιον τὸ πολιτείαν ἀγαθὴν ἀντὶ πονηρᾶς εἰσάγειν ζωῆς. Ὃ καὶ δι' εὐχῆς τοῖς ἁγίοις λέγουσιν, « Ἐκλίποιεν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς. » Πῶς δὲ καὶ οὐ σωτήριον τῷ κόσμῳ τὸ γινώσκεσθαι Θεόν; ὃ πρόδηλον ἐκ τῆς τῶν πονηρῶν ἐξαιρέσεως γίνεται.

B Διττὸν ἔθνος ταράττεται, τό τε Μωαβιτικὸν καὶ τὸ Μαδιανιτικόν. Καὶ ἀπειπόντες τὸν πόλεμον, ἐπὶ τὴν μαγείαν ἐτράποντο.

Διαλύει τὰς αὐτῶν ἐλπίδας Θεὸς, μηδ' ὅσον φθέγξασθαι συγχωρήσας τῷ Βαλαάμ. Οὐχ ὅτι κατάρα μὴ δικαία λυμαίνεται (κατὰ γὰρ τὸν Σολομῶντα, « Ἀρὰ ματαία οὐκ ἐπελεύσεται οὐδενὶ), » τὴν δὲ ἰδίαν ἐπικουρίαν ἐμφανῆ τῷ λαῷ καταστῆσαι βουλόμενος, ὡς ἂν μὴ τῆς εὐσεβείας σαλεύωνται, καὶ ἵνα καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη ἐπιγνῶσι τὸν Θεὸν, καθά φησι· « Καὶ διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Καὶ τὰ σημεῖα γὰρ ἐποίει καὶ διὰ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ διὰ τὰ ἔθνη, ὡς ἂν ἐπιστραφείη. Πολλὰ γὰρ Θεοῦ κατορθοῦσιν οἰκονομίαι, δοκοῦσαι μόνον ἑνὸς ἔγεσθαι C πράγματος.

Alter est Og rex Basan, qui ne eadem sibi evenirent veritus, sua potentia fretus obviam se illis vertit, legationemque eorum antevertit. Atqui Deus robustos quoque debilibus subjicit, quemadmodum in Deuteronomio dicit [24]; nam populos longe majores ac fortiores se Dei ope ceperunt. Atque si legem qua terræ instituti sunt observassent, divina providentia manifeste sese exseruisset utique. Cæterum pudore affecerunt laudum bellicarum opificis obtrectatores. Deum enim decet in locum pravæ vitæ bonum vivendi ordinem invehere. Quod sancti in novis imprimis habent, ac dicunt: « Excidant peccatores terra, et iniqui, adeo ut non supersint amplius [25]. » Ecquid vero Dei cognitione salubrius mundo esse potest? id quod clarum ex pravorum excisione fit.

Verum post hos geminus turbatur populus, Moabiticus et Madianiticus. Qui cum bello renuntiassent, ad imposturam Satanicam sese receperunt.

Sed spes ipsorum labefactat Deus, cum ne tantillum quidem eloqui Balaamo permisisset, non quidem quod exsecratio injusta lædat; juxta Salomonem enim, « Exsecratio vana non superveniet cuiquam [26], » verum ut præsidium suum declararet populo, ac efficeret ne a pietate deciderent, reliquiæque populi Deum agnoscerent, quemadmodum inquit: « Et divulgabit meum nomen in tota terra [27]. » Quin etiam signa edidit cum per Israelem tum etiam per gentes, ut ad se converteret. Multa enim præclare Dei gubernatione fiunt, quæ ab uno tantum negotio pendere videntur.

Cæterum signis nihil motus Balac accersivit Balaamum tanquam potentiorem, cui indicat Deus, ut quamvis hostilem habeat animum, quatenus tamen familiaris sit, siquidem opificium ejus, etiam invitus contraria dicat. Atqui Israel intelligens quod ipsum suo ipsius gladio jugularet, majorem concepit fiduciam. Necnon ipsi Balaac quoque ostendit quos impedire conetur, eos nempe ex quibus oritura esset stella quæ gentes esset servatura.

Nam scio quod quibus benedixeris, iis benedictum sit. [XXII, 6.] Vis dæmonum in subditos efficax est, quæ si Deus consilio suo pro piis se opponat, enervatur, quemadmodum cum Mosi adversatum esset liquet. Atqui aliquo usque se extendit virtus illa, quemadmodum de aspide inquit David: « Veneno inficiens a sapiente inficitur [28]. »

418 *Et reddam vobis verba quæ locutus fuerit Dominus* [8.] Divinationem per insomnia profitetur, quam quidem non a Deo vero requirit, quamvis Dominum nominet, sed a dæmone sibi familiari, et a falso dictis diis, qui nunc per insomnia, nunc per auguria, nunc alio atque alio modo sua hominibus produnt. Unde deinceps sequitur: « Posthac non profectus est Balaam more suo obviam avibus, » quando vidit conatus suos esse irritos, et linguam suam menti respondere non posse.

Venit autem Deus ad Balaam, et dixit ei. [20.] Adventum angeli significat, quemadmodum Dei nomine angelos significare Scriptura consuevit. Veluti cum dicitur comparuisse apud Labanum ut pugnam cum Jacob remoraretur. Item Abimelecho per Abrahamum. Cum vero secundos nuntios misisset Balaac aureosque montes pollicendo invitasset, super hoc negotio suos dæmones iterum consulit, quod erga Deum se facere dicit. Angelus igitur cum apparuisset, veniam nuntios consectandi concedit. Verum iter ipsum propter permissionem illam nihilo melius est; nam cum rebus quas prius audierat fidem derogaret, interrogavit iterum, opibus interim inhians, quare ipsum suo permisit ingenio. Confestim igitur stravit asinam, ne a Deo revocaretur veritus. Quocirca ei tanquam malefico indignatur etiam, quamvis non avertat, ne vim illi facere videatur. Ipse vero est qui comprehendens vincit sapientes in astutia sua [29]. Nam linguæ cum sit ipse opifex, eam pro arbitrio suo regit, etiam cum ei non utile esset abire, cum Balaac enim perit, cumque populum de ipsius providentia persuadere vellet.

Et stetit angelus ut impediret illum. [22.] Cum verbis eum castigasset, animumque ad divinam pro-

[24] Deut. IV, 38. [25] Psal. CIII, 33. [26] Prov. XXVI, 2. [27] Exod. IX, 16. [28] Prov. XI, 6. [29] Job V, 13; I Cor. III, 19.

phetiam suscipiendum metu instruxisset, factum subintulit. Quo eo ipso quoque quantus in immensa Dei providentia thesaurus esset repositus Israelitæ intelligerent, quoque de Christo vaticinia non solum in Israele tererentur. Nam metus a magicæ studio abduxit, et in gratiam Balac Deo rebellaret, effecit. Quemadmodum Mosi quoque eodem habitu apparuit, ut ei metum eximeret, ne Pharaonem extimesceret, Deoque inobediens esset. Instruit vero eum ad divinum vaticinium. Nam apparitio angeli metum fecit, quem indicat etiam hoc quod Deum dixit pro angelo, angelorum quippe conspectus amicis res jucundissima esse solet, hostibus vero horrenda valde. Cæterum asina ipsorum ineptias prospiciens, eas redarguit, malum enim cavere satius est quam admittere; simulque indicat, quod si quis Deo sit inobediens angelus non aliter rem æstimet, æquiusque ferat quam si ipse contemptus esset ac neglectus. Illud vero quod spectatur speciem quamdam rerum habet, revera tamen nihil est, non enim gladius angelis est, nec ferrum in cœlo; omnia vero plena terroris sunt ei qui metu indiget, etiam vox ipsa asini. Porro ipsa visio auditione multo horribilior irrogatur ei qui spectaturus erat angelum, non eo fine, ut metu sui iter intercluderet, cum ipsum ei esset concessum, verum ut ab insidiis contra quemcunque prætextum abstraheret.

Angelum vero illum Michaelem esse tradunt, A eum videlicet qui Israelem est adortus. Hebraismus quidem *impedire*. Aquilas vero *Satan* habet. Theodotion *obstare*.

Τὸν ἄγγελόν φασι Μιχαὴλ εἶναι τὸν ἐγκεχειρισμένον τὸν Ἰσραήλ. Τὸ δὲ, διαβαλεῖν, τὸ μὲν Ἑβραϊκὸν καὶ Ἀκύλας, *Σατὰν*, ἔχει· ὁ δὲ Θεοδοτίων, *ἀντικεῖσθαι*.

Et si non declinasset coram me. [XXII, 33.] Obedientia ejus tibi saluti fuit. Ita perit videlicet quidquid Deo est adversum, quemadmodum tenebræ a luce.

Καὶ νῦν εἰ μὴ ἐξέκλινεν ἀπ' ἐμοῦ. Τὸ εὐπειθὲς ἐκείνης γέγονέ σοι σωτήριον. Οὕτως ἀπόλλυσι τὸ πρὸς Θεὸν ἐναντίωμα, καθάπερ ἀπόλλυται σκότος ὑπὸ φωτός.

Quoniam non novi quod tu contra me stares. [34.] Quod si verum fatetur cum veritatis indictus esset hostis, se ex nudis verbis ad se factis non agnovisse Deum testatur, quapropter angeli visio necessaria erat.

Οὐ γὰρ ἠπιστάμην, ὅτι σύ μοι ἀνθέστηκας. Εἰ μὴ ψεύδεται ὡς ἀληθείας ἐχθρὸς, δῆλός ἐστιν, ὡς οὐχ οὕτως ἀπὸ τῶν εἰρημένων λόγων ἐγνώκει Θεόν. Ὅθεν ἀναγκαῖον τοῦ ἀγγέλου τὸ θέαμα.

Subduxit eum in excelsa Baal. [41.] Impiorum sacrificiorum locus machinationibus contra Israelem destinatur, argumento imbecillitatis dæmonum, multitudinis victimarum, et technæ Balaami qui tot tantaque gesserat. Nulla enim vis contra Dominum. Quin et sacris se jungit Balaac, simulque operatur, quo infirmitas ea sit evidentior.

Ego vadam si forte Dominus mihi obviam fiat. [XXIII, 3.] Dæmones sibi familiares consulit, auguriis enim uti consueverat. Verum eorum nulli comparere est permissum. Venit 419 autem nuntius Dei qui nihil quidem dixit, sed in eo quæ dicturus esset operatus est.

Dixit igitur, pro *operatus est*, ponitur; non enim B verba illi facta sunt, sed animus apparatus est. Porro quid incommoditatis erit sentire quod auguriis non solito more usus sit, sperans nimirum futurum sibi obviam eum qui dixerat, quodcunque ego tibi dictavero loqueris.

Τὸ, *εἶπεν*, ἀντὶ τοῦ, *ἐνήργησεν*. Οὐ γὰρ ἐῤῥέθη ῥήματα, ἀλλὰ παρεσκευάσθη ἡ ψυχή. Μᾶλλον δὲ νοητέον, ὡς οὐκ ἐχρήσατο συνήθως τοῖς οἰωνοῖς, θαῤῥῶν αὐτῷ συναντήσεσθαι τὸν εἰπόντα, ὅτι Ὃ ἂν εἴπω σοι, λαλήσεις.

Et fuit spiritus Dei in ipso. Metu enim apparitionum adornatus fuerat, nec mirum sane, cum et asina spiritus illius efficaciam recepisset, quamvis ignoraret quæ dicerentur. Deus enim ex lapidibus quoque vocem suscitat, juxta illud: « Quod si tacuerint illi, lapides vociferabuntur [31]. »

Et assumpta parabola [7.] Hoc modo sapientem sermonem vocare Scriptura solet, juxta illud: « Aperiam in parabola os meum [32]. »

Καὶ ἀναλαβὼν τὴν παραβολὴν αὐτοῦ. Παραβολὴν, τὸν σοφὸν λόγον εἴωθεν ἡ Γραφὴ λέγειν, κατὰ τὸ, « Ἀνοίξω ἐν παραβολῇ τὸ στόμα μου. »

Dicit autem ea quæ Israelitarum audire maxime intererat, quæ in proverbium erant abitura, Israelemque mirifice erga Deum affectura. Quorum Israelem commonefacit quoque per Michæam Deus, cum inquit: « Popule mi, quid feci tibi [33], » et quæ deinceps. Quod enim benignitate Dei factum est, condemnationi cedit infidelibus, quibus dicitur: « Hæc Domino vicissim redditis [34]. » Unde ad Deum inquit David: « Ut justificeris in verbis tuis [35]. »

Non ut homo Deus perforari potest. [19.] Cæteri ut mentiatur, reddiderunt, quidam vero ut suspendatur et despiciatur, exposuerunt. Tantum adjutus est minis angeli. Cæterum pravis et infidelibus divina ordinatione futura revelantur, quemadmodum Pharaoni, Nabuchodonozori et filio ipsius.

Οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς διατρηθῆναι. Οἱ λοιποὶ ἐξέδωκαν, « Ἵνα ψεύσηται. » Τινὲς δὲ, « ὑπερτεθῆναι » καὶ παροφθῆναι, » ἐξηγήσαντο. Οὕτως ὠφέλησεν αὐτὸν ἡ ἀπειλὴ τοῦ ἀγγέλου. Καὶ πονηροῖς δὲ καὶ ἀπίστοις δι' οἰκονομίαν τὸ μέλλον ἀποκαλύπτεται, ὡς καὶ τῷ Φαραὼ, καὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τῷ τούτου παιδί.

[31] Luc. XIX, 40. [32] Psal. LXXVII, 2. [33] Mich. VI, 3. [34] Deut. XXXII, 6. [35] Psal. L, 6.

Et fuit super eo Spiritus Dei. [XXIII, 8.] Nullus enim potest dicere Dominus nisi in Spiritu Dei, et hac ratione Caiaphas quoque vaticinatur. Lumen enim in tenebris lucet, ac tenebræ ipsum non apprehendunt. Quo minus vero admirationis nobis pareret asini factum, utpote quod majus erat, divina ordinatione ante prævisum erat. Per hæc enim velut per jumentum Deus est locutus. Cæterum cum Balaam differentiam sensisset animum ad id quod vere nec ut paulo ante præstigiose videbat adjecit. Unde et illud : « Revelati sunt oculi ejus tanquam perspicilli. » Quidam vero tradunt quod per reditum asinæ de studio sibi proposito sit edoctus non aliter quam per avium cantus aut garritus, ejusque sonum quemadmodum brutorum animalium voces consueverat, virtute quadam ac potentia dæmoniaca consuluerit, quemadmodum luculenter Scriptura enarravit. Verum per ea quæ illi fraudi fuerunt virtutis divinæ firmitatem didicit. Ac simili sane modo legio in Evangeliis potentiæ divinæ ad resistendum parata erat, cum autem cominus venisset ille cujus majestati ac imperio omnia subjacent, Deum esse exclamavit, judicemque fore est confessus.

Atque de collibus intueor eum. [9.] Ab excelsis enim Baal vertices populi prospiciebat.

Ecce populus seorsim habitabit. Et legibus enim et loco disjuncti erant. Nobis vero spiritus, id est, quod ipsis locus erat, parum enim momenti locus ad mentis divisionem affert, quæ etiam consuetudinem innoxiam reddit. Non enim studia gentium æmulamur, licet cum illis versemur. Et quis numeret populos Israel. Utriusque nomine honor ad eos redit, et privatæ sedis, et amplæ multitudinis.

Moriatur animus meus morte justorum, et fiant extrema mea ei similia. [10.] Qui insidiarum causa venerat societatem horum hominum consequi precatur. Adeo Deum diligentibus omnia bono cedunt. Ille enim id quod contra populum machinatus erat ad Dei gloriam cognoscendam iter præbuit, dæmonum infirmitate ne hiare quidem contra Dei consilium valente. Quare etsi quod faciunt, non propria id virtute faciunt, sed venia Dei, qui pios sui cultores semper protegit, juxta illud : « Qui vos attingit, pupillam oculi mei contingit [36]. »

Annon observare debeo quæ Deus indiderit ? [12.] Hoc est, Non possum arte mea hoc efficere quod solebam. Huic sane suffragabitur, et obsignabit omne os eorum qui inique loquuntur. Cæterum Balac arbitratur, loco mutato mutaturum animum quoque divinum.

Verticem collis. [14.] Alium nunc non minus altum exploravit locum. Super his enim simulacra collocantes sacra faciebant eis. Consilium vero eorum est idololatriæ **420** humilitatem locorum sublimitate sublevare. Procubuit enim homo, et sese abjecit vir, inquit propheta, quando de idolorum cultoribus verba facit. Atqui Deus propter Israelem nihil non facit, etiam cum per magum loquatur. Propter quem Cyrus etiam quantumvis indignus imperium ter maximum adipiscitur, quo Israelem liberet videlicet, ad quem dixit : « Propter Israelem servum meum te nomine tuo vocabo [37]. »

Τὰ ἔνδοξα ἀρχόντων ἐν αὐτῷ. Ἀκύλας, *Ἀλαλαγμὸς βασιλέως ἐν αὐτῷ.* Σύμμαχος, *σημασία.* Θεοδοτίων, *σαλπισμός.* Δείκνυσι δὲ, ὡς πρὸς τῷ μὴ βλάψαι νικηθήσεται ὁ Βαλὰκ, πάσχων ἃ ποιεῖν ἐνενόησε· καίτοι τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, « Μὴ ἐχθραίνετε τοῖς Μωαβίταις, » ἐπειδὴ τοῖς υἱοῖς Λὼτ δέδωκε ταύτην τὴν γῆν. Ἐκ μὲν οὖν τοῦ γένους ἔσχον τὸ μὴ ἀνάστατοι γενέσθαι· καὶ ἄρξαντες δὲ ἀδικίας, ἀντιπεπόνθασι κατακριθέντες ὑπὸ Θεοῦ τοῦ διδόντος τὰς ἀδικίας ἑκάστων εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. Σημασίας δὲ τὰς σάλπιγγας νοητέον τὰς ἐπὶ σημείῳ τοῦ οὐρανίου βασιλέως αἰρομένας. Ὡς μετὰ σαλπίγγων ἐξ οὐρανοῦ παρέσται, ἀποκαθιστὰς τὴν ἐπαγγελίαν. A

Insignia principum in eo. [17.] Aquila, *Lætus clamor principum in eo.* Symmachus habet *signum.* Theodotion *tuba.* Indicat autem quod ad impunitatem illis concedendam ad actum sit iturus, ni eadem pati velit quæ illis inferre cogitavit. Quamvis vero Deus dixerat : « Moabitas infestare nolite [38], » quoniam filiis Lot eam terram dederat, adeoque generis prærogativa vastari non debuerant ; ipsi tamen injuriarum primi cum sint auctores, easdem vicissim sunt perpessi justo Dei judicio, qui unicuique iniquitatem super caput suum reddit. Signa vero ea tubas fuisse cogitandum est, quibus in signum et memoriam cœlestis regis canebatur, qui pro-
B missione sua restaurata cum tubis cœlitus aderit.

Aliquid igitur molestiæ a Balac eis fuit injunctum. Illud vero quod dicit : Benedicam ei, nec recantabo, luculenta de sanctis christianis prophetia est.

Altus erit rex ejus ab Agag, magnificabiturque regnum ejus. [XXIV, 7.] Hoc est, supra regnum Gog. Sic Symmachus et Theodotion exposuerunt.

Deus eduxit eum ex Ægypto. [8.] Non humanum, inquit, hoc iter est, nec collabetur etiam ; Deus enim dux ejus est.

Robor ejus ut monocerotis. Monoceros animal est quod nullis hominum viribus in servitium redigi potest. Eo igitur ceu exemplo indomita populi vis indicatur.

Ὡμολόγει Βαλαὰμ τὰς ἑαυτοῦ τέχνας ἡττῆσθαι ὑπὸ τῶν μὴ χρωμένων αὐταῖς. Ἀλλ' οὐκ ἔρημος, φησὶ, διὰ τοῦτο μελλόντων προγνώσεως· ἀλλὰ πρὸς

Interea vero confitebatur Balaam artes suas esse superatas ab iis qui eas non tractarent. Verum rerum futurarum cognitione propterea non desti-

[36] Zachar. II, 8. [37] Isa. XLV, 4. [38] Deut. II, 9.

tuuntur, inquit; audient enim futura non sine utilitate sua « Tempore suo, inquit, dicetur eis quid facturus sit Deus. » Vaticinia enim dæmonum non ad utilitatem spectant. Achab etenim divinationibus deceptus veræ Michaicæ prophetiæ bonis excidit. David vero cum bellorum exitus prius audivisset ad vaticinium sese accommodavit. Ita Josaphat quoque dixit : « Credite Deo et prophetæ ejus [39]. »

A τὸ χρήσιμον ἀκούσονται τὰ μέλλοντα. « Κατὰ καιρὸν, φησὶ, ῥηθήσεται τί ἐπιτελέσει ὁ Θεός. » Τὰ γὰρ δαιμόνων οὐ πρὸς τὸ χρήσιμον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀχαὰβ μαντείαις ἀπατώμενος, τῆς ἀληθοῦς τοῦ Μιχαίου προφητείας ἐξεκρούετο· ὁ δὲ Δαβὶδ προακούων τῶν πολέμων τὰ τέλη καὶ τὴν πρόῤῥησιν, ἐκινεῖτο. Οὕτω καὶ Ἰωσαφὰτ ἔλεγεν· « Ἐμπιστεύσατε τῷ Θεῷ καὶ τῷ προφήτῃ αὐτοῦ. »

Accubans dormivit ut leo. [XXIV, 9.] Quod enim a natura sua leo habet, id ex Deo Israel. Quibus confitetur Balaam, se non ex animi pietate, sed invitum ac nolentem ista dicere.

Si placebit Deo, Hieronym. : *sed Dominus te privavit honore.* [11.] Non quod Deum cognoverit Balac, alioqui enim non accersisset vatem. Loquitur autem ad morem Græcorum, qui dicuntur sacrificiis transponi.

Εἰ ἀρέσει τῷ Θεῷ. Οὐ Θεὸν (79) οὐδὲ οὕτως εἰδώς· οὐ γὰρ ἂν ἐκάλει τὸν μάγον, οὐδὲ διὰ τούτου τὴν βοήθειαν προσεδόκα (80). Ἀλλ' ἐκείνους μὲν εἶναι ἡγούμενος τοὺς παρ' Ἕλλησι νενομισμένους, οἳ θυσίαις μετατίθεσθαι (81) λέγονται παρ' αὐτοῖς.

Revelati oculi ejus. [15.] Reliqui exposuerunt, « tanquam somno obturati, » sed utcunque clausos fuisse constat, adeo ut sensus expertes essent. Per revelationem vero eorum visionem propheticam innuit.

B *Ἀποκεκαλυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ.* Οἱ λοιποὶ ἐξέδωκαν, « ἐμπεφραγμένοι ὡς ἐν ὕπνῳ, » δηλονότι κεκλεισμένοι· ὅπερ οὐκ αἰσθητὴν, προφητικὴν δὲ σημαίνει τὴν ὅρασιν.

Quam venustæ sunt domus tuæ, Jacob. [5.] Fortunam Israelis celebrat vaticinio de eo qui ex eis oriundus esset. Nam juxta Paulum « Salus ex Judæis est [40]. » Eadem vero prophetia quid postremis temporibus per Christum gerendum esset, prædicit. Item mox fore ut Israelis populus in hoc itinere amplietur, et in cœlesti rege ex ipsis oriundo tanquam irrigatus surgat. Ac ut luculentissimum finem bellis Gogicis faciat, Qui Gog ultimo insultu contra sanctos Dei facto igne cœlesti ac divino cum exercitu suo absumetur, juxta Ezechielis prophetiam [41]. Ejus vero loco quod dicitur, « Et prodibit homo, » posuit Symmachus *aquas rigantes et incrementum adjuvantes.* Descensurum etenim instar pluviæ super vellus, Dominum dicit David [42]. Quibus subjungit vires populi, quibus tempore brevissimo contra gentes sit invaliturus. Jam vero hæc omnia de Christo aptius intelligentur. Quem enim Isaias Ægyptum ingressum tentoria Ægypti concussurum dicit [43], **421** eum hic nunc indicat ex ea redire. Sicut factum esse Evangelia testantur. Nam cum fugisset cum parentibus suis a Herode Christus profectus est in Ægyptum; defuncto autem eo, iterum est reversus. Qui etiam solus ex semine Israelis multarum gentium factus est Dominus, adeo ut præter ipsum nemo alius hac prophetia designetur. Sub cujus imperio etiam regnum Gog floruit, quod juxta Hebræos imperium Romanorum significat, sub quo Christi doctrina vigorem quoque suum habuit. Quem Ezechiel principem Rhos, et Mosoch, et Thobel nominat. Per Rhos quidem ut est verisimile Romanum imperium obscure denotans, siquidem et principatum et caput ad Hebræos denotat. Per Mosoch vero Mysiam, et gentes hujus undiquaque Romanis subditas. Per Thobel autem Iberiam, ut auctor est Josephus. Necnon vero gloriæ Monocerotis Christus particeps erat, eo quod cuncta divinitatis copia in eo residebat corporaliter, sicut Apostolus [44], et unico cornu innuebatur. Qui porro telis spiritualibus Satanam et totam ipsius cohortem dæmonicam invicta sua potentia profligavit. Atque etiamnum gentibus multis dominatur, ac earum crassitiem sensus puta carnales depascit, ac ad angustam viam vitæ æternæ idoneos redigit. Qui insuper (quemadmodum inquit) cum leonis more recubuisset, quievit, hoc est, functionem suam (id enim his verbis voluit) suscepit. Qua tanquam regulus aliquis nemine ipsum prohibente audacter imperium est venatus. Quem qui tanquam Deum suspiciunt, et doctrinam ipsius reverentur, non tam verbis quam rebus ipsis Dei benedictionem sortiuntur, ac quotidie crescunt, ac augentur verius ac magnificentius, juxta illud : « Crescite et multiplicamini [45]. » Quemadmodum e contra non minus Judæis cum hunc exsecrati essent, accidit. Quemadmodum huic quoque Balac contigit, qui cum diris devovere vellet Israelem, exspectatione magica in ipsum conversa, exsecrationi factus est obnoxius.

Porro hæc prophetia per omnia Jacobi prophetiæ respondet, velut hoc : « Ex germine meo, fili mi, ascendisti [46] : » ei, prodibit ex semine ejus,

C Παρέοικεν αὕτη τῇ τοῦ Ἰακὼβ προφητείᾳ. Τῷ μὲν, « Ἐκ βλαστοῦ μου, υἱέ μου, ἀνέβης, » τὸ, « Ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, » δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Ἰακώβ·

[39] II Paral. xx, 20. [40] Rom. xi, 11. [41] Ezech. xxxix, 1 seqq. [42] Psal. lxxi, 6. [43] Isa. lii, 4 [44] Coloss. ii, 9. [45] Gen. i, 28. [46] Gen. xlix, 9.

NOTÆ.

(79) Οὐχ ὡς Θεὸν εἰδὼς ὁ Βαλάκ· οὐ γάρ, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(80) Λέγων δὲ περὶ τῶν νενομισμένων παρ' Ἕλλησιν Οἵ, κτ. Ὁ αὐτ.

(81) · · · Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί.

Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε, παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.
Ὅμηρ. ἐν στίχ. 493, 495, 496, καὶ 497, τῆς Ἰλιάδ.

A τῷ δὲ, « Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, » τὸ, « Καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· » καὶ τῷ, « Αἱ χεῖρές σου ἐπάνω τῶν ἐχθρῶν σου, » τὸ, « Καὶ ἔδεται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ. » Καὶ, « Ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρῶν· » καὶ τῷ, « Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, » καὶ τὰ ἑξῆς, τὰ παρόντα πάλιν, ὡς περὶ λέοντος.

Jacobi puta. Huic vero, « Ipse erit exspectatio gentium [47]; » hoc: « Et dominabitur gentibus compluribus. » Huic item: « Manus tuæ supra hostes tuos [48]; » hoc: « Deglutiet gentes hostium ejus. » Et: « Telis ejus confodiet hostem. » Item huic: « Catulus leonis Juda, » et quæ deinceps. Item quæ in præsenti, tanquam de leone hoc, Christum condemnaturum esse gentes. Item quod Zacharias dicit [49] insurrecturos inquiens liberos Græcorum et fore duces Israel, tanquam facem igneam quæ grassatur in paleis.

Ἃ ποιήσει ὁ λαὸς οὗτος τῷ λαῷ σου, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. Ἀλλ' οὐ μόνα τὰ περὶ Μωαβιτῶν λέγει, ἀλλὰ τὰ περὶ πάντων ἀνθρώπων, πρόσωπον μὲν λαβὼν τὸ προκείμενον, ἐν αὐτῷ δὲ τὸ καθόλου προδηλῶν.

Quæ faciet populus ille populo tuo, extremis diebus. [XXIV, 14.] Hieronymus habet: « *Populus tuus populo huic.* Verum hæc non de Moabitis solum dicit, sed de omnibus hominibus. Præsentem quidem rerum faciem usurpat, in ea vero cunctam seriem adumbrat.

Ostendam ei, sed non nunc beo, sed non prope est. [17.] Hieronymus: *Videbo illum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Jacob.* Hac prophetia, tradunt excitatos Balaami posteros (servasse enim apud se par est) cum vidissent alienam ac insolitam stellam perpendiculariter supra Judæam immotam stare, venisse inquisitum indicatum illum regem, quemadmodum Matthæus in Evangelio prodidit [50].

B Ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ ἄστρου ἐπιτολῇ θραῦσιν ἔσεσθαι, φησὶ, τοῦ Μωάβ· οὓς κατ' ἰδίαν ὠνόμασεν, ὡς ἀντικαθεστῶτας τότε τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ὅτι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν ἀκολουθήσας ὁ λαὸς, ἐτελέσθη τῷ Βεελφεγὼρ θεῷ τοῦ Μωάβ. Διὸ καὶ ἀρχηγοὺς αὐτοῦ τοὺς παρ' αὐτοῦ τιμωμένους ἐδήλωσε δαίμονας, ὅτε καὶ ἐξεπόρνευσαν εἰς τὰς Μωαβίτιδας. Διὸ προφητεύει τὴν εἰς τοὐναντίον τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, δεικνὺς τοὺς μεγαλαυχήσαντάς ποτε κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ δαίμονας τῶν Μωαβιτῶν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἄστρου θραῦσιν παθεῖν. Ὧν πεσόντας τοὺς υἱοὺς Σὴθ καὶ Ἐδὼμ καὶ Ἡσαῦ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ τούτων δηλούμενα, μᾶλλον δὲ πάντας μὲν ἀνθρώπους διὰ τῶν υἱῶν Σὴθ ἐδήλωσεν, ἰδίᾳ δὲ τοὺς Ἰδουμαίους, ἐπεὶ τὸν αὐτὸν τρόπον προσηνέχθησαν τῷ Ἰσραήλ. Πάντας οὖν φησι τῆς ἰδίας παύσεσθαι δεισιδαιμο- C νίας.

Μέμνηται καὶ τοῦ Ἀμαλὴκ, ὡς ἐλθόντος τῷ Ἰσραὴλ πρότερον, καὶ νικηθέντος ἐκτάσει τῶν Μωϋσέως χειρῶν.

Verum enimvero stellæ hujus ortum cessurum, inquit, in ruinam Moabitarum, quos seorsim nominavit quod tunc temporis contra Israelem starent, et quod id idola ipsorum sectatus populus sacrificasset Beelphe Moabitarum Deo. Unde et duces eorum ac heroas qui in summo pretio apud eos erant, quando Israelitæ cum Moabitidis fornicati sunt, expressit. Quocirca rerum in pejus devolutionem vaticinatur, et ostendit Moabitarum heroas, qui Israelitis olim superbe insultaverint in ortu futuræ stellæ collapsuros esse, et cum eis filios Seth, Edom, Esau, et omnes alias gentes per illas significatas. Quin imo omnes homines nomine filiorum Seth intelligi voluit. Imprimis vero Idumæos qui eodem modo ad Israelem sunt delati. Omnes igitur inquit a sua superstitione et **422** impietate esse destitutos.

Necnon vero Amalecitarum meminit utpote eorum qui Israelem ante invaserant, et ab eo extensione manuum Mosis victi erant.

Meminit item Cinei qui semper infensus fuit populo, qui affinitate quoque junctus fuit Mosi, quemadmodum ex libris Judicum de Chaberto Cineo qui unus filiorum Jobab soceri Mosis erat, asserunt.

Ἐξέτεινε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἕως Βασὼν τῆς παρὰ τὴν Κεδές. Κατέσχε γὰρ μέρος τῆς ἁγίας γῆς, καὶ ἐπὶ πολὺ παρέτεινε. Διὸ λέγει περὶ αὐτοῦ, « Ἰσχυρὰ ἡ κατοικία σου. »

Et extendit tentorium suum Baseonem usque terram ultra Cades. Tenuerunt enim partem terræ sanctæ, et aliquo usque extendit. Unde de eo dicit: « Valida est habitatio tua. »

Omnia igitur loca ejus de quo vaticinatur fore dicit, utpote qui ea a patre hæreditario acceperit, qui ad eum dicit: « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, » in quam si sancti concesserint, ab ea Israelitas excisuros esse vaticinatur. Dicit igitur et Israel totis viribus omnium maximam impietatem admisit.

D Καὶ ἐξεγερθήσεται ἐξ Ἰακώβ. Τίς οὗτος, ὁ προφητευόμενος τοῦ Θεοῦ Λόγος. [Ὃς καὶ ἀπώλεσε σωζόμενον ἐκ πόλεως.] Οἶμαι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεσθαι (82)· ἐξ ἧς ὤλετο πᾶς σωζόμενος, ἢ καὶ τὸ πᾶν τοῦ ἔθνους αὐτῶν πολίτευμα.

Quapropter exsurget ab eis, et auferetur. Quis ille? prædictum Dei Verbum, quod perdidit quod ex urbe evasit, Hierosolymam tacite innuens, ex qua quicunque evasit, periit. Quamvis quidquid ex gente eorum est, civitas est.

[47] Genes. XLIX, 10. [48] ibid. 8. [49] Zachar. XII, 6. [50] Matth. II, 2 seqq. [51] Psal. II, 8.

NOTÆ.

(82) Αἰνιττόμενος. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Cæterum stellæ mysterium inspiciamus accuratius. In signa et tempora omnes stellas positas esse tradit Moses. Producuntur enim ad res exspectationem hominum fugientes vultu micanti fulgores stellarum, quas vocant cometas, trabes, et barbas, et hujusmodi. Atqui Servatoris stella his omnibus recentior exstitit. Quippe quæ demonstrat revera magnum et spirituale luminare cœlitus demissum, totum orbem illustrans. Quid enim tam magnificum tamque mirificum inter homines factum est? Consuetum vero Scripturæ sacræ est, simul servare semper signum quod apparet cum pronuntiato super eo edito, et sensum spiritualem, cujus gratia signum exsistit, ut narrationis certitudinem quantum potest adjuvet. Ita utrumque hic quoque est conservatum ejus stellæ quæ apparuit, quæ significavit Deum cœlitus illuminantem, quem etiam hominem propter ministerium ejus prophetia vocat. Secundum divinitatem enim passim orientem, et lumen, et Solem justitiæ appellat, utpote qui illuminat omnem hominem qui in mundum venit. Unde in præsenti quoque loco oriendi verbum est adhibitum. Humanum vero propter affectiones quæ in illud inciderunt, ceu lapsum resurrecturum esse inquit. Hoc pacto Isaias quoque: « Et erit radix Jesse, et qui surgit ad imperandum gentibus, in eo sperabunt gentes [52]. » Ex Jacob enim populo videlicet circumcisionis omnibus emicuit: ad quem dicitur: « Ecce posui te in testamentum generis, in lumen gentium [53]. »

Cæterum illud, « Ostendam ei non autem nunc, » Aquilas quidem, *Videbo*, enuntiat; Symmachus: *Video;* quod ista eventum longis demum exactis temporibus sint sortitura. Bis mille enim anni in hoc vaticinium inciderunt.

Τὸ, « Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν, » ὁ μὲν Ἀκύλας, *Ὄψομαι*, φησίν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ὁρῶ*· ὡς ἂν μακροῖς ὕστερον χρόνοις μελλόντων τούτων ἐπιτελεῖσθαι. Μετὰ γὰρ δισχίλια τῆς προῤῥήσεως ἀπήντηκεν ἔτη.

Quapropter in prædicta gentium trepidatione contra se invicem, veluti, et ille ejectus ex terra injuste a se occupata in Assyriam transferetur, præcinitur ea quam Zacharias quoque prædixit, et Servator in Evangelio. Post quæ cum indicare vult quam res horrenda in fine sit futura, inquit: « Væ quis vivet hæc faciente Deo, » quando videlicet illud exactum fuerit quod per Zachariam est promulgatum. « Propterea non parcam amplius habitatoribus terræ. » Et, « Ecce ego trado quemquam in manum regis sui, et exscindent terram, nec eripiam ex manu eorum [54], » cessante tunc testamento quod cum gentibus in fide Christi erectum est. Quando etiam contra infideles supplicium tendet, quemadmodum dicit Zacharias: « Accipiam virgam meam quæ vocatur Decus, et abscindam eam ut irritum faciam fœdus meum quod percussi cum omnibus populis, et dissipabitur in die illa [55]. » Multa sane mala in fine temporum manebunt quotquot prædicit, quod Siim et qui a parte Cethiim affligent Assyrios, et affligent Heber. Quin insuper ipse quoque Siim peribit.

Et cum surrexisset Balaam, reversus est in locum suum. [XXIV, 25.] Non patriam innuit, verum stationem eam unde profectus est ad Balac in urbem suburbiorum ut supra meminit. Nam et ipse quoque cum Balac ab Israelitis trucidatur ut paulo post indicabit.

423 *Et contaminatus est populus fornicando.* [XXV, 1.] Nulla contra hominem est potentia, ni prius sibi ipsi damnum intulerit. Quemadmodum isti qui libidine capti Dominum oblivioni mandarunt; quemadmodum postea quoque Salomon qui mulierum gratia idolis templa exstruxit. Quare cum populi hujus socordia ac ignavia Deo esset cognita alienigenis uxoribus illis interdixit. Nobis vero qui in fide agimus, cum illis conversari per Paulum permisit. Novit enim quod idonei simus magis utilia suadere quam noxiis obtemperare. Cæterum Beelphegor idolum esse tradunt cadaveris Phogor, cultores enim ejus, ait: « Vescebantur victimis mortuorum. Irritarunt autem Deum studiis suis. »

Porro Moabitæ, edocti quod nullis aliis insidiis quam Dei offensione possent comprehendi Israelitæ, dictatione Balaam laqueum illis per mulieres pro arbitrio extenderunt. Mulieres enim ad se ingredientibus dixerunt: « Ni deum nostrum adoraveritis, » et cætera, Deum inquam quem vocat Beelphegor et Phogor.

Μαθόντες δὲ Μωαβῖται, ὡς ἀνάλωτος ὑπὸ πάσης ἐπιβουλῆς Ἰσραὴλ, πλὴν εἰ μὴ προσκρούσῃ Θεῷ, τὴν τῶν γυναικῶν παγίδα συνέστησαν κατὰ γνώμην, ὥς φησι, (83) Βαλαάμ. Αἱ γὰρ γυναῖκες τοῖς πρὸς αὐτὰς εἰσιοῦσιν ἔλεγον· « Ἐὰν μὴ τῷ θεῷ ἡμῶν προσκυνήσητε· » ὃν καλεῖ Βεελφογὼρ καὶ Φογώρ.

Tolle cunctos principes populi et exemplum in eos fac. [4.] Euge benignitatem maximam et facilitatem quæ supplicio paucorum, quod omnes meruerant, est contenta. Juxta illud: « Castigando castigavit me Dominus [56]. » Exemplo enim horum sapere docentur reliqui, sicut eorum quoque qui a Pilato jugulati et sepulti fuerant, super quibus Servator inquit: « Quod si pœnitentiam non egeritis, graviora his vobis evenient [57].

Porro principibus quibus facile est maleficos deprehendere supplicium commisit, et suspen-

Τοῖς ἄρχουσιν, οἷς καὶ ῥᾴδιον τοὺς ἡμαρτηκότας εὑρεῖν, τὴν τιμωρίαν ἐπέτρεψε, καὶ τὴν ἀνακρέ-

[52] Isa. xi, 1. [53] Isa. xli, 15. [54] Zachar. xi, 6. [55] ibid. x, 11. [56] Psal. cxvii, 18. [57] Luc. xiii, 3

NOTÆ.

(83) Φίλων ὁ Ἑβρ. ἐν σελ. 647, καὶ ὁ Ἰώσηπ. ἐν κεφ. 6, τοῦ 4, περὶ Ἰουδ. ἀρχ. βιβλ. καὶ ὁ Θεοδώρητ. ἐν τῷ 3, καὶ ὁ Εὐσέβ. ἐν τῷ 14, ἐδ. τοῦ τριακοστοῦ κεφ. καὶ ὁ Ὠριγ. ἐν τῷ προτέρ. ὑπομνήμ.

μασιν αὐτῶν πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς, ὡς ἂν φοβοῖεν ὁρώμενοι. Ὅπερ μυσαρὸν νομίζουσιν Ἕλληνες ἡλίῳ δεικνύναι σῶμα νεκρὸν, ἀγνοοῦντες ὡς ἀδικία μόνη μολύνειν ἐπίσταται, οὐ πρᾶγμα παιδευτικὸν καὶ ὠφέλιμον.

Προσήγαγε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρὸς τὴν Μαδιανῖτιν. Ἄδηλον εἰ προσήγγειλε κατηγορῶν, ἢ εἰ προεξένησε τῷ ἀδελφῷ τὴν γυναῖκα.

A sionem eorum contra solis radios, quo terrorem aspectu suo pariant. Quod abominationi ducunt Græci si mortuum cadaver soli obtendatur. Ignorantes videlicet quod iniquitas sola inquinationis causa est, nec supplicium quod opus utile est, et eruditioni accommodum.

Adduxit fratrem suum ad Madianitidem. [6.] Incertum est an accusationis modo indicaverit, an fratri suo prostituerit mulierem.

Illud vero certum ex historia est quod impudicitiæ suæ atrocitate ad justam iram provocaverit Phinees. Quod videlicet in conspectu Mosis et principum libidinem exercuit, nihil quidquam etiam reveritus ipsorum lacrymas, quas ante tentorium effuderunt. Nam Paulus quoque lamentandos ac lugendos esse peccatores censet, verum nunc quidem ad pœnitentiam pœnæ dilatio invitat, interdum vero castigationis causa fervor est. Unde illud: « Lex iram efficit [58]. » Quapropter animus Phinees æstuavit adeo ut nec interrogaret principem, nec consilium exspectaret. Nam pietatis propugnator erat, et puniebat impietatem ubi erat, eosque singulos qui libidinis scelus patraverant. Καμινεῖον enim Aquilas quidem *tectum*, Symmachus vero *prostibulum* exposuit. Cæterum cum Providentiæ minister esset, facto suo singulari universalem plagam exstinxit. Ea etenim terrori quidem fuit in sublatis, ipse vero etiam eorum numerum minuit. Atqui æstus ille qui exstinctus esse dicitur, justitia, quæ contra omnes flagrat, est. Porro singulari hoc suo facto, et quod fervore Dei commotus est, divinam voluntatem est consecutus, vicesque mactandi, ipsum, inquam, sacerdotium est adeptus. Sanguinis enim citati effusio abominationis fuit expers. Quin id quod jure ab eo factum fuerat, honorem meruit. Quoniam vero interfecti insignes ac illustres erant, eo insigniora quoque eorum supplicia exstiterunt.

Recense caput totius synagogæ. [XXVI, 2.] Postquam indicasset populum extra terminum a Deo constitutum venisse, iterum nunc in militiæ idoneorum numerum inquirit; cum enim patres ante recensiti occubuissent, filii ipsorum ad calculum vocantur. Atque hoc sane illud est, quod David Dominum dixisse inquit: « Si ingredientur in requiem meam [59], » et quæ deinceps sequuntur. Quorum liberi utique formam ferebant fidelis populi, qui fidem legis, Christum recepit. Tinctionem item spiritualem quæ circumcisio teste Paulo exsistit: « Nos enim sumus, inquit, circumcisio quotquot in spiritu Deum colimus [60]. » Et iterum: « Circumcisi estis sine manus ministerio [61]. » Quorum typum gerit Josue qui posteros circumcidit. Sed quoniam non vera illa circumcisio fuit, dicitur **424** alicubi: « Præcidite cordis vestri duritiam [62]. » Recenset itaque filios defunctorum, verum non eo modo, quo nuper usus erat, primo videlicet numerando tribus quæ ex liberis constabant, deinde eos qui ex servis; nullam enim rationem utriusque generis habet. Ac primo quidem recitat ex tribu delectissima Levi filios quinque Leæ, eo quod proprium ordinem habitura esset, ministerii scilicet sacri. Deinde Gad et Aser ancillæ filios. Deinde Rachelis liberæ filios tres, ex quibus primo recitat filios Joseph, secundum ordinem generationis, Manasse et Ephraim. Deinde ultimum Rachelis filium Benjamin. Quibus iterum ancillæ filios Dan et Nephtalim subjungit. Præ se ferebat autem hoc conjunctionem Israelis qui ductus est spiritu servitutis, et nostram qui vocati sumus per adoptionem in spiritu libertatis. Unde sane Mosis illud est: « Exhilaratæ sunt gentes cum populo hoc. » Item Servatoris hoc: « Erit unus grex, et unus pastor [63]. » Cæterum ut reliquarum tribuum numerus a priore censu diminutus est, ita Leviticæ tribus auctus est. Semper enim genus electum augescit, cum infensum contra imminuatur.

Sortibus distribuetur terra. [55.] Ad tollendum rixas, majoremque certitudinem ac evidentiam retinendum sors fit. Ejus vero auctor Dei est consilium. Non enim fortunæ cæcæ a piis hominibus res committuntur. Quod Paulus indicat, cum inquit: In quo sorte extracti sumus, præfiniti secundum mentem omnia moventis, secundum consilium voluntatis ipsius, sorte gratiam declarante, quoniam verbo etiam fit secundum fidem. Idem innuunt quoque Apostoli, cum inquiunt: « Domine καρδιογνῶστα, declara unum quem ex his duobus eligamus [64]. » Constat itaque sortem non casu fieri, sed penes arbitrium esse Dei. Id igitur quod nunc dicit, quidquid utique sors definierit, de divina sorte dicit, non fortuita, secundum quam qui imperia obvenire dicebant apud Græcos reprehensionem non effugiebant. Attribuuntur vero recensitis cis Jordanem terræ sanctæ partes. Descripti enim sunt juvenes liberi baptizati, qui sedes Israelis quoque tenent per Caleb et Josue significatas. Cæterum per filios intelligit juvenes, eosque qui ex ephebis excesserunt, belloque animi obscuris viribus instructi sunt, quamvis belli aleam tentassent nunquam. Ac per filios quidem eorum qui in lege fuerunt novus innuebatur populus, qui in librum vitæ inscribi digni judicantur, quorum singuli pro ratione virtutum describuntur, mansuetorumque terra fruuntur, nisi quod ampliori mensura videri forte possit. Men-

[58] Rom. IV, 15. [59] Psal. XCIV, 11; Hebr. III, 11. [60] Philipp. III, 3. [61] Coloss. II, 11. [62] Joel II, 13. [63] Joan. X, 16. [64] Act. I, 24.

suram enim, ait, pulchram, pressam, concussam et uberem in sinum vestrum fundent. Proinde, inquit, compluribus augmentabis portionem suam, ut quisque secundum census sui rationem sortiatur. Hinc etiam fit, quod pluralitatis numero libros explicatos esse tradit Daniel, ac indicat descriptionis diversas esse mensuras. Hinc quoque tributim nominatimque, quamvis cognationem describi imperavit. Denique vero Christi de felicitate pronuntiata idem sibi velle videntur, hoc ipso quod virtutibus singulis sua præmia decernunt, maximaque iis qui sincero corde præditi exsistunt. Deum enim videbunt, inquit. Quales ibidem sacri ordinis homines esse jubet, selectam enim descriptionem habent, præterea nullam in terra partem. Qui etiam dicere possent : Utique in manibus tuis sors mea, portioque mea Dominus. Unde nec puerulus in eis, quod puram probitatem significat. At qui cunctos describit Christus est per summum pontificem et legislatorem adumbratus, qui nullam infidelibus sortem tribuit. Juxta illud : « Expungantur e libro viventium, et cum justis non scribantur [65]. »

Et cum accessissent filiæ Salpaad. [XXVII, 1.] Justam causam sortem paternam, cum fratres eis non essent, petendo proponunt, cum impietatis pater commisisset nihil, verum peccati proprii justa persolvisset, et ad longiorem vitam pervenire non potuisset. Cæterum prætendunt hoc, siquidem vitæ longitudo legem observantibus divina promissione præfinita erat. Possunt autem hoc quoque modo concludere. Nemo nisi ob peccatum generis masculini exsors fit. Atqui non tantopere peccavit is, inquiunt, 425
ut nomen ejus inducendum siet, quemadmodum eorum, qui cum Core conspirarunt. Quod etiam David suo proditori imprecatur, inquiens : « Utinam e terra memoria ejus exscindatur. » Id enim veteribus tam durum et grave visum est, quam nobis vita excidere æterna, a qua nemo injuste, levique de peccato dejicitur. Exstat vero de his rebus lex, quod feminæ loco masculorum sint, et per eas memoria patrum conservetur. Quod si vero filiæ non fuerint, aliquem de paterno genere, non materno substituit, primasque sexui masculino defert, eo quod pertinebant merito tum ad eos qui in bellis decertant, tum etiam eos qui certaminis præmia compararunt. Unde etiam donum hujusmodi jucundissimum ipsis haud immerito exstitit. Illud autem quod hæreditas eis tribuitur, demonstrat quod propriam non habuerint, pars enim ea quæ honoris gratia tribuitur, non ejus propria est qui accepit. Quin etiam Christum vero genealogia Josepho assignavit, cum tamen filiæ non per seipsas, sed propter patrem sortis sint capaces. Unde illud est quod patris in æternum viventis gratia femina cum mare partem hæreditatis ; sit captura. Eccur vero patris orbi hujus, qui eum hæredem facit siquidem ejus pater fuerit, mentio fit nulla? Patet vero quod tanquam confessum, repetitionis vitandæ gratia, omisit. Si enim patris fratri propter fratrem hæreditas cedit, multo magis patri quoque cedet. Verum enimvero ne pater ac mater inanem luctum percipere ex liberorum morte præcoci viderentur, oblique eos patruorum nomine significavit ;

deinde vero parentes, filias, fratres, avunculos ; quinto denique ordine cognatos. A

Ascende in montem Abarim. [12.] Potior Aarone Moses, ac proinde terram videt, et causam propter quam indignus habitus ut ingrederetur, comperit, necnon mortem suam ante audivit, imo vero et Aaronis, qui nullius prædictorum honorem consecutus est. Sic Paulus quoque causam discit cur gratiam non in remedium sit adeptus : « Verum in hoc quidem causa fuit utilitas, virtus enim mea in infirmitate perficitur [66]. » In Mose vero justitia, quoniam transgressi estis verbum meum, quod sane sensu suo ad legem respicit, quæ perfectum reddere non potest, nec promissionem instaurare : « Quoniam justus ex fide vivet [67]. » Non minima quoque pars honoris est, rerum prædictarum habere cognitionem. B

Cæterum jamjam moriturus Moses, commiserationis non obliviscitur, curam agit populi, et successorem constituere dignatur. Non igitur dubium est quin voluntatem suam timentibus se Dominus accommodet [68], quemadmodum inquit : « Petite et accipietis [69]. » Cum etenim ei annuisset Deus, producit Josue jam quidem consuetudine Mosis initiatum, ab eo vero accepturum regalem spiritum, ut domesticam ejus administrationem

Μετὰ δὲ γονεῖς, καὶ θυγατέρας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ θείους πέμπτη τάξις οἱ συγγενεῖς.

Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος Ναβάβ. Κρείττων ὁ Μωϋσῆς Ἀαρών. Διὸ καὶ βλέπει τὴν γῆν, καὶ τὴν αἰτίαν μανθάνει, δι' ἣν εἰσελθεῖν οὐκ ἠξίωται. Καὶ τὴν ἰδίαν τελευτὴν προακήκοε, μᾶλλον δὲ καὶ τὴν Ἀαρὼν, ἐκείνου μηδενὸς τῶν εἰρημένων ἀξιωθέντος. Οὕτω καὶ Παῦλος μανθάνει τὴν αἰτίαν, τῆς χάριτος εἰς ἴασιν μὴ τυχών. « Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αἴτιον τὸ συμφέρον. Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Ἐπὶ δὲ Μωϋσέως τὸ δίκαιον, Ὅτι παρέβητε τὸ ῥῆμά μου. Ὃ δὴ καὶ σύμβολον εἰς τὸν νόμον τελειοῦν μὴ δυνάμενον, οὐδὲ τὴν ἐπαγγελίαν ἀποκαταστῆσαι· « Ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Τιμὴ δὲ καὶ αὕτη τὸ προγνῶναι τὰ εἰρημένα.

Ἐν συμπαθείᾳ τελευτῶν φείδεται τοῦ λαοῦ, καὶ ἀξιοῖ καταστῆναι διάδοχον. Καὶ ὄντως θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτῶν ποιήσει, κατὰ τό· « Αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε. » Ἐπινεύσας γὰρ Θεὸς αὐτῷ, προάγει τὸν Ἰησοῦν· ἤδη μὲν ἡγιασμένον ἐκ τῆς παραμονῆς Μωσέως, τὸ ἀρχικὸν δὲ παρ' αὐτοῦ μέλλοντος πνεῦμα λαβεῖν πρὸς τὸ οἰκείως ἀντ' αὐτοῦ καταστῆναι. Ὡς Ἰωάννης ἐν πνεύματι παρῆν Ἠλιοῦ πράξων ἴσα, καὶ προδραμεῖν μέλλων Κυρίου, καὶ εὐτρεπί-

[65] Psal. LXVIII, 29. [66] II Cor. XII, 9. [67] Rom. I, 17. [68] Psal. CXLIV, 19. [69] Matth. VII, 7.

σαι τὸν λαόν· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ πνεύματι τὰ αὐτὰ κατεργάζεσθαι δεῖ. Τὸ κηδεμονικὸν δὲ τοῦ ἄρχοντος ὡς ἐπὶ προβάτων δηλοῖ. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ φησί· « Βόσκε τὰ πρόβατά μου. »

A obire posset. Quemadmodum Joannes spiritu Eliæ aderat æqualia gesturus, præcursurus Domino, et instructurus populum. Eodem enim spiritu eadem quoque gerenda sunt. Indicat autem non minorem curam principis esse debere super populo, quam pastoris super ovibus. Unde Christus sane Petro dicit : « Pasce oves meas [70]. »

Quemadmodum vero apostoli cum spiritum vivificum, ex inspiratione Christi haberent, non aliam regendi peritiam cœlitus missam acceperant, verum aliam efficaciam eodem spiritu, teste Paulo [71] : ita nunc quoque idem spiritus sacerdotis ministerio adest mediator apud Deum sacerdotis et populi, ut per principem aditus patefiat populo ad ea quæ sacerdos a Deo refert. Significatur vero Christus qui ambo simul, et rex et sacerdos factus est.

Et dabis de gloria tua super eum. [XXVII, 20.] Non enim dantem id quod datur deserit. Dat vero nec inspirat sicut Christus, siquidem Spiritus nullum habet fontem. Quapropter ne senioribus quidem inspiravit, quin et ibidem a Mose ablatum, septuaginta viris tribuit. Et hic Deus qui dedit dicit : « Imponite manus vestras, et ego benedicam. »

Ὅπως εἰσακούσωσιν αὐτοῦ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. Ὁ γὰρ μὴ τοῦ φύσει ἄρχοντος μετασχὼν, τουτέστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐ δύναται ἄρχειν. « Χωρὶς ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Διὸ σοφοὶ μὲν καὶ δυνατοὶ βασιλεῖς ἄρχειν οὐκ ἠδυνήθησαν ἀληθῶς· οἱ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἐστερημένοι ἦρξαν καὶ κεκρατήκασι κόσμου παντὸς, οἱ ἀπόστολοι.

B *Ut obediant ei filii Israel.* [20.] Nam qui non princeps nascitur, hoc est, Spiritu sancto præditus est, imperare nequit. « Sine me enim, inquit, nil potestis facere [72]. » **426** Item Apostolus : « Per quem accepimus gratiam, et functionem apostolicam ad obedientiam fidei [73]. » Hinc fit quod sapientissimi quique ac potentissimi etiam veræ gubernationi impares fuerint, cum e contra omnibus humanis rebus destituti apostoli regere noverint, totumque mundum subegerint.

Et consulent eum super judicio visionum coram Domino. [21.] Jubet a populo quidem consuli principem, ab hoc vero sacerdotem, ab eo denique Deum. Item ut populus dictatis principis pareat. « Suo enim tempore, inquit, dicetur Israeli quod facturus est Dominus. » Et hæc quidem separatarum functionum copulatio est. Christus vero cum ambo simul sit, a seipso quodcunque edit, nihilque forinsecus assumit.

Περὶ τῶν θυσιῶν τῶν καθ' ἡμέραν, καὶ Σάββατον, καὶ Νουμηνίαν ἐπανέλαβεν αὖθις, καὶ πολλάκις τοῦτο ποιεῖ, τὸ τῆς νομοθεσίας σπουδαῖον δεικνὺς καὶ νῦν ὥσπερ τὴν διαδοχὴν τῆς λατρείας ἐγχειρίζων τῷ νεοκαταστάτῳ ἄρχοντι.

Τὸ τῆς λατρείας ἐνδελεχὲς οὐκ ἐᾷ τὴν θεοσέβειαν ἀποψυγῆναι. Διὸ καὶ Παῦλός φησι· « Τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες. »

Τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, τουτέστιν ἐν τῇ Σκηνοπηγίᾳ. Τῇ μὲν γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ, δεκατρεῖς τάττει μόσχους εἰς θυσίαν· τῇ δὲ δευτέρᾳ, δώδεκα. Καὶ οὕτως ὑφειμένως μόσχον ἕνα περὶ τῆς ὀγδόης (84)· ἣν ἐπίσχεσιν ὀνομάζει, μὴ ἔχουσαν ἐξόδιον, ἀλλὰ [ἀνάπαυσιν] παντελῆ, σημεῖον τῆς τελείας καὶ μονίμου μελλούσης ἱδρύσεως παρὰ Θεῷ.

Cæterum quod legem de victimis quotidianis, de Sabbatis, et Noviluniis hic repetit et alias sæpe, partim studium tuendarum legum innuit, partim vices cultus divini in manus veluti tradit principi C nuper constituto.

Cæterum religionis exercitium pietati nullum spatium refrigerii relinquit. Unde Paulus quoque inquit : « Spiritu viventes ac Domino servientes [74]. »

Porro ea quæ modo dicta sunt proprie ad decimi quinti diei mensis septimi festum, Tabernaculorum videlicet, referuntur. Prima etenim die tredecim juvencos immolari sancit, secunda vero duodecim. Adeo ut unum subtrahat ad octavam usque diem, quam inhibitionem vocat, quæ omnem exitum intercludebat, jugem requiem continebat, perennemque futuram sedem apud Deum significabat.

Insuper vero octava die unum juvencum constituit, cum tamen aliis diebus juvenci complures, duo item hirci offerrentur, necnon septem agnos pro septemdecim aliorum dierum afferri præcipit. Ac unus quidem juvencus ille multorum loco immolatus, ariesque unus pro duobus unitionem utriusque populi extremis temporibus futuram citra controversiam portendet, sicut Dominus quoque sentit, inquiens : « Ut omnes unum sint, quemadmodum ego et tu, Pater, unum sumus [75]. » Septem vero agni

[70] Joan. XXI, 17. [71] I Cor. VII, 7. [72] Joan. XV, 5. [73] II Cor. IX, 13. [74] Rom. XII, 11. [75] Joan. XVII, 21.

NOTÆ.

(84) Μέχρι τῆς ὀγδόης. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

pro quatuordecim dimissionem utique significare possint, quæ septimo anno juxta legem fiebat, quando videlicet gentibus quæ divis servierunt peccata dimittentur, et ex servitute in libertatem assertæ Deo totæ adducentur. Septimo enim anno legis jure in libertatem transferebatur servus. Cæterum a nobis requirit ut diebus festis in primis suaves mittamus odores, totosque Deo devoveamus. Duplex autem jugis hujus victimæ exercitium est, matutinum et vespertinum, quod nobis indicium facit ab initio vitæ ad finem ejus usque odores illos esse retinendos, ad imitationem agni qui se Deo et Patri pro nobis obtulit, nec tam suæ quam nostræ vitæ suavitatem futuramque lætitiam attulit. Hoc enim similago cum vino et oleo subacta innuit. Porro per victimam matutinam significabatur quoque vita quæ in paradiso ante transgressionem fuit, per vespertinam vero restitutio nostri per Servatorem extremis temporibus nobis reddita facta. In Christo vero ferias agentes multiplex odoris spiritualis incensum offeremus Deo. Jam vero novi mensis exordium novam vitam, imo novissimam eam quæ in resurrectione mortuorum est futura, denotat. In qua mori oportebit Deo, nec amplius in peccatis vivere, verum vitam agere supernam ; hoc enim juvencorum statura, qua inferior hircus, qua denique minor agnorum est, innuit ; quivis enim præmia juxta mensuram suam accepturus est. Porro duo populi per juvencos duos denotantur. Horum vero unitio per unicum arietem intermedium fit. Sanctorum vero consummata perfectio, per septem agnorum simplicitatem significatur. Quorum sane singulorum donis suavitate et jucunditate respondet ejus vita ; hoc enim denuo similago vino subacta et oleo sibi vult. Hircus autem salutarem Christi passionem adumbrat, cujus sane gratia omnis victima Patri accepta fuit. « Sine me enim, inquit, non potestis efficere quidquam [76]. » Quare hæc victima aliis copulatur semper. Deinde vero dies septimi mensis ultimam significat tubam, ad cujus clangorem mortui resurgent. Jejunium vero decimæ diei **427** hujus mensis affectionum jugulationem denotat. Deinceps jam victimas decimi quinti diei, qui septimus festi erat, enumerat. Ac differentiis quidem victimarum legis modulatione institutis, non inepte diversa dona, summa, media, ultima, pro animalium excellentia aut tenuitate figurantur. Verum enimvero duplex eorum qui legis ductum secuti sunt, tempus est : quorum alterum quidem ad Joannem Baptistam usque extenditur : alterum vero ulterius, quo tempore iterum aliquos claruisse simile est vero, velut Zachariam et Elisabeth. Atqui numerus vitulorum subinde diminuitur, nimirum quod electi subinde deficiant, omni tempore penuria ipsorum ad septimum usque diem laborante, hoc est, ad adventum Servatoris nostri, quo tempore cessante peccato et præsenti sæculo ad finem jam inclinante verus sabbatismus erit. Unde octavum egressionis diem nuncupavit, quando per resurrectionem cultus legis transiit, per quam novus adumbrabatur populus qui fortitudine, integritate, et sinceritate polleret. Per juvencum denique, et arietem, et agnos qui numero perfectissimo, septenario scilicet constant, et hircum, Christi victima significatur.

Non irritum faciet verbum suum. [XXX, 3.] Si enim homini mentiri grave est, quanto magis Deo, cujus majestatem cum declarasset, inquit, quoniam Deus in cœlo supra est, et tu super terra, infra. Cæterum hoc ad imitationem dictum est Dei qui inquit : « Non irritum faciam fœdus meum [77]. »

Quod vero de sua cujusque anima dicit, hoc est, si ciborum abstinentiam voverit aut tonsionem, ovem aut vitulum offerat. A

Τὸ περὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, τουτέστιν ἢ τροφῶν ἀποχὴν εὔξαιτο, ἢ ἀπόκαρσιν, ἢ πρόβατον, ἢ μόσχον.

Ubi Malachias optima quæque adducere præcipit : « Maledictus, dicens, qui in grege suo masculum habet, et votum nuncupans immolat abjectum Domino [78]. » Ipsa sane Jephte filia [79] mortem subire maluit potius quam ut patris votum vanum mendaxque fieret, quamvis ignoraret se typum salutaris victimæ, per ipsam figuratum, consummare. Quapropter sane a reprehensione immune hoc factum erat, nec aliquod exemplum habet, eo quod lex non sit, quod semel signi gratia est concessum, præsertim vero cum Deus hominum victimis abrogarit.

Cæterum voti nomen non meretur quod parentum dedecori a liberis suscipitur contra pravos doctores ac magistros, qui eos subornant, ut « Corban sit quocunque a me adjutus fueris [80], » dicant : Deus enim in universum patrem et matrem colere præcepit. Qui novæ quoque nuptæ votum quod citra approbationem patris factum, infringit, item maritatæ marito non consentiente. Quod enim sub majore potestate falso factum est, reum non facit. Quod B si vero vidua fuerit facta, aut etiam a marito disjuncta, votum in statu suo est. Quo sane institutum Dei primitivum confirmatur, quod viri causa facta sit mulier, æquumque eam esse subditam exsistat. Necnon Pauli quoque illud, ut mulier virum timeat.

Εὐχὴν οὐ δεῖ λαβεῖν τὴν ἐπ' ἀτιμίᾳ γονέων ὑπὸ παίδων γινομένην, κατὰ τοὺς πονηροὺς διδασκάλους λέγειν, « Παρασκευάζοντας, Κορβὰν ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, » Θεοῦ καθόλου τιμᾷν πατέρα καὶ μητέρα προστάξαντος. Ὃς καὶ ἀκυροῖ γυναικὸς νέας εὐχὴν, μὴ συναινέσαντος τοῦ πατρός· καὶ πάλιν ὑπάνδρου, μὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐπινεύσαντος. Τὸ γὰρ ψευσθὲν ὑπ' ἐξουσίαν ἀνέγκλητον, κἂν μετὰ ταῦτα χηρεύσῃ, φησὶν, ἢ καὶ χωρισθῇ τοῦ ἀνδρός. Βεβαιοῦται δὲ διὰ τούτων τὸ ἐξ ἀρχῆς· ὅτι διὰ τὸν ἄνδρα γέγονεν ἡ γυνὴ, καὶ προσῆκόν ἐστιν ὑποτάττεσθαι, καὶ κατὰ Παῦλον λέγοντα, ἡ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.

[76] Joan. xv, 5. [77] Job xl, iii. [78] Malach. i, 14. [79] Judic. xi, 30-39. [80] Marc. vii, 11.

Τὸ κακῶσαι ψυχὴν, τὸ νηστεῦσαι, ἢ ἄλλως ἀσκῆσαι. « Ὅθεν καὶ περὶ τοῦ μηνὸς τῆς νηστείας φησίν· Ἐν αὐτῷ κακώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. »

A Similis quoque ratio eorum est quæ de afflictione animi, de jejunio et aliis exercitiis tradit, « Quemadmodum de mense jejunii inquit: In eo cruciabitis animos vestros [81]. »

Ἐκδίκει τὴν ἐκδίκησιν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Τελευταίαν ταύτην πρᾶξιν ἐπιτάττει Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ. Ὀργὴν γὰρ ἑαυτῆς ἐθησαύρισαν οἱ ἐκ Μαδιάμ. Καλὸν δὲ παράγγελμα, μέγα τι πράττειν πρὸ τελευτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον πρὸς τὴν ἔξοδον. Ἀρέσκειν δὲ τῷ Θεῷ ταύτην παρίστησι τὸ παρατάξασθαι λέγειν ἔναντι Κυρίου ἐπὶ Μαδιάμ. Κατὰ Θεὸν γὰρ οἱ πρὸς ἐκκοπὴν ἀσεβῶν γινόμενοι πόλεμοι, τῆς γῆς ὄντες καθαρτικοὶ, κἂν βλασφημῶσιν οἱ τὴν κακίαν ἐνυπόστατον λέγοντες.

Ulciscimini causam filiorum Israel. [XXXI, 2.] Ultimum hoc negotium injungit Deus Mosi, iram enim Dei Madianitæ sibi conflaverant. Non aspernandum vero mandatum est, quod magnum aliquid ante obitum gerere, viaticumque ceu ad vitæ exitum comparare suadet. Cæterum Deo rem eam probari constat hoc quod jubet, aciem coram Domino contra Madianitas instrui. Divina enim bella sunt, quæ ad exstirpandum impiorum terram, sordesque peccatorum repurgandum suscipiuntur, quantumvis qui peccatum hominibus jactant esse insitum calumnientur.

Atque hoc ipsum arguit sacerdos qui una egressus est sacraque vasa secum asportavit, argumento videlicet quod res bellica rei sacræ sit quam simillima. Omnis enim æquitas ac justitia Deo pura ac munda videtur. Porro a superstitibus quos Moses reliquos fieri jussit numerum eorum qui occubuerunt æstimare licet. Occiditur vero cunctus masculus tanquam hostis, si ad ætatem suam pervenerit, Israelitarum futurus, femina item omnis quæ coitus experimentum ceperat, propter patratam fornicationem, et fortasse **428** patrandam. Nam peccatorum finem, cum malorum agmine adventare par est, juxta Isaiam qui inquit [82], reliquias messis aut vindemiæ esse eos qui evadunt. Cæterum malorum super malitiam effusionem iram Scriptura solet appellare Dei, non quidem affectionem illam cui homines sunt obnoxii, sed eam sine qua Dei bonitas iners erit, peccataque contemnet. Idem vero delectus eorum qui vicerunt erant, quasi omnes inter eos cum laude dimicassent, cui Pauli illud aspirat: « Si unum membrum laborat, omnia membra pariter laborant [83], » quemadmodum ejusdem quoque honoris participant. Una vero cum sanctis militat Christus sacerdos magnus, et angelorum turba per sacra vasa repræsentata. Hi enim subsidio nobis a Deo, theologorum sententia, mittuntur. Magistrorum ac doctorum sermones per tubas et signa indicantur. Ita enim facile superiores hostibus nostris et Christi evademus, si secundum Davidem clamaverimus: « In te hostes nostros retundemus [84], » quorum captivitas ad Eleazarum et Synagogam deferebatur. Christo enim sacræ sanctorum sunt virtutes, nec obscuræ populis. « Nihil enim tam occultum est, inquit, quod non manifestum fiat [85]. »

Προηπήντα τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ Μωϋσῆς· καὶ τοῦτο μὲν τιμῆς· ἐπετίμα δὲ περὶ τῶν ζωγρηθέντων. « Οὐδεὶς γὰρ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου. »

C Ibat autem Moses in occursum procerum, honoris gratia. Ac reprehendebat propter captivos quos in vita servaverant. Adeo vero: « Nemo ab omni nævo purus est [86]. »

Item: « Ab affectionibus pravis munda me [87]. » Item: « Domine, si iniquitates nostras observaveris, Domine, quis consistere poterit [88]? » Et: « Peccata quis intelliget [89]? » quoniam « omnis nostra justitia velut panni menstruatæ mulieris [90]. » Quin Paulus cum dicat: « Nullius mihi sum conscius, verum in hoc non justificatus sum [91], » addit. Verum enimvero ea reprehensio non ad omnes, sed duces copiarum respiciebat; potentes enim efficaciter examinabuntur [92]. Nam: « Cui multum commiserunt, inquit, ab eo requirent quoque multum [93]; » unde illud etiam: « Fratres, nolite multi magistri fieri, cognitum habentes, quod eo majus judicium sustinebimus [94]. » Qui enim sobriis principibus obtemperat magnam laudem consequitur: « Quare vestris ducibus parete, inquit, ipsi enim animis vestris invigilant, tanquam ii qui rationem de nobis sint reddituri [95]. » Jubet autem eos tanquam inquinatos eam ob causam quam diximus, tertia die sese sanctificare, ea scilicet quæ Christi sæculum post legem et prophetas tertium, aut diem eam in qua a mortuis resurrexit, repræsentat. Septimus item dies finem denotat præsentis sæculi, quando peccatum omnino evanescet, sacerque populus in sacrum ingredietur tentorium, quod millesima annorum septimana fiet. Cæterum ante communionem seu participationem præcedit purificatio, nam etsi justa cædes fuerit, effusio tamen est fraterni sanguinis, et Deo displicet hominis internecio; eum enim ad vitam, non ad mortem condidit. Quapropter Davidi ab ipso templi exstructioni interdictum est. Igitur secundas, non primas opus belli habet, Dei quidem sententia, quamvis ipse consilium ei suppeditet, quocirca sacerdote rex inferior, eo enim augustius sortitus est ministerium. Unde lex etiam homicidam excindere præcipit; cædes enim ab initio non fuit libera, sed dispensatione facta talis est, quemadmodum abdicatio quoque uxorum propter cordis duritiam.

[81] Num. XXIX, 7. [82] Isa. XVII, 5, 6. [83] I Cor. XII, 26. [84] Psal. XLIII, 6. [85] Luc. VIII, 17. [86] Job XIV, 4. [87] Psal. XVIII, 13. [88] Psal. CXXIX, 3. [89] Psal. XVIII, 13. [90] Psal. LXIV, 6. [91] I Cor. IV, 4. [92] Sap. VI, 7. [93] Luc. XII, 48. [94] Jac. III, 2. [95] Hebr. XIII, 17.

Porro ut nullo modo contaminari possent, purgationem per ignem et aquam vasorum quoque ex abundanti introduxit. Id enim ex Dei mente orationi Mosis obiter adjecit. Eleazar, velut Moses etiam institutis Paschatis, legem hyssopi, item non egrediendi ostium mane usque apposuit.

A Σκευῶν ἐκ περιουσίας εἰσήγαγε κάθαρσιν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Τοῦτο γὰρ τῷ λόγῳ Μωϋσέως Ἐλεάζαρ προσέθηκε κατὰ τὸ σιωπώμενον μαθὼν ἐκ Θεοῦ, ὡς καὶ Μωϋσῆς τοῖς περὶ τοῦ Πάσχα προσέθηκε τὸ τοῦ ὑσσώπου, καὶ τὸ μὴ ἐξιέναι τὴν θύραν ἕως πρωΐ.

Atqui vasorum purificatio eam quæ homines decet maxime intendit, quam quidem lex promulgat, et temporibus distinctam facit. Modum vero introducit Christus qui de tempore non dicit; ipse enim tempus erat, qui nos baptizavit sancto Spiritu et igne. Ni enim quis regenitus per aquam et spiritum fuerit, regnum Dei videre non poterit [96]. Ita enim mundat vasa quæ ex robusti domo diripuerat [97]. Post quam purgationem aditus extremo exactæ purgationis tempore in tentorium patefit. « Erit enim tunc, inquit, via pura, viaque sancta vocabitur. Nec transibit per illam ullus impurus [98]. » Verum in ea abluti per Christum ingredientur. Cæterum ignem quidem symbolum esse tradunt eorum qui per ignem, juxta 429 Paulum, servabuntur [99]. Aquam vero ejus de quo dictum illud exstat : « Aperietur fons domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris et menstruatæ [1]. » Potest autem vas uniuscujusque opera repræsentare etiam. « Cujusque vero opus quale sit ignis ipse probabit [2]. » Probamur vero etiam per aquam : « Probasti enim nos, Deus, inquit; igne nos excoxisti, sicut argentum excoquitur, pertransimus ignem et aquam, et tu nos in refrigerium adduxisti [3]. » Secundo autem aqua igni immittitur, ut ignis vehementiorem purgationem mitiget, quanquam nos auxilio suo prævenit ut illum effugeremus, cum nobis aquam dedisset Deus.

Recense capita spoliorum captivitatis. [XXXI, 26.] Spolia dividit tam inter eos qui belli pars fuerunt, quam inter eos qui domi remanserunt. Mutua enim opera partes indigent; ut David quoque postea dicit militantibus non inferiores esse eos qui eorum domos custodiunt [4]. Et quemadmodum dixit : « Unius partis splendor omnium fit communis [5], » ita inter nos quoque duorum ordinum est permistio, et ejus qui in mundo manet, et ejus qui contra diabolum pugnat. Eadem enim gloria illustriores, et eos qui parvo nexu illis juncti sunt manet. Siquidem Paulus quoque de approbatis locutus, inquit : « Et hi omnes non reportarunt promissiones, ut non absque nobis perficerentur [6]. » Tale illud quoque est : « Utinam regnum obtinuissetis, quo et nos una vobiscum regnassemus [7]. » Item psalmorum hoc : « Benedixit Dominus timentibus ipsum, tam parvis quam magnis [8]. » Eamdem enim fortasse benedictionem habent qui virtutis operum inopes, fide æquali sunt præditi. Cæterum qui præmia distribuit Christus est in pontifice et legislatore figuratus, cui assistunt angeli præsidio fidelium collocati, quos nunc per principes significavit. Cœlitus enim veniet, qui virtutibus sua præmia justa ratione et modo attribuit. Hujusmodi Isaiæ illud est : « Ipse dominabitur multis, et fortium spolia dividet [9]. » Quapropter, etsi præmii consortes primi et secundi exsistunt, sors tamen cuique certa ratione decernetur. Ex unaquaque enim tribu milleni qui pugnarunt æqualem percipiunt. Qui sane partem quingentesimam pontifici deferunt. Primitias hominum, hoc est, mulierum, et aliorum omnium, quinquagesimam partem cunctus cœtus Levitis exhibet. Ipse etenim pontifex unicus est, Levitæ autem complures. Alias autem fieri solet, ut potentes fidelium parum adjuvent Deum, secundi vero amplius : « Multi enim vocati, pauci electi [10]. » Item cui multa relinquentur, eo amplius diliget. Ac illi quidem nemine interim decerpente quidquam, Christo pontifici et judici magno offerunt. Quod fecerunt discipuli, et quotquot hodie populorum ductores sunt, facere debent, ut labores prædicationis evangelicæ Deo consecrent, hisque judicem placent. Reliquus autem cœtus primitias offert, verum nonnisi per intercessionem ministrorum sacrorum, veluti tum temporis per sacram Levitarum tribum. Dictum est enim, genus electum, et regale sacerdotium [11]. At illi fructus quidem offerunt, verum non specialiter personæ Christi fructus faciunt. Hujusmodi quidam erant qui collectas sanctorum nomine qui in Jerusalem erant, conferebant. Qui ampliora etiam offerunt, utpote qui etiam ampliori purgatione indigerent. « Qui enim lotus est, inquit Dominus, non necesse habet amplius quam ut pedes lavet, mundus enim est [12]. » Minima enim quamvis sanctis purgatione opus est, aliqua tamen est, siquidem peccati exsors nemo est. Atqui præmiorum varietas indicatur etiam hoc, quod alium super quinque urbes, alium super decem constitutum iri dicitur [13].

Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum. [49.] Obtulerunt quotquot imperata fuerant. Ultro autem justa gratulatoria persolvunt pro subditorum salute, quod ipsorum nullus in conflictu obiisset. Populorum enim principes et sua et populorum causa augustioribus donis venerari Deum solent, aliquid semper ex abundanti addentes, et mandata exsuperantes. Qualis erat Paulus qui ultra legem et mandatum Christi, nullum carnale præmium a sui Evangelii discipulis percipiebat, ac Evangelium extra sumptus deponebat, quantumvis Evangelium 430 annuntiantibus ex Evangelio vivere præcepisset Christus [14]. Item cum non haberet edictum Christi de virginibus, introduxit, quod qui carnem necant,

[96] Joan. III, 5. [97] Matth. XII, 29. [98] Isa. XXXV, 8. [99] I Cor. III, 15. [1] Zachar. XIII, 1. [2] I Cor. III, 13. [3] Psal. LXV, 10. [4] Psal. LXVII, 13. [5] Psal. LXXXIX, 17. [6] Hebr. X, 39. [7] I Cor. IV, 8. [8] Psal. CXIII, 13. [9] Isa. LII, 12. [10] Matth. XXII, 14. [11] I Petr. II, 9. [12] Joan. XIII, 10. [13] Luc. XIX, 17, 19. [14] I Cor. IX, 2-19.

splendidum ac lautum in Christo donum offerant[15]. Et quemadmodum in tabernaculo reponebantur dona oblata, ita Ecclesiarum opes sanctorum gloriationes perpetuam apud Deum consequuntur memoriam, ac cura divina seipsos dignos sancti reddunt. Hoc enim sibi illud vult quod dicitur, coram Domino posita esse.

Τοῦ χρυσοῦ, ἡ μὲν ὕλη κοσμικὴ, ἡ δὲ χρῆσις πνευματική· καθάπερ καὶ τῶν δώρων, ὑλικὸς μὲν ὁ χρυσὸς, τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς εἶδος ἀπὸ τῆς τέχνης οὐχ ὑλικὸν, ἀλλὰ νοῦ καρπός.

A Porro auri quidem materia ad ornatum facit, usus autem spiritualis est, quemadmodum donorum quoque materia aurea est, figura autem quam ab arte acquisivit non materialis est, sed mentis fructus.

Ἀπογράφεται τὰ δῶρα. Δι' ὧν γὰρ καρποφοροῦμεν εἰς ἀρετὴν, διὰ τούτων μνημονευόμεθα παρὰ Θεῷ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλως τίμιον τὸ φυτὸν, εἰ μὴ διὰ τοῦ καρποῦ. Τοιοῦτος ὁ τῶν ἀποστόλων καρπὸς, ὥς πού φησιν· Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

Describuntur vero dona; per quascunque enim virtutes fructum edimus, per easdem quoque celebres apud Deum fimus. Non enim alia ratione quam fructu in æstimationem planta venit. Talis apostolorum fuit fructus, quemadmodum alicubi Apostolus inquit[16]: Ut gentium oblatio accepta et sanctificata in Spiritu sancto fiat.

Καὶ κτήνη ἦν πλῆθος τοῖς υἱοῖς Ῥουβίμ. Τὴν αἰτίαν πρόλεγει, δι' ἣν τῆς ἔξω τοῦ Ἰορδάνου γῆς ἐπεθύμησαν· οὐχ ὡς ἀπολιπεῖν προῃρημένοι τὰς ἄλλας φυλάς. Ὁ δὲ Μωϋσῆς ἀνθρωπίνως αὐτῶν ἠγνόησε τὴν διάνοιαν. Οὐ γὰρ πάντα προφήταις ἀποκαλύπτεται· ἀλλ' ἀγνοοῦσιν ἔσθ' ὅτε πρὸς τὸ συμφέρον. Ὅθεν αὐτοῖς ἐπετίμησεν ἀρχικῶς, καὶ τῶν περὶ ἀπειθησάντων πρὸς τὸ μὴ εἰσελθεῖν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὑπέμνησεν, οἷα πεπόνθασι. Τὸ δὲ ἀκριβὲς μαθὼν, συνεχώρησεν ἐπὶ συνθήκαις τοῦ συμμαχῆσαι τοῖς ἄλλοις. Ὃ καὶ δείκνυσιν, ὡς πρὸς τὸ συμφέρον ἠγνόησε.

Et pecorum magna erat copia filiis Ruben. [XXXII, 1.] Causam ob quam terram cis Jordanem appetiverunt, præfigit. Quod videlicet non induxissent in B animum reliquas tribus deserere. At Moses ipsorum consilium humanitus ignoravit, sicut prophetis non omnia revelantur, sed non sine aliquo emolumento aliquando ignorant. Quapropter eos satis imperiose increpavit, et eorum qui prius in terram promissionis ingredi recusabant, memoriam refricavit, et quanta pertulerint, indicavit. Cum vero rem penitius cognovisset, fide societatis bellicæ ab ipsis postulata, votis eorum annuit. Quod sane arguit ipsum ad utilitatem ignorasse.

Atqui omnia ad Deum accommodat, ac defectionem peccatum contra Dominum vocat, et possessionem ipsis tradendam, coram Domino traditum iri dicit. Cum enim pietatis ac religionis sit magister, omnes suas animi vires ubique in Deum intendit, et populum in concordiam redigit. Quapropter cum rem suam promotam esse viderent, instructa acie Jordanem pertransituros se esse recipiunt, ac indicant in oculis Domini ipsiusque auspiciis hoc bellum fore.

Τῷ Ἰησοῦ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ περὶ αὐτῶν ἐνετείλατο, ὡς ἄρχων ἀγαθὸς, καὶ μὴ τοῦ χρόνου μόνου τοῦ καθ' ἑαυτὸν προνοούμενος.

C Cæterum Josue et pontifici de ipsis mandavit, boni functus officio principis, qui non tantum ad se et sua negotia spectat.

Quidam vero tradunt, quod ob portionem quanta illis cessit, quantumcunque pascuis pecorum, uxoribus item ac liberis idonea visa esset, Jordanem nequaquam trajecissent, nec eatenus quidem ut bellum ac prælium conspicere possent, cum jam in consortio gloriæ aliorum steterint. Verum obsecundasse Mosi quia minitaretur belli quidem consortes futuros, atqui terræ sanctæ non participes. His similes nonnulli sunt, qui curis hujus vitæ victi, studio erga Deum elanguescunt: « Multi enim vocati, pauci vero electi[17]. » Etsi enim vocati ad fidem fuerint, propter voluptates in proborum numero permanere nolunt. Ac ad ipsam quidem baptismi gratiam lento gressu accedunt, quanto lentiore vero ad persecutionem, si cum aliis sanctis ea aliquando perferenda sit! Legis vero divinæ conviciis saltem excitati, iraque divina aliquando exterriti, mediocres ac leves attingunt labores, cum proceribus forte jejunant, aliquando bello petitis Ecclesiis eos æmulantur, nunquam adhuc persuasi ut res mundi hujus contemnant, sed subinde ad suas opes revertuntur, terrenasque voluptates et lepores amplectuntur. Quare discipulis suis Christus præcipit: « Attendite ne onerentur corda vestra curis et angoribus hujus vitæ[18]. » Ac horum quidem typum præferunt Ruben et Gad, ille quidem primogenitus, hic vero ancillæ Zelphæ filius. Isti etenim primogeniti sunt per fidem; Ecclesia enim est primogenitorum descriptorum in cœlis, qui eximiam apud Deum sortem sunt sortiti, quatenus videlicet ad gratiam attinet, non autem sunt ingenui ac libertatis amatores, cum affectionibus ancillentur. Hic aliquis objicere possit, Israelis quoque primogenitum, genus pecuinum, rude, ac illiberale Jordane fluvio dirimi maluisse ac separari, nec participare terræ in qua Dei et ædes et cultus fuit, quamvis ad eam vocatum esset, simulque deduxisse eos qui verbis legis crediderunt. Cæterum procrastinati sunt, alius quidem dicendo: **431** « Agrum emi, alius vero, Uxorem duxi[19], » et quæ deinceps. Quocirca non deveniunt in amicitiam Domini dicentis: Servus non novit quid faciat herus ipsius, vos autem amicos vocavi; omnia quæ a Patre meo audivi vobis feci

[15] I Cor. VII, 25. [16] Rom. XV, 16. [17] Matth. XXII, 14. [18] Luc. XXI, 34. [19] Luc. XIV, 16-20.

cognita. Item illud, quod inferiores sint ii qui exteriora Jordanis acceperunt sorte, parti Israeliticæ congruit, major enim pars eorum est qui a Christo sunt, quemadmodum ad Mosem Deus dixit[20]: « Reddam te et domum patris tui gentem magnam, multoque hac majorem. »

Et dimidium tribus Manasse. [XXXII, 33.] Horum nunc meminit quæ ante non indicavit. Cæterum in agro Samaritano posita sunt, ut in prædictis æstimare licet. Quidam vero perhibent verisimile esse quod Ruben et Gad de hac re ab initio disseruerint. At vero in distributione sortis nunc dimidia tribus Manasse accessit, unde in distributione demum, non ante adnumerata est dimidia tribus Manasse.

His quoque accenset urbes ædificatas; gens enim A pia in impiorum sedem succedit. Adeo ut seorsim in pace justi habitent, juxta Davidem et Solomonem[21]. Tandem vero etiam malitiei dux diabolus ejicitur, ac dissolvitur mali et boni seditio, quam Græcorum dementes quidam philosophi indissolubilem esse nugabantur.

Τὰς οἰκοδομηθείσας πόλεις ἐπὶ τούτοις ἀπαριθμεῖ. Ἀλλάττεται γὰρ γένος οἰκητόρων εὐσεβῶν, ἀντὶ τῶν ἀσεβῶν. Ὥστε κατὰ μόνας ἐν εἰρήνῃ τοὺς δικαίους οἰκεῖν κατὰ Δαβὶδ καὶ τὸν Σολομῶνα. Ἐπὶ δὲ τέλους καὶ ὁ τῆς κακίας ἀρχηγὸς διάβολος ἐκβάλλεται, λύεταί τε ἡ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀντίστασις, ἣν ἄλυτον εἶναι φαντάζονται Ἕλληνες οἱ μάτην φιλοσοφοῦντες.

Machir filio Manasse. [40.] Hoc est, filio ex Machir prognato.

Τῷ Μαχεὶρ υἱῷ Μανασσῇ, τουτέστι τῷ ἐκ τοῦ Μαχείρ.

Et descripsit Moses mansiones eorum et castra ex mandato Domini. [XXXIII, 2.] Eorum enim quæ secundum Deum geruntur nec otiosum nec obscurum quidquam Deus esse vult, quin nec alii quoque faciunt

Quocirca et menses et dies oraculorum a Deo sibi factorum assignant. Etsi enim vias ac rationes secundum quas quidlibet Deus agit deprehendere est difficile, modum tamen quo ab eo administrantur ac fiunt, cognoscere et meminisse est ne- B cesse.

Μῆνας δὲ καὶ ἡμέρας ἀναγράφουσιν οἱ προφῆται, ἡνίκα τῶν προφητειῶν (85) ἤκουον παρὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ μὴ τοὺς λόγους ἐπίστασθαι ῥᾴδιον τῶν οἰκονομουμένων πραγμάτων (86), ἀλλ' ὅμως ὅπως γε οἰκονομεῖται καὶ γινώσκειν καὶ μεμνῆσθαι δεῖ.

Quemadmodum peregrinationes, itiones ac reditiones a Domino factas evangelistæ describunt.

Cæterum in conspectu Ægyptiorum exivisse dicuntur, quia non transfugarum more id fecerunt, cum a Domino per sublimem ejus manum emitterentur magis quam detinerentur. Sic Dominus quoque quamvis sæpe cessit specimenque suæ clementiæ edidit, manifeste tamen virtutes designavit, ac fugam suam metu caruisse arguit. Quemadmodum eo quod post migrationem coram multitudine hominum ab inferis excitavit Lazarum, patet.

Τὸ, Ἔναντι πάντων τῶν Αἰγυπτίων, ὅτι μὴ δραπετεύοντες. Ἐξεπέμποντο γὰρ, οὐ κατείχοντο, διὰ τὴν χεῖρα τὴν ὑψηλήν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος, εἰ καὶ ὑποχωρήσεις ἐποιεῖτο, τύπον ἐπιεικείας διδοὺς, ἀλλ' ἐμφανεῖς τὰς δυνάμεις ἐποίει, δεικνὺς τὸ κατὰ τὴν ἀναχώρησιν ἄφοβον· ὥσπερ τὸν Λάζαρον ἐπὶ πλήθους ἀνίστη μετὰ τὴν ὑποχώρησιν.

Nam etiam Samuel victimæ prædictione cum ad unctionem Davidis venisset, Saulem certa quadam ratione asservari, vitæque amplius ac regno permitti ad Davidem exercendum didicit. Supra sane mansiones Israelitarum describens aliorum quoque locorum nomina recitat, verum hic eorum tantum in quæ inciderunt, ac ex quibus moverunt, mentionem facit. Necnon illic loca quæ præterierunt inter proficiscendum enumerat.

Ac Ægyptii inhumarunt defunctos suos. [4.] Plaga C enim imminens eorum refrenavit audaciam, promptosque ad dimittendum eos fecit, ne funditus perirent omnes. Tam illustris sanctorum victoria est. Si enim satis exercitationis fuerit: « Deus ultionum, inquit David, Dominus ultionum jure suo ac libertate usus est[22]. » Deus igitur suorum emolumento ad tempus occulitur, sicut idem David testatur: « Quam multæ sunt benignitates tuæ quas recondidisti reverentibus te[23]! »

Καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἔθαπτον τοὺς τεθνηκότας αὐτῶν. Παροῦσα γὰρ ἡ πληγὴ τὴν τόλμαν ἐκώλυσε, καὶ ἀσμενίζειν ἐποίει τὴν ἔξοδον, μὴ καὶ πάντες ἀπόλοιντο. Οὕτως ἡ νίκη τῶν ἁγίων ἐμφανὴς, ἐπειδὰν τὰ τῶν γυμνασίων ἱκανῶς οἰκονομηθῇ. « Θεὸς ἐκδικήσεων, φησὶ, Κύριος ἐπαῤῥησιάσατο. » Θεὸς οὖν ἀποκρύπτεται πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ὠφέλειαν, « Ὡς πολὺ γὰρ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε! »

[20] Exod. XXXII, 10. [21] Psal. IV, 8; Sap. III, 3. [22] Psal. XCIII, 1. [23] Psal. XXX, 20.

NOTÆ.

(85) Τῶν ἐκ Θεοῦ λεγομένων αὐτοῖς. Εἰ γὰρ, κτ. Ῥ τῆς Αὐγ., κώδ.

(86) Καθ' οὓς οἰκονομεῖ Θεὸς ἕκαστον τῶν πραγ. Ὁ αὐτ.

De iis quoque ipsorum vindictam cepit Dominus. In victoria ab impiis parta omnes dii gentium exstirpantur, juxta propheticum illud: « Inducam nomina idolorum, nec ulla eorum exstabit memoria [24]. » Porro primogenita pecorum, quæ deorum loco habebant Ægyptii cum aliis primogenitis perdidit, futuræ idolorum excisionis argumento. Insuper vero jubentur omnes Chananæos, ne futuris incolis impedimento sint, neve ullæ impietatis reliquiæ remaneant, sustollere.

Τοῦτο ἦν τό· « Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος. »

Quod perinde est ac si dicat: « Non cohabitabit tibi pravus; nec permanebunt iniqua ante oculos tuos [25]. »

Ac eos quidem qui per Jordanem pertransierunt, idola, et aras evertere dignatur, quod munus hodie quoque eos qui gratiam per baptismum consecuti sunt, manet. Juxta dictum illud: « Non adorabis deos eorum, neque coles eos. Non facies secundum opera ipsorum, sed evertendo evertes, et comminuendo comminues statuas ipsorum. [26] »

Ὑμῖν γὰρ δέδωκα τὴν γῆν αὐτῶν ἐν κλήρῳ. Φησὶ γὰρ τῷ Ἀβραάμ· « Σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου. » Οὕτως οὐκ ἀνάξιον Θεοῦ γίνεται διὰ τὸν προπάτορα, καὶ τοῖς οὐκ ἀγαθοῖς προεγνωσμένοις ἀπονεῖμαι τὴν γῆν, εἰς ἐναργῆ προτύπωσιν τῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων μελλούσης κατοικεῖσθαι γῆς.

432 *Vobis enim sorte terram attribui* [27]. [XXXIII, 54.] « Tibi enim dabo eam, ad Abrahamum inquit, et semini tuo. » Itaque propter patriarcham Deo non indignum est minime bonis etiam ante visis terram tribuere, evidenti demonstratione scilicet, quod sancti terram futuram capturi sint.

Secundum tribus et familias vestras possessionem dividite. Non promiscue, adeo ut quam maxime observetur ordo, ac quævis tribus suam certam nanciscatur sedem.

Ἀπειλεῖ αὐτοῖς, εἰ μὴ πρὸς τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πρὸς φιλανθρωπίαν τινὰς ἀπολείπωσιν. Ἀσυνάρμοστον γὰρ τῷ ἁγίῳ τὸ μὴ ἅγιον. Οἷς δέ τις ἀρέσκεται παρὰ γνώμην Θεοῦ, τούτοις ἐκδίδοται. Καθάπερ Ἰουδαῖοι τῷ Καίσαρι, τοῦτον ἑλόμενοι μᾶλλον βασιλέα, ἢ τὸν Σωτῆρα Χριστόν. Ὑπὸ γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἁλόντες, ἀπώλοντο.

Graviter autem comminatur illis, si humanitati jure divino posthabito quosdam servent. Sanctum enim minime cum polluto seu profano convenit. Porro quibus aliquis applaudit contra Dei voluntatem, iisdem quoque in manus traditur. Quemadmodum imperatori Judæi, cum eum regem præ Christo Servatore elegissent. Sub Romanis enim captivi perierunt.

Προφητικῶς Μωϋσῆς τὰ ὅρια προλέγει τῆς γῆς. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἐπιμιξία πρὸς ἀπαγγελίαν ἢ γνῶσιν. Καὶ μέμνηται τῶν δύο ἡμίσεος φυλῶν, ὡς μὴ ὕστερον ἀντιποιοῖντο τῆς εἴσω γῆς, ἐν ᾗ φυτεῖαι δένδρων, καὶ ἡ κατὰ νόμον λατρεία.

Cæterum ore prophetico terræ limites prædicit Moyses; non enim ad determinationem, seu cognitionem apta erat permistio. Dimidiarum quoque duarum tribuum meminit, ne deinceps interiora terræ in qua sationes arborum, legisque divinæ cultus, vindicarent.

Eleazar sacerdos et Josue filius Nave. [XXXIV, 17.] Duci præponit sacerdotem, eo quod ad Deum accedat propius.

Et dabunt Levitis de sortibus. [XXXV, 2.] Sanctis sufficientem possessionem concedit, non sortitione, verum dedicatione, ne inopia valde premantur, neve copia emollescerent. « Habentes enim, inquit, victum et amictum, iis erimus contenti [28]. » Ad Dei enim cultum, non agrorum, eos consecravit. Quare Paulus inquit [29], quæstum esse magnum pietatem cum frugalitate conjunctam. Dispergit autem eos per tribus, ut sanctitatis suæ excellentia omnes sanctos reddant. Ita quoque Servator in gentium medium ablegat apostolos, non tanquam terræ dominos: nam nec ipsi quidem ullam terræ portionem dominio acceperant: verum illi quidem terram et urbes principio accipiunt, hi vero animas, quantum videlicet ad victus necessitatem pertinebat, a suis auditoribus accipientes, ac imprimis cum his emissi, qui proinde etiam sanctiores erant. Externorum enim exilitas in spiritualibus sublimitas est. Nam qui sedem propriam non habuerunt, totam terram ejus loco habent. Mandatur vero ut Levitis urbes asylorum concedantur. Eo quod genus hoc hominum plurimis laboribus ac periculis sit expositum, plurimumque et re et verbis auxilio indigeat. Deus igitur cura sua sacrorum et verbi antistitibus assistit, neque temere extorres facit. Hoc vero velut exemplo Ecclesiis significatur, ut curam vinctorum agant. « Mementote enim vinctorum, inquit, tanquam simul vincti, et laborantium tanquam et ipsi in corpore morantes [30]. » Abjectis enim, hoc est refugium, et ad Deum revertendi spes, * Dei hic religionis antistites. Trinas autem secernit utrinque Jordanis urbes eorum refugio, qui cædem animo non conceptam pepererunt, numero non longe a Trinitatis dissidenti observato. Porro vero quadraginta alias urbes selegit Levitis ex omnibus tribubus, plures vero ex eis quæ majorem quoque partem acceperant, pauciores ab iis quæ minorem erant sortitæ, adeoque exactam in definitionibus æquitatem servat. Cæterum asyla ex æquo indigenæ et advenæ patefacit, jam tum parvam significationem æqualitatis quam gentes

[24] Zachar. XIII, 2. [25] Psal. 5, 6. [26] Exod. XXIII, 24. [27] Gen. XII, 7. [28] I Tim. VI 8. [29] ibid. 6. [30] Hebr. XIII, 3.

cum Israele habituri sint, præbens. Atqui refugiorum multitudo hunc finem propositum habet, ut in longitudine viarum homicidas, ne in cognatorum manus incidant, sublevet. Sicut clare in Deuteronomio exstat. Verum enimvero cædem spontaneam a non spontanea notis ac signis distinxit, ne promptum cuivis esset dicere : Invitus feci, quo simul hominum immodicos æstus, quibus insidias cædium lugent, sedat. Si enim telum emissum ad cædem idoneum fuerit, spontanea cædes hæc est. Non absurdum vero erit si putemus eos quoque suæ ipsius animæ cæsores esse, qui peccatis sese obnoxios faciunt, in offensam Dei vi contra mentis instinctum sese adducentes, **433** idque naturæ nostræ partim vitio, quæ mentem hominis ab ineunte statim ætate concupiscentiarum legibus regit et gubernat. Quapropter misera hominis anima fugæ ex mundo et corpore pœnam sustinet, quam facit in urbem refugii, ceu cum longa tempora mortis abdita incoluerit, vix tandem liberata Christi magni sacerdotis morte. Qui cum infra esset, dimisit inquiens : « Egredimini ; et iis qui in tenebris erant : Revelamini [31]. » Qui reipsa magnus pontifex est, juxta illud : « Ipse erit magnus, et Filius Supremi vocabitur [32]. » Alias enim præter rationem est, ut non dimittatur reus nisi mortuus sit ille penes quem potestas intercedendi est, convenientius enim est, ut vivat ac deprecetur. Verum ipsa quoque emissio non æqualis est, cum alius dudum, alius nuper fugerit, quemadmodum inferi quoque alios longius alios brevius tempus tenuerunt. Quibus omnibus Christi subvenit potentia, eosque vinculis liberavit. Intercessio enim ea fuit maxima quæ pro salute extorrium facta est, quando videlicet a paradiso Christus venit, et a morte exsulem reduxit. Non permittit vero munera accipere, neque pro dimissione rei, neque pro fuga homicidæ non spontanei. Eadem enim intentio est ejus, quod illum oporteat mori, et ejus quod hunc non liceat munera propter effugere.

Scribitur autem in nonnullis exemplaribus, « non effugere, » ut sit sensus : non sumenda esse munera, ut in sua terra habitare, neque fugere concedatur.

A Γράφεται τῶν ἀντιγράφων ἐν ἐνίοις, « μὴ φυγεῖν. » Ἵνα ᾖ · Μὴ δεῖν λαβεῖν δῶρα ἐπὶ τῷ συγχωρηθῆναι τὴν οἰκείαν οἰκῆσαι γῆν, καὶ μὴ φυγεῖν.

Et non contaminetis terram cæde. [XXXV, 33.] Pollutio enim terræ injustitia est, purificatio vero justitia.

Nam quod dicitur terram injustis cædibus obnoxiam esse, et expiatione quæ justa punitione constet, indigere, innuit terram non in culpa esse, verum in pollutionis sorte. « Ne inquinetis enim terram, inquit, super qua habitatis vos. » Verum terræ unde talis honor ac reverentia ? « Super qua ego tentorium meum figam inter vos. » Nulla enim ratione una terra ab alia est disjuncta, quam puritatis et sanctitatis quam præsens Deus excipitur.

Τὸ λέγειν ἔνοχον εἶναι τὴν γῆν ἐπὶ τοῖς ἀδίκοις αἵμασι, καὶ ἱλασμοῦ χρῄζειν διὰ τῆς δικαίας κολάσεως, ὡς μιαινομένην λέγει, καὶ οὐχ ὡς αἰτίαν. « Οὐ μιανεῖτε γάρ, φησὶ, τὴν γῆν ἐφ' ἧς κατοικεῖτε ἐπ' αὐτῆς. » Τίμιος δὲ ἡ γῆ · Διατί ; « Ἐφ' ἧς ἐγὼ κατασκηνώσω ἐν ὑμῖν. » Γῆ γὰρ γῆς ἀδιάφορος περὶ καθαρότητα· Θεοῦ δὲ παρουσίαν ὑποδεξαμένη, καθαρὰ καὶ ἁγία.

Et tibi et Domino nostro præcepit dare hæreditatem Zelpaad. [2.] E re peculiari iterum lex generalis derivatur. Non quod Deus quid facto esset opus antehac ignoraverit, verum quia temporis opportunitatem exspectavit. Quemadmodum quoque in blasphemi negotio, ejus item qui Sabbatum non observaverat, et in hoc ipso filiarum Zelpaad. Verum tum quidem astute tacuerunt ipsarum contribules, veriti videlicet si interrogarent, quod Dei imperium impedire viderentur. Jam vero eam quæstionem proferre illis est visum, prospicientes videlicet longius, ne occasio ac radix pullulasceret confusionis tribuum, si filiæ hæ hæreditatem nactæ per nuptias contribulibus non miscerentur, quando nec hæreditatum reversio anno jubilæo concessa locum habuit. Quapropter legem sancit Deus, quantumvis dudum legis necessitatem cognitam habuisset. Ita Christus quoque ad Jairi vocatus filiam [33], ejus mortem e qua eam reduxit non prædicit; res enim divinæ non ad ostentationem humanam comparatæ sunt. Servat vero decorum, nunc quidem humaniter ad eam eundo, exploratum eam quasi, nunc vero defunctam excitando. Jubet autem nunc

Καὶ τῷ Κυρίῳ συνέταξε Κύριος δοῦναι τὴν B *κληρονομίαν Σαλπαὰδ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ.* Ἕτερος ἐκ μερικοῦ πράγματος καθολικὸς ἐκφέρεται νόμος, οὐχ ὡς Θεοῦ τὴν χρείαν προαγνοήσαντος, τὴν ἐπὶ καιροῦ δὲ περιμείναντος θέσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ βλασφήμου, καὶ τοῦ τὸ Σάββατον μὴ τηρήσαντος, καὶ τῶν τοῦ Σαλπαὰδ θυγατέρων. Ἀλλὰ τότε μὲν ἐσιώπησαν εὐλαβῶς οἱ τούτων ὁμόφυλοι, δείσαντες τὴν ἐρώτησιν, μὴ καὶ δόξῃ κώλυμα τοῦ ἐπιτάγματος · νῦν δὲ ταύτην προσάγουσι προνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, μὴ καὶ πρόφασις γένηται συγχύσεως τῶν φυλῶν, εἰ θυγατέρες κληρονομοῦσαι μὴ γαμοῖντο τοῖς ὁμοφύλοις · ὅτε μηδὲ χώραν εἶχεν ἡ ἐκ τοῦ Ἰωβηλαίου τῶν κλήρων ἀναστροφή. Διὸ νομοθετεῖ Θεὸς, καίτοι προγνοὺς πάλαι τοῦ νόμου τὴν C χρείαν. Οὕτω Χριστὸς, πρὸς τὴν Ἰαείρου κληθεὶς θυγατέρα, οὐ προλέγει ταύτης τὸν θάνατον, ὃν γεγονότα ἰάσατο · οὐ γὰρ εἰς ἐπίδειξιν ἀνθρώπου τὰ παρὰ Θεοῦ · φυλάττει δὲ τὸ οἰκεῖον τῇ ἀξιώσει, νῦν μὲν ἰὼν φιλανθρώπως ὡς ἐπισκεψόμενος, νῦν δὲ ἀναστῶν τελευτήσασαν.

[31] Isa. XLIX, 9. [32] Luc. I, 32. [33] Luc VIII, 41.

puellas illas quorumcunque velint uxores esse; conjunctio enim violenta, ad disjunctionem iter præbet. Nubere vero contribulibus jubet, ne tribuum fiat confusio, quemadmodum supra etiam prohibet gentiles ceu ethnicas ducere, populo ne cum impiis commiscerentur prospiciens.

COMMENTARII
IN DEUTERONOMIUM.

Quæ a Mose quidem in hoc præsenti libro repetuntur, præcedentibus enarrationibus mandavimus. Quod si vero aliquid peculiarem interpretationem forte requirat, silentio a nobis non prætermittetur. Cæterum quoniam a lege hic liber nomen habet, legis præfigendi sunt termini. Est itaque lex oratio quæ quid faciendum sit, præcipit, quid non faciendum sit vetat. Exempli gratia: « Honora patrem tuum. Diliges Dominum [34]. » Item: « Non occides, non mœchaberis [35]. » Vel sic: Est oratio animali natura politico præcipiens vel vetans. Natura enim politicus omnis homo est, nam insitum est illi natura legibus reipublicæ divinæ parere, de qua dictum est: « Gloriosa de te dicta sunt, civitas Dei [36]. » Quin etiam politicus est, quod cum voluntatem suam naturæ attemperaverit, studiosus, necnon potens dicendi est. Verum nostra respublica in cœlis exsistit. Vel sic: Lex est definitio politici de rebus agendis vel omittendis; politicus enim legislator est, qualis Moses fuit. Item Servator ipse, de quo dictum est: « Judicentur gentes coram te [37]. » Item: « Constitue, Domine, legislatorem super ipsos [38]. » Ad quem etiam dictum est: « Lege tua me dirige, Domine, per viam tuam [39]. » Vel sic: Est oratio præcipiens vel vetans de omnibus vitæ actionibus, quæ, quando, et quomodo male et cum damno fiant. Cæterum definitioni huic congruunt exempla vitæ justorum qua non sine suo commodo delectati sunt, sibique ipsis legem constituerunt, quemadmodum clarum est ex hoc: « Dicite mihi, vos qui legem agnoscitis, legemque non auditis. » Scriptum est enim quod Abraham duos habuit filios, et reliqua. Insuper etiam vitæ delinquentium enarratio, de eo quod cum male egissent, male quoque passi sunt. Qualis Ægyptii illius qui Israelitam diris devoturus erat filius exstitit. Item Israeliticæ feminæ filius in Levitico. Ejus item qui scortationem exercuerat cum Madianitica femina in Numeris [40]. Vel sic: Est norma justorum et injustorum. Nam uti qui secundum normam architectonicam fabricant, scitam structuram efficiunt, ita hi quoque qui juxta normam justorum, justitiam exercent. Vel sic: Mensura justorum et injustorum non tam hominum quam rerum: eæ enim a lege definitæ sub mensuram cadunt. Cæterum juxta legem ea mensura obvenit singulis, qua ipsi sunt mensi, justo quidem concussa, et exuberans; injusto vero condigna, siquidem iniquitas ejus in verticem ipsius recidet. Vel sic: Est oratio docens quomodo rempublicam administrare oporteat, quæ definitio ei conveniet, qui omnes suas actiones ad rempublicam cœlestem refert. Vel sic: Est oratio quæ in universum et communiter præcipit quid agendum, et vetat quod non agendum. Vel sic: Est decretum regis, rex vero Christus sit, qui suis decretis mandata legis litteralis fecit irrita. Vel sic: Est oratio interdictoria scientiæ regiæ, quam Christus, ipsa Patris sapientia [41], omnibus qui hujus ductu ad regnum cœlorum seu Dei contendunt, impertit. Vel sic: Est consensus civitatis de rebus faciendis aut non faciendis, sit vero civitas consonus Ecclesiæ cœtus de rebus faciendis aut minus. Vel sic: Est determinatio eorum quæ fas est facere erga homines, et Deum, divinasque virtutes. Extenditur autem **435** lex super magistratus ecclesiasticos, tribunalia, bellum contra oppositas actiones, pacem mutuam, sana de Deo dogmata, nuptias, liberorum eductiones, præparationem extremæ a vita migrationis, denique justa defunctorum. In unoquoque enim horum vel legitime vel illegitime quisque versatur. Dicitur porro etiam Pentateuchus lex, cujus definitio talis est. Est commentarius de rebus sacris ac sanctis politicus. Quam ob causam vero *Deuteronomium* appelletur, ipse nos Moses edocuit cum inquit: « Hæc sunt verba fœderis quæ Dominus præcepit Mosi perhibere filiis Israel in terra Moab, præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. »

Ἱκανούσθω ὑμῖν κατοικεῖν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. A Οὐδαμοῦ προείρηται τοῦτο σαφῶς, εἰ μὴ κατὰ τὸ Σαμαρειτικὸν μόνον ἀντίγραφον ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς μετὰ τὸν περὶ τῶν δύω σαλπίγγων νόμον· ἐν δὲ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, δυνάμει νοεῖται. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν μετὰ τὰς σάλπιγγας, « Καὶ ἐξῆραν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, » δηλοῖ ὡς τοῦ Θεοῦ κωλύσαντος ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίψαι τῷ τόπῳ.

Satis sit vobis habitare in monte isto. [I, 6.] Nusquam hoc manifeste est prædictum, nisi juxta exemplar Samariticum tantum in Numeris, post duarum tubarum legem: cæterum in Judaicis potentia intelligitur. Hoc enim quod dicit post tubas: « Et moverunt filii Israel [42]; » argumento est quod Deus prohibuerit longius eo loci morari.

[34] Exod. xx, 12; Deut. vi, 5; Matth. xxii, 5. [35] Exod. xx, 13, 14; Deut. v, 17, 18; Matth. v, 21, 27. [36] Psal. LXXXVI, 3. [37] Psal. ix, 20. [38] ibid. 21. [39] Psal. v, 9. [40] Num. xxv, 6. [41] I Cor. i, 24. [42] Num. x, 12.

Porro Horeb repræsentat cultum legalem; illic enim legem acceperunt, e qua sese movere tanquam ex umbra ad veritatem, jubentur.

Non potero solus sustinere vos. [10.] Hæc in Exodo adhærent codicibus Samariticis. Quando videlicet socer Mosis ei consuluit, ut plures principes reipublicæ constitueret. Et in summa quæ perhibentur quidem dicta esse, non esse dicta manifeste in Samariticis exemplaribus invenitur. Quemadmodum illud quoque quod filii Israel ad Mosem de exploratoribus dixerint, cum tamen veri non dissimile sit, eos diffidentes Deo terræ cognitionem habere voluisse. Quapropter sane cum Deum interrogasset Moses, non sine indignatione ac fremitu ex illo audit: « Dimitte tibi ipsi viros, qui explorent terram [43], » tanquam videlicet diffideret.

A *Οὐ δυνήσομαι μόνος φέρειν ὑμᾶς*. Ταῦτα ἐν τῇ Ἐξόδῳ πρόσκειται τοῖς Σαμαρειτικοῖς ἀντιγράφοις, ὅτε καὶ ὁ πενθερὸς αὐτῷ συνεβούλευσε μερικωτέρους ἄρχοντας καταστῆσαι Καὶ καθόλου, τὰ λεγόμενα μὲν εἰρῆσθαι, μὴ εἰρημένα δὲ φανερῶς, ἐν τοῖς Σαμαρειτικοῖς ἀντιγράφοις εὑρίσκεται· καὶ τὸ περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὡς αὐτῶν εἰρηκότων τῷ Μωϋσεῖ περὶ τῶν κατασκόπων. Εἰκὸς γὰρ ἦν ἀποστατοῦντας αὐτοὺς τῷ Θεῷ, τὴν γῆν ἐθελῆσαι μαθεῖν. Διὸ καὶ ἐρωτήσαντος Μωϋσέως τὸν Θεὸν, μετ' ἐμβριμήσεώς φησιν, « Ἀπόστειλον σεαυτῷ ἄνδρας, καὶ κατασκεψάσθωσαν τὴν γῆν, » ὡς δὴ ἀπιστούμενος.

Et pertulit te Dominus. [31.] Symmachus *portavit* ait. Id vero proprie significat pueros iracundos, ac irritatos versare, ac una balbutiendo, seseque illis demittendo sustinere. Sic enim Deus infirmitatem eorum in se recipiens paulatim eos ad altiora eduxit.

Et mihi succensuit Dominus propter vos. [37.] Ego enim ipse non perfide egi, inquit, vestræ vero perfidiæ cum essem impatiens leviter de vobis statui, verbaque effutii quæ talem sententiam contra me elicuerunt.

B *Καὶ ἐμοὶ ἐθυμώθη Κύριος δι' ὑμᾶς*. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, οὐχ ἠπείθησα τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν ἀντιλογίαν μὴ φέρων καὶ ἀπείθειαν, ὀλιγώρως περὶ ὑμᾶς διετέθην, καὶ ῥήματα ἐφθεγξάμην τὴν ἀπόφασιν ταύτην κινήσαντα κατ' ἐμοῦ.

Armati proficiscimini ante fratres vestros. [II, 4.] Edictum hoc est duabus tribubus cum dimidia. Cæterum infimis primæ in promissione deferuntur. Ideirco qui a Mose hæreditate dotati fuerant, primi promissionis compotes facti sunt. De perfectioribus enim dictum illud est: « Isti omnes in testimonium adducti non reportarunt promissiones, » et reliqua.

Non addetis ad verbum. [IV, 2.] Item paulo post dicet: « Non declinabis vel ad dexteram vel sinistram [44]. » In Proverbiis etiam Solomonis inquit: « Ne addas verbis Dei quidquam, ne te redarguat, et mendax fias [45]. » Verba enim Dei cum plena et perfecta exsistant, nullum auctarium admittunt. Unde illud quoque de Christo dictum exstat: « Postquam consummavit verba sua in aures ipsorum [46]. »

Οὐ προσθήσετε πρὸς τὸ ῥῆμα. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐρεῖ, οὐχ ἐκκλινεῖς δεξιὰ οὐδὲ εὐώνυμα. Καὶ ἐν Παροιμίαις φησί· « Μὴ προσθῇς τοῖς λόγοις τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ ψευδὴς γένῃ. » Οὐ δέχονται γὰρ προσθήκην οἱ λόγοι Κυρίου, πλήρεις ὑπάρχοντες. Εἴρηται γοῦν περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ἐπειδὴ ἐπλήρωσε τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν. »

C

Quoniam hæc est sapientia vestra et scientia. [6.] Summa enim sapientia et scientia est observatio mandatorum Domini. Illud vero quod dicitur coram populis, consonum huic est: « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant [47], » et reliqua.

Ὅτι αὕτη ἡ σοφία ὑμῶν καὶ ἡ σύνεσις. Σοφῶν γὰρ καὶ συνετῶν ἡ φυλακὴ τῶν ἐντολῶν Κυρίου. Τὸ δὲ εἰρημένον, « ἐναντίον τῶν ἐθνῶν, » συμφωνεῖ τῷ· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἂν ἴδωσι, » καὶ τὰ λοιπά.

Ita enim ad Deum propius acceditur. Quod idem innuit quod sequitur, ne propter peccata ipsorum procul recedat. « Peccata enim vestra, inquit, intervallum efficiunt inter me et vos. » Et iterum: « Contendite ad me; et ego ad vos contendam, et ego te adhuc eloquente dicam: Ecce adsum [48]. »

Non facietis vobis ipsis simulacrum sculptile. [V, 8.] Similiter in Exodo, ubi etiam de stellis dicit quemadmodum distribuit eas populis [49]. Qui enim ex longanimitate aliquid non prohibet, auctor ejus est. Quoniam igitur Israelem elegit, locum habet **436** illud *distribuit*, quod concessionem propter nos factam innuit, cujusmodi et illud est: « Tradidit eos spiritui vertiginis, dedit oculos ut non viderent, et aures ut non audirent [50]. » Tale est quod dicetur postea: « Non dedit vobis Deus scientiam, nec oculos ad videndum, nec aures ad audiendum [51]. » Quamvis dixisset prius: « Vos vidistis quæcunque fecit Dominus in terra Ægypti [52]. » Quocirca bene in Job dictum est: « Impios vero non servat præter voluntatem ipsorum [53]. » Nam præcepit sane advenas suscipere, si illud *distribuit*, de Dei hæreditaria largitione impie intellexerimus: « Qui vult ut omnes homines serventur, et in agnitionem veritatis perveniant [54]. »

[43] Num. XII, 18. [44] Deut. V, 32. [45] Prov. XXX, 6. [46] Luc. VII, 1. [47] Matth. V, 16. [48] Isa. LVIII, 9. [49] Imo Deut. IV, 19. [50] Isa. VI, 9; Matth. XIII, 14, 15. [51] Deut. XXIX, 4. [52] ibid. 2. [53] Job XXXVI, 6. [54] I Tim. II, 4.

Προλέγει τὰ ἐκ παραβάσεως αὐτοῖς ἐσόμενα δεινὰ, A καὶ ὡς ἔσται διὰ μετανοίας σωθῆναι. Καὶ τῶν σημείων ὑπομιμνήσκει, καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς ἐν Σινᾷ. Καὶ ὅτι « Τοιαῦτα οὐκ ἐποίησε παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς, » κατὰ τὸν Δαβίδ.

Prædicit vero eis quænam mala ex transgressione sint eventura, et quomodo per pœnitentiam reditus ad salutem sit futurus, commonefacit item eos signorum, item apparitionis quam in Sina fecit. Denique quod his atque hujusmodi non usus esset cum cunctis gentibus. Quodque judicia sua non patefecisset eis, juxta Davidem [55].

Non cum patribus vestris pepigit fœdus hoc, sed vobiscum, etc. [3.] Non enim opus habebat Abraham posterique ipsius fœdere Mosis ministerio exciso. Nam justo lex posita non est.

Οὐκ ἄρα τὰ ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως οἱ πρὸ Μωϋσέως ἐφύλαττον δίκαιοι.

Nec utique justi quotquot ante Mosem fuerunt legem Mosis observarunt.

Hæc autem sunt præcepta, ritus, judicia quæ præcepit Dominus Deus vester, ut vos docerem ut faciatis ea in terra ad quam vos transitis. [VI, 1.] Lex enim ab iis qui extra terram habitant, observari non poterat, nec utique omnibus lex scripta congruebat populis.

Βούλεται αὐτοὺς μελετᾷν ἀεὶ τὸν νόμον, καὶ τοὺς B ἐξ αὐτῶν διδάσκειν. Περὶ παντὸς γὰρ δικαίου φησὶν ὁ Δαβίδ· « Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. »

In his vero sententia ejus est, ut semper legi studeant, suosque liberos doceant. De quovis enim justo David inquit : « Lex Dei sui in corde ipsius. Non labefactabuntur gressus ejus, custodia enim cordis, legis observatio est [56]. »

Vos enim estis perpauci. [VII, 7.] Haud inepte ad illos qui expertes hæreditatis erant dictum est illud : Pauciores cunctis populis estis, atque adeo similiter huic : « Pauci qui servantur [57]. » Item huic : « Contendite ingredi per arctam portam [58]. »

Frumentum tuum, vinum tuum, et oleum tuum. [13.] Dei enim legitimis filiis sancte ac feliciter cedent Christi mysteriorum participatio et quæ per Spiritum sanctum fit unctio. Qui utique ab ægritudinibus animæ liberi sunt ac immunes. Necnon vero anima Dei studiosa his fertilissima est, quas tamen virtutis operibus repellit, atque discutit.

Quoniam gens hæc me amplior est. [17.]

Ἐν τῇ Ἐξόδῳ παραθαῤῥύνων αὐτοὺς, δεδοικότας τῶν Αἰγυπτίων τὴν δύναμιν, ἔφασκε· « Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγήσεσθε. » Ἐνταῦθα δὲ τῶν ἤδη δυνάμει Θεοῦ κατηγωνισμένων C ὑπέμνησε.

In Exodo cum confirmaret eos veritos Ægyptiorum vires, inquit : « Dominus propugnabit pro vobis, vosque quiescetis [59]. » Hic vero memoriam eorum qui Dei virtute devicti sunt refricuit.

Cuncta mandata hæc. [VIII, 1.] Non aliter præter pristina, ea ipsa vero hinc claritatem asciscunt. Cæterum infirmitatem præ se ferentes a rebus sensilibus ac temporaneis avocat.

Et recordaberis universi itineris, per quod deduxit te Dominus Deus tuus. [2.] Si ejus recordatus fueris, in tentationibus reliquis non facile collaberis. Etenim David cum solidus in Deo esset, inquit : « Proba me, Domine, et cor meum explora [60]. » Item : « Probasti nos, et tentasti nos, quemadmodum tentatur argentum [61]. » Ad Davidem item inquit Deus : « An putas me alia ratione tecum egisse, quam ut appareres justus ? » Tales eos esse asserit parabola qui super petram domos exstruxerunt [62]. Qui quidem per ignem et aquam eluctati, in refrigerium contenderunt, et spirituale manna perceperunt. Intellexerunt vero non solo pane hominem victitare, verum uno quoque verbo quod per os Dei egreditur. Hoc enim ibi quidem dictum est, allatum vero a Servatore in certamine contra diabolum est [63], Servatore, inquam, qui et veterem et novam legem sanxit. Cæterum ante manna fruitionem priore alimento assumpto affictari ac famescere oportet. Porro verbum manna erat, licet panis quoque esset, quemadmodum Moses etiam interrogantibus respondet : « Iste est panis quem Dominus nobis comedendum apposuit [64]. » Istud 437 est verbum quod sanxit Dominus, unde sane tenuis et albus dictus est. Exile enim verbum est, et tale quod pertransit cunctos spiritus intelligentes, mundos, tenuissimos. Necnon vero ipsa quoque sapientia spiritus est intelligens, sanctus, unigenus, amplus, tenuis.

Erat porro simile grano coriandri. [VIII, 3.] Tradunt coriandri naturam penitus semini respondere, adeo ut si succidatur etiam coriandri semen, vim suam non amittat, ut sementi idoneum amplius non exsistat. Hujusmodi verbum est omnino, cujus omnis particula ad terræ cultum natura apta est, si mandetur commodæ et bonæ terræ, hoc est animæ. Est porro album etiam. Lumen enim verbum est idque splendidum, ac proinde quoque album ipsum intelligenti ab eoque nutrito. Est item saxi simile. Contortum etenim est, et neutiquam flaccidum, neque fluxum, verum saxeum. Cœleste quippe verbum est, ac nobis cœlestia promittit.

[55] Psal. CXLVII, 9. [56] Psal. XXXVI, 31, 32. [57] Isa. XXIV, 6. [58] Matth. VII, 13. [59] Exod. XIV, 14. [60] Psal. XXV, 2. [61] Psal. LXV, 10. [62] Matth. VII, 24, 25. [63] Matth. IV, 4. [64] Exod. XVI, 15.

Non dixit vero : Verum etiam in omni verbo, A verum sine *etiam*; tanquam si dixisset : Non in hoc quo putatis solo, verum in hoc. Manifestum est autem quod manna ex ore proficiscens verbum erat. Nam commune aliquid habet manna, quo docemur non solo pane hominem vivere, cum Dei verbo, quo vivimus.

Vestimentum tuum super te non est detritum, nec pedes tui intumuerunt. [VIII, 4.] Prioribus hoc statim subjungit, ne causam seu testimonium hinc haberent quibus in securitate degere animus est. Quo sane Servator in Evangeliis cum viris superstitiose etiam legem amplectentibus agens usus est. « Si enim Mosi credidissetis, inquit, utique et mihi credidissetis [65]. » Unde rebus omnibus manifestis eos, volatilia cœli liliaque agri proponendo, a sol- B licitudine convertit [66]. Non eguerunt veteres calceamentis, eo quod pedes eorum nulla itineris asperitate attererentur. Quin etiam habuerunt vestimenta non attrita, item manna, aquam denique largam ex petra, abunde universa ad vitam. Cæterum superflua sua et insipida concupiscentia, interitus usuram sibiipsis fecerunt, quemadmodum nos quoque cum rebus carnalibus addicti sumus. « Non enim potestis, inquit, duobus dominis servire [67]. » Quod si autem ad breve tempus disciplinæ causa rebus necessariis destituti fuerimus, tum apparet quantopere omnes res divinas amplexi fuerimus. Satietas enim pater contumeliæ est, contumelia fastus ac superbiæ, ea denique lapsus ac interitus.

Οὐκ εἶπε δὲ, Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὶ ῥήματι, ἀλλ' ἄνευ τοῦ, *καί*· ὡς ἔλεγεν· Οὐκ ἐπὶ τῷδε, ᾧ οἴεσθε μόνῳ, ἀλλ' ἐπὶ τῷδε. Καὶ δῆλον, ὅτι τὸ μάννα τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, ῥῆμα ἦν· ἐπεί τι κοινὸν ἔχει τὸ μάννα ἐξ οὗ διδασκόμεθα, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζῆν τὸν ἄνθρωπον, πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ ῥῆμα, ἐφ' ᾧ ζῶμεν.

Τὰ ἱμάτιά σου οὐ κατετρίβησαν ἀπὸ σοῦ· οἱ πόδες σου οὐκ ἐτυλώθησαν. Ἱκανὴ μαρτυρία τοῖς βουλομένοις ζῆν ἀπερισπάστως. Ἧπερ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις οὐ κέχρηται πρὸς ἄνδρας τὸν νόμον μελετῶντας διακενῆς. « Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε, φησὶ, Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν καὶ ἐμοί. » Ὅθεν ἐκ τῶν πᾶσι προδήλων αὐτοὺς ἐκτρέπει, τὰ πετεινὰ καὶ τοῦ ἀγροῦ τὰ κρίνα προσθείς. Οὐκ ἐδεήθησαν δὲ ὑποδημάτων οἱ πάλαι, μηδεμιᾶς λύμης ἐκ τῆς ὁδοῦ προστριβομένης αὐτῶν τοῖς ποσίν· εἶχον δὲ καὶ ἀτριβεῖς ἐσθῆτας, καὶ τὸ μάννα, καὶ τῆς ἀκροτόμου τὸ ὕδωρ, πάντα πρὸς ζωὴν αὐτάρκη. Περιττὴ δὲ καὶ ἀνόνητος ἐπιθυμία τὸν ὄλεθρον αὐτοῖς προεξένησεν, ὡς καὶ ἡμῖν τὰ σαρκικὰ περιέπουσιν. « Οὐ δύνασθε γὰρ, φησὶ, δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. » Εἰ δὲ καὶ πρὸς βραχὺ παιδευτικῶς τῶν ἐπιτηδείων ὑστερηθῶμεν, δῆλον ὡς ἵνα περιεχώμεθα ἐν ἅπασι τοῦ Θεοῦ. Κόρος γὰρ πατὴρ ὕβρεως· ὕβρις δὲ, ὑπερηφανίας· ἡ δὲ, πτώσεως.

Ejus qui te deduxit per desertum vastum et horrendum illud. [15.] Ubi serpens mordens et scorpius.

Quemadmodum ipsi, postquam permeassent C mare Rubrum, in quo Apostolus eos baptizatos esse in Mosem inquit [68], peragrarunt desertum horrificum ubi serpens mordens et scorpius, qui figuram spiritualis serpentis gerit, quem etiam conculcandum Dominus nobis exhibuit : ita quoque post baptisma verum per tentationes deducuntur in desertum fideles, ut a diabolo tententur : quorum figuram Christus sustinet, cum quo ad tentatorem dicunt : « Non in pane solo victitabit homo [69]. »

Ὥσπερ οὗτοι μετὰ τὸ διελθεῖν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ᾗ φησιν ὁ Ἀπόστολος, εἰς τὸν Μωϋσῆν βαπτισθῆναι, διῆλθον τὴν ἔρημον τὴν φοβερὰν, οὗ ὄφις δάκνων καὶ σκορπίος, τύπος ὄντες τοῦ νοητοῦ ὄφεως, ἐφ' ὃν καὶ πατεῖν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐδωρήσατο· οὕτω καὶ μετὰ τὸ ἀληθινὸν βάπτισμα διὰ πειρασμῶν ἐξάγονται εἰς τὴν ἔρημον οἱ πιστοὶ, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὧν τύπος Χριστός· μεθ' οὗ λέγουσι τῷ πειράζοντι· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος. »

In terram bonam et amplam. [7.] Illud quidem fertilitatem indicat, hoc vero longitudinem et latitudinem regionis. Non enim Ægyptus, si ei conferatur, tanta est. Item rursus distinguens, inquit aquam cœlitus ac ex fontibus habere, illa enim D præter ascititiam nullam habet. Deinde cum in camporum mentionem incidisset, atque hoc commune cum Ægypto habet, *de montibus* addidit. Porro postquam de vulgaribus, puta de tritico et hordeo dixisset, statim de peculiaribus ejus terræ frugibus infert. Quo quidem indicare vult, quod illa cum hac sit conferenda, sed non e contra. Quin etiam olei inops Ægyptus est, utpote quæ ad olei naturam minime sit accommodata, item vitium.

Εἰς γῆν ἀγαθὴν καὶ πολλήν. Τὸ μὲν, τὸ γόνιμον δηλοῖ· τὸ δὲ, μῆκος καὶ πλάτος τῆς χώρας. Οὐ τοσαύτη γὰρ ἡ Αἴγυπτος πρός..... (87) πάλιν διαστέλλων, φησὶν ὕδωρ, ἔχειν ἐξ οὐρανοῦ καὶ πηγῶν. Τὸ γὰρ ἐκείνης ἐπείσακτον. Εἶτα πεδίων μνησθεὶς, ἐπειδὴ τοῦτο κοινὸν πρὸς τὴν Αἴγυπτον, τὸ *τῶν ὀρέων* προσέθηκε. Πάλιν εἰπὼν κοινὰ, πυροὺς καὶ κριθὰς, τοὺς ἰδιάζοντας ἐπιφέρει καρποὺς, δεῖξαι βουλόμενος, τὰ μὲν ἐκείνης παρὰ ταύτῃ, ἀλλ' οὐκ ἀνάπαλιν. Ὀλίγη δὲ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐλαία, ἥτις οὐδὲ πρὸς ἔλαιον ἐπιτήδειος, καὶ ἄμπελος.

[65] Joan. v, 46. [66] Matth. vi, 26, 28. [67] ibid. 24. [68] I Cor. x, 2. [69] Matth. iv, 4.

NOTÆ.

(87) Ἴσ. πρὸς αὐτήν.

Jam vero ut nec opus lateritium omittam, non magni eo labores tibi sumendi erunt, cum duros lapides et ædificiis aptos habeas.

Ἔχει, φησὶ, καὶ μέταλλα χαλκοῦ. Πάλαι γὰρ εἶχε. Δηλοῖ δὲ ἡ μέχρι καὶ νῦν ἐν Παλαιστίνῃ τῶν χαλκικῶν Ἰούδων ἀτέλεια· ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἴσως τοῖς πάλαι μεταλλευταῖς χορηγούμενον.

A Habet item, inquit, æris metalla, quinimo dudum habuit. Argumento vero est, quæ adhuc etiam in Palæstina æris Juborum duravit 438 immunitas. Est vero terræ mensura antiquis fortasse æris scrutatoribus suppeditata.

Ac in summa vero omnibus bonis affluituros esse, atque largitorem eorum laudandum celebrandumque esse. Quorum quidem loco regnum cœlorum terramque mansuetorum Christus nobis tribuit, cujus torrens ipse quoque Christus est. « Torrente enim deliciarum tuarum potabis eos [70]. » Item : « Fluminis alvei civitatem Dei exhilarant [71]. » Qui etiam vitæ fontem se esse dicit, et addit : « Si quis sitit, veniat et bibat, ex ventre enim bibentis flumina vivæ aquæ salientis in vitam æternam erumpent [72]. » Cognoscentur porro etiam Domini judicia, vasta quæ abyssus sunt, et profunda divitiarum, sapientiæ et cognitionis divinæ vena; abyssus enim vallum ipsius [73]. Cæterum aquæ per explicatos hominum submissorum fertiliumque campos erumpunt, necnon per montes sublimitate cœlestis speculationis sublatos. Illic est frumentum quod cor hominis confirmat. Item hordeum quod inferioris sortis homines, nec non multos nutrit. Illud enim quinque millia in Evangelio, hoc vero septem millia exsatiavit [74]. Illic vera vitis est, de qua Servator inquit : « Ego vitis sum, vos palmites [75]. » Illic est oleum sanctorum impinguans capita. Ita quoque fluenta sunt dulcedinem intra se ferentia, politiæque acerbitatem forinsecus circumlabentia. Illic ficus, quæ magna ubertate spiritus suavitatem gignit, non ea quidem quæ sterilitatem propter, ac foliorum inanem ornatum exaruit. Illic mel est : dulcedo faucium Servatoris desiderata, quam labia quoque Sponsæ in Cantico stillabunt. « Favum enim stillabunt, inquit, labia tua, sponsa [76]. » Illic lapides ferrei, sancti super terra volutati, quemadmodum dictum est, et ad tentationes infracti [77]. Nec enim æstus nec torrentes rapidi eos absumpserunt. Item alibi : « In terram sanctam lapis non importatur, lapides enim ejus ferrei sunt [78]. » Quin et ipse Deus Hierosolymæ denuntiat, pro lapidibus allaturam esse ferrum [79]. Quod in manus hostium Israelis non sit tradendum, sed populo qui Deum cognitum habeat : quando videlicet cum gladios in vomeres contundendos esse dicit, et lanceas in falces [80]; tum e contra vomeres in gladios, et falces in hastas. Ambo enim per prophetas suo tempore Israelitis sunt injuncta. Illic metalla æris ex quo armaturam spiritualem, contra vires inimicas certaturi, instruxerunt. Horum omnium vero caput seu summa proprie est, ut Deum laudent atque celebrent. Cæterum ut pietatem illis commendet liberationem, ex servitute Ægyptiaca in memoriam adducit. Item omnium rerum necessariarum suppeditationem quam in deserto eis fecit, ut eos ad confessionem talem adigat : « Dei nostri ope ex rebus infirmis vires comparabimus. Et, ipse hostes nostros atteret. » Item : « Non nostra virtute terræ sortem adepti sumus, sed brachio tuo, et luce vultus tui. » Sin vero his omnibus oblivioni traditis ad idolorum cultum conversi fueritis, inquit, obtestor virtutes cœlestes terrestresque, imo ipsa quoque elementa, quæ una vobiscum Ægyptum reliquosque hostes expugnarunt, quæ item bonorum omnium copiam vobis ab omnium Opifice effundere jussa sunt, quod perditio vos correptura sit, omniaque quæ incolis terræ intulitis, vos quoque perpessuri sitis. Quod sane Romanorum obsidione terra illis ob impietatem adempta, factum est.

Οὐ γὰρ διὰ τὴν δικαιοσύνην σου. Χαυνοῦσθαι διὰ τούτων ἀποτρέπει· καὶ δείκνυσιν ἐκβὰν τὸ προειρημένον πρὸς Ἀβραάμ. Ἀναπεπλήρωνται γὰρ λοιπὸν τῶν Ἀμοῤῥαίων αἱ ἁμαρτίαι. Ὅτι δὲ οὐ διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ ταῦτα, ἀναμιμνήσκει πάντων ὧν ἡμαρτήκασιν, ἀφ' οὗ ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου, οὐ κατὰ τάξιν, ἀλλ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ πρὸς τὸ χρήσιμον, χειραγωγῶν αὐτοὺς πρὸς εὐσέβειαν ἀπειλαῖς καὶ ἀγαθῶν ὑποσχέσεσιν.

B *Non enim propter justitiam tuam.* [IX, 4.] Gloriationem horum amolitur, ac ostendit evenisse id quod Abrahamo ante prædixerat [81]. Completa enim deinceps fuerunt peccata Amorrhæorum. Quod vero propter justitiam suam hæc illis non obvenerint, omnium peccatorum quæ statim ab egressu ex Ægypto commiserunt, commonefacit, non quidem juxta seriem, sed in summa quasi Cæterum istis pœnarum comminationibus, præmiorumque pollicitationibus manu quasi ad utilitatis iter, pietatem videlicet deducit.

Et nunc, Israel, quid petit Dominus nisi ut timeas Dominum Deum tuum? [X, 12.] Hoc est quod Joannes dicit : « Præcepta ipsius non sunt gravia [81]. » Item Christus ad eumdem modum : « Jugum enim meum bonum est, et onus meum leve [82]. »

Σιωπᾷ νῦν τὴν αἰσθητὴν περιτομὴν, ἐπεὶ ἀκρόβυστοι ἦσαν· Ἰησοῦς γὰρ αὐτοὺς ἐν Γαλγάλοις πε-

C Cæterum silentio sensilem circumcisionem in præsentia præterit, cum tamen præputium ferrent.

[70] Psal. XXXV, 9. [71] Psal. XLV, 5. [72] Joan. VII, 37, 38. [73] Jonæ II, 6. [74] Matth. XIV, 21; XV, 33. [75] Joan. XV, 5. [76] Cant. IV, 11. [77] Zach. IX, 16. [78] Deut. VIII, 9. [79] Isa. LX, 17. [80] Isa. II, 4. [81] Gen. XV, 16. [81] I Joan. V, 3. [82] Matth. XI, 30.

Josue enim 439 in Gilgalis circumcidit eos. Verum cordis concisionem ceu digniorem loco ejus posuit.

A μέτεμε· τὴν δὲ τῆς καρδίας, ὡς τιμιωτέραν ὑπέβαλεν.

Deus deorum. [17.] De judicibus intelligendum hoc est. Nam Apostolus quoque eos qui dicuntur dii nec in cœlo nec in terra esse, asserit; a cultoribus seu adoratoribus vero suis dii dicti sunt [84]. Quod vero judices Scriptura Deos nuncupet, indicium faciunt Symmachus et Aquilas qui dictum illud, ubi positum est, adduces eum ad tribunal, *adduces eum ad deos*, sunt interpretati.

Denuo vero res in Ægypto et deserto gestas in memoriam inculcavit, adeoque ab oblivione eorum asserere sedulo conatus est, juxta Pauli exemplum, qui inquit: « Fratres, eamdem vobis subinde cantilenam canere mihi quidem non molestum, vobis vero utile est [85]. »

Πάλιν ὑπέμνησε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἐρήμῳ, μνήμην ἄληστον αὐτοῖς ἐμποιῆσαι σπουδάζων, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· « Ἀδελφοί, τὸ τὰ αὐτὰ λέγειν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. »

Et moverunt ex Beroth. [6.] Supra in Numeris cum stationes ac migrationes filiorum Israel recenseret, nullam loci hujus mentionem fecit. Tantum enim dixit [86] Aaronem in monte Or vita defunctum esse. Illic enim compendiose ac summatim attingens omnia, loca et tempora ordine suo commemorare omisit. Antequam enim in Or montem venissent, vitaque Aaron defunctus esset, in Gadgad et Etebatha venerunt. Hic vero ordine retrogrado enumerat. Et rursum ad priora revertitur, cum inquit: « Eo tempore separavit Dominus tribum Levi. » Istud vero fecit in monte Sina, ubi quadraginta diebus et noctibus pro populo cadente Dominum deprecatus est.

Καὶ ἀπῆραν ἐκ Βηρώθ. Ἄνω ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς B καταλέγων τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰς ἐπάρσεις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, οὐκ ἐμνήσθη τοῦ τόπου τούτου· ἀλλ' εἶπε τὸν Ἀαρὼν ἐν Ὢρ τῷ ὄρει τετελευτηκέναι. Ἐνταῦθα γὰρ ἐν ἐπιτομῇ ἀνακεφαλαιούμενος, οὐ μέμνηται κατὰ τάξιν τῶν τόπων, ἢ τῶν καιρῶν. Καὶ γὰρ πρὶν ἐλθεῖν ἐν Ὢρ τῷ ὄρει καὶ τετελευτῆσαι τὸν Ἀαρὼν, ἦλθον εἰς Γαδγὰδ καὶ εἰς Ἐτεβαθά. Ἐνταῦθα δὲ ἐναλλὰξ φησι, καὶ πάλιν ἐπανατρέχει ἐπὶ τὰ πρότερα, λέγων· « Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ διέστειλε Κύριος τὴν φυλὴν Λευΐ. » Τοῦτο δὲ ἐποίησεν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, ὅπου καὶ ἐν μ' ἡμέραις καὶ νυξὶν ὑπερηύξατο τοῦ λαοῦ πταίσαντος.

Ubi seminabas semen tuum, et rigabas pedibus tuis, quemadmodum hortum olerum. [XI, 10.] Deinde addit: « Nam Deus inspicit terram jugiter, » seu « Explorat eam, » secundum alios interpretes. Inquit etiam, quod « Oculi Domini Dei super ea sint ab initio anni usque ad finem anni. » At his quidem puerilis Israel regitur, nobis vero juxta normam spiritus extendenda sunt. Ipse enim Deus totius mundi fabricæ opifex est, et misericordia ejus referta est terra. Sæpius vero terram ob pietatem incolarum inspicit. Atqui terra spiritualis cœlestibus imbribus humectatur, nullamque ex mundi sapientia terrena, sub pedibus ejus propter depressionem ac abjectionem terræ hujus, partem capit. Ecclesia itaque est, quam Deus jugiter ab initio anni electi, juxta Isaiam [87], usque ad finem ejus inspicit. In quo imbris instar Dei verbum super terram est delapsum, qui etiam inspicit super omnes qui habitatam ipsius Ecclesiam incolunt: « Oculi enim ejus justis sunt intenti, ac aures ipsius precationi ipsorum [88]. »

Ἔστι γὰρ γῆ εἰς ἣν σὺ εἰσπορεύῃ,... καὶ ποτίζωσι τοῖς ποσὶν αὐτῶν, ὡσεὶ κῆπον λαχανίας. C [Ἐπισκοπεῖται τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν διαπαντὸς, ἤγουν ἐκζητεῖ αὐτὴν, κατὰ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτάς.] Ταῦτα δὲ λεγόμενα, τὸν μὲν μειρακιώδη προτρέπεται Ἰσραὴλ, ἡμῖν δὲ νοητῶς ἐπιβάλλειν δίδωσι (88) τοῖς λεγομένοις. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πάσης τῆς κτίσεως ποιητὴς, καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ· καὶ οὐ μᾶλλον (89) ταύτην ἐφορᾷ ἢ ἐκείνην, εἰ μή τι διὰ τὴν τῶν οἰκητόρων εὐσέβειαν. Ὅπερ δὲ εἶπον, δίδωσιν ἐννοεῖν, ὡς οὐ περὶ γῆς αἰσθητῆς αὐτοῖς διελέγετο, ἀλλὰ περὶ νοητῆς καὶ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ ὄμβροις πιαινομένης, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας καὶ γηΐνης μεταλαμβανούσης, τῆς ὑπὸ πόδας κειμένης, διὰ τὸ ταπεινὸν καὶ χαμαίζηλον. Ταύτην τὴν γῆν, εἴτουν τὴν Ἐκκλησίαν, διαπαντὸς D ἐφορᾷ ὁ Θεὸς, ἀπ' ἀρχῆς τε τοῦ ἐνιαυτοῦ (90) καὶ ἕως τῆς συντελείας τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτον γὰρ καὶ ἐκάλεσεν Ἡσαΐας ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καθ' ὃ ἐπέλαμψεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὡς ὑετὸς κατέβη ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐπιβλέπει ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, τουτέστι τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν. « Οἱ ὀφθαλμοὶ γὰρ αὐτοῦ, φησὶν, ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. »

Tempestivam et serotinam. [14.] Cæterum nobis perfectioribus tempestivam quidem per prophetas,

Πρώϊμον καὶ ὄψιμον. Ἡμῖν δὲ τοῖς τελειοτέροις τὸν διὰ τῶν προφητῶν πρώϊμον ὄντα, καὶ τὸν ἐπὶ

[84] I Cor. VIII, 5, 6. [85] Philipp. III, 1. [86] Num. XX, 27. [87] Isa. LXI, 2, 3. [88] Psal. XXXIII, 15.

NOTÆ.

(88) Ἡμᾶς δὲ νοητῶς ἐπιβάλλειν ποιεῖ Αὐτὸς γὰρ, κτ. Ὁ τῆς Αἰγ. κώδ.

(89) Πλέον δὲ γῆν ἐφορᾷ διὰ τὴν τῶν οἰκητόρων εὐσέβειαν. Ἡ νοητὴ δὲ γῆ οὐρανίοις ὄμβροις πιαινεται. Μηδὲν ἐκ τῆς, κτ. Ὁ αὐτ.

(90) Τοῦ ἐκλεκτοῦ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἐνιαυτοῦ ἕως τῆς συντελείας, κατ' ὃν, κτ. Ὁ αὐτ.

τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας ὄψιμον ἐκπεμφθέντα ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν πνευματικῶν ἀπολαύσομεν χαρισμάτων.

Ἐὰν δὲ παραβῆτε, φησὶ, σχήσει τὸν ὑετὸν, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἐντελεῖται ταῖς νεφέλαις τοῦ μὴ δοῦναι ὑετόν. Ἰδοὺ γὰρ νῦν παρ' αὐτοῖς, οὐ προφητεῖαι, οὐ πνευματικὰ χαρίσματα, λιμὸς δὲ ἀγαθῶν· καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀπώλοντο, πάλαι μὲν ἐξ εἰδωλολατρείας παραδοθέντες Βαβυλωνίοις, νῦν δὲ διὰ τὸ σταυρῷ παραδοῦναι Χριστόν.

serotinam vero sua in carne præsentia novissimis diebus demisit. Ita enim et nos quoque donis spiritualibus fruemur.

Quod si vero mandata mea transgressi fueritis, pluviam continebit, inquit, et juxta Isaiam [89], nubibus pluviam edere prohibebit. Ecce enim nunc nullæ apud eos prophetiæ, nulla dona spiritualia, verum inopia omnium bonorum et soli mutatio, jam olim quidem ob idolatriam Babyloniis traditi, nunc vero quod Christum in crucem adegerunt.

Et erit sempiternum memoraculum ante oculos vestros. [XI, 18.] « Beatus enim, inquit David, qui in lege dies noctesque meditabitur [90]. » Item de justo inquit : « Lex Dei sui in corde ipsius [91]. » Item : « Docebo injustos vias tuas, et impii ad te convertentur [92]. » Oportet vero ad industriam legis quoque accuratam imitationem accedere, atque ipsa ad victoriam a gentibus spiritualibus ac sensilibus reportandam sufficiet. Nam et nobis certamen cum imperiis ac potestatibus, et principibus tenebrarum est. Verum « Sine me nil efficere potestis [93], » inquit; validiores namque nobis sunt.

Καὶ κατοικεῖ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἕως τοῦ Ἀντιλιβάνου καὶ τοῦ Εὐφράτου. Ἐν ψυχαῖς νοσούντων ἀγνωσίαν Θεοῦ, καὶ προσκειμένων εἰδώλοις.

Καὶ τὸν φόβον ὑμῶν. Τί γὰρ δικαίου φοβερώτερον ἀνθρώποις ἢ δαίμοσιν; « Ὧ καὶ θῆρες ἄγριοι, φησὶν, εἰρηνεύουσι, τὸν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐπιγιγνώσκοντες χαρακτῆρα. »

Τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κατάραν, καὶ ἀλλαχοῦ, « Τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. » Ἐπεὶ καὶ διὰ πυρὸς αὐτοῖς ἐχρημάτισε, δηλῶν, ἐὰν μὲν ὑπακούσῃ, τὸ φῶς· ἐὰν δὲ παρακούσῃ, τὸ πῦρ.

Καὶ δώσεις τὴν εὐλογίαν ἐπ' ὄρους Γαριζὶν, καὶ τὴν κατάραν ἐπ' ὄρους Γαιβάλ. Ἑρμηνεύεται τὸ μὲν Γαριζεὶν, ὄρος λελυτρωμένων, ἢ διατομὴ παροικίας αὐτῶν· τὸ δὲ Γαιβὰλ, ὄρος μεματαιωμένων, ἢ ὠδίνων αὐτῶν. Εἰκότως ἄρα ἐφ' οὗ μὲν αἱ εὐλογίαι, ἐφ' οὗ δὲ αἱ κατάραι. Κεῖται δὲ ταῦτα κατὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος Ἱεριχοῦς ἐπέκεινα τοῦ Γαλγὰλ τόπου. Οἱ δὲ Σαμαρεῖται νομίζουσιν αὐτὰ παρακεῖσθαι Σικίμοις πόλει τῇ καὶ Συχὲμ, ἔνθα παρὰ τῷ φρέατι διελέχθη Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι. Ἡ νῦν καλεῖται Νεάπολις, καλεῖται δὲ καὶ Σαμάρεια· ἐπεὶ τὸ ὄρος, ὅ φασι Γαριζεὶν (91), ἦν τοῦ Σωμὴρ, ὃς υἱὸν ἔσχε τὸν Σομορών. Ἐβεβαιώθη δὲ τοὔνομα μετὰ τοὺς ἀποσταλέντας ἐκ τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων ἐγκαθίσαι τῇ γῇ. Τὰ δὲ τῶν παροικούντων ἔθνη, οἳ ἀπέστρεψαν (92) τὴν καρδίαν τῶν Σαμαρειτῶν, ὡς ἀποστρεφομένους ἐν ταῖς εὐχαῖς ὁρᾷν πρὸς τὸ ὄρος, ὡς ἂν ἔχοι τῶν εὐχομένων ἡ γῆ κλίμακός τε καὶ θέσεως. Οἱ γὰρ ἱερεῖς τῶν ἐθνῶν τῶν ο' γνόντες, ὡς ἐνεδήμησεν Ἔσδρας βδελυττόμενος τὰ εἴδωλα, νόμον ἔχων Θεοῦ τὸν κελεύοντα τὸν εἰδωλολατροῦντα λιθοβολεῖσθαι, σπεύσαντες ἐπῆραν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν οἴκων τὰ εἴδωλα, καὶ ἐν μυχῷ τινι τοῦ Γαριζεὶν κατέκρυψαν ὄρους, ὡς ἡ παράδοσις ἔχει. Καὶ κειμέ-

[24.] *Et habitat a deserto, ad Antilibanum et Euphratem usque :* in animis ignorantia Dei laborantium, idolisque addictorum.

Terrorem vestri. [25.] Quid enim et hominibus et dæmonibus justo terribilius? « Cum quo feræ agrestes quoque, inquit, divinæ imaginis notam agnoscentes paciscuntur [94]. »

Benedictionem et exsecrationem. Et alibi : « Vitam et mortem [95]. » Nam et per ignem illis oracula protulit, ac indicavit, sin obedierint, lumen habituros, sin vero obedire noluerint, ignem.

Benedictionem super montem Garizim, et exsecrationem super montem Gæbal. [29.] Garizim quidem, si interpreteris, mons est redemptorum, seu, abscissio habitationis eorum. Gæbal vero mons frustratus, seu dolorum ipsorum. Nec absurde sane **440** cum super illo benedictiones, super hoc vero maledictiones sint editæ. Siti autem montes isti sunt ab orientali parte Jerichuntis ultra locum Galgal. Cæterum Samaritæ Sicimis urbi quæ et Sichem dicta eos adjacere putant, ubi videlicet Dominus apud puteum cum muliere Samaritica disseruit [96], quæ nunc Neapolis vocitatur. Nec non vero Samaria nuncupatur, siquidem mons ille quem Garizim dicunt, Someri qui filium habuit Somoron dictum, erat. Verum enimvero nomen illud robur suum post tempus illud quo ab Assyriorum rege coloniæ in eam terram ductæ, est adeptum. Porro etiam ex vicinis gentibus, quæ cor Samaritanorum perverterunt, ut orantibus quocunque terrarum tractu aut situ essent ac preces funderent, ad montem illum respiciendum esset. Nam gentium septuaginta sacrificuli, cognito quod Esdras, qui quoniam legem Dei idololatras lapidare præcipientem tenebat, idola abominaretur, adventasset, citra

[89] Isa. v, 6. [90] Psal. I, 1, 2. [91] Psal. XXXVI, 31. [92] Psal. L, 15. [93] Joann. XV, 5. [94] Job. V, 23. [95] Deut. XXX, 15. [96] Joan. VI, 7 seqq.

NOTÆ.

(91) Ἐπὶ τοῦ Γαριζὶν ὄρους τοῦ κατὰ τὴν Σαμάρειαν, ὅ τῶν ἄλλων ὀρῶν ἐστιν ὑψηλότατον. Ἰώσηπ. ἐν 8 κεφ. τοῦ 11 βιβλ. περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ.

(92) Ἴσ. ἀναγνωστ. οὕτω· τῇ γῇ τὰ τῶν παροικούντων ἔθνη, ἃ ἀπέστρ.

moram ædium sublimium idola convulserunt, ac in caverna quadam montis Garisim (quemadmodum traditio habet) absconderunt. Cum itaque subtus idola jaceant, quamvis id ignoraverint, eo conversi adorant. Non enim Scriptura potest fallere, quæ inquit: « Permanserunt facientes legem Dei, et adorantes ipsorum idola [97]. » Cæterum super monte isto quem Garizim putabant, cum templum exstruxissent, ibidem vota sua faciebant. Atqui vero si Garizim et Gæbal montes qui sunt altissimi, Neapoli adjacebant, quomodo fieri potest, ut inferne benedictio seu maledictio superne in utraque immensa, ut etiamnum videre est, altitudine edita exaudiretur? Cum videlicet in montem qui apud illos Garizim appellatur sexcentorum millium et unius graduum sit ascensus. Habet insuper etiam series libri Josue quod duo isti montes ab oriente Jerichuntis siti fuerint, ubi locus quoque Galgala, qui ab urbe ad secundum lapidem distat. Sichima vero ad septentrionem et occasum Jerichuntis vergit magis, ac ad quinquagesimum secundum lapidem ab ea distat.

A νων κάτω τῶν εἰδώλων, οἱ Σαμαρεῖται προσεύχονται, κἂν ἠγνοήκασι τοῦτο. Ἀδύνατον γὰρ ψεύσασθαι τὴν Γραφὴν λέγουσαν, « Ἔμειναν ποιοῦντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυνοῦντες τὰ αὐτῶν εἴδωλα. » Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους, ὅπερ ἐνόμισαν Γαριζεὶν, ναὸν κατασκευάσαντες ηὔχοντο· καίτοι εἰ ἦν Γαριζεὶν καὶ Γαιβὰλ ὄρη τὰ παρακείμενα Νεαπόλει, ἅπερ εἰσὶν ὑψηλότατα, πῶς ἂν κάτωθεν ἡ τῆς εὐλογίας ἢ τῆς κατάρας ἤκουον, ἑκατέρας ἄνω λεγομένης, καὶ πλείστου τοῦ ὕψους, ὡς νῦν ὁρᾶται, τυγχάνοντος; Εἰς γὰρ τὸ παρ' αὐτῶν λεγόμενον Γαριζεὶν, α' καὶ φ' ὥς φασι, βαθμῖσιν ἀνέρχονται. Ἔχει δὲ καὶ ἡ ἀκολουθία τῆς βίβλου τοῦ Ἰησοῦ, ὡς κατὰ ἀνατολὴν Ἱεριχοῦς τὰ δύω καθέστηκεν ὄρη, ἔνθα καὶ τόπος τὰ Γάλγαλα δύω σημείοις ἀπέχοντα τῆς πόλεως. B Ἡ δὲ Σίχιμα τῆς Ἱεριχοῦς βορειοτέρα τε καὶ δυτικωτέρα σημείοις αὐτῆς ἀπέχουσα νβ'.

Sed eum locum quem elegerit Dominus Deus vester. [XII, 5.] Quo loco deinceps adempto, simul quoque ab oblatione victimarum quas ab initio concesserat propter consuetudinem quæ apud Ægyptios inoleverat, quamque præcipiti mutatione abolere non poterant, cessarunt aliquando. Cum consilio enim et bona venia, non violentia salutem confert.

Quæcunque vos hic facietis hodie. [8.] Etiam adhuc superstite utique Mose transgressi sunt, et tamen veniam sunt consecuti, « Necdum enim venistis, inquit, in requiem. » Unde sub præputio non recusabant custodire legem, neque ubique victimas offerre licitum erat. Jam vero, juxta prophetam, « Ubivis locorum incensum adoletur nomini eius, et victima pura offertur [98]. »

Οὐ ποιήσετε πάντα ἃ ὑμεῖς ποιεῖτε ὧδε. Καὶ ζῶντος ἄρα Μωϋσέως παρέβαινον, καὶ ὅμως συνεγινώσκοντο. « Οὐ γὰρ ἥκατε, φησὶν, ἕως τοῦ νῦν εἰς τὴν κατάπαυσιν. » Ὅθεν ἐπ' ἀκριβείας οὐκ ἀπῃτοῦντο φυλάττειν τὸν νόμον, οὐδὲ θυσίας προσφέρειν ἐξῆν. Νῦν δὲ, κατὰ τὸν προφήτην, « Ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ θυσία καθαρά. »

Verumtamen in omni animi tui desiderio mactabis et comedes carnes quascunque [15.] Clarum est quod non sunt distinctiones seu sacrificia apud Dominum Deum. Quin pro lubito, inquit, coques et comedes.

C Ἀλλ' ἐν πάσῃ ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς σου θύσεις, καὶ φαγῇ κρέα, ὅσα δηλονότι μή εἰσιν ἀφορίσματα, ἢ θυσιάσματα Κυρίῳ τῷ Θεῷ. Ὡς ἐπιθυμεῖς δὲ, φησὶν, ἑψήσεις καὶ φαγῇ.

Immundus in te, et mundus pariter comedent tam capream quam cervum. Sanctificata enim, ut superius inquit, mundus solum comedet. At quidam capream et cervum reliquis animalibus mundiora esse existimarunt. Verum contrarium innuit. Ea enim qui vitæ mundioris erant non comedebant. Quid igitur dicere intendit? Illud videlicet, quod hi qui ove aut bove aut aliquo ejus generis vesci volebant, id ipsum quo sanctificaretur ad altare deferebant, atque ita tandem vescebantur. Cæterum capream vel cervum nec mactare nec offerre licitum erat; offerebant enim nulli nisi qui in urbe ubi templum ac etiam arca, erant. Porro super caprea aut cervo simpliciter sanctificari tantum interdictum erat, quanto magis sacrificare. Quæcunque igitur, inquit, extra tabernaculum aut templum immolari contingeret, edendi quidem libertati subjecta esse, nihil quidquam tamen etsi forte sacerdotum fuerint, ab immundis differre. Ac ea quidem ubique locorum edere fas erat. Sacra vero in loco **441** duntaxat a Deo delecto.

Illud vero subinde ingeminat: « Attende tibi ipsi. » Quod quidem exteri traductum, in « Cognosce teipsum » tritum ac ceu peculiare proverbium verterunt. Ad eumdem modum illud quoque in Scriptura dicitur: « Sapientes sunt qui seipsos norunt [99]. » Et iterum: « Sinon cognoveris teipsam, pulchra mulierum [1]. » Atque hoc sane sedulo inculcat Deus, ut qui non nesciat peccati cumulum in ipso propositi motu augeri. Sensata enim est

D Ἐπιλέγει συνεχῶς τὸ, « Πρόσεχε σεαυτῷ. » Ὅπερ οἱ τῆς ἔξω φιλοσοφίας μεταβαλόντες εἰς τὸ, « Γνῶθι σεαυτὸν, » πολυθρύλλητον, ὡς ἴδιον ἀπόφθεγμα πεποιήκασι. Καὶ ἐπ' αὐτῆς δέ φησιν αὐτὸ τῆς λέξεως ἡ Γραφή· « Οἱ δὲ ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες σοφοί. » Καὶ πάλιν, « Ἐὰν μὴ ἐπιγνῷς σεαυτὴν, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί. » Τοῦτο δὲ Θεὸς παρακελεύεται συνεχῶς, εἰδὼς τῆς ἁμαρτίας τὸ πλῆθος ἐν τῇ ὁρμῇ πληροῦσθαι τῇ κατὰ πρόθεσιν. Ἐπὶ νοῦ γὰρ ὁ λόγος πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέ

[97] IV Reg. XVII, 32-33. [98] Malach. I, 11. [99] Prov. XIII, 10. [1] Cant. I, 8.

φοντος, ὅπερ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἔξωθεν ὁρῶντος ἀλλότριον.

A oratio ejus qui oculos in se convertit, a quo alienus est oculus ejus qui foras prospicit.

Etenim filios suos et filias suas igne combusserunt. [31.] Dæmoniacum enim est naturalem affectionem erga acceptam sobolem conculcare. « Nam omnia creavit Deus ut essent, ita quoque generationes ut mundum conservarent; nec est Plutonis regia super terra. Verum diaboli invidia in mundum mors invasit[a] »

Οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ. Διττὸν τὸ ἁμαρτάνειν· ἢ τὸ ὑποβαίνειν, ἢ τὸ ὑπερβαίνειν τὰς ἐντολάς. Οἱ μὲν γὰρ ἐγκρατεῖς, τῷ ποιῆσαι στάθμιον μέγα, ἀφωρίκασιν ἑαυτοὺς τῆς Ἐκκλησίας· οἱ δὲ ὑδαρέστερον τὰ περὶ τοὺς γάμους καὶ τὰς τροφὰς οἰκονομήσαντες, τῷ στάθμιον ἑαυτοῖς πεποιηκέναι μικρὸν, οὐ τεύξονται τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Δέδεσαι μετὰ γυναικός; Ἐὰν στάθμιον σεαυτῷ μέγα ποιήσῃς, οὐ φροντίζεις τῆς γυναικός· ἀλλ' B ὅρα μὴ τῇ σῇ ἀπόληται σωφροσύνῃ, δι' ἣν Χριστὸς ἀπέθανε. Τῶν δὲ τῆς δικαιοσύνης μέτρων ἔκπτωσις τούτων ἑκάτερον

Non addes ad ipsum, neque auferes ab eo. [32.] Duplex enim in peccatum lapsus est, vel supra vel infra Dei mandata delinquendo. Quidam enim præpotentes sibi nisi hoc quod stateram ingentem suæ vitæ fabricassent, seipsos ab Ecclesia abstraxerunt. Quidam vero fluidius ac languidius de matrimonio itemque cibis statuentes, hoc ipso quod stateram parvam erexerunt, Dei regnum adipisci non poterunt. Conglutinare cum uxore? Si stateram tibi ipsi magnam feceris, nulla te uxoris cura tangit; at cave ne pudicitiæ ac modestiæ jacturam faciat, ob quam Christus mortem pertulit. Cæterum utrum elegeris, a justitiæ mensura excideris.

Eo quod defectionem a Domino Deo vestro sit locutus. [XIII, 5.] Si enim corporis cædes cæde mutua restituitur: quanto magis id faciendum est, si quis animum corpore, Servatoris quoque testimonio[3], præstantiorem interficiat. Porro dæmonibus nulla fides tribuenda est, etsi vera aliquando dixerint. Ea enim non ob veritatem dicunt præcipue, verum ut his mendacia commiscere queant. Nam decreta divina ex ipsa Scriptura sacra accuratissime licet cognoscere. Quocirca Christus etiam eos increpavit, qui dicebant: « Novimus te quis sis[4]. » Ita Paulus etiam eos qui dicebant: « Homines isti Dei altissimi servi sunt. et denuntiant vobis viam salutis[5]. » Quamvis gravius nihil dixerint; verum quoniam dæmonum elogia a rudibus discerni non possunt, semel eis omnem fidem quam infamibus tribuerent exclusit, cum inquit: « Tace, obmutesce[6]. » Quid prædicationem apostolicam, dignitatem a te prorsus alienam surripis?

Ἐὰν δὲ παρακαλέσῃ σε ὁ ἀδελφός σου ἐκ πατρός σου. C Πίστεως ἀδικουμένης, ἐῤῥέτω φύσις καὶ γένος. Οἷον τὸ τοῦ Σωτῆρος, « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Καλὸν δὲ ἁρμόσαι τούτοις διὰ (93) τὰ εἰρημένα τῷ μακαρίῳ Ἱερεμίᾳ, ἔχοντα οὕτως· « Ἕκαστος ἀπὸ τοῦ πλησίον αὐτοῦ φυλάξασθε, καὶ ἐπ' ἀδελφοῖς αὐτῶν μὴ πεποίθατε, ὅτι πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ, καὶ πᾶς φίλος δολίως πορεύεται, ἕκαστος κατὰ τοῦ φίλου αὐτοῦ πορεύεται κατεπαιρόμενος, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσωσι. »

Si te sollicitaverit frater tuus ex patre. [6.] Fide enim violata, valeat natura, valeat cognatio. Quale et Servatoris illud est: « Qui patrem ac matrem amplius me diligit, non me dignus est[7]. » Tale etiam hoc Jeremiæ est: « A proximo suo sibi quisque caveat, et in fratribus suis non fiduciam collocet. Quoniam omnis frater supplantatione supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedit. Quisque proximo suo illudet, veritatem non loquentur[8]. » Et post alia denuo eadem dicit.

Οὐ φοιβήσετε. Ἐξ Ἑλληνικῆς συνηθείας ἡ λέξις παρέσπασται. Ἀπόλλωνα γάρ τινα μυθολογοῦσι θεὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντες τῷ ἡλίῳ, ὅν περ ὀνομάζουσι Φοῖβον, τὸν καθαρὸν δῆθεν σημαίνοντες. Δηλοῖ οὖν ἡ D λέξις τὸ μὴ περικαθαίρεσθαι. Οὐ γὰρ οἶδε σώματος καθαρμὸς μολυσμοὺς ἀπονίψαι ψυχῆς. Τὴν ἀρχὴν δὲ μολύνειν οὐκ οἶδε νεκρὸς, ἢ λεχὼ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Θεοῦ δὲ μόνου περικαθᾶραι ψυχὴν, ἄφεσίν τε δοῦναι πλημμελημάτων. Ὃ πεποίηκεν ὁ Χριστὸς, τὸ θεῖον ἡμῖν δωρησάμενος βάπτισμα. Ὥσπερ γὰρ νόμον τις παραβὰς κοσμικὸν, οὐκ ἂν φύγοι τὴν δίκην, μὴ βασιλέως ἡμέρου χαρισαμένου τὴν ἄφεσιν· οὕτω τις

Ne purgetis vos. [XIV, 1.] Ex Græcorum consuetudine vox hæc traducta est. Apollinem enim deum quemdam esse fabulantur, quem eumdem solem esse dicunt. Quem quidem Phœbum nominant, purum videlicet esse indicantes. Indicatur igitur hac voce, ne sese defæcent ac depurgent. Purificatio enim corporis labes animi nescit abluere. Principem vero hominis partem, cadaver, aut puerpera, aut alia hujusmodi non possunt contaminare. Cæterum solius Dei est purgare animum ac veniam dare delictorum. Quod Christus fecit divinam cum nobis tinctionem donavit. Quemadmodum enim si quis

[2] Sap. I, 14; II, 24. [3] Matth. XVI, 26. [4] Joan. VI, 70. [5] Act. XVI, 17. [6] Marc. II, 39. [7] Matth. X, 37 [8] Jerem. IX, 4, 5.

NOTÆ.

(93) Ἴσ. καί. Ὁ δὲ τῆς Αὐγ. κώδ. Τοιοῦτον καὶ τὸ Ἱερεμίου, Ἕκαστος, κτ.

transgressus legem humanam fuisset, pœnam non effugerit, ni rex mansuetus remissionem contulisset, ita si quis accesserit ad natura Deum, audiet eum dicere : « Ego sum qui induco iniquitates vestras, nec unquam recordabor [9]. » Quid igitur de purificationibus in lege constitutis dicemus? Primum quidem præ se figuram purificationis melioris ferre. Insuper vero a Græcanicis differre, quod eæ cum incantationibus, salibus, lauro, hordeo, mari et transitione **442** per ignem fieri solebant. De quibus proprie φοιϐήσετε dicitur. Res enim idololatriæ plena est.

A προσιὼν τῷ φύσει Θεῷ, ἀκούσεται λέγοντος, « Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. » Τί οὖν ἐροῦμεν περὶ τῶν κατὰ νόμον καθάρσεων; Πρῶτον μὲν, τύπον εἶναι καθάρσεως κρείττονος· ἔτι δὲ διαφέρειν τῶν Ἑλληνικῶν, αἵτινες μετ' ἐπῳδῶν ἐγίνοντο ἁλῶν τε, καὶ δάφνης, κριθῆς τε καὶ θαλάσσης, καὶ παρόδου διὰ πυρός. Ἐφ' ὧν κυρίως τὸ, *φοιϐήσετε*. Τῆς γὰρ εἰδωλολατρείας τὸ χρῆμα.

Quoniam non est in te pauper. [XV, 4.] Hoc etiam Lucas in Actis habet : « Et gratia erat super omnes eos; neque enim pauper quisquam erat inter eos [10], » de his qui crediderant loquens. Præcipit vero lex a peregrino exigere seu appellare debita, at civibus benigne remissionem largiri anno septimo, qui revolutione sua instantis sæculi consummationem significat. Cui vicina octavi diei resurrectio est, qua Christus incarnatus domesticis quidem suis fidei debita remisit : infideles vero reos constituit. Unde sane discipulis suis dixit : « Ut si persliteritis in verbo meo, veritatem cognoscatis, et veritas vos liberet [11]. » Alienis vero dixit : « Si non credideritis quod ego sum, in peccatis vestris occumbetis [12]. » Quocirca pecuniarum debitoribus nos comparat, et in precatione sua debitorum remissionem petere hortatur.

Neque contristetur cor tuum si ei dederis. [7.] Sic quoque in secunda ad Corinthios Apostolus : « Non cum mœstitia, aut coacte, hilarem enim datorem amat Deus [13]. »

Serviet tibi sex annis. [12.] Ante Servatoris adventum legi servitutis Israel astrictus, atque sub disciplina erat. Postremis vero temporibus, cum humanitatem ascivisset, servitutis spiritus est sublatus, sponteque et gratis in filios sunt adoptati. Non enim legis operum, sed fidei viatico accepto victimam immaculatam ab ovibus extractam, ovem, inquam, ad lanienam nostri gratia adductam. Frumentum item, ac vinum, sanctam ipsius carnem et sanguinem, adeoque per ipsa libertatem asseculi sumus.

Quod si vero lege carnalem fratrem libertati donare conveniebat, quanto magis spiritualem nobis convenit? Ac cum hujusmodi tanquam cum liberis conversari oportet, ac illos Dominis suis tanquam amantissimis favere, nullo servitutis pudore duci, virtutemque in primis consectari, quemadmodum fecerunt ii quos absolutæ libertati melioris notæ homines reddiderunt. Juxta illud : « Liberum eum a te dimittes, » non ad tempus præfinitum aliquod, spiritus enim omni tempore est superior. Ac spiritualibus quidem annus septimus, mundi consummatio semper præsto est.

B Εἰ δὲ κατὰ νόμον τὸν σωματικὸν ἀδελφὸν προσῆκεν ἐλευθεροῦν, πόσῳ γε τὸν κατὰ πνεῦμα μᾶλλον ἡμῖν; Καὶ δεῖ τοῖς τοιούτοις ὡς ἐλευθέροις συνεῖναι, κἀκείνους ὡς ἀγαπητοῖς εὐνοεῖν τοῖς δεσπόταις, μὴ τὸ δοῦλον αἰσχυνομένους, ἀρετὴν δὲ διώκοντας ἐν ᾧπερ ἔτυχον σχήματι. Οὓς οἱ τελείως ἐλευθεροῦντες, ἀμείνους, κατὰ τὸ, « Ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον ἀπὸ σοῦ, » οὐκ ἐν ὡρισμένῳ τινὶ χρόνῳ. Χρόνου γὰρ κρεῖττον τὸ πνευματικὸν, καὶ ἀεὶ τούτοις ἑϐδόμη πάρεστιν ἡ τοῦ κόσμου συντέλεια.

Et perforabis aurem ejus ad ostium in limine, et erit famulus tuus in sempiternum, etc. [17.] Quicunque post peccatorum remissionem ad libertatis dignitatem pervenire non potuerunt, neque sincero erga Dominum affectu aurem circumciderunt, nihilominus vero in inferiori conditione sub ipso ad ostium in limine esse volunt, nunquam enim ex præsenti servitute egredi præsumpserunt, aurem subula perforantur. Quo foramine edocti bene servire poterunt, donec servitutis spatio exacto, inter mercenarios descripti, ad filiorum dignitatem seipsos intrudant. Christus enim prima figura liberos efficit, fratres et amicos vocitando : « Servus enim nescit, inquit, voluntatem Domini sui [14]. » Qui vero servire cupit instituitur ut dicere possit : « Disciplina Domini aures meas aperit [15] » Fortasse vero etiam velut qui præsentes res boni consuluerit, auris perforatur, ne si naturali tantum foramine vocem audit, libertatis orationem excipiat aliquando, cum dignus non sit perfectam auditionem, qua sermones arcanos haurire possit, acquirere. Indicat enim hujusmodi hominum auribus sermones sublimiores impertire non oportere. Lacte enim eos potare, non eduliis, oportet, juxta illud : « Ne projiciatis margaritas ante porcos [16]. » Porro sempiternum cujusque hominis vitam nuncupat. Quale illud apud Paulum est, « Non comederem carnes in æternum. » Forte vero tempus illud innuit quo de servitute conveniunt, cum alius æternum et vitam supputet tempus illud quo e servitute ad operam mercenariam transiit, et inde ad filiatus dignitatem.

Non poterit immolare pascha in ulla civitatum

C Οὐ δυνήσῃ θῦσαι τὸ πάσχα ἐν οὐδεμιᾷ τῶν

[9] Isa. XLIII, 25. [10] Act. IV, 34. [11] Joan. VIII, 32. [12] ibid. 24. [13] II Cor. IX, 7. [14] Joan. XV, 15. [15] Psal. XVII, 36. [16] Matth. VII, 6.

A πόλεών σου. Εἷς γὰρ τόπος, καὶ μία πόλις, ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, ἡ καὶ νομίμους ἔχουσα τοὺς ἱερουργοὺς, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῖς ἁρπάζοντας τὴν τιμὴν κατὰ τοὺς ἀποστατοῦντας τῆς Ἐκκλησίας. Οἵπερ ὡς ταῦροί τινες ὑβρισταὶ πρὸς τὸ σφίσι δοκοῦν ἵενται. Αὕτη τοίνυν ἡ πόλις ἐπιτηδεία μόνη πρὸς τὴν τοῦ πάσχα θυσίαν. Αἱ γὰρ τῶν αἱρέσεων μάνδραι κατὰ νόμον ἀπόβλητοι.

tuarum, etc. [XVI, 5.] Unicus enim locus est et urbs unica, universalis, inquam, Ecclesia, quæ legitimos quoque sacrificos **443** habet. Qui sane honorem non sibi rapiunt, quemadmodum Ecclesiæ desertores facere solent, qui taurorum quorumdam contumacium instar suis feruntur placitis. Hæc igitur civitas sola ad paschalis immolationem est idonea. Hæreticorum enim speluncæ juxta legem repudiantur.

Ἐν μὲν οὖν Αἰγύπτῳ θύειν αὐτοῖς μόνον προστέτακται τὸν ἀμνόν· ἐν Ἀριθμοῖς δὲ καὶ ἐνταῦθα προσέθηκε βόας καὶ πρόβατα.

In Ægypto itaque solum agnum mactare eis est præceptum. In Numeris vero atque hic boves et oves apposuit.

Τὸ, «Ἑψήσεις καὶ ὀπτήσεις,» οὐ πρὸς τὸν ἀμνὸν ἀποδίδοται· ὀπτὰ γὰρ μόνον ἔφη δεῖν ἐσθίειν ἐκείνους τὰ κρέα· πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ τὰ μετὰ τὸν ἀμνὸν, καὶ τὰς ὑπολοίπους θυσίας τὰς τηνικαῦτα προσαγομένας, εἰς ἰδικὴν βρῶσιν θυόμενα.

B Cæterum illud «Coques et assabis,» non ad agnum est relatum, assas enim tantum ab illis carnes comedendas esse inquit, verum ad cætera quæ eum agno et reliquis victimis tum temporis oblata immolabantur, epuloque privato destinabantur.

Οὐδὲ ἐπιγνώσονται πρόσωπον. Τὸν γὰρ κριτὴν προσήκει τύπον σώζειν Χριστοῦ.

Neque agnoscent faciem. Judicem enim Christi exemplum observare convenit.

Καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτούς. Ἀσεβείας γὰρ προκειμένης, καὶ δι' εὐσεβοῦς σκληρότητος θεραπευέσθω Θεός.

Et lapidibus obruent eos. [XVII, 5.] Impietati enim destinatæ, ac quæ per eam fit, pertinaciæ Deus medeatur.

Quod enim, inquit, patres vestri vitium in me deprehenderunt, ut tam longe a me recederent, et deos vanos sectarentur [17]? Et iterum: «Cœlum propterea obstupuit, et supra modum valde exhorruit, inquit Dominus. Quoniam duo scelera patravit meus populus; deseruerunt me fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi ipsis lacunas contritas, quæ aquam continere non poterunt [18].» Equidem vero qui solem adorant, hanc prætexunt causam, quod sensilia omnia superet, ut qui omnium primus auctor exsistat. Nec non quod sol cuncta inspiciat, cunctaque exaudiat. Quos clamore suo adoritur Deus et coarguit: «Ego enim sum, inquit, Dominus, nec est Deus ultra me, nunquid me cælabitur [19]?» Quin et David alicubi dicit: «Qui aurem produxit, non audiret ipse? et qui formavit oculos, non cernit eos qui dicunt: Non videbit Dominus, neque advertet Deus Jacob [20]?» Contra vero his longe magis bruti sunt omnes quotquot opera manuum suarum adorant. De his sane pronuntiavit Deus: «Quemadmodum fur si deprehensus fuerit, pudefit, ita pudore suffundentur filii Israel. Ligno dixerunt, Pater meus es tu, et lapidi, Tu me genuisti, et obverterunt mihi terga, nec faciem suam. In tempore autem suarum ærumnarum dicent: Surge et serva nos [21],» etc. Tales igitur lapidibus obruere lex jussit. Nos vero solidioribus nostræ fidei sermonibus eos deflectemus.

C *Ἐὰν δὲ ἀδυνατήσῃ ἀπὸ σοῦ ῥῆμα ἐν κρίσει*. Ταῦτα τοῖς κατὰ πόλιν κριταῖς. Τὸ δὲ, ἀναμέσον αἵματος αἷμα, περὶ μάχης ἀκουστέον προελθούσης εἰς αἷμα, ἢ τραύματος καὶ φόνου, παρὰ τοῖς κριταῖς διαφόρως κρινομένου. Ὅπερ σαφηνίζει τὸ, ἀναμέσον κρίσεως κρίσις· ἤγουν ἰδικόν τι λέξας, εἶτα πρὸς τὸ γένος ἀναδραμὼν, αὖθις ἰδικώτερον διατάττεται, εἰπὼν, ἀναμέσον ἀφῆς ἁφή· οἷόν τις ἐν μάχῃ πληγὴν πρῶτος ἐπήνεγκε, τοῦ πλησίον ἁψάμενος. Καὶ ἀναμέσον ἀντιλογίας ἀντιλογία. Οἷον, εἰ μάχη γένοιτο λογικὴ εἰς ζήτησιν τυχὸν νομικὴν ἢ καὶ ὕβριν τείνουσα.

Si causa aliqua difficilis in judicio fuerit. [8.] Hæc ad judices in urbe pertinent. Cæterum illud, *inter sanguinem et sanguinem*, de pugna est accipiendum qua ventum est ad sanguinem, seu vulnera, seu cæde a judicibus relicta in controversia, quod significat inter judicium et judicium. Atque id cum per genus inferius enuntiasset, et ad supremum genus recurrisset, per genus adhuc inferius id edicit, ac inquit, *inter plagam et plagam*; velut si quis in pugna familiarem suum attrectaverit, primoque plagam incusserit. Item inter litem et litem, veluti si rixæ fiant quæ in quæstionem aliquam forte legis, aut ad contumeliam tendant.

Ἐλεύσῃ, φησὶ, *πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοὺς Λευΐτας, καὶ τὸν κριτήν*. Τύπον γὰρ εἶχεν, ὁ μὲν κριτὴς Μωϋσέως, οἱ δὲ ἱερεῖς οἱ Λευῖται τῶν ο' πρεσβυτέρων, ἐφ' οὓς τὰ βαρύτερα τῶν κριμάτων ἀνέφερον. Σύμφωνον δὲ τῷ παρόντι τὸ, «Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι.»

D *Veniat*, inquit, *ad sacerdotes Levitas, et judicem*. Summus enim judex Mosis figuram gessit, sacerdotes vero Levitæ septuaginta seniorum, ad quos causas difficiliores referebant. Consonum vero præsenti loco illud quoque est: «Interroga patrem tuum, et denuntiabit tibi, seniores tuos, et dicent tibi [22].»

[17] Jerem. II, 4. [18] ibid. XII, 13. [19] Isa. XLV, 21. [20] Psal. XCIII, 7-10. [21] Jerem. II, 26. 27. [22] Deut. XXXII, 7.

Et juxta sententiam quam dixerint tibi, facies. [11.] Omnis enim qui ad judicandum populum aggressus est, locum supremi legislatoris ac judicis obtinet, quapropter inobedientiæ contumelia in Deum redundat.

A *Κατὰ τὸν νόμον καὶ κατὰ τὴν κρίσιν ἣν ἐὰν εἴπωσί σοι ποιήσεις.* Πᾶς γὰρ κρίνειν τὸν λαὸν ἐγκεχειρισμένος, τάξιν ἔχει τοῦ πάντων νομοθέτου τε καὶ κριτοῦ. Διόπερ ἡ τῆς ἀπειθείας ὕβρις εἰς Θεὸν ἀναφέρεται.

Morietur vero, inquit, quisquis Domini ministro rebellaverit. Dei enim assistentia seu approbatio valde honorifica est. Etsi vitam agat se indignam, sæpe enim homo mente sua excidit, res tamen divinas exsequitur Nec vero divina aspernanda propter humana sunt, siquidem Servator nobis dicit : « Super cathedra Mosis sederunt Scribæ et Pharisæi, cuncta igitur quæcunque vobis dixerint, facite, opera autem eorum æmulari nolite [23]. »

Et dicas, Constituam super me principem. [XVII, 14.] Nos enim omni idololatria repulsa impetuque ad fidem tanquam ad promissionis quamdam terram facto, unicum 444 ducem eligere oportet, Christum, juxta illud quod ab eo dictum est ; David etenim inquit : « Ego vero constitutus sum rex ab ipso, supra Sion montem sanctum ejus, divulgans mandatum Domini [24]. » Quem cum Judæi abdicassent, perditionis filium principem suum creaverunt, Antichristum, alienigenam, alienumque a sanguine Israelis. Ad quos inquit Christus : « Ego in nomine Patris veni, nec me recipitis, si alius in nomine suo venit, illum recipietis [25]. » Profectus enim est in gloriam Dei Patris, verum non ille, collocatur enim in domo Dei, cum seipsum declarasset Deum esse.

Quare sibi non paret equos. [16.] Alii exposuerunt : *Veruntamen non multiplicabit.* Fortasse eo moti dicto : « Equum et vectorem in mare projecit [26], » qui casus extremam ignominiam afferunt. Quocirca inquit : Evita principem alienigenam, qui vos ad spiritualem Ægyptum, et principem ejus Satanam, Pharaonem repetentem vos reducat. « Quod, inquit, Dominus prohibuit. » Juxta Apostolum enim, « Fieri non potest, ut qui semel illuminati, lumine exciderunt, ad pœnitentiam denuo adducantur [27]. » — « Neque multiplicabit, inquit, sibi mulieres. » Id enim pollutio est, quæ ab intemperantia et depravatione omnis impietatis auctore proficiscitur. Siquidem mulieres fuerint alienigenæ, quod certe Solomoni contigit.

Quin vero nec argentum vel aurum sibi ipsi multiplicet valde, verum moderate; nimirum ad evitandum sumptus immodicos. Deinde vero ex altera parte, avaritiam ex iniquis vectigalibus, aut animo inhumano, non corrigente rebus necessariis indigentiam, nec spem suam in Deo collocante; juxta illud : « Ecce homo non posuit Deum præsidio suo, verum speravit in copia divitiarum suarum [28]. »

B *Ἀλλ' οὐδὲ ἀργύριον, ἢ χρυσίον πληθυνεῖ ἑαυτῷ σφόδρα*, μετρίως δὲ, δηλονότι διὰ τὰς ἀπαραιτήτους δαπάνας. Τὸ δὲ παρὰ τοῦτο, πλεονεξία, ἐξ ἀδίκων πόρων, ἢ ἀπανθρώπου γνώμης, μὴ διορθουμένης τοῖς ἐν χρείᾳ τὴν ἔνδειαν, μηδὲ τιθεμένης ἐπὶ Θεὸν τὴν ἐλπίδα, κατὰ τὸ, « Ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ. »

Meditabitur vero Deuteronomium dies noctesque. [18.] Quod sane de nullo alio Scriptura testatur quam de Josia rege qui, « libro in domo Dei ægre invento lectoque, vestem, eo quod enormiter vixissent, disrupit, ac librum omni populo exaudiente lectitavit [29]. »

Γράψει (94) *ἑαυτῷ τὸ Δευτερονόμιον.* Τοῦτο (95) οὐδενὶ ἄλλῳ μεμαρτύρηκεν ἡ Γραφὴ, πλὴν Ἰωσίᾳ τῷ βασιλεῖ, [μόλις εὑρεθέντος ἐν οἴκῳ Θεοῦ τοῦ βιβλίου· καὶ ἀναγνοὺς διέῤῥηξε τὴν ἐσθῆτα δι' ἃ παρηνόμησαν, καὶ ἀνέγνω τὸ βιβλίον ἐν τοῖς ὠσὶ παντὸς τοῦ λαοῦ.]

Divinans divinationem. [XVIII, 11.] Omne genus divinationis dæmoniacæ interdicit. Dei enim solius, quemadmodum mundi opificium, quemadmodum vivificatio omniumque rerum potentia, rerum futurarum cognitio propria est. Ac sane impius est qui Satanæ eam attribuit. De quo Christus inquit : « Quando mendacium loquitur, ex suo peculio loquitur, quoniam mendax est quemadmodum pater ipsius [30]. » Quapropter cum veritatem divinationi per Christum editæ lex astruere vellet, illud intulit : « Prophetam ex fratribus tuis mei similem excitabit tibi Dominus Deus. » Ipse quoque Isaias soli Deo divinationem addicit, inquiens : « Recordamini priora ab omnibus sæculis, quoniam ego sum Deus, nec est præter me, qui extrema antea denuntiet quam fiant [31]. » Veritatem igitur etsi sæpe loquatur Satan, ex peculio tamen suo non loquitur. Quapropter dæmones et Christus et Paulus increpant, si verum dixisse videantur, tanquam mellis mistione acerbitatis sensum adimentes. Quod vero Christus propheta ille de quo in præsentiarum dicitur, fuerit, nec Josua filius Nave, manifestum est ex eo quod circa finem Deuteronomii dicitur : « Non surrexit amplius propheta in Jerusalem talis qualis Moses exstitit [32]. » Et alibi : « Et jam suscitavit eum, et constituit coram toto cœtu [33], » ut in Numeris. Verum non fuit legislator Mosi similis, neque parem adeptus est gratiam, partem duntaxat ipsius accepit.

[23] Matth. xxiii, 2. [24] Psal. ii, 6. [25] Joan. v, 43. [26] Exod. xv, 21. [27] Hebr. vi, 4. [28] Psal. li, 7. [29] IV Reg. xxii, 7 seqq. [30] Joan. viii, 44. [31] Isa. xlvi. 2, 10. [32] Deut. xxxiv, 10. [33] Num. xxvii. 22, 23.

NOTÆ.

(94) Μελετήσει. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(95) Ὅπερ. Ὁ αὐτ.

A Ὅτι δὲ οὐδὲ ἄλλον τινὰ δηλοῖ τῶν προφητῶν, δῆλον ἐκ τοῦ πολλοὺς γεγονέναι προφήτας, ὡς περὶ ἑνὸς δὲ κατ' ἐξαίρετον λέγεσθαι. Ὃν δὴ καὶ κατ' αὐτὸν γενήσεσθαί φησι Μωϋσῆς. Ὃν περ καὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι μετὰ τοσούτους γεγονότας προφήτας ἠρώτων τὸν Ἰωάννην, « Σὺ εἶ ὁ προφήτης; » Ὁ δέ φησιν, Οὐκ εἰμὶ, καίτοι προφήτης ὤν. Πῶς οὖν κατὰ τὸν Μωϋσέα Χριστὸς, καὶ μείζων ἐκείνου; Ὁ μὲν γὰρ ἠλευθέρωσεν ἐξ Αἰγυπτίων λαὸν ἕνα· Χριστὸς δὲ τῆς τοῦ διαβόλου δυναστείας πᾶσαν τὴν γῆν. Ὃς ὑποχειρίους πάντας ἔχων ἀνθρώπους, νεανιευόμενος ἔλεγε· « Τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρί μου ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπει μοι. »

B Αὖθις ὁ μὲν τὸν λαὸν διὰ θαλάσσης διεβίβασεν Ἐρυθρᾶς καταποντίσας τοὺς Αἰγυπτίους· ὁ δὲ τὰ ἔθνη πάντα διὰ βαπτίσματος, καταποντίσας μετὰ τοῦ διαβόλου τοὺς δαίμονας· ὅπερ ἔτι δηλοῖ καὶ ἡ διὰ τοῦ Ἰορδάνου διάβασις, σώσασα μὲν εὐσεβεῖς, ἀσεβεῖς δὲ διώκοντας φθείρασα. Ὁ μὲν μάννα δέδωκεν αἰσθητόν· ὁ δὲ Χριστὸς ἑαυτὸν, ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα. Μεσίτης ἦν ὁ Μωϋσῆς Ἰσραὴλ καὶ Θεοῦ· ἐθνῶν δὲ πάντων καὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστός. Νομοθέτης ἐκεῖνος ὑπηρετούμενος τῷ Θεῷ· ὁ δὲ κατ' αὐθεντίαν ὡς Θεὸς εἰκότως νομοθετεῖ, λέγων· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μηδὲ ὀργίζεσθαι εἰκῆ, » καὶ τὰ ἑξῆς. C Ἐφ' οἷς ἐπιλέγεται, ὅτι ἐξεπλήττοντο πάντες ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς, ὡς ἐξουσίαν ἔχων· οὗ τὴν νομοθεσίαν οἱ ἐθνικοὶ παρεδέξαντο. Διὸ προλέγει Δαβὶδ, « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς. Γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. » Ὅπερ ὁ Μωϋσῆς οὐκ ἠγνόηκεν, ὡς Θεὸς καὶ νομοθέτης ἐστὶν ὁ Χριστός. Καίτοι γὰρ περὶ τῶν ἰδίων νόμων εἰπὼν, οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν, ἐννοήσας τὴν τῶν Δεσποτικῶν ἀξιωμάτων ὑπεροχὴν παρεγγυᾷ, λέγων, « Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἐὰν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς, » τουτέστι κἂν τὸν δι' ἐμοῦ νόμον ἐθέλῃ μεταποιεῖν. Ἵνα δὲ μὴ μόνον Μωϋσέως ὁ λόγος ὑπάρχῃ, βεβαιοῖ τοῦτον ὁ Πατὴρ, λέγων, « Ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησας, προφήτην ἀναστήσω αὐτοῖς ὥσπερ σὲ, καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » D Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις προφήταις ῥῆμα παρέσχεν αὐτός. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν δουλοπρεπῆ τὴν διακονίαν ποιούμενοι, Τάδε λέγει Κύριος, ἔλεγον· ὁ δὲ, ὡς ὢν φύσει Θεὸς, τῷ μὲν λεπρῷ φησι, « Θέλω, καθαρίσθητι· » τῷ δὲ νεανίσκῳ νεκρῷ, « Σοὶ λέγω, ἐγέρθητι· » καὶ Λαζάρῳ, « Δεῦρο ἔξω. » Ὡς δὲ δημιουργὸς ἐπετίμα θαλάσσῃ καὶ πνεύμασι, « Σιώπα, λέγων, πεφίμωσο. » Ὁρᾷς πῇ μὲν οὐσιῶδες ῥῆμα, πῇ δὲ κατ' ἔλλαμψιν μερικήν. Διό φησιν ὁ Παῦλος, « Φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως τοῦ Πατρός. » Ἐπήνεγκε δὲ καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τὴν αἰτίαν ὁ Μωϋ-

Quod vero nullum prophetarum alium innuat, ex eo quod multi prophetæ fuerunt clarum est, ut de uno quodam per excellentiam dicatur. Quem sane sibi quoque similem fore Moses indicat. Quem quidem Judæi quoque exspectantes, post tot prophetarum vitam Joannem interrogarunt: « Num tu propheta ille es [34]? » At ille se esse negat, quamvis alias propheta esset. Qua igitur ratione Mosi Christus similis, imo major illo est? Ille quidem ex Ægypto asseruit populum unicum: Christus vero ex diaboli imperio terram universam. Qui cum cunctos homines haberet subditos, juvenili sumpto animo, dixit: « Terram totam subigam manu mea tanquam avis pullum, **445** et colligam tanquam ova relicta. Nec qui me effugiet, aut mihi rebellet est [35]. »

Porro ille quidem populum per mare Rubrum traduxit, Ægyptiosque maris fluctibus involvit. Hic vero omnes gentes baptismo tingens, dæmones cum diabolo submersit, quod etiam transitus per Jordanem illustrat, quo pii quidem sunt servati, impii vero persecutores pessumdati. Ille quidem manna sensile dedit. Christus vero seipsum panem qui e cœlo descendit. Internuntius erat Moses Israelitarum atque Dei. Populorum vero omnium et Dei Patris Christus est. Legislator erat ille, ac Dei minister. Hic vero Deus cum sit, propria auctoritate merito leges nobis fert, ac inquit: « Audistis quod dictum est antiquis, Non occides; at ego dico vobis, Ne irascaris abs re [36], » et quæ deinceps. Propterea dicitur, quod omnes super doctrina ejus obstupuerint [37]. Docebat enim eos tanquam quis auctoritate præditus. Cujus sane leges ethnici quoque acceperunt. Quocirca vaticinatur David: « Constitue legislatorem, Domine, super ipsos. Cognoscant gentes quod homines sunt [38]. » Quod non ignoravit Moses, quod Deus et legum lator Christus est. Etsi enim de suis legibus dixit, Non licet addere, nec ab eis demere licet [39], tamen cum Domini sui dogmatum excellentiam cogitasset, de iisdem in hæc verba præcipit: « Ipsum audietis in omnibus quæcunque vobis dixerit [40], » hoc est, etsi legem per me latam velit immutare. Ne vero sermo ille Mosis tantum esse videatur, confirmat eum Pater, dicens: « Recte se, quæcunque locutus es, habent, prophetam excitabo tui similem, et ponam verbum meum in ore ejus. » Verum quis dicat: At aliis quoque prophetis verbum præbuit. At illi quidem ministerium servile obibant, ac, « Hæc dicit Dominus, » aiebant: ille vero pro natura sua divina, leproso quidem dicit: « Volo, mundus esto [41]; » juveni item mortuo: « At tibi dico, surge [42]; » Lazaro item, « Veni foras [43]. » Denique velut opifex increpabat mare, item spiritus: « Tace, inquiens, obmutesce [44]. » Vides itaque partim Verbum sua essentia, partim vero doctrina divina ex parte.

[34] Joan. I, 21. [35] Isa. X, 14. [36] Matth. V, 21, 22. [37] Marc. I, 22. [38] Psal. IX, 20. [39] Deut. XII, 32. [40] Deut. XVIII, 15. [41] Matth. VIII, 3. [42] Luc. VII, 14. [43] Joan. XI, 43. [44] Marc. IV, 39.

Quapropter Paulus inquit : « Omnia fert verbo virtutis Paternæ [45]. » Allegavit porro Moses causam in carnem adventus eo quod ostendit filios Israel in monte Sina Dei per ignem conspectum deprecatos esse, ac dixisse Mosi : « Loquere tu nobiscum, nec nobiscum loquatur Deus, ne forte moriamur [46]. » Quapropter Deus metus causa ab ipsis suscepta, « Prophetam, inquit, ipsis suscitabo. » Promisit enim eis humanitatis conspectum, tanquam illis qui augustiorem ejus vultum ferre nequirent. Quoniam igitur hominibus ex circumcisione prophetam istum excitatum iri divino oraculo prædicitur, non abs re Servator inquit : « Non ob aliud veni quam propter oves domus Israelis perditas [47]. » Unde et apostolis edixit : « In viam gentium ne abieritis, ac in civitatem Samaritanorum ne intretis, quin potius pergite ad oves perditas domus Israel [48]. » Quibus ad ipsos in primis juxta prophetiam se missum esse indicat. Quapropter ab eis cum receptus non esset, alibi inquit : « Quare veni, nec quisquam hominum erat, vocavi, nec qui exaudiret erat [49]. » Dicit porro ad eos : « Regnum Dei a vobis auferetur, gentique fructus ejus edenti tradetur [50]. » Mandat vero discipulis : « Profecti instituite omnes gentes [51]. »

A σῆς, αὐτοὺς δείξας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ παραιτησαμένους τὴν ἐν Σινᾷ τοῦ Θεοῦ διὰ πυρὸς ἐπιφάνειαν, λέγοντας Μωϋσεῖ, « Λάλει πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, μή ποτε ἀποθάνωμεν. » Διὸ τῆς εὐλαβείας Θεὸς αὐτοὺς ἀποδεξάμενος, « Προφήτην, φησὶν, αὐτοῖς ἀναστήσω. » Ὡς γὰρ ἀσθενεστέροις τῆς κρείττονος θεωρίας τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῖς ἐπιφάνειαν ἐπηγγείλατο. Ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς ὁ προφήτης ἀναστήσεσθαι προθεσπίζεται, εἰκότως φησὶν ὁ Σωτὴρ, « Οὐκ ἦλθον εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Διὸ καὶ τοῖς ἀποστόλοις παρήγγελλεν· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » δηλῶν, ὡς αὐτοῖς προηγουμένως κατὰ τὴν προφητείαν ἀπέσταλτο. B Τοιγαροῦν μὴ δεξαμένων ἀπελέγχει μὲν αὐτοὺς ἐν ἑτέροις, λέγων, « Διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων, » καί φησι πρὸς αὐτοὺς, « Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, » — « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. »

Atque ut dignitatem legum prophetæ hujus Deus illustret, inquit : « Quicunque non audierit omnia quæcunque locutus fuerit propheta in nomine meo, ab eo pœnam exigam, » quemadmodum pœna de hoc populo sumpta est propter sanguinem qui ab Abel effusus est usque ad Zachariam, et postremo omnium ipsum Christum, cujus sanguinem cum in caput suum liberorumque devovissent, etiamnum impietatis illius pœnam sustinent.

Et quicunque locutus fuerit in nomine deorum aliorum, morietur propheta ille. [XVIII, 20.] Quapropter verbum suum ubique Patri acceptum fert Dominus : Nihil quidquam ex me ipso loquor, dicens, mandatum a Patre meo accepi [52].

C *Καὶ ὃς ἐὰν λαλήσῃ ἐπ' ὀνόματι θεῶν ἑτέρων, ἀποθανεῖται ὁ προφήτης ἐκεῖνος.* Διόπερ ὁ Κύριος πανταχοῦ τῷ Πατρὶ τοὺς οἰκείους ἀνατίθησι λόγους, Ἀπ' ἐμαυτοῦ, λέγων, λαλῶ οὐδέν· ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ Πατρός μου (96).

Si locutus fuerit propheta in nomine meo, et non factum fuerit verbum. [22.] In Jeremia item inquit : « Propheta in quo est insomnium, narret insomnium suum; et **446** in quo verbum meum ad ipsum factum, verbum meum cum veritate enuntiet [53]. » Quid igitur dicemus de Jona, qui prædixit quod non evenit [54]? De Isaia item, qui Ezechiæ mortem præ foribus esse prædixit, ipsaque non fuit [55]? Atque hæc et hujusmodi alia multa invenias; verum ipsum verbum non est mendax, quin ipsæ res de quibus verbum constat, mutationem suscipiunt. Ninivitæ etenim cum Ezechia, mente mutata, in fletum eruperunt. Quinetiam medicus ægroto periturum dicit ni venam illi insecuerit, sæpenumero vero spontanea evacuatione facta, est servatus. Nec sane ars ipsum fefellit, versio vero penes subjectum est. Ac illis sane necessario quod prædictum erat, evenisset, siquidem mentem non mutassent. Imo vero ejus mutationis gratia facta est prædictio.

Non surgat testis unus ad testimonium dicendum contra proximum suum. [XIX, 15.] Quemcunque hominem proximum vocat. Non enim utique contra eos qui loco remoti sunt fas erat.

Nec vero aliis in rebus quam visis. In rebus enim occultis testis Deus est, et conscientia, duo hæc. Nec non testes tres sunt sancta Trinitas, qua vidente et audiente Abel etiam mortuus adhuc loquitur. Testis enim fidelis Deus est, qui dicit : « Nihil quidquam me celabitur [56]. » — « Omnia enim nuda et aperta coram Deo sunt [57], » eum etiam cogitatio-

D Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ὁρωμένων, ἐπὶ δὲ τῶν λανθανόντων μάρτυς Θεὸς καὶ τὸ συνειδὸς, δύω ταῦτα· καὶ τρεῖς δὲ μάρτυρες ἡ ἁγία Τριάς. Ἧς ὁρώσης καὶ ἀκουούσης, ὁ Ἄβελ καὶ ἀποθανὼν, ἔτι λαλεῖ. Μάρτυς γὰρ πιστὸς ὁ Θεὸς, λέγων, « Μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; » — « Πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, » τῶν λογισμῶν κατηγορούντων,

[45] Hebr. I, 3. [46] Exod. XX, 19. [47] Matth. XV, 24. [48] Matth. X, 5, 6. [49] Isa. L, 2. [50] Matth. XXI, 43. [51] Matth. XXVIII, 19. [52] Joan. XIV, 10. [53] Jerem. XXIII, 28. [54] Jonæ I-IV. [55] Isa. XXXVIII, 1-9. [56] Jerem. XXXII, 27. [57] Rom. II, 15.

NOTÆ.

(96) Μέρος τοῦ προλαβόντος, ἐν ᾧ ὡς ἔτυχε παρέρριπται, οὐδεμίαν σχεδὸν τοῖς προλαβοῦσιν ἔχων συνάφειαν.

ἢ καὶ ἀπολογουμένων, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία A παρὰ τῷ Θεῷ, « Οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων. »

« Μάρτυς δὲ πιστὸς οὐ ψεύδεται, ὡς ἡ Σοφία φησὶν, οἱ δὲ ψευδεῖς ἀπολοῦνται, » κατὰ τοὺς ἀδίκους ἐπὶ Σουσάνῃ δικαστάς τε καὶ μάρτυρας. « Μάρτυς γὰρ ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, » κατὰ τὴν Παροιμίαν. « Λάκκον γὰρ ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. »

nes hominis accusent, aut etiam defendant. Nec amplius personarum respectus est apud Deum, neque tamen « delectatur interitu viventium [59]. »

Cæterum, « Testis fidus non mentitur, ut Sapientia inquit, mendaces vero peribunt [59]. » Quemadmodum judicibus in Susannæ causa iniquis, item testibus accidit [60]. « Testis enim falsus non impune abibit [61], » ut ait Salomon in Proverbio. « Cuniculum enim fodicavit, et effodit illum. Incidit autem in foveam quam fecit [62]. »

Oculum pro oculo. [21.] Eam legem tanquam stultam correxit Christus, cum inquit · « Ego vero dico vobis ne resistatis malo, verum si quis tibi alapam impegerit in dextram maxillam, obverte ei etiam alteram [63]. » Item : « Nisi abundaverit justitia vestra [64], » et reliqua deinceps.

Τὸν τῆς νομοθεσίας σκοπὸν καὶ Ἱερεμίας ἐδήλωσε, λέγων, « Ἀγαθὸν ἀνδρὶ ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐν νεότητι, ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ. Δώσει ἐν χώματι στόμα αὐτοῦ. Εἰ ἄρα ἐστὶν ἐλπὶς, δώσει τῷ παίοντι αὐτὸν σιαγόνα, χορτασθήσεται ὀνειδισμοῦ· ὅτι οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπώσεται Κύριος. » Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. » Ὁ γὰρ καταργήσας τὰ τοῦ νηπίου Δαβὶδ, καὶ εἴ τις τούτῳ παραπλήσιος ἦν, ἐχθρὸν ἔχων τὸν Σαοὺλ, οὐκ ἐμίσει αὐτόν. Διὸ καὶ εὐαγγελικῶς ἄγαν φησὶν, « Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. »

B Cæterum hujus legis scopum Jeremias quoque ostendit, inquiens : « Bonum est viro si tulerit jugum suum ab adolescentia sua. Ponet os suum in pulverem, an forte sese offerat spes, præbebit percutienti se maxillam, satiabitur opprobrio. Quia non repellet in sempiternum Dominus [65]. » Hujusmodi etiam hoc est : « Diliges proximum tuum, et oderis inimicum tuum [66]. » David enim cum excessisset ex ephebis, hostemque Saulem, aut si quis ei similis erat haberet, nullo erga eum laboravit odio. Quapropter evangelice admodum inquit : « Si rependi mihi mala inferentibus, cadam utique ab hostibus meis vacuus [67]. »

Homo qui exstruxit domum, nec eam initiavit. [XX, 5.] Nemo domum terrestrem aspernatur. Non ita vero qui terræ incola cum sit sedes supernas mente concepit, qualis Abraham fuit, qui cum habitaret in tentoriis, locum loco subinde permutavit. Item David qui dicit : « Quam amabilia sunt tabernacula tua, Domine virtutum ! desiderat et deperit anima mea atria Domini [68]. » De quibus Servator inquit : « Ibo et parabo vobis locum, quo ubi ego sim, ibidem et vos mecum sitis [69]. » Quæ qui non investigat, domum hic exstruit, summamque in ea industriam collocat. Quemadmodum avarus vineam plantat : item delicatus detrimento omnium bonorum suorum mulierem ambit. Quocirca sacræ militiæ eis qui pietatis gratia res terrestres despicere nolunt, interdicitur. Porro præconis sermonibus Scriptura quoque ob prædictas causas formidolosorum animos accommodavit, metumque ex his causis ortum, causis ipsis præmissis postremo invexit. Quibus sane non absimilis in peccatis prætexi solent, quibusque aliis quoque frigidi studii causa præbetur. « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [70]. » Cujusmodi Paulus increpat, ac dicit . « Quid facitis quod fletis, et meum cor contunditis ? Ego enim non solum vinciri, verum mori paratus sum pro nomine Domini nostri Jesu Christi [71]. » Cujusmodi illi quoque erant qui excusationem sui de nuptiis herilibus fecerant, ac dixerant : « Agrum emi, uxorem duxi, non possum venire [72]. » Cujusmodi quoque Mosis fuerunt exploratores, Josue et Caleb exceptis.

447 *Et erit, siquidem pacate responderint tibi* [11.] Hujusmodi etiam sunt quæ Christus suis mandavit discipulis, ut videlicet sint pacifici cum omnibus qui pacem ipsorum recipiant ; ab iis vero qui non receperint, pulvere e pedibus excusso sese abducant [73]. Primas vero obtinere pacem vult. « Servum etenim Domini non oportet pugnare, verum æquum esse erga omnes [74] » Est autem pacifica respondere, sermonem pietatis recipere, pietatique tributarium esse. Id Paulus Philippensibus scribit : « Multo magis in absentia mea vestram ipsorum salutem operamini [75]. » Et iterum : « Omnia recepi, et abunde expletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito quæ a vobis missa fuerant [76]. » — « Non magnum enim est, iterum inquit, si, seminatis vobis spiritualibus nos, vestra carnalia messuerimus [77]. » Porro, « Urbem quæ bellum elegerit, tradet, inquit, Dominus Deus tuus in manus tuas. » — « A facie enim sanctorum, inquit David, est ipse, subjecit nobis populos, et gentes sub pedes nostros [78]. » Id vero quod dicit gladio omne masculinum interimendum esse, significat verbo Dei pro virili oppositam potentiam esse destruendam : quo resecarunt discipuli Simonem, Elymamque et dogmata his adhuc validiora. Servabant vero mulieres, id est, eas quæ dicere possunt : Animas propter metum tuum, Domine, in utero accepimus. Infantes item, hoc est, qui malitia ac pravitate, juxta Pauli dictum [79], pueri sunt. « Ac jumenta. »

[58] Sap. I, 13. [59] Prov. XIV, 5. [60] Dan. XIII, 1 seqq. [61] Prov. XXI, 28 ; XIX, 9. [62] Psal. VII, 16. [63] Matth. V, 39. [64] ibid. 20. [65] Thren. III, 27, 30. [66] Matth. V, 43. [67] Psal. VII, 4. [68] Psal. LXXXIII, 2, 3. [69] Joan. XIV, 2. [70] Sap. II, 6; I Cor. XV, 33. [71] Act. XXI, 13. [72] Luc. XIV, 18-20. [73] Matth. X, 14. [74] II Tim. II, 24. [75] Philipp. II, 12. [76] Philipp. IV, 18. [77] I Cor. IX, 11. [78] Psal. XLVI, 4. [79] I Cor. XIV, 20.

Justus enim miseratur animas jumentorum suorum, quæ ad Deum dicunt : Pecuinus a te sum conditus, et ipse semper mecum est. De quibus inquit : « Homines et jumenta servabis, Domine [80], » homines ita vocans rudiores. Jumentum igitur Cornelius etiam juxta visionem quæ Petro de quadrupedibus apparuit [81]. De hujusmodi jumentis Lucas in Actis inquit : « Audientes vero gentes gaudebant, et honorem deferebant verbo Dei, et crediderunt, quotquot ad vitam fuerunt destinati æternam [82]. » Porro, « Omnia quæ in urbe sunt diripies, » inquit. Juxta illud : « Captivum ducentes omnem intellectum ad obedientiam Christi [83]. » — « Sic facies, inquit, omnibus civitatibus quæ procul a te absunt, » quæ quidem sunt hæreticorum constitutiones. Ex quibus nihil vivum capiendum est. Quid enim ex his utilitatis ? Quin nec anathematis usu dignum. Quod enim communis sensus expers, noxium est. « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [84]. »

Non eradicabis arbores ejus. [XX, 19.] Ne hosticum victoribus fiat inutile. Neque vero arbor hostilis est, inquit, ut urbem expugnantibus resistat.

A *Οὐχὶ ἐξολοθρεύσεις τὰ δένδρα αὐτῆς*, ὡς ἂν μὴ ἄχρηστος γένηται κεκρατηκόσιν ἡ γῆ. Οὐδὲ γὰρ τὸ δένδρον πολέμιόν φησιν, ὡς ἀντιστῆναι πολιορκοῦσι τὴν πόλιν.

Quotquot vero arborum steriles sunt, exscindendæ tibi sunt, inquit, quo in valli usum cedant. Intelliges vero arbores fructiferas illas de quibus Isaias ad Babylonium inquit : « Omnis terra jubilat læta voce, et ligna Libani lætata sunt de te, et cedri Libani dicent. Abhinc quo tu jacuisti nemo est qui ascenderit super nos [85]. » Hujusmodi quoque illud lignum de quo apud Prophetam in psalmis : « Quod videlicet juxta ripas aquarum est, quod fructum suum suo dabit tempore [86]. » Arbor fructifera Cornelius fuit, decerpsit enim Petrus ex fructibus ejus. Alimonia enim justorum credentium salus est, sicut et ipsius Servatoris, qui inquit : « Ego cibum habeo comedendum quem vos ignoratis [87], » de fidelibus in Samaria loquens. De fructum vero non edentibus Zacharias dicit : « Aperi, Libane, portas tuas ut ignis cedros tuos devoret ; ulula, abies, quoniam cecidit cedrus, quoniam magnifici valde vastati sunt : ululate, quercus in Basanitide, quoniam silva cædua prostrata est [88]. » Conducere vero ad expugnationes urbium steriles arbores inquit ; ac hujusmodi sane Athenienses fuerunt. Nulli enim rei vacarunt, præterquam inanibus verborum jactationibus auditionibusque. Quocirca Paulus Athenas expugnans et evertens ipsorum impietatem : « Viri Athenienses, inquit, per omnia quasi superstitiosiores vos video, inveni item aram quæ ignoto Deo inscripta est. Eum igitur Deum quem vos per ignorantiam colitis, ego vobis denuntio [89]. » Vides igitur quantum ipsis ac per ipsos vallum sit demolitus. Per quod urbem eorum quamvis non totam simul cepit : « Quidam enim crediderunt, quorum e numero Dionysius quoque Areopagita erat [90]. » Jeremias denique etiam eradicandis populis constitutus **448** est, ac tam sterilibus quam frugiferis arboribus, de quibus etiam edit, conserendis. Quis enim vineam plantat, et de fructibus ejus non vescitur ? juxta divum Apostolum.

Si inventus fuerit saucius in terra. [XXI, 1.] Vulneratus quidem propter peccata nostra Christus est [91]. A Patre quidem traditus, a Judæis vero afflictus, qui eum utique interemissent nunquam, nisi Deo ita fuisset visum. Quod sane Pilato dicit : « Non haberes in me potestatem ullam, nisi tibi superne esset datum [92]. » In psalmis item ad Patrem inquit : « Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt ipsi [93]. » Item : « Ad dolorem vulnerum meorum addiderunt [94]. » Cæterum populus Judaicus principem percussorem ignorabat. Vulneratus igitur in Judæa quidem est. Apud gentes vero mysterium ejus perficitur. Bucula enim sumitur, quæ Christum repræsentat, quatenus enim homo, sub jugo fuit. Rursum vero extra ipsum est, quatenus natura sua Deus exsistit. Ducitur vero in vallem et asperam, et incultam, vulneratus enim in cruce ad gentium concessit solum, quod antehac aridum, et incultum jacuit, vastumque adeo fuit, quia fertilitate ea quam Deus postulat, caruit. Ad quod Isaias inquit : « Lætare, terra deserta, et vicus ejus : exsultet deserta, et floreat sicut lilium [95]. » In qua quidem terra Christus per divinos sacrificos sauciatur. Passionis enim ipsius et resurrectionis prædicationem consummatione mysteriorum ejus facimus. Quotquot vero procul a Judæorum impietate recesserint, urbe ea in qua vulneratus est, et excruciatus est inventus procul valere jussa, concedunt quidem in Ecclesiam prius incultam, ibidem manus in ipso Christo in mortem ejus tincti, abluunt. Ac reportant certe peccatorum remissionem, se fatentes nullam partem habere cum impietate Judæorum qui dixerunt : « Sanguis ejus super nos, et super liberos nostros [96]. » Cæterum baptismo repurgati, aiunt : Manus nostræ sanguinem hunc non effuderunt. Ac etsi ex Judæis fuerint, omni communitati eorum tamen renuntiaverunt. Quod sane discipuli, et qui ipsis crediderunt, fecerunt. Quibus utique merito reverentiæ personam quæ suam dignitatem a fide accipit, quis deferat.

Et videris inter captivos mulierem forma venustam. [11.] Radere caput et supercilia, domesticos item suos lugere triginta diebus jubet, quo aspectus sui tanta turpitudine desiderium sedet, ac lamentationis tempore amor depellatur. Non enim mente effrena ad concupiscentias est accedendum. Ita quoque Deus Ægyptios cum oppugnasset, Judaicam a patribus oriundam Synagogam venustam vidit, adque cultum

[80] Psal. xxxv, 7. [81] Act. x, 11, 12. [82] Act. xiii, 48. [83] II Cor. x, 5. [84] Sap. ii, 6 ; I Cor. xv, 33. [85] Isa. xliv, 23. [86] Psal. i, 3. [87] Joan. iv, 32. [88] Zachar. xi, 1, 2. [89] Act. xvii, 22-24. [90] ibid. 34. [91] Isa. liii, 5. [92] Joan. xix, 11. [93] Psal. lxviii, 27. [94] ibid. [95] Isa. xxxv, 1, 2. [96] Matth. xxvii, 25.

suum accommodavit. Ac priusquam tabernaculum suum fixisset, eamque introduxisset, ac per umbram ad veritatem deduxisset, caput quodammodo ejus animo ab idololatriæ cogitationibus repurgato, denudavit, dicens : « Non erunt tibi dii alii præter me [97], » et alia id generis. Opus enim ipsis cogitationum novitate erat, et ut Paulus inquit [98], transformari mentis innovatione, ad approbandum voluntatem ipsius Dei bonam, serenam, et perfectam modo quodam. Porro unguium longiorum abjectio sordium quæ hujusmodi consequuntur depositionem denotat. Quarum consimiles sordes ab anima abstergens : « Non occides, inquit, non furaberis [99], » et quæ deinceps. Cæterum captivitatis vestis servilem habitum, ac in malitiam relapsum repræsentat, juxta illud : Homine vetere cum actionibus suis exuto, et novo induto, qui Christus est, quem per divinum baptismum induimus [1], Satanæ captivitatis vestimenta projicientes, et gratiarum actiones seu laudes Deo offerentes, dicimus : « Exsultet anima mea in Domino : induit enim me vestimento salutis, et tunica lætitiæ [2]. » Quod Paulus quoque sensit cum inquit : « Induto Domino nostro Jesu Christo, carnis voluntatem ne faciatis ad concupiscentias [3]. » Restat vero ut cohabitet cum Deo ritu nuptæ, deploratis prius progenitoribus suis, sufficit enim si vocati brevi temporis tantum spatio carnalium recordentur. Deinde vero repurgati ab horum memoria pure possint cohabitare Deo. Itaque qui ex Ægypto erant egressi ipsam desiderabant iterum, ac dicebant : « Utinam a Domino percussi in terra Ægypti occubuissemus [4]. » Conclamabant quoque contra Mosen : « Ecquid nos eduxisti in desertum hoc [5] ? » Non imperandi igitur vim habet illud, lugebit, sed propter **449** infirmitatem, permittendi. Ipse enim quale nos figmentum simus, novit. Illud vero : « Sedebit in domo tua, » consuetudinem perpetuam significavit. Quam consequi in votis David habuit, cum inquit : « Unum postulavi a Domino, ut habitare possem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ [6], » et deinceps. Quo Ecclesiam quoque gentium impellens, inquit : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui, quoniam concupivit rex pulchritudinem tuam [7]. » Spirituali vero unitate conjungimur nos Domino : « Qui enim Domino conglutinatus est, unus spiritus est [8]. » — « Quod si vero tibi non placuerit, potestatem sui fac atque dimitte. » Sub hasta vero pecunia non vendetur. Quapropter cum Judæorum Synagoga in Christum deliquisset, exosa quidem est, non ita tamen ut penitus tradatur Satanæ. Non enim idolorum cultui se addixit, postquam a Dei familiaritate defecisset, quin adhuc in ejus cultu persistit, legemque excolere videtur. Non enim aspernatus est eam quam prius delegit. Porro per virginitatis statum humiliationem, aut certe spiritualis conjunctionis modum denotat.

Non poterit primogenitum facere filium dilectæ, despecto filio odiosæ. [XXI, 16.] Duæ mulieres rem cum Deo habuerunt : et Judæorum Synagoga, et gentilium Ecclesia. Quarum prior exosa est, ut enim Jeremias inquit : « Tu scortata es cum pastoribus multis, et reflexisti ad me, dicit Dominus [9]. » Et iterum : « Non tanquam Dominum me vocasti, et patrem, et ducem virginitatis tuæ [10]. » Hujus uxoris filius primogenitus Abraham et sui fuerunt, quamvis patres ipsorum jus reddiderunt, et quotquot his ante gratiam similes sunt. Cæterum de gentium Ecclesia David inquit : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam [11], » et quæ deinceps. Beatus item Paulus : « Desponsavi vos uni viro, ut virginem castam Christo sisterem [12]. »

A Ὅτε ἀποδώσει δηλονότι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐχ ὑπερόψεται τὸν πρωτότοκον υἱὸν τῆς μισουμένης, ἀλλ' ἐπιγνώσεται δοῦναι αὐτῷ διπλᾶ· ὅτι τε πρὸ τῆς χάριτος γεγόνασι, καὶ πολιτείαν εὐαγγελικὴν ἐπεδείξαντο, καὶ διὰ πίστεως ἐμαρτυρήθησαν. Ὥστε (97) καὶ εἰς κόλπους αὐτῶν, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τοὺς σωζομένους ἅπαντας ἀναπαύεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Φησὶ δὲ καὶ Παῦλος, « Ἔλαβε δὲ Ἀβραὰμ περιτομὴν σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας· εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην· καὶ πατέρα περιτομῆς, οὐ τοῖς ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. » Ὁρᾷς ὡς διπλοῦν παρὰ τοῦ πατρὸς ἔσχε τὸν κλῆρον, B καίπερ ὢν τῆς μισουμένης, πατὴρ χρηματίζων ἐθνῶν καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς.

Quando igitur unicuique reddet pro operibus ipsius, non negliget exosæ primogenitum, quoniam politiam evangelicam præ se tulerunt, et per fidem testimonium consecuti sunt, quod in gremio eorum omnibus recumbendum siet, juxta Servatoris dictum [13]. Necnon Paulus quoque dicit : « Accepit vero Abraham circumcisionem, signum justitiæ quæ etiam in præputio per fidem obvenit, ut esset pater omnium credentium in præputio, ut et illis quoque imputaretur justitia, pater item esset etiam circumcisionis, nec eorum qui ex ea sunt solum, verum etiam eorum, qui in præputio fidei vestigiis patris nostri Abraham insistunt [14]. » Vides igitur quod duplicem a patre partem habuit, quamvis exosæ uxoris filius esset, ut videlicet pater sit qui et gentibus et circumcisionis hominibus jus dicat.

[97] Exod. XX, 3. [98] Rom. XII, 2, 3. [99] Exod. XX, 13, 15. [1] Ephes. IV, 23-25; Coloss. III, 9, 10. [2] Isa. LXI, 10. [3] Rom. XIII, 14. [4] Num. XIV, 3. [5] Num. XXI, 5. [6] Psal. XXVI, 4. [7] Psal. XLIV, 11. [8] I Cor. VI, 17. [9] Jerem. III, 1. [10] ibid. 4. [11] Psal. XLIV, 10. [12] II Cor. XI, 2. [13] Matth. VIII, 11. [14] Rom. IV, 11, 12.

NOTÆ.

(97) Ὡς εἰς κόλπους αὐτῶν ἅπαντας ἀναπ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

Quomodo vero hoc cum denario habet, quem tam postremi quam primi acceperunt in parabola, cum duplicem portionem prioris uxoris primogenitus accipere dicatur? aut quomodo in parabola alia accipit alius quidem jus decem civitatum, alius vero quinque [15]? Atqui denarius pro nova salute accipitur [16]. Verum salus a salute, sicut nec vita a vita nihil distat. Quam ex æquo consequuntur omnes. Non enim vinciuntur manibus ac pedibus, et in exteriores tenebras conjiciuntur, qui diversam ab aliis gloriam accipiunt. « Alia enim gloria solis est, alia gloria lunæ, alia denique est stellarum gloria. Ac stella una ab alia gloria differt [17]. » Ita in resurrectione mortuorum quoque excellentior gloria est jus decem civitatum, quam quinque habere. Unicuique enim pro dignitate Deus tribuit, et quantitate, et qualitate, et tempore, ac in summa omnibus quod æquum est ac justum adjudicat.

Quod si cui fuerit filius immorigerus. [XXI, 18.] Et alibi dicit: « Qui pulsat patrem suum aut matrem suam, morte afficietur [18]. » Item: « Qui maledixerit matri suæ aut patri, morte multabitur [19]. » Æque vero qui in parentes delinquit, ac qui in Deum punitur. At qui divinum præceptum sprevit, venia absque morti condemnatur. Ac qui in parentes delinquit, lapidibus obruitur. « Memento enim, inquit, quod ab ipsis vivendi initium acceperis. » Jacob quoque inquit: « Si enim metus patris mei Isaac fuit in me [20]. » Insuper quoque Proverbiorum auctor exsecratur, inquiens: « Oculum subsannantem patrem, contumeliamque matris senio parantem, corvi torrentium eruant [21]. » Huic vero parentum reverentiæ non abrogat Christi illud: « Qui patrem aut matrem diligit, me non dignus est [22]. » **450** Neque illud etiam quod dixit ad patrem sepelire cupientem: « Mitte mortuos sepelire suos mortuos [23]. » Verum eam quæ Deo debetur antiquiorem esse edocet. Perpendere item quanta doloris vis sit quo viscera et natura parentum tamdiu victa est.

Quoniam maledictus a Deo omnis qui pendet in ligno. [23.] Aquilas et Theodotion, *maledictio Dei suspensus*, exposuerunt. Cæterum divus Apostolus ad Galatas, quos vecordes vocat [24], hujus dicti mentione adducta [25], neque a Deo, neque Dei dicit. Et fortasse idcirco omisit quod hoc auctarium supra ipsos esset. Aut forte aliquis tanquam blasphemum ex codicibus vetustis eruit.

Est autem ὕστερον πρότερον quod dicit: « Et moriatur ac suspendetis eum e ligno; » non enim post mortem ad crucem quis adigitur. verum per crucem moritur.

Verum cur crucis duntaxat mortem vocavit exsecrandam, licet sæpe obliquo judicio fiat judicium, cum in similibus aut etiam deterioribus causis justeque aliquando alia irrogentur supplicia? Ecquid vero? an non alicui inepta et aliena causa videri possit hoc quod dicit, idcirco demendum ipsum a cruce esse, ac sepeliendum, quia a Deo maledictus sit? quasi manendum ei esset, si non maledictus esset: cum tamen e diverso fieri conveniebat. Porro autem cum nulli peccato aut impietati crucis supplicium adhuc constituit, quomodo id nunc protulit? Verum ex his omnibus hunc sermonem propter Christum tantum esse factum concluditur, qui pro nobis exsecratio fieri futurus erat, qui quoniam Deus erat, merito Dei exsecratio dictus est. Deus enim cum esset, pro nobis exsecrationem sustinuit. Quod enim crux non alio modo exsecratio nominetur, id quod de Petro dictum est, arguit: « Hoc vero dixit; indicare enim voluit quali morte glorificaturus esset Deum [26]. » Nam si natura exsecratio est, aliqua re celebrabit Deum, inquit, nec simpliciter morietur. Non enim gloria Dei est, quod natura difficile est, et exsecratio Dei.

A *Ὅτι κεκατηραμένος ὑπὸ Θεοῦ πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.* Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκαν, *κατάρα Θεοῦ κρεμάμενος*. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος, οὔτε ὑπὸ Θεοῦ, οὔτε Θεοῦ φησι, μνησθεὶς τοῦ ῥητοῦ πρὸς Γαλάτας (98), οὓς ἀνοήτους καλεῖ. Καὶ ἴσως διὰ τοῦτο παρέλειπεν, ὡς οὖσαν ὑπὲρ αὐτοὺς τὴν προσθήκην. Ἢ τάχα τις, ὡς βλάσφημον, ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων ἐξεῖλε βιβλίων.

Πρῶθ' ὕστερόν ἐστι τὸ, « Καὶ ἀποθάνῃ, καὶ κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου. » Οὐ γὰρ μετὰ τελευτήν τις σταυροῦται, διὰ δὲ τοῦ σταυροῦ τελευτᾷ.

Ἀλλὰ πῶς κατάρατον τὸν διὰ σταυροῦ μόνον ἐκάλεσε θάνατον, κἂν ἐκ παροράματος γένηται δικαστῶν; ἐφ' ὁμοίοις ἢ καὶ χείροσιν ἁμαρτήμασιν B ἄλλων ἐπαγομένων ἐσθ' ὅτε τιμωριῶν δικαίως. Πῶς δὲ οὐ δόξει τὸ τῆς αἰτίας ἀλλόκοτον, τὸ διὰ τοῦτο καθελεῖν αὐτὸν τοῦ σταυροῦ καὶ θάψαι, ἐπειδὴ κατάρατός ἐστιν ὑπὸ Θεοῦ; ὡς δέον ἐπιμένειν, εἰ μὴ κατάρατος ἦν· καίτοι τοὐναντίον ἐχρῆν. Πῶς δὲ οὐδεμιᾶς ἁμαρτίας ἢ ἀσεβείας σταυρὸν εἰπὼν δεῖν εἶναι τὴν δίκην, νῦν τοῦτο παρέῤῥιψεν; Οὐκοῦν πανταχόθεν συνάγεται τὸ διὰ τὸν Χριστὸν μόνον εἰρῆσθαι τὸν λόγον. Ὅστις ἤμελλεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα γενέσθαι. Καὶ ἐπεὶ Θεὸς ἦν, εἰκότως εἴρηται, κατάρα Θεοῦ. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων, ἔσχεν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν κατάραν. Ὅτι γὰρ οὐχ ἑτέρως κατάρα σταυρὸς ὀνομάζεται, δηλοῖ τὸ περὶ Πέτρου εἰρημένον· « Τοῦτο δὲ εἶπε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. » Εἰ γὰρ φύσει C κατάρα, διατί δοξάσει τὸν Θεὸν, ἔφη, καὶ μὴ ἁπλῶς, τελευτήσει; οὐ γὰρ δόξα Θεοῦ τὸ φύσει δεινὸν ὂν, καὶ κατάρα Θεοῦ.

[15] Luc. XIX, 17 seqq. [16] Matth. XX, 2 seqq. [17] I Cor. XV, 41. [18] Exod. XXI, 15. [19] ibid. 17. [20] Gen. XXXI, 42. [21] Prov. XXX, 17. [22] Matth. X, 37. [23] Matth. VIII, 22. [24] Galat. III, 1. [25] ibid. 10. [26] Joan. XXI, 19.

NOTÆ.

(98) Ἐν κεφ. 3, ἐπ. 13.

Si videris vitulum fratris tui aut ovem ejus errare, ne dissimules. [XXII, 1.] Constringit nos ad dilectionem et necessitudinem mutuam. Qui enim jumento humanitatem negat, quanto magis dominis jumentorum, ac ejusdem naturæ consortibus faciet? Quapropter fratrem subinde nominat proximum, licet hostis fuerit. Nam ubique mala vetat recolere. Juxta illud : « Benefacite inimicis vestris, et orate pro his qui contumelia vos afficiunt[27]. » Nam ipse quoque lapidibus petitus quamvis, rectam viam ire eos docuit : « Quandiu lumen habetis, ambulate in lumine, ne tenebræ vos opprimant[28]. »

Non sint arma viri super muliere. [5.] Vetat mutuis moribus viros et feminas uti. Vult enim decoram consuetudinem observari, quemadmodum Apostolus quoque, qui inquit : « Vir si inter orandum aut prophetandum caput tectum habet, dedecore caput suum afficit[29]. » De muliere autem contraria dicit : « Oportet enim nec virum mollem, nec mulierem procacem esse[30]. »

Quod si vero incideris in nidum avium. [6.] Nidus quidem avium est, quemadmodum animæ virtutum. Quælibet autem earum mater utique suarum ipsius effectionum dici possit. Qui igitur forte bonitate alicujus aut patientia fruitur, earum dominis insidias struendo virtutes non lædat. Virtutis enim violentia est, si dominis ejus fiant insidiæ.

Καὶ ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου. Τρίγχον δεῖ γενέσθαι, φησὶν, ὑπερανεστηκότα τοῦ καταστρώματος· ὡς αὐλῆς τύπον ἔχειν τὸ δῶμα, βραχυτέροις τοίχοις περιφραττόμενον. Δεῖ δὲ καὶ τὰς εἰς ὕψος ἀγούσας ἀρετὰς ταπεινοφροσύνῃ τειχίζεσθαι. Ψυχῆς γὰρ πτῶσις ἀλαζονεία.

Οὐ κατασπερεῖς τὸν ἀμπελῶνά σου διάφορον, ἵνα μὴ ἁγιασθῇ τὸ γέννημα. Ὥσπερ ἀνάθημα λέγεται πᾶν ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φευκτοῦ καὶ κεκατηραμένου, διὰ τὸ κατάρατον εἶναι τὸν ἀναθημάτων ἁπτόμενον· καὶ ὅτι τὸ μὲν ὡς ἅγιον ἀφορίζεται, μὴ ἁπτομένου τινός· τὸ δὲ, ὡς ἐναγές· οὕτω τὸ ἅγιον κατὰ διττὸν λέγεται τρόπον. Καὶ τὸ μὲν ἐπὶ καλοῦ, περιττὸν ἀποδεικνύναι· ὅτι δὲ κἂν ἀσεβεῖς ὦσί τινες, ἀφορισθῶσι δὲ πρός τινα διακονίαν, ἅγιοι λέγονται, δηλοῖ Σοφονίας, λέγων· « Εὐλαβεῖσθε ἀπὸ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Διότι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, ὅτι ἡτοίμασε Κύριος τὴν θυσίαν αὐτοῦ, ἡγίακε τοὺς κλητοὺς αὐτοῦ, » τοὺς Βαβυλωνίους οὕτω καλῶν. Καὶ Μιχαίας δέ φησιν· « Ἡγίασεν ἐπ' αὐτὸν πόλεμον. Καὶ τὸ, « Ἐγὼ δὲ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, » περὶ τῶν μετὰ Κύρου κατὰ Βαβυλῶνος στρατευομένων.

Impones coronam domui tuæ. [8.] Mœnia super pavimento exstruenda esse inquit, quo domus pinnaculis circumsepta regiæ figuram habeat. Oportet vero necnon virtutes in sublime evehentes humilitate munire. Animæ enim lapsus superbia est.

Non conseres vineam tuam diversis generibus, ne sanctificetur semen. [9.] Quemadmodum anathema dicitur omne quod Domino consecratur, hoc vero nominis de abominando exsecrandoque usurpatur, eo quod exsecrandus sit qui anathematum aliquod attrectaverit, et quod partim quidem ceu sanctum separatur ut a nemine contingatur, partim vero tanquam detestandum : ita sanctum quoque duplici modo dicitur. At in bonam partem quomodo usurpetur supervacaneum est demonstrare. Quod vero quidam etiam cum impii fuerint, separati tamen a Deo ad ministerium, sancti dicantur, testatur Sophonias dicens : « Cavete vobis a Domino Deo, **451** quoniam prope est dies Domini, paravit enim Dominus victimam suam, et sanctificavit vocatos suos[31], » Babylonios sic appellans. Michæas item inquit : « Sanctificavit super ipsum bellum[32]. » Item illud : « Ego vero constituo eos, et ego duco eos, sanctificati sunt, et ego duco eos. Gigantes veniunt ad explendum animum meum[33], » de militibus qui Babylonem cum Cyro oppugnarunt loquens.

Verum enimvero vineam Israelem, quemlibet item hominem per se Scriptura vocat, quemadmodum ex Cantico canticorum constat : « Capite nobis vulpes, vulpes, inquam, parvas quæ vastant vineas[34] : » ita vocans inutiles ac fructum maturum non ferentes. Dicit igitur : « Ne conseras diversis generibus. » Partim quidem quod vineæ officiat si interim dum humor in semen vertitur, seratur; opimum enim quod fit per vices est, quemadmodum ad vitem dixit. Partim vero his verbis morum diversitatem detestari sanctum docet. Quasi talis in divina torcularia recipi sit indignus. Fortasse vero narratione hac vineam ita plantis conserentem metu vult obstringere, et a fraude insatiabilitateque depellere.

Non arabis pariter cum bove et asino. [10.] Bos victimæ ciboque sacer est, cum asinus neutrius usum præbeat. Itaque animæ suæ terram novans, ut divinum semen excipiendi fiat idonea, profanorum ac indoctorum magistrorum disciplinam recipere neutiquam debet, hæreticorum seu Græcorum videlicet. Quin cum Davide dicere : « Exposuerunt mihi iniqui fabulas, verum non ut lex tua, Domine[35]. » Cæterum mutetur asinus et fiat purus, juxta illud apud Isaiam : « Felix qui seminat super aqua ubi bos calcavit et asinus[36]. » Ecqualis vero aqua illa est super qua seminare oportet semen bonum? Oportet vero seminare super mysterio lavacri regenerationis, ubi Israelitæ vadunt, ethnicorum item qui mysterii partem acceperunt.

[27] Matth. v, 44. [28] Joan. xii, 35. [29] I Cor. xi, 4. [30] ibid. [31] Sophon. i, 7. [32] Mich. iii, 5. [33] Isa. xiii, 3, 4. [34] Cant. ii, 15. [35] Psal. cxviii, 85. [36] Isa. xxxii, 20

Non indues vestem lana et lino simul adulteratam. A [11.] Aquilas κίβδηλον illud, ἀντικείμενον exposuit. Symmachus vero ἑτερογενές.

Οὐκ ἐνδύσῃ κίβδηλον, ἔρια καὶ λίνον ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἀκύλας τὸ κίβδηλον παρέδωκεν, ἀντικείμενον· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἑτερογενές.

Minime enim convenit, ut qui Christum, ac veræ ovis lanam induerunt, simul quoque terreum illud linum induant. Hujusmodi vero est, qui sub ovina pelle lupus rapax, et mentis sensu, et operibus exsistit. Morum enim simplicitate ornatum in domo suo Dominus collocat, dicente Davide : « Ossa eorum qui auram humanam captant dissipavit [37]. »

Funiculos facito tibi ipsi super quatuor fimbriis. [XXII, 12.] Ad promovendum memoriam legis, alibi quidem : « Adaptabis eas manibus tuis [38], « inquit, alibi vero : « Et facies tibi ipsi fimbrias super alis ex hyacintho contorta [39], » quo contemplatio utique memoriam efficeret.

Στρεπτὰ ποιήσεις ἑαυτῷ ἐπὶ τῶν δ' κρασπέδων, πρὸς διηνεχῆ μνήμην τοῦ νόμου, πῇ μὲν, « Ἀφάψεις αὐτὰ, φησὶν, ἐπὶ τῶν χειρῶν σου. » Πῇ δὲ, « Καὶ ποιήσεις σεαυτῷ κράσπεδα ἐπὶ τῶν πτερυγίων ἐξ ὑακίνθου κεκλωσμένης. » ὡς ἂν ἡ θέα τὴν μνήμην ἐργάζοιτο.

Sin vero inventus fuerit homo jacere cum muliere, quæ cum viro cohabitavit, et quæ deinceps. [22.] Maximum delictorum quod in mulierem committitur, adulterium, quod disjungit conjuges, est. Eadem quoque ratio de anima quæ Deo est unita per fidem et spiritum, est habenda : « Qui enim cum Domino conglutinatus est, unus spiritus est [40]. » Quod si igitur aliqua semine humano recepto ab iis qui a Deo defecerunt corrupta fuerit, cum ipso corruptore perit. Cæterum per virginem animam ad sinceræ cognitionis principia vocatam, necdum perfecte cum Deo unitam, neque ad nuptias ceu ad gratiam baptismi progressam, cæterum institutione ejus rei ceu pignore dotatam intelligendum est. Ita quoque cum Ecclesiam gentium Christo Paulus adduceret, inquit : « Conjunxi vos uni viro, ut castam virginem vos sisterem Christo [41]. » Necnon ipse quoque Sponsus voce prophetarum inquit : « Despondebo te mihi ipsi perpetuo in justitia, in judicio, in misericordia, et commiserationibus [42]. » Item : « Despondebo te mihi ipsi in fide, et agnosces Deum [43]. » Quod si vero corruptio aliqua in ea fuerit, eam rem adulterii demonstrationem esse ait ; desponsata enim in manu mox futuri sponsi est. Verum enimvero si in urbe, hoc est in Ecclesia, urbe viventis Dei, quam angeli et viri periclitantium patroni, ac judices qui fraudem possunt prohibere incolunt, scelus commissum fuerit, **452** mors tam virginem quam raptorem ejus manet, eo quod fraudem iis penes quos indicium erat, non detexit. Si vero in loco a magistris seu indicibus vacuo casus ille contingat, ubi nemo auxilium ferre potuit, virgini venia conceditur. Nota vero quod uxorem proximi desponsatam vocat, idque propter sanctam Mariam.

Quod si vero quis deprehenderit filiam virginem quæ non desponsata est. [28.] Condignas peccatis pœnas irrogat. Animam enim Christo per fidem nondum obligatam si quis vitiaverit, perdideritque, quemadmodum hæretici qui homines ex gentibus aliquando et Judæos rapiunt, solent facere, Patri spirituum, hoc est Deo, delicti rationem in pecuniarum diminutione repræsentatam reddet. Illud vero, *Ejus erit uxor*, scire operæ pretium est. Duplex enim lex est, carnalis et spiritualis. Respondet vero huic : « Quod igitur Deus conjunxit, homo ne separet [44], » illud : « Non enim poterit eam dimittere per omne tempus [45]. » Tanta vero virginitatis excellentia est, ut violatio ejus excidium vocetur.

Non ingredietur spado et castratus in cœtum Domini. [XXIII, 23, 1.] Duplex enim eunuchorum genus, præter eos quos natura edit. Aliud quidem eorum quibus virilia penitus exsecta sunt ; aliud eorum qui castratorum figuram præ se ferunt, amiserunt vero tantum vim genitalem. Cæterum hæc animam repræsentant vel prorsus effeminatam, ac voluptatibus carnalibus deditam, vel macte quidem virtute esse volentem, voluptatibus vero haud resistentem. Quarum etsi diversum studium est ac intentio, ad eumdem tandem finem rediguntur. Filius item scorti, anima scilicet quæ pravum sensum concepit ex dæmonibus, arcetur. Propter filium autem ipsam quoque genitricem exterminat. Insuper quoque Ammonitæ ac Moabitæ, qui cultorum simulacrorum quandiu tales permanserint figuram sustinent, qui summis viribus ac conatibus contra nos obviam ruerunt, summamque crudelitatem nobiscum exercuerunt. Idumæi porro hæresium sunt imago, oriundi enim ex Esau erant, Israelitisque sanguine propinqui. Volunt vero etiam hæreticorum liberi Christiani nuncupari. Neque vero tanta ipsis, quanta simulacrorum cultoribus constituta est pœna. In tertia enim generatione recepturos esse inquit. Quemadmodum Idumæis Isaias denuntiat, initio a visione in Arabia facto : « In condenso vespere cubabis in via Dodanaim : obviam sitienti ferte aquam, qui habitatis in regione Thæman : panibus obviam ite fugientibus propter cæsorum multitudinem, ne quemadmodum antea Moabitæ faciant [46]. » Pari item ratione cum his recipiendos esse Ægyptios, inquit. Qui fortasse eorum significationem præbent, qui ex gentibus erga Christianos non prorsus hostiliter sunt affecti. « Advenæ enim fuistis apud eos, » inquit. Attamen hoc Moabitarum decretum finem cepit in Ruth femina Moabitica, idque omni genti commune est, juxta illud : « In omni gente, qui Dominum timet, acceptus ei est. »

[37] Psal. LII, 6. [38] Deut. VI, 8. [39] Num. XV, 38. [40] I Cor. VI, 17. [41] II Cor. XI, 2. [42] Osee II, 19. [43] ibid. 20. [44] Matth. XIX, 6. [45] Deut. XXII, 29. [46] Isa. XXI, 13-15.

Quod si vero egressus fueris ut impetum facias in hostes tuos, cavebis ab omni re mala. [9.] Spirituale nobis ob oculos ponit bellum. Non enim de casibus corporeis quæ e bello spirituali retrahant, dicit. « Nec enim nobis luctandum est cum sanguine et carne, verum cum principatibus, ac potestatibus [47]. » Unde sane nec arma nostra carnalia, quemadmodum scriptum est [48]. Adversariis itaque nostra perscrutandi ansam præbere non oportet, hostes enim sunt, et adversarii, qui a divinis castris ac stationibus procul captum usque ad vesperam impurum detinent, tandiu videlicet, dum Christus eorum ratione habita qui naturali peccati ægritudine laborant, purificationem quæ per lacravum fit divinum largitus fuerit, cruce lignea nobis donata, qua muniti fortiter et expedite insitarum cupiditatum fœditatem, pœnitentia ex crucis correctione concepta contegimus, juxta illud : « Sapientes sua avertent dedecora [49]. » Quo videlicet Deus in nobis habitet ac observetur. Sanctus enim spiritus dolum fugiet, et ab ineptis rationibus recedet, quemadmodum scriptum est : « Sancti enim estote, inquit, quoniam ego sanctus sum [50]. » Et iterum : « Exite hinc, ac immundum ne contrectetis, tunc ego vos recipiam, inquit Dominus [51]. »

Τὸν τῆς περὶ γαστέρα πρὸς αὐτάρκειαν χρείας ἀνορυκτικὸν πάσσαλον δεῖν τῆς ζώνης ἠρτῆσθαί φησι, δι' οὗ γινώσκομεν, ὡς πάσης ἡδονῆς βρωμάτων πέρας ἐστὶν ὁ λαιμός. Τὰ τυχόντα γὰρ πληροῦντα τὴν χρείαν πάσης ἀκαίρου ἐπιθυμίας ἐπικάμπτει ἀσχημοσύνην. Πανταχόθεν δὲ δῆλον, ὡς φυσικῶν περιττωμάτων οὐκ ἂν ἐμέλησε τῷ Θεῷ.

A Alium vero qui necessitati ventris satisfacere vult, palum præacutum cingulo appensum 453 habere necesse esse inquit ; quo ipso intelligimus quod omnis gulæ guttur finis est. Omnia enim quæ forte fortuna fiunt, ac necessitatem explent, omnis immaturæ libidinis turpitudinem protegunt. Undiquaque vero manifestum est, quod naturalia excrementa Deo curæ non sunt.

Non trades servum domino ipsius. [XXIII, 15.] In Proverbiis item inquit : « Ne tradas servum in manus domini, ne forte exsecretur te, et pessum eas [52]. » Arguit vero illud : Ne tradas immanitatem quæ in primis simulacrorum cultoribus est adjuncta. Nam de vicinis gentibus sermo est, quibus servum necare etiam nihil reputabatur. Cæterum Hebræos lex de humanitate admonuit, qua præcipitur ne jumentum quoque in itinere negligatur. « Verum bona fide, inquit, ea fratri tuo restituas. » Quanto vero magis famulum, quando herum iram suam deposuisse certum est. Nam idcirco subjunxit : « Ita facies in omni damno fratris tui. » De peregrinis itaque mentio est, qui si ad pietatem et cultum divinum traducti fuerint, corpus et animam incolumem servaverint. Ita quoque mentem mutare volentibus aditus ad resipiscentiam non est intercludendus. Quilibet enim dominum habet cui etiam obnoxius est, genium videlicet : « Et habitet, inquit, in loco quem elegerit. »

Τόποι τοῦ Ἰσραὴλ γνῶσις εὐσεβείας, καὶ ἀρετῶν ἐπιτήδευσις. Οἱ δὲ λοιποὶ, Ἐν μιᾷ τῶν πυλῶν σου, ἐξέδωκαν, οἰκειότερον. Οἱ γὰρ νεωστὶ προσερχόμενοι οὐκ ἐν τόποις οἰκεῖν, ἀλλ' ἐν πύλαις κυρίως λεχθήσονται. Τὸ δὲ, Οὐ θλίψεις αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ ἐπιθεῖναι φορτίον ὑπὲρ αὐτόν· οἷον περιτέμνων μὴ βουλόμενον, ἀναγκάζων τοῦ νόμου τηρεῖν τὰ λοιπά. « Ἔδοξε γὰρ, φασὶν οἱ ἀπόστολοι, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι βάρος ὑμῖν, ἀπέχεσθαι δὲ μόνον εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας. »

B Loca vero Israelis sunt, cognitio pietatis, et virtutum studium. Reliqui vero magis proprie, in aliqua portarum tuarum exposuerunt. Qui enim nuper adveniunt, non in locis habitare, verum in portis proprie dicentur. Porro vero, inquit, non affliges eum neque oneris aliquid ei impones, ut videlicet circumcidas invitum, ac reliqua legis observare cogas. « Visum enim est, inquiunt apostoli, sancto Spiritui et nobis, ut nihil amplius oneris imponatur vobis, tantum vero ut abstineatis a simulacrorum epulis, a sanguine, a suffocato, et a scortatione [53]. »

Οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Σημαίνει γὰρ εἶναι πορνοβοσκοὺς, φόρους ὥσπερ ἀπὸ τοιούτων μισθωμάτων συλλέγοντας. Διὸ καὶ προανεῖλε τούτου τὴν πρόφασιν, τὴν πορνείαν ἀποκηρύξας ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ τὸ, κυνὸς δὲ ἄλλαγμα, τὴν ἀνέδην πορνείαν δηλοῖ. Τελεσφόρον γὰρ οὐ συγχωρεῖ νοεῖν τὸν τελοῦντα δαίμοσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὸν τελισκόμενον, τῶν ἑκατέρωθεν παρακειμένων ἀπαγορεύσεων τὸ ἀνοίκειον. Τί γάρ. . . . οὐδὲ τὸ ἐπὶ μὲν θυγατέρων εἰπεῖν τελεσφόρον, ἐπὶ δὲ μειρακίων τὸ, τελισκόμενον. Ἀλλ' ουτος μὲν ὁ λόγος καὶ τὸ περὶ πορνείας νοηθὲν ἀνοίκειον δείκνυσι. Τί γὰρ ἐκώλυε

Non erit tributaria ex filiabus Israel, nec erit immunis quisquam ex filiis Israel. [17.] Contingit C enim lenones esse qui tributa ex hujusmodi mercimoniis colligere simulant. Quapropter omnem ejus rei prætextum sustulit, omnemque fornicationem ex Israele abdicavit. Cæterum canis pretium, effrenem scortationem denotat. Non enim cogitare permittit, quod tributum exsolverit qui res dæmoniacas pendit, quemadmodum nec immunem esse eum, qui libertatem interdictionum utrinque adjunctarum usurpant : neque illud, quod de filiabus dicatur tributarias esse de adolescentulis vero, esse immunes. Verum hæc quidem ora-

[47] Ephes. VI, 12. [48] II Cor. X, 4. [49] Eccli. XIII, 28. [50] Levit. XIX, 2. [51] Isa LII, 11. [52] Prov. XXX, 10. [53] Act. XV, 28, 29. [54] Matth. XV, 26. [55] Matth. V, 42.

tio licentiam de scortatione vulgo conceptam demonstrat. Quid enim obstaret, quominus de maribus quoque scortantibus tributarios esse dicatur? Neutiquam igitur absurdum fuit quod sermonem de tributariis ac tributis scortationi adjecit. Ethnicos item Scriptura canes vocat, ut testatur illud: « Non decet liberis panem auferre, ac dare canibus [54]. » Syrophœnissam enim ethnicam hoc vocavit nomine. Nullum igitur dogma ecclesiasticum in ethnicum est commutandum. Porro cum mulieribus tributa non pendenda esse inquit, sæpe etenim mulieres hujusmodi imposturis prostabant.

A καὶ ἐπὶ ἀῤῥένων ἑταιρούντων τὸ τελεσφόρον εἰπεῖν; Μήποτε οὖν οὐκ ἄτοπον τῇ πορνείᾳ τὸν περὶ τελούντων καὶ τελουμένων προσεῤῥίφθαι λόγον; ἐκ πορνεύουσι γὰρ ἐκ Θεοῦ. Καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ἡ Γραφὴ κύνας φησίν· ὥσπερ τὸ, « Οὐ καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις. » Τὴν γὰρ Συροφοίνισσαν ἐθνικὴν οὖσαν οὕτως ἐκάλεσεν. Οὐδὲν οὖν ἐκκλησιαστικὸν εἰς ἐθνικὸν ἀλλακτέον δόγμα. Ἐπὶ θηλειῶν δὲ τὸ τελεσφόρον φησίν. Ὡς τὰ πολλὰ γὰρ γύναια ταῖς τοιαύταις μαγγανείαις προσέκειτο.

Non fenus inferes fratri tuo. [19.] Excitat tandem eos, ac manu adducit quodammodo ad expensarum liberalitatem tam erga domesticos quam peregrinos, quamvis erga utrosque diversam. Nondum enim hujus vocis capaces erant: « Omni abs te petenti da, et ab eo qui res tuas abstulerit, noli repetere [55]. »

Et falcem ne immittas. [25.] Illud enim non necessitati satisfacere, verum avaritiam exercere est. Cæterum hoc falce demetere sibi velle aiunt, quod exprompta magistrorum voces litteris mandandæ non sint, tanquam quæ præmeditationis maturitate carent, hinc enim damnum ad legentes fratres redit.

Et scribet ei libellum divortii. [XXIV, 1.] Quamlibet ob causam uxorem abdicare præcipit, quem utique Judæorum dementia ac insania non latuit, ac cavit ne ipsam occideret, seque una iret perditum. Alioqui enim Dei sententia hæc non est, qui primitus marem et feminam fecit, juxta Servatoris dictum [56]. Illud quoque apud Jeremiam secundum legem est: « Si abdicaverit maritus uxorem suam, et discesserit ab ea, ac ipsa 454 duxerit alium virum, nunquam ad eam revertetur amplius [57], » et reliqua deinceps.

B *Καὶ γράψει αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου.* Ἐπὶ πάσῃ αἰτίᾳ ἀπολύεσθαι τὴν γυναῖκα κελεύει, τῶν Ἰουδαίων τὸ μανικὸν ἐπιστάμενος, καὶ προορῶν μὴ ἀποκτείνας αὐτὴν προσαπόληται. Ἄλλως γὰρ οὐ βούλεται τοῦτο Θεὸς ὁ ἐξ ἀρχῆς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ ποιήσας αὐτοὺς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· καὶ τὸ παρ' Ἱερεμίᾳ δὲ κατὰ τὸν νόμον ἐστὶ, τὸ, « Ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψῃ πρὸς αὐτὸν ἔτι, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Si vero quis uxorem duxerit recenter, non egredietur in bellum. [5.] Cavet enim ne in pugna nullo relicto post se semine cadat. Miseret vero eum uxoris et sponsa et vidua una futuræ. Ita qui virtuti studere inchoavit, pro ea statim decertare non est idoneus. Nondum enim ad sapientiæ fastigium evectus falsa discutere potest dogmata: neque si iræ resistendum est, ut satis mansuetus esse queat, neque in aliis similiter recte facere.

Ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα προσφάτως, οὐκ ἐξελεύσεται εἰς τὸν πόλεμον. Προορᾶται μὴ καὶ πέσῃ μαχόμενος, μηδὲ σπέρμα καταλιπών· ἐλεεῖ δὲ καὶ τὴν ἅμα νύμφην καὶ χήραν. Οὕτως ὁ κατορθοῦν
C ἀρξάμενος ἀρετὴν, οὔπω πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῆς μάχην ἐστὶν ἱκανός· οὔπω κατ' ἄκρατον σοφίαν τὰ ψευδῆ διελέγξαι δυνάμενος δόγματα, οὔτε τῷ μὴ λίαν εἶναι πρᾶος ἀνθιστάμενος πρὸς ὀργὴν, κἀπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

Porro etiam eos qui ad fidem nuper accesserunt communicationem persecutionum captare non est necesse neque utile, ne (quod fieri potest) in pietatem cum qua consuetudinem habere statuerunt impingant. Ad eumdem sane modum Solomon quoque de sapientia loquitur: « Dixi sapientiam tuam sororem esse; at prudentiam insignem tibi ipsi compara [58]. » Venamur enim virtutes, fructus ex iis percepturos esse quia speramus. Quin etiam apostoli, cum legis onera ademissent iis qui inter gentes crediderant, a fornicatione tantum, a suffocato, et a sanguine abstinendum esse sanciunt [59].

Non pignori accipies inferiorem et superiorem molarem. [6.] Quoniam animam oppignoravit ille, ut est in Ecclesiaste [60]. Molarem legis litteram ob gravitatem, duritiem, et exsecrationis onus vocat. Quemadmodum enim in spirituali et sensili morali exsecratio est et supplicium, ita in molari trahere et molere. Cujusmodi etiam est quod Isaias dicit: « Non diceris amplius tenera, et delicata, sume molarem, et mole farinam [61]. » In ista mola manserunt Judæorum synagogæ. Cæterum cessabunt molere, ut ait Ecclesiastes [62]: consummationis videlicet tempore, si Christum post gentes receperint.

Porro hoc loco inferiorem molarem Vetus Testamentum vocare videtur; superiorem vero, Novum. Ex quorum utroque verum frumenti granum in

D Μύλον μὲν ἔοικε τὴν Παλαιὰν Διαθήκην καλεῖν, ἐπιμύλιον δὲ τὴν Νέαν. Ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τὸν ἀληθινὸν κόκκον τοῦ σίτου πρὸς ἀρτοποιΐαν ἀλήθουσιν

[56] Matth. xiv, 4. [57] Jerem. iii, 1. [58] Prov. vii, 4. [59] Act. xv, 28, 29. [60] Imo. Eccli. xxix, 20. [61] Isa. xlvii, 2. [62] Eccle. xii, 3.

οἱ πιστοί. Οὐ γὰρ ἀλέσει χωρὶς θατέρου τὸ ἕτερον. A Οὔτ' οὖν Ἰουδαῖοι τὴν παλαιὰν μόνον δεχόμενοι, οὔτε παῖδες αἱρετικῶν μόνην τὴν νέαν ἀλήθουσιν, ἵνα γεύσωνται τοῦ ἐπουρανίου ἄρτου. Διόπερ ὁ Κύριος ἐν τοῖς περὶ συντελείας λόγοις περὶ τῶν καλῶς ἢ κακῶς ἀληθουσῶν φησίν· «Ἔσονται δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.» Οὐδετέραν οὖν ἐνεχυραστέον, οὐδὲ ἐκποιητέον. Ψυχὴν γὰρ ἄμφω τρέφουσι βρώμασι νοητοῖς.

panis usum fideles molent. Non enim alterum sine altero molet. Neque igitur Judæi vetus tantum recipiunt, neque hæreticorum filii novum tantum molunt, ut cœlestem panem degustent. Quocirca Dominus, in sermonibus de mundi consummatione, de bonis et malis molitoribus disserit, inquiens: «Duæ in eadem mola molent, una vero recipitur, ac altera repudiatur [63].» Neutra igitur pignori accipienda, neque rejicienda fuit, ambæ enim animam cibis spiritualibus alunt.

Si deprehensus fuerit homo qui furatur animam ex fratribus suis, id est, plagiarius. [XXIV, 7.] Eodem sane modo hæretici qui animis recte sentire cupientibus vim faciunt, et mentes liberas ad serviles opiniones rapiunt, condignam a judice sustinent mortem. Unde ne salutem quidem hujusmodi hominibus Paulus dicit, non quo eos irritet, verum quod ovi cum lupo nunquam convenire posse novit: «Quid enim consortii fideli cum infideli [64]?» inquit. Item: «Depravant bonos mores colloquia mala [65].» Ex Ecclesia tanquam paterno lare raptum in cœtus perditorum hominum abducunt.

Μνήσθητι ὅσα ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός σου τῇ Μαριάμ. B Εἰ γὰρ ἐκείνη καταλαλήσασά μου ἐν ὄψεσι πάντων ἐστηλιτεύθη τῷ πάθει, καὶ τῆς παρεμβολῆς ἔξω γεγένηται, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ὀλιγωροῦντες τοῦ νομοθέτου καὶ μετὰ τὸ παράδειγμα;

Ὅτι πένης ἐστὶ, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔχει τὴν ἐλπίδα. Φιλάνθρωπον μὲν καὶ τοῦτο· ἡ δὲ νέα, τελειότερον· «Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα, φησὶ, καὶ δότε ἐλεημοσύνην.» — «Καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἔσται.» Ὃ δὴ πολλοὶ ποιήσαντες παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἐτίθεντο τὰς τιμὰς, καὶ διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθ' ὅ τις χρείαν εἶχεν.

Et recordare quæ fecit Dominus Deus tuus Mariæ. [9.] Si enim illa cum mihi rebellasset, in conspectu omnium morbo est notata, et extra castra est ejecta, quanto magis vobis si legislatorem etiam post exemplum illud contempseritis, idem accidet.

Quoniam pauper est et in eo spem suam habet, etc. [15.] Humanitatem postulat hæc quoque lex, quam vis nova id faciat exactius: «Vendite enim, inquit, bona vestra, et erogate eleemosynam [66].» — «Et ecce omnia vobis munda erunt [67].» Quo sane a multis facto ad pedes apostolorum deposuerunt pretia, et distribuerunt unicuique prout opus habuit [68-69].

Non morientur patres pro filiis. [16.] Non intellecto hoc quod in Exodo scriptum est: «Parentum peccata super liberos [70],» Deum injustitiæ insimularunt. Quapropter expositionem insuper addidit. Illi quoque qui a Nabuchodonosor in captivitate detinebantur, ac si nulla ejus hic mentio esset facta, denuo clamitabant: «Patres nostri **455** comederunt omphacem, et dentes liberorum obstupuerunt [71].» Quare iterum per Ezechielem exposuit, qui dixit: «Anima quæ peccat morietur [72].»

Et recordaberis quod servus quoque fuisti. [18.] In lætitia enim tutum est exactorum meminisse laborum. Vicissim enim dierum genialium spatium non sinit oblivisci malorum in egestate antlatorum.

Καὶ ἀριθμῷ τεσσαράκοντα μαστιγώσουσιν αὐτόν. C Καὶ ἐν Ἰεζεκιὴλ φησι· «Μετὰ μ' ἔτη συνάξω Αἰγυπτίους ἀπὸ τῶν ἐθνῶν οὗ διεσκορπίσθησαν ἐκεῖ.» Ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸν Θεὸν τῆς ἑβδομάδος ἁμαρτήσας λαὸς, καὶ εἰς τὸ τοῦ Σαββάτου μυστήριον, τῷ ἑπτὰ τῶν δεκάδων ἀριθμῷ κολάζεται· ὁ δὲ Αἰγύπτιος καὶ κοσμικὸς μηδὲν πλέον σωμάτων καὶ τῶν στοιχείων ἐπιστάμενος· ἅπερ ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν δ'· τέσσαρσι δεκάσιν ἐτῶν ἀπολαμβάνει τὰ ἁμαρτήματα. Καὶ ἐπεὶ ὁ μ' ἀριθμὸς Αἰγυπτίων ἐστὶ κόλασις, διὰ τοῦτο οἶμαι τὸν Ἰσραὴλ, ἢ τὸν ἁμαρτόντα λαμβάνειν μ' παρὰ μίαν. Καὶ ἐπιφέρει γε ὁ νόμος· «Οὐ προσθήσεις πληγὰς πλείους, ἵνα μὴ ἀσχημονῇ ὁ ἀδελφός σου.» Ἀσχημοσύνη γὰρ ἦν Ἰσραηλίτῃ κατοικοῦντι τὴν ἁγίαν γῆν ἀριθμῷ κολάζεσθαι Αἰγυπτίων. Ἐπλανᾶτο δὲ καὶ μ' ἔτη κατὰ τὴν ἔρημον ὁ D λαός. Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἐξελθόντα ἐκ τῆς Αἰγύπτου, τῷ μ' ἀριθμῷ ἀποθέσθαι τὸν ὀνειδισμὸν Αἰγύπτου.

Numero quadraginta plagis percutient eum. [XXV, 3.] In Ezechiele item inquit: «Post quadraginta annos Ægyptios ex omnibus gentibus in quas dispersi sunt, colligam [73].» Populus etenim, qui per septimanam et in Sabbati mysterium deliquit numero septem decadum punitur. Atqui Ægyptiacum ac mundi hujus vulgus quod præter corporum, et quatuor elementorum, quæ numero quatuor exsistunt, nullam notitiam habent, quadraginta annis peccata sua merito percipiunt. Et quoniam numerus quadragenarius pœna Ægyptiorum est, ea propter arbitror Israelitam, aut quemvis peccantem alium quadragenas præter unam plagas accipere. Infert porro lex: «Nec addas ictus plures, ne frater tuus dedecore contabescat.» Dedecus enim Israelitæ sanctæ terræ civi erat numero Ægyptiorum puniri. Erravit vero etiam quadraginta annis in deserto populus; oportebat

[63] Matth. XXIV, 41. [64] II Cor. VI, 15. [65] Sap. II, 6; I Cor. XV, 33. [66] Luc. XII, 33. [67] Luc. XI, 41. [68-69] Act. IV, 35. [70] Exod. XXXIV, 7. [71] Jerem. XXXI, 29. [72] Ezech. XVIII, 2, 4. [73] Ezech. XXIX, 13.

enim ipsum ex Ægypto egressum, numero quadraginta probrum Ægypti deponere. Quadraginta itaque annis exactis, dixit Dominus ad Josue: «Sede et circumcide filios Israel [74].» Ac post circumcisionem dicit ad eum: «Nunc abstuli a vobis opprobrium Ægypti [75].» Ad Abrahamum denique de posteritate ejus dicitur etiam, quod in servitutem eos sint acturi et afflicturi annis tribus [76], qui numerus est, quatuor centenorum, aut triginta decadum. Necnon ubique Scripturarum mali omnis numerus quadragenarius est.

A μ' γοῦν ἐτῶν πεπληρωμένων, εἶπε Κύριος πρὸς Ἰησοῦν, «Καθίσας περίτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.» Καὶ μετὰ τὴν περιτομήν φησι πρὸς αὐτόν· «Νῦν ἀφεῖλον ἀφ' ὑμῶν τὸν ὀνειδισμὸν Αἰγύπτου.» Καὶ πρὸς Ἀβραὰμ δὲ λέγεται περὶ τῶν ἐκγόνων, ὡς δουλώσουσιν αὐτούς, καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς υ' ἔτη. Ὅς ἐστιν ἀριθμὸς δ' ἑκατοντάδων, ἢ μ' δεκάδων. Καὶ πανταχοῦ τῆς Γραφῆς κακωτικὸς ἀριθμὸς ὁ τῶν μ'.

Namque Moses, Elias, et Servator ipse juxta hunc numerum jejunarunt. Magna quoque aquarum inundatio totidem diebus duravit et noctibus. Assumatur vero hic numerus quoque ad Christum qui pro nobis flagra pertulit, quadragintaque plagas accepit. Unicus enim ipse cum dignitate nobis omnibus par esset, pro nobis verbera mortemque luit. Porro si quadragenarius numerus in quinquies octo resolvatur, quinarium et octonarium temporum indicio utilem invenies. In mundum enim advenit quinto sæculo. Nam juxta parabolam [77], Dominus egressus conduxit operarios in vineam suam circiter horam primam, tertiam, sextam et undecimam. Resuscitatus est vero die octava, mortem cum peccato postquam dissolvisset, quo sublato verbera quoque cessant, quæ ultra adventum Christi qui remissionem attulit, non excurrunt. Dissolvitur vero iterum pœna eo quod ipse in typum ducat res futuras quadragesimo anno eorum qui in deserto oberrarunt, et transierunt per Jordanem in terram sanctam, Josue duce post spiritualem circumcisionem traducente eos.

Frater mariti ejus ingredietur ad eam. [XXV, 5.] Nondum enim manifestata resurrectione, ipsa posteritas, ac memoria per ipsam generis conservata, solatio veteribus fuit. Interim vero resurrectionis quoque figuram obtinuit. Qua neglecta Eunan cum noluit cum Thamar concumbere, ipsius semen loco insolito effusum est merito [78]. Eam vero cum observasset Booz et duxisset Ruth, prodigii quiddam simile adeptus est, ut proavus esset Christi, nato ex ipso Jesse patre Davidis, futuram promissionem resurrectione mortali imitatus. Nam oportebat eum qui nobis resurrectionem donaverat, genus deducere per eos qui typum ejus secundum carnem conservaverant, eumque in quo cessaverunt omnes typi, ipsam veritatem nobis exhibere.

Eum vero qui fratriam ducere recusaret ad portam adduci, ab uxore conspui, et altero calceorum exui oportebat. Argumento videlicet quod tum in lege, tum in pietate fraterna vacillaret, ipsiusque mortem abjecisset animo.

Cæterum, «In porta,» inquit. Illic enim veteres cœtus agitabant. Illic peregrinos tanquam quodammodo venari volentes eos, excipiebant. Quemadmodum in exemplo Lot, qui etiam angelorum adventu dignus est habitus, fit manifestum. Ac in primis vero iste modus Israelitis, qui per umbras ad cultum divinum **456** deducebantur competebat, ut in porta potius quam in medio urbis desiderent.

Et extensa manu sua apprehenderit verenda ejus. Digna etenim est supplicio tum propter cædem, tum propter impudentiam.

B *Ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς εἰσελεύσεται πρὸς αὐτήν.* Μήπω φανερωθείσης τῆς ἀναστάσεως, ἡ τῶν παίδων διαδοχή, καὶ διὰ ταύτης ἡ μνήμη, παραμυθία τοῖς πρὶν ἀνθρώποις ἐτύγχανεν, ἅμα δὲ καὶ τύπον ἐπεῖχε τῆς ἀναστάσεως. Ὃν ὁ παραβὰς Εὐνὰν (99), καὶ τῇ Θάμαρ συγκαθεύδειν μὴ βουληθεὶς, εἰκότως ἀπόλλυται, τὸ σπέρμα χέας ἔνθα μὴ νόμος· ὁ δὲ Βοὸζ τηρήσας, καὶ τὴν Ῥοὺθ ἀγαγόμενος, τέρας εἴληφε τὸ πρόγονος εἶναι Χριστοῦ, γεννήσας Ἰεσσαὶ τοῦ Δαβὶδ τὸν πατέρα, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει θνητῇ μιμησάμενος. Ἔδει γὰρ τὸν δωρησάμενον ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν διὰ τῶν φυλαξάντων αὐτῆς τὸν τύπον κατὰ σάρκα κατάγεσθαι, καὶ παύσαντα τοὺς τύπους, αὐτὴν ἡμῖν χαρίσασθαι τὴν ἀλήθειαν.

C

Τὸν μὴ βουλόμενον, ἐχρῆν εἰς τὴν πύλην ἀχθέντα, παρὰ τῆς γυναικὸς ἐμπτυσθέντα, τῶν ὑποδημάτων θάτερον ὑπολύεσθαι· ὡς χωλαίνοντα περί τε νόμον καὶ στοργὴν ἀδελφοῦ, καὶ τὴν ἐκείνου νέκρωσιν ἐκβεβηκότα τῆς διανοίας.

Ἐν τῇ πύλῃ φησίν· ἐνταῦθα γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο, καὶ ξένους ἴσως πρὸς ὑποδοχὴν θηρᾶσθαι βουλόμενοι, καθάπερ ὁ Λώτ, ὃς καὶ παρουσίας ἀγγέλων ἠξίωται. Ἥρμοττε δὲ καὶ ἄλλως τῷ Ἰσραὴλ διὰ σκιῶν εἰσαγομένῳ πρὸς θεοσέβειαν, ἐν πύλαις, ἀλλ' οὐκ ἐν μέσῳ καθῆσθαι τῆς πόλεως.

D

Καὶ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα αὐτῆς ἐπιλάβηται τῶν διδύμων αὐτοῦ. Ἀξία γὰρ κολάσεως διὰ τὸ φονικόν τε καὶ ἀναιδές.

[74] Josue v, 2. [75] ibid. 9. [76] Gen. xv, 13. [77] Matth. xx, 1. [78] Gen. xxxviii, 7 seqq.

NOTÆ.

(99) Αὐνάν Ἐν τῷ 38 κεφ. τῆς Γεν.

Arguit vero hoc quod etiamsi mentes inter se committerentur utrum bona hujus mundi an cœlestia potius essent eligenda, valere jusso cœlestium bonorum principatu, mentem in generationem et interitum injecisset, hoc enim genitalia innuunt.

Stateram magnam aut parvam. [14.] Modos declarat nobis, quibus justitiæ exacta regula obtineri possit, si animus æquilibrium servare decreverit. Verum enimvero excellentiora adhuc per Christum tradita sunt. Justi enim finis bonum est. Quocirca ait : « Nisi abundaverit justitia vestra amplius quam Scribarum et Pharisæorum, non ingrediemini in regnum cœlorum [79]. »

Ἐξαλείψεις τὸ ὄνομα Ἀμαλήκ. Τοῦτο ποιῆσαι διὰ Σαμουὴλ ὁ Σαοὺλ προσετέτακτο, καὶ μὴ τελείως ποιήσας, τῆς βασιλείας ἐξέπεσε.

A *Delebis funditus nomen Amalec.* [19.] Hoc Sauli per Samuelem facere est imperatum, verum cum non omnibus numeris esset exsecutus, regno excidit.

Et excitabis tibi ipsi lapides magnos. [XXVII. 2.] Lapides quidem apostoli sunt in alto collocati, qui cum virtutibus et opinionibus essent conspicui, supra nos sunt constituti. Ad quos Christus inquit : « Vos amici mei estis [80]. » Quos item lumen et salem mundi nuncupat [81]. Denique etiam medicos designavit, dicens : « Infirmos curate, dæmonia ejicite, leprosos mundate, mortuos excitate, gratis accepistis, gratis reddite [82]. » De quibus proditum est : « Lapides sancti volvuntur super terram [83]. » Undequaque enim oberrantes veritatem promulgarunt. Quos lapides ii erigunt, qui per Jordanem transierunt, hoc est, qui sacræ tinctionis gratia sunt locupletati, iidem sibi ipsis magistros, qui pretiosum divulgarent lapidem margaritam, præfecerunt. Qui sane pulvere aspersi Scripturæ, legem habent. Dilucidæ enim legis contemplationes apud apostolos, nullaque litteræ umbra obductæ exsistunt. Quapropter haud obscure illud quoque addit : « Quin etiam altare ex lapidibus non sectis exsistat. » Lapis enim angularis Christus est [84], qui in fundamenta Sion positus est, super ipso etenim innixi ceu vivi lapides exstruimur domus spiritualis, in templum sanctum. Reddimur autem altare per unitatem spiritualem, si fidem in Christo virtutum cibo instruimus. Ac Paulum juxta, sistimus corpora nostra hostiam vivam, acceptam Deo, rationalem cultum nostrum, integri et immaculati ; non divisi in partes mundi, neque vulnera peccatorum ostentantes, quemadmodum Christus quoque non divisus est, simplices ac veraces, qualis Paulus est, cum inquit : « Mihi enim, sive vivam, sive moriar, Christus lucro est [85]. » Tanquam igitur haberemus lætamur si cibum spiritualem in oculis Domini percipimus, quemadmodum hic scriptum est, et nos in Ecclesiis facimus. Lapides vero non in monte Ebal, verum Garizim collocasse exemplum habet Samariticum, nec forte absque ratione, eaque videlicet, siquidem ibi quoque benedictiones fieri præcepit : « In Ebal vero maledictiones. » Ecqui igitur consentaneum fuerit in hoc altare esse constitutum ? Porro in libro Judicum Garizim montem nominat qui circa Neapolim est, quem Samaritæ colunt. Super quo cum constitisset Jothan filius Gedeonis superstes exsecratus est eos qui regem super se creaverant Abimelech Gedeonis filium ex ancilla, qui fratres suos interemit. Nisi quis asserat Esdram aut Scripturarum collectorem, sive alium quempiam fuisse, qui nova nomina ex suæ gubernationis locis traducta locis imposuerit. Quemadmodum videlicet Jerusalem vocat quæ antiquitus Jebus vocabatur, Bethlehem item quæ Ephrata.

Illi stabunt ad benedicendum populo in monte Garizim. [12.] Eæ tribus quæ ab egressu ex Ægypto præclare gesserunt sese, benedictioni a Deo sunt præfecti. Quæ autem lapsæ sunt maledictioni.

Maledictus quicunque fecerit sculptile aut fusile opus manibus artificis, et illud collocaverit in abdito. [15.] Cum in præcedentibus variis modis simulacrorum cultum **457** abdicasset, vero autem non dissimile erat quod aliquis pœnæ formidine clam esse satageret, ad eum exsecrationem istam accommodavit. Ac hujusmodi quidem hi sunt, qui cum vitæ integritatem simulent, mentem affectionibus obsitam habent.

Εἴδωλα, πᾶσα πεπλασμένη θεολογία. Ἀλλ' αἱ μὲν νοεραὶ πιθανότητες, καὶ ὀξυτέρους ἀπατῆσαι δυνάμεναι, λέγοιντο ἂν ἐκ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου χωνεύματα· τὰ δ' ἀπιθάνως ἠλίθια δόγματα, γλυπτά. Πλὴν καὶ ταῦτα ἔργα χειρῶν τεχνίτου τροπικῶς λέγεται, τιθέμενα ἐν ἀποκρύφῳ, ὡς ἐν μυστηρίῳ παραδιδόμενα.

B Idolorum vero nomine intelligas licet omnem theologiam fictam atque fucatam. Necnon mentis sirenes seu mavis persuasiones quæ sagacioribus etiam fraudem facere possunt, fusilia auri vel argenti aliquis queat dicere, dogmata vero inepta ac dura seu saxea, sculptilia. Verumtamen ea ipsa quoque opera manibus artificis per figuram in abdito posita esse dicuntur, si ea mystice quodammodo tradi intelligamus.

Exsecratus qui movet limitem. [17.] Omnis qui aliquem ex vero Dei cultu, ac vitæ ratione recta in diversa transfert. Qui item virtutum modum sive ad plus sive minus excedit, ac ad vitium ab alterutra parte adjunctum defecit.

Exsecratus qui cæcum errare aut impingere facit. [18.] Seducit cæcum in itinere, omnis qui ethnicum

[79] Matth. v, 20. [80] Joan. xv, 14. [81] Matth. v, 14. [82] ibid. 13. [83] Zachar. ix, 16. [84] Ephes. ii, 20. [85] Philipp. i, 21.

aut Judæum qui lumen scientiæ nondum habent, in hæresim secus viam apostolicam pertrahit. Sive id quoque faciat fidelium cuicunque qui cognitionem nondum acquisivit. Porro vero advenam, pupillum, et viduam vocat eos qui nondum, fideles licet sint, accedere tamen volunt, et spiritui quidem Satanæ vale quidem dixerunt, Christum vero necdum induerunt. Hujusmodi autem animæ viduæ sunt, quæ aversatæ quidem erroris satorem, nondum vero Christum castarum virginum more amplexatæ sunt, quarum judicium is qui non legitimam tradidit doctrinam, avertit.

Exsecratus quivis homo qui non permanet in omnibus verbis hujus legis, ut faciat ea. [27.] Illud *in omnibus*, quod a Septuaginta positum est, ab exemplo Samaritico confirmatur. In quo τὸ χόλ, quod est, *in omnibus*, seu *per omnia*, consonans cum apostolico : « Quotquot enim legis operibus sunt addicti, exsecrationi sunt obnoxii. »

A *Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου τούτου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς.* Τὸ, *ἐν πᾶσι*, κείμενον παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, κυροῦται ἀπὸ τοῦ Σαμαρειτικοῦ ἀντιγράφου. Ἐν ᾧ τὸ *χόλ*, ὅπερ ἐστὶ, *πᾶσιν*, ἢ πάντα, φερόμενον εὕρομεν. Οἷς συνᾴδει καὶ ὁ Ἀπόστολος, λέγων. « Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. » Ὅθεν εἱ ἐκ περιτομῆς ἐλέγχονται ὑπὸ κατάραν ὄντες, τὸ μὴ πάντα ποιεῖν.

Scriptum est enim : « Exsecratus omnis qui non permanet in omnibus quæ in hoc libro legis exstant litteris, ut præstet ea [86]. »

Benedictus tu in urbe, et benedictus in agro. [XXVIII, 3.] In Ecclesia, ubi qui agit, serit et metit fructum in vitam æternam. Feturæ vero uteri piæ cogitationes sunt. Dicit enim Isaias : « Per metum tuum, Domine, in ventre concepimus, dolores pertulimus, et parturivimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terra [87]. » Iidem vero terræ quoque partes sunt, juxta illud : « Exivit sator ad serendum, et alia quidem ceciderunt secus viam, alia super sentes, alia vero super petram, alia vero super terram bonam, et reddidit fructum, aliud quidem trigecuplum, aliud septuagecuplum, aliud centuplum [88]. »

Armenta boum et greges ovium. [4.] Munda etenim esse debent quæ ad altare adducuntur, de quibus sæpenumero diximus.

Horrea tua et reliquiæ tuæ. [5.] Horrea vocat non ea ubi tinea rodit, neque quæ fures perfodiunt [89], verum ea quæ nobis viaticum præbent ad regnum cœlorum. Reliquiæ vero, futura et novissima. Ita enim exposuerunt reliqui in hoc dicto : « Reliquiæ impiorum exscindentur [90], » quod psalmo tricesimo sexto habetur.

B *Αἱ ἀποθῆκαί σου, καὶ τὰ ἐγκαταλείμματά σου.* Ἀποθήκας φησὶν, οὐκ ἔνθα σὴς ἀφανίζει, οὐδ' ἃς κλέπται διορύττουσιν, ἀλλὰ τὰς ἀπαγούσας ἡμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἐγκαταλείμματα δὲ, τὰ μέλλοντα καὶ τὰ ἔσχατα. « Οὕτω γὰρ ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ, ἐν τῷ, τὰ ἐγκαταλείμματα τῶν ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσονται, » ἐν λς' ψαλμῷ λεγόμενον.

Cum ingrederis et egrederis. [6]. Cum hoc David quoque concinit, inquiens : « Dominus tuebitur exitum tuum et introitum [91]. » Oportet enim ei qui ab impietate recedit, manu ad pietatem iter præbere. Porro et nobis contra Dei hostes in bellum est egrediendum. Per introitum vero licebit intelligas accuratam cognitionis custodiam. Per exitum autem, eam egressionem qua omnis solertia relinquitur, et erga infirmos fit demissio. Quibus subjungit : « Et tradet Dominus Deus tuus inimicos tuos qui restiterunt tibi, confractos in conspectum tuum, » juxta illud Apostoli : « Et tradet Dominus Satanam pedibus nostris conculcandum subito [92]. »

Per unum iter egredientur, et septem itineribus diffugient e conspectu tuo. [7.] Sceleratam 458 enim conjurationem, pactionesque contra te scitas dissipabit Dominus, juxta illud : « Dissipa gentes quarum animus in bellis est [93]. »

C *Ὁδῷ μιᾷ ἐξελεύσεται πρὸς σὲ, καὶ ἐν ἑπτὰ ὁδοῖς φεύξεται ἀπὸ προσώπου σου.* Τὴν κατὰ σοῦ γινομένην αὐτῶν κακὴν συμφωνίαν, καὶ τὴν διαθήκην αὐτῶν, ἣν κατὰ σοῦ ἐν ὁμονοίᾳ διέθεντο, διασκεδάσει Κύριος, καθά φησιν ὁ Δαβίδ· « Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. »

Et in promptuariis tuis, et in omnibus ad quæ manum admolitus fueris. [8.] Si enim mandata Dei pro virili observaverimus, felicitati consecrabuntur tam occultæ cogitationes quam manifestæ actiones, cum ea quæ diminuuntur, tum ea quæ ad incrementum tendunt. David etenim dicit : « Ex secretis meis purga me [94]. » Servator item : « Citra me efficere nihil potestis [95]. »

Excitabit te sibi Dominus populum sanctum, quemadmodum juravit patribus tuis. [9.] Ipsorum enim adoptio est, et testamentum, et cultus, ex quibus Christus secundum carnem natus est. Ipsis quoque primo Dei verbum renuntiandum erat. Id ipsum vero cum respuerent, felicitas omnis ad gentes est translata, ut Christi verbis patet : « Profecti docete omnes gentes [96]. » Apostolorum item, qui dicunt : « Ad gentes convertimur [97]. » Quas et gentem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisitum vocat [98]. Post reditum vero idem testamentum cum Domino condere subscriptionibus ac signis omnium sacer

[86] Galat. III, 10. [87] Isa. XXVI, 17, 18. [88] Matth. XIII, 3-8. [89] Matth. VI, 20. [90] Psal. XXXVI, 38. [91] Psal. CXX, 8. [92] Rom. XVI, 20. [93] Psal. LXVII, 30. [94] Psal. XVIII, 12. [95] Joan. XV, 5. [96] Matth. XXVIII, 20. [97] Act. XIII, 46. [98] I Petr. II, 9.

dotum, Levitarum, et principum in secundo libro cupit. Quapropter etiamnum toto pectore legi incumbunt metu transgressionis adacti. Nam ignorant quod Christus pro nobis exsecrationem subivit, ac ab exsecratione legis nos liberavit. Postquam igitur ipse nos omnis generis felicitate spirituali ditavit, et ab exsecratione liberavit, de benedictionibus quidem illud : « Fiat, fiat, » dicitur. De maledictionibus vero nequaquam. Non enim factus est etiam, non, quemadmodum ad Corinthios dictum : « Verum, etiam in eo fuit ; omnes enim Dei promissiones in ipso etiam sunt : quare propter ipsum quoque Amen [99]. »

Ἀνοῖξαι σοι Κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαθὸν, τὸν οὐρανὸν, δοῦναι τὸν ὑετὸν τῇ γῇ σου. Καὶ τίς ἐστιν οὗτος [ὁ ἀγαθὸς θησαυρός ;] Ἢ παρ' ᾧ εἰσιν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Αὐτὸς γὰρ καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελεῖται, ἤγουν τοῖς προφήταις δοῦναι τὸν ὑετὸν τὸν οὐράνιον. « Αὐτὸς γὰρ δώσει χρηστότητα. Καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς. » Δανιεῖς πολλοῖς ἔθνεσι τὸ δεδοκιμασμένον ἀργύριον, σὺ δὲ οὐ δανιῇ. Οὐ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐπιστήμη καὶ σύνεσις. A

Καὶ ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν. Εἴρηται μὲν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἁρμόττει δὲ κυρίως τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς· ὡς (1) λέγειν αὐτοὺς, « Διὰ τοῦτο ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. »

Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonum, nempe cœlum, ut det pluviam terræ tuæ. [XXVIII, 12.] Ecquis vero thesaurus ille bonus est? Nimirum is apud quem omnes thesauri scientiæ sunt reconditi [1]. Ipse etenim prophetis quoque suis nubibus mandabit, ut pluviam dent cœlestem. « Ipse enim dabit bonitatem, et terra nostra reddet fructum suum [2]. » Probatum divinæ cognitionis argentum : « Tu vero nihil mutuo accipies. » Apud eos enim nulla est scientia nec intelligentia.

Imperabit gentibus multis. Proprie Christi discipulis quadrat. Ipsos enim totius terræ principes constituit : Qui sane inquiunt : « Subjecisti populos et nationes pedibus nostris [3]. »

Ponet te Dominus Deus tuus in caput, non in caudam. [13.] Verum non omnes hac fausta imprecatione digni exstiterunt. Tantummodo quidem beati discipuli, nos item si ipsos consectamur, quos post Christum capitis loco habemus. Eos vero qui non crediderunt, in caudam posuit. A tergo enim eos collocavit, ut David inquit [4], inopiam, famem, tabem.

Τοῦτο νῦν ἐξαιρέτως (2) νοσοῦσι. « Περιδραμοῦνται γὰρ, φησὶ, ζητοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν. » Οὐ γὰρ λιμὸν ἄρτου αὐτοῖς ἀπειλεῖ, εἰ καὶ τοῦτο συνέβη ποτὲ, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐκλιμίαν, ὁ Σύμμαχος, ἀχορτασίαν ἐξέδωκε. « Μελετῶσι γὰρ κενὰ, μηδενὸς ἀπολαύοντες τῶν λεγομένων. » B

Eo vero gravior ipsorum morbus est, quod, ut inquit, « Circumcursant, ac indagant verbum Dei, nec illud inveniunt [5]. » Non enim famem panis illis minitatur, quamvis et hoc non caruerint aliquando, nec sitim aquæ, verum verbi Dei audiendi famem [6]. Pro illo vero vocabulo, *famem*, Symmachus, *insatiabilitatem*, exposuit : « Studia enim eorum vana sunt, nam nihil eorum quæ dicuntur, percipiunt. »

Conficiuntur enim omnes quotquot a dæmonibus infestantur. Quocirca infert : Edet in te stragem Dominus.

Ἐπισκοπὴν ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν σου, τουτέστι θραυόμενον καὶ προσκόπτοντα, [ὡς ἐξέδωκαν οἱ λοιποί.]

Coram omnibus inimicis tuis, hoc est, ut cæteri exposuerunt, saucium et vulneratum te tradit eis.

Et eris palpans in meridie. [29.] Nunc enim cum gentes in media luce ætatem degant, Israel versatur in tenebris, et tanquam cæci murum palpant, legem ipsis traditam, juxta Isaiam [7] : eo quod lucis radios Christi cognitionis nollent admittere, et cum Davide dicere : « Revela mihi oculos tuos, et considerabo mirabilia de lege tua [8]. » Quapropter infert : « Advena qui apud te est supra te ascendet subinde, tu vero subinde descendes, » de gentibus loquens.

459 *Et imponet tibi nervum ferreum.* [48.] De gravi servitute loquitur. Ac proinde ferreos maluit ponere quam ligneos. Beatus quoque Jeremias ob id imponere sibi præcipit, ut captivitatis molestiam illis significet. De qua nunc vaticinatur, et inquit : « Adducet super te gentem e longinquo [9]. » Quibus verbis Jeremias et prophetæ alii Assyrios Babyloniosque innuerunt. Quorum hostium pernicitatem atque vires volatu aquilæ adumbravit Moyses. Impudentiam vero facie quæ nulli ætati parcat. Quinetiam, « Devorabit, inquit, fetus uteri tui. » Quod in Threnis Jeremias lamentatur, et a Romanis factum esse Josephus narratione sua prodidit.

Mollis in te et delicatus. [54.] Qui deliciis est assuetus, inquit, ad cibum ab omni humanitate alienum redibit. Nec animus quidquam de hoc intimis suis decerpere permittet. Qui enim liberorum unum mactaverit, non fratri, non uxori, non liberis aliis impertiet.

[99] II Cor. I, 19, 20. [1] Coloss. II, 3. [2] Psal. LXXXIV, 13. [3] Psal. XLVI, 3. [4] Psal. XX, 13. [5] Matth. XIII, 20. [6] Amos VIII, 11, 12. [7] Isa. LIX, 10. [8] Psal. CXVIII, 18. [9] Jerem. V, 15.

NOTÆ.

(1) Αὐτοὺς γὰρ κατέστησεν ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Οἱ καί φασιν. ὑπέταξε, κτ. Ο αὐτ. κωδ.
(2) Διαφερόντως. Ὁ τῆς Αὐγ. κωδ.

Et nova (seu *inopinata*) *verbera infliget Dominus.* [59.] Vel consueta intendens vel nova excogitans.

A *Καὶ παραδοξάσει Κύριος τὰς πληγάς σου.* Ἢ τὰς συνήθεις, [τουτέστι πληγάς,] ἐπιτείνων, ἢ καινοτέρας ἐπινοῶν.

Et pendebit vita tua ante oculos tuos. [66.] Hoc est, in dubio et interitus periculo erat ei, qui mortem ante pedes videbit. Traduci autem in Christum quoque possit, qui dicit : « Ego sum vita [10], » quem cum e ligno pendere viderent, fide non exceperunt.

Et reducet te Dominus in Ægyptum navibus per iter quod tibi dixi : Non videbis ipsum amplius, etc. [68.] Non reduxit ipse, verum redeuntes non prohibuit. Argumento illud est, de quo tibi dixi : « Non videbis ipsum amplius. » Cum enim reditio illa vitii loco vertatur, quomodo ipse auctor fuisset ? Suo igitur marte reversi sunt; nunc quidem ab ipsis auxilium contra Assyrios petitum, nunc vero a Nechaone Pharaone, et aliis Ægyptiis regibus captivi abducti ; sibi ipsis consciscentes mala. Quapropter accusat eos per prophetam Deus : « Qui descendunt, inquiens, navibus, in Ægyptum, ut auxilium a Pharaone Ægypti rege consequantur. Me vero de ea re nunquam salutarunt [11]. » Et iterum : « Quid tibi cum Ægypto ut biberes aquam Geon [12] ? » Ejusmodi illud quoque est quod subjungitur : « Et non dedit Dominus Deus vobis cor ad intelligendum, nec oculos ad videndum, nec aures ad audiendum usque in diem hunc [13]. » Cur enim illis qui accipere designati fuerant et ex destinata malitia aversati præbuisset ? Ac talibus quidem dicitur Deus nihil dare. Quemadmodum dux exercitum tradere dicitur, quando ingravescente jam conflictu, eo derelicto se abduxerit, hoc ipso quod suo auxilio destituit videlicet. Simile illud est: « Tradidit eos ignominiæ casus, et cordis sui appetitiones [14]. » Si igitur præsens quoque dictum non eodem modo intelligatur, contrarium erit ei quod præcedit. Dixerat enim : « Vos vidistis omnia quæ fecit Dominus. » Quomodo igitur oculos illis ad videndum non dedit ? Aut qualibus viderunt oculis ? aut quomodo viderunt, si Deo aliter fuit visum ? Verum sensilibus quidem viderunt oculis, mentis vero visione seipsos privavere, pietatis cognitionem cujus adminiculo prodigia viderant repudiantes, eorumque auctorem non agnoscentes. Quapropter ut eos cautiores redderet, ipsorum beneficiorum ac signorum memoriam sæpenumero refricat. Denuntiat quoque radicem acerbitatis ex seipsis evellendam esse, juxta illud : « Expurgate vetus fermentum ut sitis nova conspersio [15]. » Si vero quis perfidus est a consortio vestro separetur, inquit, ne sanctus aliquis secum volvat, in perversitate cordis mei ego quoque incedam, ac simul a peccatis vacuum etiam perdat : « Paululum enim fermenti totam massam inficit [16]. »

Et dicet generatio posterior filii eorum qui exorientur ex vobis, et alienus qui veniet de terra remota. [XXIX, 22.] Generationem alteram cœtum ex gentibus collectum vocat. Quemadmodum David quoque: « Divulgate in generationem alteram, quod ipse Deus vester est [17]. » Et iterum : « Populus quoque acquisitus laudabit Dominum [18]. » **460** Et iterum : « Accensebitur ei generatio ventura, et enuntiabunt justitiam ejus populo nascituro [19]. » Quem Dominus fecit. At quæ hæc generatio seu hic populus sit Moyses subjunxit, dicens : « Ac dicent omnes gentes : Quare sic fecit Dominus terræ huic ?

Terram vero non sensilem concipere oportet. De nulla etenim terra præter Sodomorum et Gomorrhæ quod mala ignis et salis sit perpessa in historiis exstat. De ea vero quæ per figuram dicitur, quæ cum olim esset fertilis in salem propter incolarum improbitatem redacta [20], ac igne assumpta fuit. Nam nubibus mandavit Dominus, ne pluvia irrigarent eam [21]. Quam spiritus item immundus utpote aridam et a Deo desertam permeat [22]. Quæ quidem nec seretur, neque germinabit, quantumvis virens aut recens germen politiæ evangelicæ in eam mittatur, volatilibus cœli ea abripientibus [23].

B Γῆν οὐ τὴν αἰσθητήν· [ἑτέρα γὰρ οὐχ ἱστόρηται γῆ, πλὴν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τὰ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν ἁλῶν ὑπομείνασα πάθη·] ἀλλὰ τὴν τροπικῶς λεγομένην γῆν· ἥτις καὶ πάλαι καρποφόρος ὑπάρχουσα, μετεστράφη εἰς ἅλμην ἀπὸ κακίας τῶν ἐνοικούντων ἐν αὐτῇ, [καὶ γέγονε κατακεκαυμένη, ἐπειδὴ ταῖς νεφέλαις ἐνετείλατο Κύριος τοῦ μὴ βρέχειν ὑετὸν ἐπ' αὐτήν. Καὶ διαπορεύεται τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα γῆν ὑπάρχουσαν ἄνυδρον καὶ ἔρημον Θεοῦ. Ἥτις οὐ σπαρήσεται οὐδὲ ἀνατελεῖ, κἂν σπαρῇ πᾶν χλωρὸν ἐν αὐτῇ,] τὸ νέον βλάστημα τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, διὰ τὴν κακίαν αὐτῆς δηλονότι, τῶν πετεινῶν ἁρπαζόντων τὸν σπόρον.

Erit vero sicut Sodoma et Gomorrha, imo vero melius habebunt istæ in die judicii quam terra ista. Quam conspiciunt qui in terra longinqua veniunt, hoc est, pagani qui a Deo longe olim erant, idololatris contemplantibus percontantibusque, quod dereliquerunt testamentum Domini, dicent : « Neque distribuit illis ; » Symmachus : *Neque conveniebat illis.*

Ἔσται δὲ ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα, μᾶλλον δὲ ἀνεκτότερον ἔσται ταύταις, ἢ τῇ γῇ ἐκείνῃ, ἣν C ὁρῶντες ἐκ γῆς μακρόθεν, τουτέστιν οἱ ποτὲ μακρὰν ἐθνικοὶ τοῦ Θεοῦ, ἐροῦσι τοῖς εἰδωλολάτραις, ὁρῶσί τε καὶ πυνθανομένοις, ὅτι κατέλειπον τὴν διαθήκην Κυρίου.

[10] Joan. XIV, 6. [11] Isa. XXX, 2; XXXI, 1. [12] Jerem. II, 18. [13] Deut. XXIX, 4. [14] Rom. I, 24. [15] I Cor. V, 7. [16] Galat. V, 9. [17] Psal. LXXVII, 4. [18] Psal. CI, 19. [19] Psal. XXI, 32. [20] Psal. CVI, 34. [21] Isa. V, 6. [22] Matth. XII, 43. [23] Matth. XIII, 4.

Et ejecit eos in terram aliam. [28.] Olim quidem et ad tempus in Assyriam, nunc vero in universam terram, idque perpetuo.

Τὰ κρυπτὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἃ Χριστὸς ἐλθὼν εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ νόμου παρέδωκε, τὸ « Ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθρούς, » καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἅπερ ἦν πάλαι τοῖς Ἰσραηλίταις ἀπόῤῥητα. Δι' ἃ καὶ τὸ κάλυμμα τῷ προσώπῳ Μωϋσῆς ἐπετίθετο, ὡς καὶ Παῦλος ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Κορινθίους φησί.

A *Abscondita Domino Deo nostro.* [29.] Quæ Christus cum venisset, legis auctario exposuit. Veluti, « Diligite inimicos vestros [24], » et his similia. Quæ ab Israelitis olim abstrusa erant, ob quæ Mosis facies velo obtegebatur, teste etiam in secunda ad Corinthios Paulo [25].

Et denuo te colliget ex omnibus gentibus. [XXX, 3.] Hoc evenit in reditu Cyri auspiciis facto. Neenon in nobis quoque secundum spiritum : ipse enim peccatorum nostrorum vulnera curavit, ac nostri est misertus. Collegit item ex omnibus gentibus in quas nos dispersit, non libens quidem, verum nobis ita cupientibus permisit. Tradidit insuper nobis terram patrum nostrorum, cum mundasset lavacro regenerationis. Ut autem desperationem avertat, merito hæc adjecit :

Ἵνα ζῇς σύ. Ζωὴ γὰρ ἀΐδιος τὸ εἶναι καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, καὶ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν ἀδιστάκτως. Ὅτε καὶ δίδωσι τὰς ἀρὰς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ἵνα ψάλλωμεν· « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσω με, καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου· καί, αὐτὸς ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, » δηλαδὴ τοῖς νοητοῖς.

B *Ut ut vivas.* [8.] Vita enim æterna est corde puros esse, et Deum cum omni fiducia diligere. Quando etiam inimicis nostris mala ingerit : quo canere cum Davide possimus : « Confitebor tibi, Domine, quoniam bonus es, et me ex omni afflictione liberasti. Et inter hostes meos suspexit oculus meus, et ipse reddet mala hostibus meis [26], » spiritualibus videlicet.

Prope te est verbum hoc valde, in ore tuo, et in corde tuo. [14.] Hæc cum in medium protulisset Paulus, subintulit : « Hoc est verbum fidei quod prædicamus [27]. » De fide usurpans quod de mandato erat dictum. De quo Job in decimo quoque capite loquitur, scientiamque ac sapientiam vocat. Dixit vero homini : Ecce Dei reverentia sapientia est, abstinere vero a peccatis, scientia [28]. Porro in Baruch de sapientia Jeremias inquit : « Quis ascendit in cœlum et comprehendit illam? quis detraxit eam e nubibus? Quis trajecit mare qui invenerit eam, auroque puro compararit? Non est qui viam ejus noverit, aut qui callem ejus perpensum habeat. Verum cui nota sunt omnia, is et hanc prudentia sua habet cognitam [29]. » Non igitur immensum est mandatum, tanquam infantes enim lacte potavit. Ecquid mirum vero esse debet, cum Joannes quoque Christi mandata levia esse astruit? Quin et ipsemet inquit : « Jugum meum bonum, et onus meum leve [30], » quanto magis pædagogi quod circa sensilia vertitur mandatum.

Διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν. Ἀμέλει διὰ τοῦτο, παραβάντων αὐτῶν καὶ εἰδωλολατρευσάντων, ἐν τοῖς Κριταῖς (3) εὐκαίρως ὁ συγγραφεὺς ἐπιμέμνηται, λέγων· « Καὶ χεὶρ Κυρίου εἰς κακὰ ἐπ' αὐτούς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

C *Obtestor hodie et cœlum et terram, vitam et mortem proposui vobis*, etc. [16.] Quapropter cum falso simulacrorum cultu deliquissent ipsi in Judicum libris dicitur : « Et manus Domini mala intendit, quemadmodum locutus est eis Dominus, et quemadmodum eis juravit [31]. »

Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ οὖν τὸ ξύλον τοῦ θανάτου ἡ παρακοή.

Lignum igitur vitæ non aliud est quam **461** Dei dilectio. Inobedientia itaque et lignum mortis sibi respondent invicem [32].

Dilectionem idcirco Domini vitam vocat, et dierum non sensilium longitudinem. Quas induere cum desideraret sapiens, inquit : « Heu mihi quod habitatio mea est protracta. Verum earum quibus sancti bonis fruuntur, et dona eximia accipiunt, et e vita in vitam, e fide in fidem, e virtute in virtutem transeunt. Longævi itaque non usquequaque dies extendunt, verum hi qui præclaræ actionis magnitudine eas augent. Quapropter Jacob confessionem edens veluti, inquit : « Pauci et iniqui sunt dies mei [33]. »

Virum te præsta et fortiter age. [XXXI, 7.] Cedit Moses Josue. Dei decreto lex gratiæ cedit, servus Domino, Christi enim figuram Josue gerit. Qui postquam in mundum venit, nulla umbræ aut figurarum habeatur ratio. Ad ignominiam divinæ gubernationis ipsum spectat, et auctores ejus alienos a gratia reddit. Quapropter ad Galatas Paulus ait : « Adeo vecordes estis, ut qui in spiritu inceperitis, nunc carne perficiamini [34]. » Et iterum : « Quotquot in lege justitiam quæritis, e gratia excidistis [35]. » Ces-

[24] Matth. v, 44. [25] II Cor. III, 13. [26] Psal. LIII, 7. 5. [27] Rom. x, 8. [28] Tob I, 10; Eccli. III, 32. [29] Baruch III, 29, 32. [30] Matth. XI, 30. [31] Judic. II, 15. [32] Psal. CXIX, 5. [33] Gen. XLVII, 9. [34] Galat. III, 3. [35] Galat. v, 4.

NOTÆ.

(3) Ἐν τοῖς Κριταῖς λέγεται· Καὶ χεὶρ, κτ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

set igitur lex quæ de peccato accusat, et condemnationis ministerium est : « Eaque est per quam omnia sub peccatum conclusit Deus, ut omnium misereatur [36]. » Non ignoravit autem Moses Servatoris majestatem, nec quod illi tota dæmonum vis subjectum esset itura patre ipsius subdente imperio, hæc enim parva significatione indicantur. Nec vero quod nos ipse in terram vere sanctam, in supernas sedes adduxerit. Plus vero operæ quam Pater propter humanitatem conferre dicitur. Quemadmodum illud se quoque habet : « Non relinques animam meam apud inferos [37]. »

A fine septem annorum in stato festo anni remissionis in solemnitate Tabernaculorum. [XXXI, 10.] Numerus septenarius temporis spatium ante adventum Christi exactum repræsentat. Sicut illud : « Sterilis septem peperit [38]. » Item illud : « Ne fidas inimico tuo, septem enim scelera in corde ejus sunt [39]. » Item illud in Proverbiis : « Septies cadit justus et resurget [40]. » Numerus enim iste ubique Scripturæ multitudinem denotat. Ante adventum igitur Christi etsi lex recitabatur, non tamen ut disceretur fiebat ; non enim legem sicut oportebat, perfecteque cognoscebant. Quando vero Christus adventu ad nos facto remissionem peccatorum nobis condonavit, et a servitute, quemadmodum in anno remissionis consuetum erat, liberavit. Quando etiam resurrectionis tempus, cujus figuram prætulit Tabernaculorum solemnitas, quo corpora nostra e terra corroborantur, evolutum est : tunc humanitatem suæ naturæ integritati restituit, et ad discipulos dixit : « Accipite Spiritum sanctum [41]. » Quando etiam mentis nostræ oculi patefacti sunt, ut legem intelligant quæ eos olim latebat. Congregabantur item in eo loco quem demonstravit, in Ecclesia nempe. Illic enim eam Christi discipuli declararunt, dicente Paulo : « Nam si sanguis taurorum et hircorum, et cinis juvencæ, aspergens inquinatos, ad carnis purificationem sanctificat, quanto magis sanguis Christi [42] ? » Et iterum : « Pascha enim nostrum immolatum est, Christus videlicet [43]. » Et iterum : « Dicite mihi vos qui sub lege esse vultis, an legem agnoscitis seu legitis ? Scriptum enim est : Abraham duos habuit filios [44], » et quæ deinceps.

Ecce tu dormies cum patribus tuis. [16.] Notandum obiter est, quod mors in Veteri Testamento requies seu somnus vocatur. Per patres vero majores in spirituali cognatione intelligendum est.

Scribite verba hujus cantici. [19.] Digito quasi hic monstratur, quod futurum erat, quemadmodum in Evangelio : « Quicunque solverit unum ex mandatis his [45]. »

A *Γράψατε τὰ ῥήματα τῆς ᾠδῆς ταύτης.* Τὸ δεικτικὸν ἐνταῦθα περὶ τοῦ μέλλοντος, ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ· « Ὃς ἂν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων. »

Canticum autem est theologia, quæ veris et rectis dogmatibus est fundata, quam justi anima sola magno studio et cura secum destinavit Deo. Vel certe vox est argute ac concinne, absque concentu organi reddita. Quæcunque enim nuda et abstracta contemplatione ac theologia comprehenduntur, hoc nominis sortiuntur.

462 *Librum hunc acceptum reponite in latere arcæ fœderis.* [26.] Cæterum in medium concedit lex, indicio quod nova per Christum edenda oracula non longe sint defutura. Nam et legem quoque in sacris cœtibus recipere oportebit, minimeque rejicere. Verumtamen primæ ei non deferuntur.

Congregate ad me omnes tribuum principes vestros. [28.] Vox quidem Dei una est erga omnes quotquot earumdem virtutum et dogmatum se submittunt imperio. In primis vero ad eos qui dignitate præstant aliis pertinet. Quos ideo convocare dignatur, quo dicto audientiores faciat. Horum enim a vultu obedientiam pendere oportebat.

Ἐκκλησιάσατε πρός με τοὺς φυλάρχους ὑμῶν. Ἑνωτικὴ γὰρ ἡ Θεοῦ φωνὴ τῶν ὅσοι πειθόμενοι ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς καὶ δόγμασιν ὑποβάλλονται. B Πρώτους δὲ καὶ κατ' ἐξαίρετον τοὺς προὔχοντας ἀξιοῖ συλλεγῆναι. Προσεκτικοὺς αὐτοὺς τῶν λεγομένων ἀποτελῶν. Τοῖς γὰρ τούτων νεύμασιν ἐχρῆν ἀκολουθεῖν τὸ ὑπήκοον.

Testimonium autem suum præmittit quo futurorum malorum culpa sese eximat Deus, et quod ea mentis mutatione evitari possint indicet.

Adverte, cœlum, nam loquar, et audiat terra verba ex ore meo. [XXXII, 1.] Ut Dei verba percipiantur cœlum quod divinas accepit virtutes invocat, necnon terram mortalium sedem. Ea enim mente præditos reddere attonitos possunt. Quoniam vero oculi auribus pretiosiores solertioresque sunt, advertere præstantioribus, audire vero mortalibus tribuit : facultates enim mentis tanquam oculus unus percipiunt ; seu quoniam ea oracula longis post temporibus evenere, mortale vero diuturnum non est, divinas et immortales virtutes, hoc est, longævas terræ partes testimonio rerum futurarum invocat,

Nam et alibi Deus per Mosen eodem modo loquitur, et omnium rerum conditorem invocat. Cum vero an contra Judæos tantum hujusmodi voces proferantur haud sciam, cœlum et terra

Θεοῦ διὰ Μωϋσέως λαλοῦντος, καὶ τῶν πάντων ἐπικαλουμένου τὸν ποιητὴν, τὴν κτίσιν ἐχρῆν εἰς ὑπήκοον ἄγεσθαι. Μή ποτε δὲ καὶ ὡς τῶν τοιούτων φωνῶν κατ' Ἰουδαίων προφερομένων, οὐρανὸς εἰκό-

[36] Rom. XI, 32. [37] Psal. XV, 10. [38] I Reg. II, 5. [39] Prov. XXVI 25. [40] Prov. XXIV, 16. [41] Joan. XX, 22. [42] Hebr. IX, 14. [43] I Cor. V, 7. [44] Galat. IV, 21, 22. [45] Matth. V, 19.

τ...· ἀνακαλεῖται καὶ γῆ, τὰ καθόλου τῆς οἰκουμένης ἔθνη δηλοῦντα, καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς διατριβῆς ἄξια,

invocantur merito : quæ gentes per totum orbem versantes, ac cœlestibus sedibus dignas repræsentant.

Stillet ut pluvia eloquium meum. [XXXII, 2.] Cum nubis instar Moses esset, isto dicendi genere utitur. Sic enim sancti appellantur. De quibus dictum exstat : « Veritas tua ad nubes usque protingit [46]. » Qui enim nubes insensiles veritatis sensum percipiunt ? Iisdem quoque a Deo mandari dicitur, ut pluviam terræ negent. Ac ejus mandati divini sensu tanguntur, et ubi rigandum minusve norunt. His vero verbis, ut locum apud seipsos parent in eo eloquia ista excipiant, quemadmodum agricolæ terram parare solent, quo nulla elabatur aqua, hortatur.

Τὸ ἠρεμαῖον καὶ μὴ κατασύρον τῶν ῥημάτων δηλῶν κατὰ βραχὺ δυνόντων, καὶ τὴν καρδίαν ἁπαλωτέραν πρὸς καρποφορίαν ἐργαζομένων, δρόσον ταῦτα καλεῖ. Ὁποία καὶ ἡ καταβαίνουσα κατὰ Δαβὶδ ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών· ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν, ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ αὐτοὶ τοίνυν ὡς δρόσον δεχόμενοι τοὺς λόγους εὐλογηθήσονται.

Deinde lenitatem, et verborum modestiam quæ paulatim subsidunt corque molliusculum ferax reddunt, cum ea roris proponit nomine, indicat. Cujusmodi et illud est, quæ descendit, juxta Davidem, super montes Sion, quoniam illic promisit Dominus vitam felicem in æternum [47]. Ipsi itaque etiam qui verba tanquam rorem excipiunt, felicitate donabuntur.

Ἡ ἄγρωστις πόα τις ἐστὶν ἐπινεμομένη τῇ γῇ καὶ βαθείαις ῥίζαις λεπταῖς τε καὶ πολλαῖς καὶ πυκναῖς, οἷόν τισι ζώναις τὴν γῆν περισφίγγουσα· ὡς ἀντέχουσαν ταῖς ἐπομβρίαις, μὴ παρασύρεσθαι, πλέον ἀεὶ ῥιζουμένην. Οὕτως οὖν ἀξιοῖ τὸν λογικὸν ὄμβρον τῷ τῆς διανοίας παραπέμπεσθαι βάθει, μήποτε καὶ ξηρανθῶσι, μὴ δεχόμενοι, καὶ ὡς ἄγρωστις ξηρὰ βρωθῶσιν ὑπὸ πυρὸς, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου φωνήν

Cæterum ἄγρωστις herba quædam est, quæ super terra serpit, ac altis radicibus tenuibus, multis ac frequentibus terram ceu humiditati resistentem complectitur, altioresque ne evellatur subinde radices agit. Ad hunc igitur modum, in mentis profunditatem verbi sui imbrem demittere dignatur, ne forte qui non excipiunt, exarescant, et tanquam herba arida ab igne, juxta Isaiæ vocem [48], absumantur.

Fortassis vero propter sterilitatem feni et ἀγρώστιος, item quod in locis incultis nascuntur, sterilitatem asperitatemque eorum qui audituri sunt, innuit, quapropter eos obtestatur etiam.

Tribuite magnificentiam Deo nostro. [3.] Nihil humile aut creaturæ simile de eo concipiatis. Porro David quoque ait : « Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus simul [49]. » Si enim opera ejus magnifiunt, quanto magis ipse eorum conditor.

Εἰ γὰρ ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα αὐτοῦ, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸς ὁ τούτων δημιουργός! Ἐκ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Καὶ Ἡσαΐας δέ φησιν, « Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τίς κατέδειξε ταῦτα; » Μέγεθος δὲ αὐτῷ οὐ σωματικὸν, κατὰ δὲ τὰς ἀπείρους τε ἐνεργείας καὶ δυνάμεις. Ἐπεὶ καὶ μικρὸς ἀνὴρ τῷ σώματι, μέγας κατὰ σοφίαν ἐπονομάζεται.

Ex operum enim magnificentia ac pulchritudine ipsorum opifex rite perspicuitur. Necnon Isaias vero inquit : « Oculos vestros extollite et videte quis hæc descripsit [50]. » Cæterum in eo non corporea inest magnitudo, verum talis quæ in immensa ipsius efficacia ac virtutibus consistit. Quoniam parvus etiam corpore vir, magnus sapientiæ ratione nominatur.

Καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις· τουτέστι σοφίας καὶ κρίσεως οἱ περὶ προνοίας γέμουσι λόγοι, κἂν τὸ τούτων ἡμῖν μὴ φαίνηται δίκαιον· δι' ὧν τὴν πᾶσαν ὥσπερ διαπορεύεται κτίσιν, βάθος πλούτου καὶ σοφίας ἔχων, καὶ κρίματα, κατὰ τὸν Παῦλον, ἀνεξερεύνητα.

Et omnes viæ ejus sunt judicium. [4.] Hoc est, rationes providentiæ ipsius sapientia **463** et judicio plenæ sunt, quamvis eæ nobis non justæ videantur. Quibus fabricam totam pervagatur quasi secum divitiarum barathrum ac sapientiæ habens, judicia denique ut apud Paulum est, inscrutabilia.

Ἐν τῷ δικαίῳ πιστὸς, μὴ τὴν ὀρθὴν κρίσιν ψευδόμενος· καὶ ἀληθὴς ἐπαγγελλόμενος, οὐκ ἀδικῶν τὴν ὑπόσχεσιν. Τὸ δὲ πιστὸν διττὸν κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, ἢ τὸ ἀξιόπιστον, ὅπερ κυρίως ἐπὶ μόνου Θεοῦ· ὡς τό· « Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος· » οἷον καὶ τὸ παρὰ Πέτρῳ· « Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. » Πιστὸς δὲ καὶ ὁ πιστεύων, ὡς Ἀβραὰμ πιστὸς, ὅτι τῷ λαλοῦντι πεπί-

Deus fidus est, et iniquitas in eo nulla est, cum ipsa æquitate fidem conjunctam habens : qui rectum judicium non falso statuit, et veritatem servat in promissionibus, promissionem non labefactans. Cæterum fidum in divinis Litteris duplicem modum habet. Aut enim significat fide dignum, ut sacris initiare, quod de solo Deo dicitur proprie. Quemadmodum illud : « Fide dignus est, si promittit [52] ; » quale illud quoque apud Petrum : « Propterea sane

[46] Psal. xxxv, 6. [47] Psal. cxxxii, 3. [48] Isa. ix, 18. [49] Psal. xxxiii, 4. [50] Isa. xl, 26. [51] Rom. xi, 33. [52] Hebr. x, 23.

qui ex Dei voluntate passi sunt ad fidum conditorem suas deposuerunt animas [53]. » Fidus porro etiam qui fidem tribuit dicitur, quemadmodum fidus Abraham est, quia Dei voci fidem addixit. Qua ratione nos quoque fidi dicimur. Contra vero perfidi sunt qui dicunt Deum falsum habere nomen, et perfidum esse tam reipsa quam promissionibus. De quibus dictum est : « Fides non invadit apud eos, et aqua mendax sunt [54]. »

A στευχε, καθὸ καὶ ἡμεῖς πιστοὶ λεγόμεθα. Θεὸς δὲ ψευδώνυμος ἄπιστος καὶ τῷ εἶναι καὶ τῷ ἐπαγγέλλεσθαι. Περὶ ὧν εἴρηται, « Πίστις οὐκ ἴσχυσεν ἐν αὐτοῖς, καὶ ὕδωρ ψευδές εἰσι. »

Justus et sanctus Dominus. [XXXII, 5.] Nam fons justitiæ et sanctitatis est. Iis enim omnes creaturæ participant, quamvis aliæ amplius, minus aliæ.

Peccaverunt non ei filii reprehensibiles. [5.] Aquilas reddidit : *Corruperunt ei, non filii ejus ;* Symmachus vero : *Corruperunt ipsum, non filii ejus in universum.*

Ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητά. Ἀκύλας ἐξέδωκε, *Διέφθειραν αὐτῷ οὐχ υἱοὶ αὐτοῦ·* Σύμμαχος δὲ, *Διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ υἱοὶ αὐτοῦ* B *τὸ σύνολον.*

Amborum vero hæc sententia est. Adoptionem suam pernegaverunt. Corporeo quidem modo, quod ex nihilo producti, juxta Creatoris similitudinem creaturam, Creatore neglecto, coluerunt. Ac postquam ex Ægypto sunt egressi, vitulo fabricato iterum Beelphegor sese consecrarunt. Spirituali vero, quod, « Omnis qui peccat, Servatoris pronuntiato, e diabolo natus est [55]. » Quemadmodum qui recte sentit et dicit, Deo conformis evadit. Quomodo Paulus quoque eos qui a pietate exciderunt, se parturire dixit [56], ut pietatis formam recipiant. Porro vero aditum ad vitam monstrat illud : « Hic est liber generationis hominum. »

Generatio prava et detorta. Quemadmodum enim ex serpente Satana nata est, ita ingenium ejus morum perversitate repræsentat, ac per viam rectam non incedit. De quibus Proverbium ait : « O vos qui dereliquistis semitas directas, ut ingrederemini in viis tenebrarum, qui pravis studiis oblectamini, et gaudetis in contorta malitia. Semitæ perversæ et curvæ viæ eorum [57]. » Juxta Davidem vero [58], generatio sincera felicitatem consequetur. Tales igitur exstiterunt, qui patrum cognationem probro affecerunt.

Hæccine Domino rependitis? [6.] Qui vos in lucem produxit; qui delegit, qui ex Ægypto asseruit, qui per mare traduxit, in quo hostes submersit. Ac pro aliis hujusmodi benefactis ac prodigiis?

Adeo populus stultus et non sapiens. Videlicet quod tantæ essent imprudentiæ ac ruditatis, ut non intelligerent, quod ex Creatoris benignitate et educti ac educati, beneficiisque affecti essent. Atqui sane bos agnovit dominum suum, et asinus præsepe heri sui, ut est apud prophetam.

Annon ipse est pater tuus qui te comparavit? qui te fecit? quique te condidit? etc. Qui enim ex manu hosti um servum eripuit, jure utique tenet quem redemit. Ex fictitiis vero diis te asseruit, nec se tamen herum servi, verum patrem filii vocat. Qui ob id primogenitus nominatur, ipsomet dicente Patre : « Filius meus primogenitus Israel. »

Quod vero majus est, subintulit, veluti quod fecit C te et condidit. Quod ipsius opificium denotat. At vero ejus quoque nomine Pater vocari dignatur. Verum fecit et condidit simul posita, a Filio secundum naturam distinguunt. Ac additum est alterum, ut ex gratia, nec natura Pater esse intelligatur. In progressu vero capitis, cum *genuit* dixisset, non Patris nomen, verum Dei præposuit, dicens : « Deum qui te genuit dereliquisti. » Ne generatio naturalem filiorum conditionem 464 significaret. Quin Joannes quoque non prius, *nati sunt*, dicit, quam illud, *ex gratia*, præmisisset dixissetque : In ipsorum potestate posuit, ut filii Dei fierent : « Qui non ex sanguine nec viri arbitrio, verum ex Deo nati sunt [59]. » Quapropter hæreticorum argutiæ valeant, qui in idem facere, condere, et gignere D cum redigant, naturalem Dei Filium conditum esse magna gloriatione asserunt. Cum vero facere et creare sive condere non solum rei primitivam es-

Τὸ δὲ μεῖζον ἐπήνεγκε τὸ, ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε. Ὃ καὶ τὴν αὐτοῦ δημιουργίαν δηλοῖ, καθ' ἣν πάλιν ἀξιοῖ καλεῖσθαι Πατὴρ, ὁμοῦ καὶ διαστέλλει τοῦ φύσει Υἱοῦ τό· Ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε, προσθείς· ὡς ἂν κατὰ χάριν, ἀλλὰ μὴ φύσει νοεῖται Πατήρ. Προϊὼν δὲ τὸ, *ἐγέννησεν*, εἰπὼν, οὐ τὸ Πατὴρ, ἀλλὰ τὸ, *Θεὸς*, προὔταξεν ὄνομα, λέγων· « Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλειπες. » Ἵνα μὴ δηλώσῃ φυσικὴν ἡ γέννησις τὴν υἱότητα. Καὶ Ἰωάννης δὲ, οὐ πρότερον τὸ, *ἐγεννήθησαν*, φησὶ, πρὶν τὸ, *κατὰ χάριν* προέταξεν, εἰπών· Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. « Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Ὥστε μὴ σοφιζέσθωσαν αἱρετικοὶ πρὸς ἴσον ἄγοντες τῇ ποιήσει καὶ κτίσει τὴν γέννησιν, τὸν Υἱὸν τὸν φύσει κτίσμα δοξάζοντες. Ποίησις δὲ κτίσις καὶ ἐπὶ μεταποιήσεως λέγεται χωρὶς τῆς ἐξ ἀρχῆς οὐσιώσεως, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς· « Καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » Καὶ πάλιν· « Καρδίαν καθαρὰν

[53] I Petr. iv, 19. [54] Jerem. xv, 18. [55] I Joan. iii, 8. [56] Galat. iv, 19. [57] Prov. ii, 13-15. [58] Psal. lxii, 12. [59] Joan. i, 13.

κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός. » Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος πρὸς Ἐφεσίους φησί· « Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύω κτίσῃ ἐν αὐτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. » Καὶ Ἰσαὰκ δέ φησι τῷ Ἠσαῦ· « Ἰδοὺ Κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου. » Εὐχῆς δὲ ἄξιον τὸ μεταποιηθῆναι, καὶ κτῆμα χρηματίσαι Θεοῦ, κατὰ τὸ παρ' Ἠσαΐα, « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, κτῆσαι ἡμᾶς. »

A sentiam dare, verum in meliorem conditionem commutare significet. Quemadmodum ex illo Psalmorum constat : « Et populus qui creabitur laudabit Dominum [60]. » Et iterum : « Cor purum crea in me, Deus [61]. » Denique etiam Paulus ad Ephesios inquit : « Legem mandatorum quæ in decretis sita, cum abrogasset, ut duos conderet in seipso in unum hominem novum, qui juxta Deum conditus esset, in justitia et sanctitate veritatis [62]. » Nec non Isaac ad Esau inquit : « Ecce Dominum tuum ipsum feci [63]. » Optandum vero ut in melius mutemur, et creatura Dei nuncupemur, juxta illud apud Isaiam : « Domine Deus noster, crea nos [64]. »

Recordamini dierum ab æterno. [XXXII, 7.] Arguisti eos ingratitudinis, quod mala tibi pro bonis retulerint. Quemadmodum David quoque ait : Redarguit eos ab eo tempore quo eos ex aliis selegit gentibus [65]. Perpendite enim, inquit, ab omni hominum vita si ulli genti hujusmodi obvenerunt, nam filius appellatus est Dei, populus ejus, oves pascuæ ejus [66], an digna Dei conspectu aut voce sit facta. Quod si vero juvenes ignorantiam horum prætexitis, tibi quoque pater sum, ac ceu princeps prophetia te dignatus sum, qui mediator sum vestri et Dei. Qui cognitum quomodo hoc universum constitutum sit habeo. Quam verax vero ipsius sit cognitio signis abunde declaratum est. Sæpenumero vero cum longe ante prædixisset, signa ne latum quidem culmum a certissimo rerum eventu discesserunt. Percontare igitur, et cognosces. Cujus rei seniores quoque divino pleni spiritu testes adsunt. Deinceps quomodo Israeli ab initio primæ sint delatæ subintulit.

Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη. (4) Ἡ ἀρχὴ τοῦ μερισμοῦ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ διασπορᾷ τῶν υἱῶν Ἀδὰμ γενομένη κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ πρόφασιν ἐσχηκέναι δοκεῖ τὴν ἐπὶ τοῦ πύργου οἰκοδομήν (5)· ὅτι καὶ ὁ κατάλογος τῶν υἱῶν καὶ ἐγγόνων τοῦ Νῶε ἑβδομήκοντα ἦν τὸν ἀριθμόν. Ἀλλὰ καὶ οἱ υἱοὶ Ἰακὼβ οἱ εἰσελθόντες εἰς Αἴγυπτον, ὡς γέγραπται ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· « ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες ὑμῶν εἰς Αἴγυπτον. » Οὕτω δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασιν ἑρμηνευταὶ, κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν Ἰσραήλ.

B *Cum divisisset altissimas gentes.* [8.] Initium gentium divisionis in dispersione filiorum Adam factum, juxta numerum angelorum Dei. Occasionem ei præbuisse linguarum quæ in turris exstructione accidit confusione, videtur. Quoniam enumeratio filiorum, et nepotum et neptum Noe non longe est descripta. Quæ complectitur instituta gentium quarum septuaginta exsistunt numero. At etiam Jacobi filii et nepotes in numerum septuagenarium concluduntur, qui in Ægyptum descenderunt. Quemadmodum in præsenti libro scriptum est : « Septuaginta animis descenderunt patres vestri in Ægyptum [67]. » Ita vero et reliqui interpretes reddiderunt : *juxta numerum filiorum Israel.*

Ἀλλὰ πῶς Ἰσραὴλ γέγονεν ἐκλογή; Ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς Νῶε τὸν ἀπ' αὐτοῦ δέκατον, ἐτῶν ὄντων ἀμφὶ τὰ ͵βμβ, οὐδεὶς πρὸς πολύθεον πλάνην ἀποκλίνας ἱστόρηται· ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις ἀπώλοντο πλημμελήμασιν, ἐπενεχθέντος κατακλυσμοῦ. Τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ Νῶε πανταχοῦ σκεδασθέντων εἰς τὰ πρὸς ἠῶ μέρη, ἐννακοσίων τεσσαρακονταδύω παρῳχηκότων ἐνιαυτῶν, πρῶτος τῆς Ἀσσυρίων βεβασίλευκε γῆς Ἄρβηλος, ἀνὴρ ἀλαζὼν, καὶ Θεοῦ πρῶτος ὄνομα παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαβών. Ὧ καὶ προσκυνοῦντες, θυσίας προσέφερον. Ἐξ οὗ Νῖνος οὗ Νινύας. Ὧ Νινευὴ πόλις ἐπωνόμασται. Ἣν ἀῤῥαγεῖ περιβόλῳ τετείχικε Σεμίραμις ἡ τούτου γυνή. Ἐπὶ δὲ Νίνου γέγονεν Ἀβραὰμ, ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ τῶν Ἀσσυρίων τὴν κοινὴν ἀσέβειαν βδελυττόμενος. Ὅθεν ἐκ μέσου τούτων ἡρπάζετο, Θεοῦ πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγήσαντος, καὶ ἐκλεξαμένου τοὺς ἐξ αὐτοῦ μετ' αὐτόν.

At quomodo fuit Israelis electio? Ab Adam usque ad Noe ab eo decimum, annis circiter bis mille C quadraginta duobus, qui error LXX interpretum est, nullus in spatiosum iter deflexisse historia fertur, verum ob alia atque alia delicta diluvio illato perierunt. Posteris vero Noe in plagam orientalem disjectis, annisque nonaginta ac quadraginta duobus exactis, primus terræ Assyriacæ regnum Arbelus tenuit, vir arrogans, quique Dei nomen primus a subditis accepit, quem adoraverunt, cuique victimas obtulerunt. Ex quo Ninus, seu Ninyas, nascitur, cujus simile urbs Ninive nomen est adepta, quam infracto ambitu Semiramis uxor ejus munivit. Post Ninum vero Abram fuit, vir bonus quique Assyriorum vanam impietatem est abominatus. Quapropter e medio horum a Deo raptus est, qui eum ad se adduxit, posterosque ejus sibi elegit

[60] Psal. CI, 18. [61] Psal. L, 10. [62] Ephes. II, 15. [63] Gen. XXVII, 37. [64] Isa. XXVI, 13. [65] Psal. LXXVII, 1 seqq.; CXLVII, 20. [66] Psal. LXXVIII, 13. [67] Deut. X, 22.

NOTÆ.

(4) Quæ asterisco notantur anonymi sunt in Catena Lipsiensi.

(5) Οἰκοδομῇ τῶν διαλέκτων σύγχυσιν· ὅτι καὶ οὐ μακρὰν ὁ κατάλογος ἀναγέγραπται τῶν υἱῶν καὶ ἐγγόνων τοῦ Νῶε, περιέχων τοὺς λόγους τῶν ἐθνῶν ὄντων τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. Ἀλλὰ καὶ οἱ υἱοὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ υἱοὶ υἱῶν συνάγονται εἰς τὸν ἑβδομήκοντα ἀριθμὸν, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον, καθὰ ἐν Δευτερονομίῳ γέγραπται· ἐν ἑβδομ. κτ. ἐν σελ. 867. τοῦ 3 τόμ. τῆς εἰς τοὺς Ψαλ. σειρ. καὶ παρὰ Προκοπ. ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

Quid autem sibi juxta numerum angelorum Dei vult? Virtutes spirituales gentes protegere Deus jussit, adque sui cultum adducere, ac per has quæ ad salutem ducunt utilitatem earum summam procurat.

A Τί οὖν τὸ, κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· Τὰς νοερὰς δυνάμεις ὑπερασπίζειν ἐκέλευσε τῶν ἐθνῶν ὁ Θεὸς, καὶ εἰς λατρείαν ὁδηγῆσαι τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ταύταις ὠφέλειαν προξενῶν τὴν μεγίστην ὁδηγούσαις εἰς σωτηρίαν.

« Castra enim tenet, inquit, angelus Domini circa timentes ipsius, et eripiet eos [68]. » De sanctis item inquit : « Quoniam angelis suis de te mandabit, ut te in omnibus institutis tuis tueantur [69]. » Necnon Paulus etiam inquit : « Annon omnes sunt ministrantes **465** spiritus, qui in servitium ablegantur, propter eos quibus salus hæreditario obventura est [70]. » Denique vero Servator inquit : « Videbitis cœlos patefactos, angelosque Dei ascendere et descendere super Filio hominis [71]. » De quibus scriptum est quod Deum nobiscum celebrent : « Celebrate Dominum, omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui jussa ejus exsequimini [72]. » Quod vero Deo etiam reverentiam offerre doceant, argumento angelus qui Gedeoni comparuit, est. Ipsi enim victimam offerre gestivit. At ille : « Cape, inquit, carnes et azyma, et super petra illa ponito [73]. » Petra vero illa Christus erat, dicit Paulus [74], propter divinæ naturæ firmitatem immobilitatemque. Simili quoque modo angelus qui Manoe ei sacrificare volenti comparuit dixit : « Si feceris holocaustum, Deo illud offeres [75]. » Quod sane ipse quoque super petra Domino obtulit.

Et fuit pars Domini populus ejus Jacob. [XXXII, 9.] Pars aliqua Deo cedit, quæ electione ipsam dignam efficit. Ac propterea cum Davide clamat: « Pars mea Dominus [76]. » Electionis enim quæ per patres facta est nomine dilecti exstiterunt; dicit enim Deus per unum prophetarum : « Tanquam uvam in deserto Israelem inveni : et tanquam speculatorem in ficu matutinum vidi patres ipsorum [77]. » Quo rem inasperatam denotat, inventosque esse exoptatissimos, quamvis in Assyria simulacra omnes coluerunt. Qui vero dæmonum socii sunt vulpium partes in psalmis dicti sunt [78].

B *Καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ.* Μερὶς γίνεταί τις Θεοῦ, τῆς ἐκλογῆς αὐτὸν ἄξιον ἐργαζόμενος, καὶ μετὰ Δαβὶδ διὰ τοῦτο βοῶν· « Μερίς μου ὁ Κύριος. » Κατὰ γὰρ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας ἐγένοντο. Φησὶ γὰρ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεός· « Ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον εἶδον πατέρας αὐτῶν, » Τὸ παρ' ἐλπίδα δεικνὺς, καὶ τὸ τῶν εὑρεθέντων τριπόθητον, πάντων εἰδωλολατρούντων ἐν Ἀσσυρίᾳ. Οἱ δὲ τοῖς Δαίμοσιν οἰκεῖοι, μερίδες ἀλωπέκων εἴρηνται ἐν Ψαλμοῖς.

Per metaphoram vero funiculum hæreditatis dicit; funiculo enim terram dimetiebantur, quemadmodum terra promissionis filiis Israel quoque est dimensa.

C Σχοινίῳ γὰρ ἐποίουν τὰς διαμετρήσεις τῆς γῆς. Οὕτω διεμετρήθη καὶ διεμερίσθη ἡ γῆ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Ἀπὸ τῆς συνηθείας οὖν εἴρηται τὸ σχοίνισμα.

Sufficit illi in deserto. [10.] Aquilas et Theodotion, *Invenit eum*, reddiderunt, juxta illud : « Ceu uvam in deserto invenit Israel [79]. » Cæterum in deserto divinæ cognitionis, in siti et æstu, in loco aquis vacuo. Non enim desertum illud fluvium habuit, qui civitatem Dei refocillat, neque fontem vitæ, neque torrentem deliciarum. Cum igitur invenisset eum, ejus subvenit inopiæ. Non enim alius ipsis sufficiebat, eorumque fidei accommodatior erat. Porro Symmachus clarius adhuc exposuit : *In deserto inculto, vasto, obscuro.* Quis enim ordo apud eos qui Creatore contempto creaturæ serviunt? quæ sane a sancta Trinitate desolata ; non enim in corpore peccati ære obruto, in hominibus iniquitatem designantibus habitat. Hoc vero desertum non tale natura exsistit, verum obscuritatem suam ex vi opposita contraxit. Sic itaque illud : « Satis fecit ei, » concipiatur; effecit enim ut sua sorte contenti essent, nullaque re in deserto omnium rerum inopia laborante deficerent.

Αὐτάρκησεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, *Εὗρεν αὐτὸν*, ἐκδεδώκασι, κατὰ τὸ, « Ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραήλ. » Ἐν δίψει καύματος ἐν ἀνύδρῳ. Οὐ γὰρ εἶχε ποταμὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς, οὐδὲ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς (6). Ὅθεν ἐν δίψῃ ἦν συγκαιομένη ὑπὸ τοῦ Διαβόλου. Ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν ἔτι σαφέστερον· *Καὶ ἐν ἀτάκτῳ καὶ ἀοικήτῳ ἠφανισμένῃ.* Ποία γὰρ τάξις παρὰ τοῖς τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίστην λατρεύουσιν; ἥτις ἀοίκητος τῆς ἁγίας Τριάδος. Οὐ γὰρ κατοικεῖ ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας, ἐν ἀνθρώποις ποιοῦσι παρανομίαν. Ἡ δὲ ἔρημος οὐ φύσει τοιαύτη, ἀλλ' D ἠφάνισται ὑπὸ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως. Νοοῖτο δ' ἂν καὶ οὕτω τὸ, « Αὐτάρκησεν· » αὐτάρκεις γὰρ αὐτοὺς πεποίηκε, μηδενὸς ὑστερεῖσθαι παρασκευάσας ἐν ἐρήμῳ πάντων νοσούσῃ τὴν ἔνδειαν.

Circumduxit eum et erudivit eum. Multis enim tribulationibus patres eorum pertentavit, nunc ex

Ἐκύκλωσεν αὐτὸν καὶ ἐπαίδευσεν αὐτόν. Ἐδοκίμασε γὰρ τοὺς πατέρας αὐτῶν (7) καὶ διὰ

[68] Psal. XXXIII, 8. [69] Psal. XC, 11. [70] Hebr. I, 14. [71] Joan. I, 51. [72] Psal. CII, 21. [73] Judic. VI, 20. [74] I Cor. X, 4. [75] Judic. XIII, 16. [76] Psal. CXVIII, 58. [77] Osee IX, 10. [78] Psal. LXII, 10. [79] Osee IX, 10.

NOTÆ.

(6) Εὑρὼν οὖν αὐτὸν, ἠρκέσθη αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἦν ἕτερος ἱκανὸς εἰς αὐτάρκειαν, καὶ εἰς πίστιν κατηρτισμένος. Ταῦτα ἀντὶ τῶν ἑξῆς ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

(7) Ὑμῶν, καὶ διὰ πυρὸς, καὶ διὰ πολλῶν ἐπείρασε θλίψ. ἐν σελ. 869. τοῦ 3 τῆς εἰς τοὺς Ψαλ. σειρ. τόμ.

πολλῶν ἐπύρωσε θλίψεων. Πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίας (8) εἰς γῆν Χαναὰν μεταστήσας, καὶ πάλιν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξ Αἰγύπτου πάλιν εἰς Χαναὰν, καὶ μυρίοις πειρασμοῖς περιέβαλε, παιδεῦσαι αὐτοὺς βουλόμενος. Τὸν Ἰακὼβ δὲ καὶ εἰς Μεσοποταμίαν ἀπήγαγε, καὶ δουλεῦσαι πεποίηκεν· ὅπως διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος κατεργάσωνται τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν.

A Assyria in Chananæam, inde in Ægyptum, nunc iterum in Chananæam transferendo. Voluit autem erudire eos, quemadmodum Jacobum in Mesopotamiam cum duceret, et ad salutis exspectationem confirmare. Interim tamen ejus tanquam pupillæ oculi curam gessit.

Ὡς λέγειν τὸν Ἰακὼβ, « Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου. » Καὶ πάλιν, « Εἰ μὴ ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἀβραὰμ ἦν μοι, καὶ ὁ φόβος Ἰσαὰκ, νῦν ἂν κενόν με ἐξαπέστειλας. »

Ut diceret Jacob : « Angelus Domini ex omnibus malis meis me eripuit [80]. » Et iterum : « Si non Deus patris mei Abraham adfuisset mihi, et timor Isaac, nunc me vacuum dimisisses utique [81]. »

Ἀλλὰ καὶ τοὺς νῦν ἀκούοντας ἐκύκλωσε μ' ἔτη τὴν ἔρημον, ὡς λέγειν Μωσέα· « Καὶ μνησθήσῃ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, ἣν ἤγαγέ σε Κύριος ὁ Θεός σου τοῦτο τεσσαρακοστὸν ἔτος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὅπως ἂν κακώσῃ σε, καὶ ἐκπειράσῃ σε, καὶ διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, εἰ φυλάξῃ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἢ οὔ. » Καὶ πάλιν, « Ὡς εἴ τις παιδεύσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ, οὕτω Κύριος ὁ Θεός σου παιδεύσει σε. »

Quin et præsentes auditores circumduxit triginta annos per desertum, ut dicat Moses : « Memineris quoque cuncti itineris per quod te Dominus Deus tuus deduxit. Jamque quadragesimus in B deserto agitur annus, quo te affligat et tentet te, et cogitationes cordis tui dignoscantur, an mandata ejus observaveris, an minus [82]. » Et iterum : « Quoniam ut homo filium suum erudire solet, ita Dominus Deus tuus te erudivit [83]. »

Quemadmodum aquila solet protegere nidum suum. [XXXII, 11.] Hoc animal amans suorum pullorum est : quos cum in monstrosam sublimitatem subduxit et volare docet, et diductis oculis solem oppositum intueri. Quod si unus ex his qui solis splendorem perferre nequeat, pro spurio habet et condemnat. Ita veros adoratores in **466** altum contemplationis spiritualis educit, de quibus Isaias inquit : « Alas tollent sicut aquilæ. Current, et neutiquam defatigabuntur [84]. » Qui vero currant Servator indicat : « Ubi cadaver, ibi congregabuntur aquilæ [85]. » Quorum juventus per divinam tinctionem velut aquilæ renovabitur [86]. Si vero quis civis cœlestis factus fuerit, audiet : Umbra scapularum suarum proteget te, et sub alis ipsius spem recondes. Super humeros enim tollentur, et super brachio sublevabuntur [87]. Quod autem tantam erga eos curam declaret, ipse quoque Servator in similitudine qua erga Jerusalem usus, indicavit : « Quoties colligere tuos liberos, quemadmodum gallina solet pullos suos sub alas suas, volui, et non voluisti [88] :

Οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν Θεὸς ἀλλότριος. Καθώς φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ποία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ;

Ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἰσχὺν τῆς γῆς. Ἀνεβίβασε, τουτέστιν ὑψηλοτέρους αὐτοὺς τῶν γηΐνων πεποίηκεν. Ὡς γὰρ Ἀκύλας φησὶν, *Ἐπὶ τὸ ὕψωμα τῆς γῆς αὐτοὺς ἀνεβίβασε*, μηδὲν ταπεινὸν ἢ χαμαίζηλον αὐτοὺς ἐνθυμεῖσθαι βουλόμενος.

C *Nec erat cum eo Deus alienus.* [12.] Quæ enim communitas, Paulo teste [89], luci cum tenebris ? quæ consensio Christo cum Belial ?

Evexit eos in fortalitium terræ. [13.] Supra terræ incolas eos extulit. Eodem modo Aquila quoque inquit : *In altum terræ eos adduxit.*

Κατὰ τὴν ἱστορίαν, τὴν γῆν φησι τῆς ἐπαγγελίας, ὡς γεγονότα λαμβάνων τὰ μέλλοντα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπέβησαν ἤδη μέρους αὐτῆς. Συμφωνεῖ δὲ τὸ ἐπαγόμενον· « Ἐψώμισεν αὐτοὺς γεννήματα ἀγρῶν. » Οὔπω γὰρ ἔφαγον τῶν γεννημάτων τῆς γῆς· τῷ δὲ μάννᾳ πρὶν διαπεραιωθῆναι τὸν Ἰορδάνην ἐτρέφοντο. Ἀλλ' οὐδὲ μέλι ὄρειον οὔπω ἦσαν δρεψάμενοι, οὐδὲ τῶν ἐλαιῶν· αἳ φιληδοῦσι πέτραις καὶ ὄρεσιν.

Si vero oculos ad historiam convertamus, de terra promissa ea esse dicta intelligemus, ubi quidem loco præteritorum futura, quamvis maximam jam ejus partem contigerint, habet. Quod ipsum sane id quod sequitur, quoque comprobat, cum inquit : « Agrorum proventibus cibavit eos. » Nondum enim proventibus terræ victitabant, utpote qui D manna priusquam Jordanem transiissent, alebantur usque. Imo vero ne mel silvestre quidem adhuc colligebant, neque olearum quæ saxis et montibus delectantur, baccas.

Cæterum mellis nomine aquam significari quidam asserunt, quæ ipsis in deserto sitibundis mellis saporem habere visa fuerit.

Εἴποις δ' ἂν ἀλληγορῶν αὐτοὺς ἐψωμικέναι γεννήματα τῶν πεπληρωμένων εὐωδίας πνευματικῆς, οὓς ηὐλόγησε Κύριος.

Licebit vero per figuram agrorum odoribus spiritualibus refertorum, Deique voce fortunatorum pavisse frugibus, interpretari.

[80] Gen. XLVIII, 16. [81] Gen. XXXI, 42. [82] Deut. VIII, 2. [83] ibid. 5. [84] Isa. XL, 31. [85] Matth. XXIV, 28. [86] Psal. CII, 5. [87] Psal. XC, 2 seqq. [88] Matth. XXIII, 37. [89] II Cor. VI, 14, 15.

NOTÆ.

(8) Ἀπὸ τῆς Συρίας. Ὁ αὐτ.

Quemadmodum illud quoque : « Et biberunt ex petra spirituali quæ illos est consecuta : petra vero Christus erat [90]. » Approbat id vero quod in Proverbiis dicitur : « Favi melliti sermones probi qui ab ape eduntur, cujus labores reges et populi ad sanitatem afferunt [91]. » Sermo ille quem Sponsus cum Sponsa habet : « Favum stillant labia tua, sponsa mea [92], » et Dominus noster dulcis, et amabilis, et guttur ejus dulcedo est expetenda. Insuper vero eorum vultus qui se ducendos ad hunc modum præbent, oleo serenus redditur, et doctrina spiritus illustratur.

Butyrum boum, et lac ovium. [XXXII, 14.] Paulus quoque inquit : « Tanquam infantes in Christo lacte vos potavi [93]. » Qui etiam per Corinthios boves quinam essent, aperuit, inquiens : « Num boves Deo curæ sunt ? annon potius in nostri gratiam hæc omnino ait ? Nam qui arat et triturat, spe quod frui possit, facit [94]. » At Servator discipulos amandat tanquam oves in luporum medium [95]. Quorum quidem lac Israel filii animis eorum per Mosen, per ejus tempestatis sacrificos ac seniores ad ubera admotis suxerunt. Necnon vero Moses etiam ovis fuit, qui mansuetudine omnes superavit homines.

A *Βούτυρον βοῶν, καὶ γάλα προβάτων* *. « Βούτυρον, νηπίοις πρέπουσα καὶ αὕτη ἡ τροφὴ, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ὡς νηπίους ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. » Βόας δέ φησι, περὶ ὧν [ὁ] αὐτὸς Παῦλος· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει, » καὶ τὰ ἑξῆς. Πρόβατα δὲ καλεῖ τούτους Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. » Τούτων ἐθήλαζον τὸ γάλα οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. Ἢ οὐκ ἦν Μωϋσῆς βοῦς ἀλοῶν καὶ ἀροτριῶν τὰς ψυχὰς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, Ἀαρών τε, καὶ Ἐλεάζαρ, καὶ Φινεὲς, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων οἱ ἑβδομήκοντα ; καὶ πρόβατον δὲ ἦν Μωϋσῆς, πραῢς ὑπάρχων παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους.

Quorum insuper etiam bonam valetudinem per doctrinam hauserunt. Quapropter subjunxit : « Cum adipe arietum pinguium et hircorum. » Alioqui enim adipem edere erat interdictum. Lege eum Deo afferre præcipiente.

Porro ipsi quoque agniculi propter in Christo infantiam fuerunt, necnon arietes et hirci, ac gregis Dominici duces. Filios item taurorum seu juvencos esse aiunt, eo quod Dei jugo colla submiserunt, seu quod sane præstantius est, quod doctorum Christi numero sunt accensi.

B Οἱ γὰρ αὐτοὶ ἦσαν καὶ ἄρνες διὰ τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα, καὶ κριοὶ, καὶ ταῦροι (9) τῆς ποίμνης ἡγούμενοι, καὶ υἱοὶ ταύρων, δαμάλεις ὄντες, καὶ Θεῷ ὑπέχοντες τὸν αὐχένα.

Cum adipe renum frumenti et sanguinem uvæ biberunt meracum. Non enim Christi doctrinam per figuras perceperunt solum, et spiritualem petram, verum etiam felicitatem ipsam quæ in involucris erat inclusa. Adeps enim renum frumenti panis spiritualis est, qui cor hominis confirmat, sanguis item uvæ vinum est, quod ex veraci vite factum lætitiam conciliat [96].

Μετὰ στέατος νεφρῶν πυροῦ, καὶ αἷμα σταφυλῆς ἔπινον οἶνον *. Οὐ μόνον φησὶ τῆς πνευματικῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἀπήλαυον, καὶ πνευματικῆς πέτρας, καὶ τῶν ὁδηγούντων αὐτοὺς διδασκάλων, ἀλλὰ καὶ τῆς μυστικῆς ἠξιώθησαν εὐλογίας, ὡς ἐν τύπῳ μεταλαμβάνοντες. Στεῖς (10) γὰρ νεφρῶν πυροῦ, ἄρτος ἐστὶν ὁ πνευματικὸς, ὁ στηρίζων καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ αἷμα σταφυλῆς, ὁ οἶνος ὁ εὐφροσύνης ποιητικὸς ὁ ἐκ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου γινόμενος (11).

C

467 *Et comedit Jacob, et saturatus est, et calcitravit dilectus.* [15.] Juxta Salomonem enim anima repleta favos quoque conculcat [97]. Alibi item inquit : « Mel si repereris, comede de illo quantum satis est, ne forte satiatus evomas illud [98]. »

Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. Εἴρηται τῷ σοφῷ Σολομῶντι, ψυχὴ ἐμπεπλησμένη, κηρίοις ἐμπαίζει. Καὶ πάλιν παρεγγυᾷ· « Μέλι εὑρὼν, φάγε τὸ ἱκανὸν, μήποτε πλησθεὶς ἐξεμέσῃς. »

Doctrinam enim in se ipsis non digesserunt ut per spiritum concoquerent. Quin cor carneum crassumque habuerunt, an per angustam afflictamque viam non incesserunt, verum per eam quæ abducit ad interitum. Quapropter in porcorum qui margaritas conculcant modum recalcitrarunt, ceuque equi qui frenum excusserunt, magistros in via retinere eos cupientes rejectos

Οὐδὲ γὰρ ἤκουσαν, ὥστε κατασχεῖν καὶ πέψαι τὰ εἰρημένα, ἵνα καὶ καρποφορῆσαι δυνηθῶσιν· ἀλλ' ἐπαχύνθη αὐτῶν ἡ καρδία καὶ ἐλιπάνθη, εὐεκτοῦντος τοῦ σώματος, καὶ πολυσαρκίᾳ βαρυνομένου· καὶ ἀπελάκτισαν ὡς χοῖροι, τοὺς καλοὺς καταπατήσαντες μαργαρίτας, καὶ ὡς ἵπποι τὰ χαλινὰ ἀποῤῥίψαντες. « Καὶ τοὺς ἐπισχεῖν βουλομένους ἀποστρέφοντες τοῖς ποσί. » Μακρύναντες γὰρ ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ,

[90] I Cor. x, 4. [91] Prov. xvi, 24. [92] Cant. iv, 11. [93] I Cor. iii, 1, 2. [94] I Cor. ix, 9. [95] Matth. x, 16. [96] Psal. ciii, 15. [97] Prov. xxvii, 7. [98] Prov. xxv, 16.

NOTÆ.

9) Καὶ τράγοι. Ἐν σελ. 871. τοῦ 3 τόμ. τῆς εἰς τοὺς Ψαλ. σειρ.

(10) Στέαρ. Ὁ αὐτ.

(11) Γενόμενος. Ὁ αὐτ.

παρεδόθησαν τῇ ἀπωλείᾳ, μήτε ὡς Ποιητὴν ἐπιγνόντες, μήτε ὡς Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν αἰδεσθέντες.

A impegerunt. Quemadmodum de illis prophetæ illud affirmat: « Obverterunt mihi terga sua, non facies [99]. » Adeo reliquerunt Dominum creatorem suum, non agnoverunt conditorem suum, nec redemptorem suum sunt reveriti.

Irritarunt me diis alienis. [XXXII, 16.] Cum de diis alienis dixisset, infert: « Et sacrificarunt dæmoniis, non Deo. » Ea enim substantia quidem ipsa ac opificio Dei propria sunt. Impium vero propositum a Deo est alienum. Quibus qui adhærent, vitæque fontem deseruerunt, ad justum sui supplicium Deum commoverunt. Ubi humano more de ira Dei dictum est: « Nam permutarunt ipsum cum diis heri aut pridie fabrefactis [1], » quos non cognovit Abraham, nec majores ipsius.

Et vidit Dominus, et iratus est. [19.] Humana iterum affectione naturalis Dei repræsentatur bonitas, qua omnes homines servari cupit, et ad veritatis cognitionem pertingere [2], nec dæmonum præstigiis agitari, eosque qui illud admisissent supplicio condigno in viam revocare.

Καὶ παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων. Κατ' ἄμφω γὰρ υἱοὶ καὶ θυγατέρες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, κατὰ δημιουργίαν τε καὶ κατ' οἰκείωσιν τὴν παρὰ τὰ λοιπὰ ἔθνη. Γράφεται δὲ καὶ οὕτως· « υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων· » ὅτι καὶ τούτοις τρὶς τὴν ὁμοίαν καθηγήσαντο πλάνην· ἣ γοῦν προαναφωνεῖ τοὺς ὕστερον ἐσταυρωκότας Χριστὸν, περὶ ὧν ὁ προφήτης φησίν· « Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις· » οἳ καὶ τῶν πατέρων γεγόνασι πονηρότεροι, καὶ δίκην ἔτισαν τὴν προσήκουσαν.

Συγκάμψας ἔπεσε. Πάντως γὰρ ἐκ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου συμπαθείας τὸ πᾶν σῶμα . . . καμφθὲν, καὶ κατέπεσε σπώμενον.

D *Διὰ τῆς δικτυωτῆς.* Διὰ καγκέλλου, οἷα δῆθεν αἰδουμένη γυνὴ ἐπεσκόπει τοῦ παιδὸς καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν φυγήν.

Σοφαὶ ἄρχουσαι αὐτῆς ἀνταπεκρίναντο πρὸς αὐτήν. Τὰς θρηνῳδοὺς οὕτω φησὶν ἡ Γραφὴ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ (62). Τοιαῦται γὰρ τοῖς ἐν πένθει νομίζονται. Προδιαγράφει τοίνυν τὸν ἐπ' αὐτῷ γενησόμενον

[83] Malach. II, 7. [84] Psal. LXVII, 35. [85] Isa. XL, 15. [86] Isa. VII, 15.

NOTÆ.

(59) Τῷ τοῦ Εὐσεβίου δῆθεν, οὗ καὶ ἐν σελ. 156 ἐμνήσθη.

(60) Σισάρης δὲ καταπηδήσας τοῦ ἅρματος, ὡς εἶδε τὴν τροπὴν γινομένην, φυγὼν ἀφικνεῖται παρά τινα τῶν Κενετίδων γυναῖκα, Ἰάλην ὄνομα· ἡ κρύψαι τε ἀξιώσαντα δέχεται, καὶ ποτὸν αἰτήσαντι δίδωσι γάλα διεφθορὸς ἤδη. Ἰώσηπ. ἐν βιβλ. 5, κεφ. 5, περὶ Ἰουδαϊκ. ἀρχαιολ.

(61) Ἀπέτριψε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ συνέθλασε καὶ διήλασε τὴν γνάθον αὐτοῦ. Αἱ αὐτ. ἐξ ὧν ἀναπληρωτέον τὰ ἐλλείποντα.

(62) Ἐν κεφ. 9, ἐδ. 16.

ἐπ' αὐτῶν δι' ἀμοιβαίων θρῆνον. Ἃς καὶ ἀρχούσας αὐτῆς, ὡς προηγουμένας τοῦ θρήνου καλεῖ.

Οὐχ εὑρίσκουσιν αὐτὸν διαμερίσαντα σκῦλα. Ἢ κατὰ πεῦσιν ἐλεεινῶς ταῦτά φησιν, ἢ κατὰ ἀπόφασιν τὰς δοκούσας αἰτίας ἀναιροῦσι τοῦ βράδους. Οὐ γὰρ ὡς νικήσας διανέμει σκῦλα τοῖς ὑπηκόοις, ἀλλ' οὐδὲ φίλοις συνεστιᾶται, ὡς ἀριστέως ἀποτεμὼν κεφαλὴν, ἀλλ' οὐδὲ καλλωπίζεται νικηφόρῳ στολῇ.

Καὶ οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν. Τὸν Σισάρα δηλονότι. Εἶτά φησι· « Καθὼς ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου ἐν δυναστείαις αὐτοῦ. » Ὡς γὰρ ἡλίου θερινοῦ διανίσχοντος, ὁμίχλη καὶ νέφος καὶ πᾶν ἐμποδὼν διαλύεται· οὕτως ἐν τῷ ἀνατέλλειν τῆς δικαιοσύνης τὸν Ἥλιον, διασκορπισθήσονται οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, τὸ σκότος τῇ δυνάμει τοῦ φωτὸς διαλύοντος.

Καὶ υἱοὶ ἀνατολῶν. Οἱ Ἄραβες, ἀνατολικώτεροι γάρ. Τοῦτο καὶ Ἰώσηπος. Ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ὡραίαν εἰσέβαλλον καὶ ἐδῄουν, ἐῶντες τὸν χειμῶνα σπείρειν καὶ γεωργεῖν.

Ἐῤῥάβδιζε πυροὺς ἐν ληνῷ. Τῷ μὴ φανερῶς ἀλοῆσαι τολμᾷν.

Ἰδοὺ ἡ χιλιάς μου ταπεινοτέρα ἐν Μανασσῇ. Ἔμειναν γὰρ εἰς χιλιάρχους καὶ ἑκατοντάρχους διῃρημένοι, ἀφ' οὗ τοῦτο συνεβούλευσεν Ἰοθὸρ τῷ Μωϋσεῖ. Χιλίαρχος οὖν ὑπάρχων, τοὺς ὑφ' αὐτὸν ὡς ἀσθενεῖς ᾐτιάσατο.

Καὶ οἴσω τὴν θυσίαν μου. Τὸ θῦμα τὸ εἰς εὐωχίαν οὕτω καλεῖ. Θυσία γὰρ οὐχ ἡψεῖτο κατὰ τὸν νόμον.

Ὑπὸ τὴν δρῦν τίθησι, τὸν Ἀβραὰμ μιμησάμενος· καὶ τοῦτον οἰηθεὶς ἀναλώσειν τὰ παρακείμενα. Ὁ δὲ, τὸν ζωμὸν, ὡς ἀνεπιτήδειον, ἐκχέας διὰ τὴν ὑδαρότητά τε καὶ ἔκλυσιν, τὰ κρέα τιθέναι πρὸς τὴν πέτραν ἐκέλευσε.

Τῇ ῥάβδῳ πῦρ ἀνάψας, ἀνάλωσεν. Ἡ δὲ ῥάβδος σημαίνει πῇ μὲν παιδείαν, ὡς τό· « Ῥάβδῳ τύπτε ἄνδρα ἀκάρδιον· » πῇ δὲ στηριγμὸν καὶ ἀντίληψιν, ὡς τό· « Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὕτη με παρεκάλεσεν. » Ὃ καὶ νῦν σημαίνει. Ἡ δὲ πέτρα τὸ στεῤῥὸν τῆς πίστεως, δι' ἣν ὁ Πέτρος ὠνόμασται. Ἥτις, ἀντιλαμβανομένου Θεοῦ, καὶ πρὸς βραχὺ πλησιάζοντος, ὡς ὑπὸ πυρὸς δαπανήσει τοὺς πολεμίους. Καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον, ὅπερ ᾔτησε Γεδεών. Διὸ καὶ μετὰ τῶν πιστῶν αὐτὸν ὁ Παῦλος κατέλεξε. Θεῷ γὰρ πιστεύσας, μετὰ τ' ἀνδρῶν ταῖς τοσαύταις χιλιάσι τῶν πολεμίων ἐπέθετο. Ἅμα δὲ δείκνυσιν ὁ φανεὶς, ὡς Χριστῷ μᾶλλον, τῇ πέτρᾳ, προσενεκτέον τὰς χάριτας, ἐν ᾧ τοὺς πολεμίους συντρίψουσι.

Ἔσβεσεν αὐτοῦ καὶ τὴν ταραχὴν, εἰπών, « Οὐ μὴ ἀποθάνῃς. »

Εἰρήνης τυχὸν τὸ θυσιαστήριον, εἰρήνην Κυρίου καλεῖ. « Τύπος δὲ τοῦτο τοῦ πάθους Χριστοῦ » τοῦ προσαγαγόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν

ediderunt eæ quas principes ceu duces lamentationis vocat.

504 *Annon invenient illum dividere spolia.* [V. 29.] Vel interrogative cum miseratione hæc dicunt, vel causas cunctationis sibi visas respondentes reddunt. Non enim revera ceu victor dividebat spolia militibus: Imo nec cum amicis tanquam optimas aliquis epulatur, ei amputato capite. Denique etiam nec victoriali stola insignitur.

Et qui diligunt ipsum. [31.] Siseram videlicet. Deinde, inquit, quemadmodum ortus solis in fortitudine sua. Quemadmodum enim, sole æstivo exoriente, caligo, et nebula, omneque impedimentum evanescit, ita cum exoritur sol justitiæ discutientur inimici Dei, virtute luminis dispellente tenebras.

Et filii Orientis. [VI, 3.] Arabes orientales magis, hoc enim et Josephus indicat. Una vero in fruges irruerunt, easque vastarunt, in hieme seminandi, terramque colendi loco dato.

Tribulavit triticum in torculari. [11.] Eo quod palam triturare non auderet.

Ecce millenaria mea tenuis est in Manasse. [15] Permanserunt enim in tribunos, et centuriones divisi ex quo Jethro Mosi consuluit. Tribunus igitur cum esset, subditos suos infirmos esse conquestus est.

Et afferam sacrificium. [18.] Sacrificium id dicit quod ad epulum destinatum erat. Victima enim non coquebatur juxta legem.

Cæterum sub quercu ponit Abrahamum imitatus, ac ratus hunc fercula absumpturum. Ille vero jure tanquam incommodo propter aquositatem, liquiditatemque effuso, carnes pone petram collocare jussit.

Baculoque igne incenso absumpsit. [21.] Porro virga alicubi quidem significat disciplinam, ut « Virum vecordem virga percute [87], » alicubi vero soliditatem, ac subsidium, juxta illud, « Virga tua et baculus tuus me est solatus [88]. » Quam significationem hoc quoque loco habet. Petra vero fidei firmitatem, qua de causa Petrus nomen suum accepit. Quæ Deo suppetias ferente, propiusque admovente tanquam igne absumet hostes. Atque hoc ejus signum est quod postulavit Gedeon. Quare sane in fidelium numerum Paulus eum retulit. Deo enim confisus cum trecentis tot millia hostium superavit. Interea vero indicat hic qui apparuit, omnia dona Christo veræ petræ potissimum deferenda esse, cujus virtute hostes comminuent.

Exstinxit porro ipsius perturbationem cum inquit : « Nequaquam morieris. »

Unde altare pacis, pacem Domini forte vocat. Continet vero figuram passionis Christi : « qui semetipsum obtulit pro nobis in odorem suavissimum Deo et Patri. Ipse enim pax nostra est, qui

[87] Prov. x, 13. [88] Psal xxii, 4.

ambo in unum redegit [89], » quique culturas dæmonicas a patribus traditas gentibus ad exemplum Gedeonis abolevit. Qui vitulum quoque saginatum ejusque qui pro nobis oblatus est figuram præferentem, offert.

Illud vero Maoz, Aquila exposuit *fortitudinis*, Symmachus vero *fortes*.

Petit vero secundo signum, in præcedentis confirmationem. Et vellus solum siccum erat, figuramque Israelis qui solus divinam percepit gratiam, gerebat. Terra autem universa, vellere seposito gentium similitudinem qui dona spiritualia perceperunt, cum iis vacuus sit Israel, habet. Quod et David parva significatione indicavit, dicens : « Et descendet quemadmodum pluvia super vellus, et sicut guttæ stillantes super terram [90]. » Ostendit vero septuagesimo primo psalmo carnalem generationem tranquille factam ac mystice. Non enim vellus detrectat recipere pluviam, non terra guttas, ita Domini quoque facta est conceptio. Ambo vero simul complexus est David inquiens : « Propter gentes, et servatos ex Israel. »

Deduc eos ad aquam. [VII, 4.] Factum illud aquam lambentium temereque haurientium, alii quidem de imbecillitate eorum interpretantur, quasi Deus segnes laborisque impatientes delegerit. Ac eos quidem quos genua inflectere, ac brevem siti finem imponere piguerit, quique timide ac tumultuarie quasi rapuerint. Quo videlicet totum opus divinæ gratiæ esse videretur. Nam Christus quoque infirmis hujus mundi, piscatoribus coriario delectis appulsum gentium diruit. Id quod Isaias quoque innuens **505** inquit : « Virgam enim perfidorum comminuit [91], » quemadmodum die eo fecit quo contra Madian pugnatum est. Necnon vero nudi Gedeonis fuerunt milites, nudi quoque discipuli a Christo amandati, qui miraculorum faces præ se tulerunt, prædicationisque tubam. Porro alii fortitudini lambitionem horum trecentorum tribuunt, item temperantiæ, dicentes : Pulchra virtus temperantia est, sicut testantur trecenti Gedeonis socii qui Madianitas subegerunt.

Cujusmodi sane de offa hordeacei panis quæ in somnis visa est, tradiderunt. Quam reddiderunt reliqui, siliginem aut placentam. Ea enim signum temperantiæ sunt, inquiunt quæ castra Madianitarum devicit. Cum id vero scortationem, qua Madianitæ Israelitis sunt insidiati, denotet.

A ὁ ποιήσας ἀμφότερα ἓν, » καὶ τὰς θρησκείας τὰς δαιμονικὰς καθελὼν, τὰς ἐκ πατέρων παραδεδομένας τοῖς ἔθνεσι· καθάπερ ὁ Γεδεὼν, ὃς καὶ τὸν μόσχον προσάγει τὸν σιτευτὸν τῷ Θεῷ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσενεχθέντα τυπούμενον.

Τὸ, Μαὼζ, Ἀκύλας ἐξέδωκε, *κραταιώματος*· Σύμμαχος δὲ, *κραταιοῦ*.

Αἰτεῖ καὶ δεύτερον σημεῖον εἰς τὴν τοῦ προλαβόντος βεβαίωσιν. Καὶ ὁ πόκος μόνος ἐδεύετο εἰς τύπον τοῦ Ἰσραὴλ, ὃς μόνος τῆς θείας ἀπέλαυε χάριτος· καὶ ἡ γῆ πᾶσα πάλιν τοῦ πόκου χωρὶς, εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν ὁμοιότητα τῶν δεξαμένων τὰς τοῦ Πνεύματος δωρεὰς, ἐρήμου ὄντος τοῦ Ἰσραήλ. Ὃ καὶ Δαβὶδ αἰνιττόμενος ἔφασκε· « Καὶ καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν, »
B δηλῶν ἐν οα' ψαλμῷ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, ἡσύχως γενομένην καὶ μυστικῶς. Οὐ ψοφεῖ γὰρ, οὐ πόκος δεχόμενος ὑετὸν, οὐ γῆ σταγόνας. Οὕτως ἡ Δεσποτικὴ γεγένηται σύλληψις. Ἀμφότερα δὲ συνέλαβεν ὁ Δαβὶδ, « Διὰ τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς σωθέντας ἐξ Ἰσραήλ. »

Καὶ κατήνεγκε τὸν λαὸν εἰς τὸ ὕδωρ. Τὸ περὶ τῶν λαψάντων, καὶ μὴ, διαφόρως ἐδέξαντο. Οἱ μὲν (63) λέγοντες, ὡς ἀσθενεῖς αὐτοὺς τὸν Θεὸν ἐπιλέξασθαι, ὡς νωθεῖς καὶ ἀργοὺς, καὶ μὴ βουληθέντας ἐξ ὄκνου κλῖναι τὰ γόνατα, καὶ σύντομον πέρας ἐπιθεῖναι τῇ δίψῃ, ἀλλ' ὡς ἐν θορύβῳ διὰ δειλίαν ἁρπάζοντας· ὡς ἂν τὸ ἔργον τῆς θείας φαίνοιτο
C χάριτος. Καὶ Χριστὸς γὰρ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου, τοὺς ἁλιέας καὶ τὸν σκυτοτόμον ἐπιλεξάμενος, τὴν τῶν ἐθνῶν κατέλυσε προσβολήν. Ὃ καὶ δηλῶν Ἡσαΐας φησί· « Τὴν γὰρ ῥάβδον τῶν ἀπειθούντων διεσκέδασεν, » ὡς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐπὶ Μαδιάμ. Γυμνοὶ γὰρ οἱ μετὰ Γεδεών. Γυμνοὶ καὶ οἱ παρὰ Χριστοῦ πεμφθέντες ἀπόστολοι, φέροντες τῶν θαυμάτων τὰς λαμπάδας, καὶ τῶν κηρυγμάτων τὰς σάλπιγγας. Οἱ δέ φασι (64), Τί δὲ τοὺς μετὰ Γεδεὼν τριακοσίους τοὺς λάψαντας ἀνδρικῶς; καὶ πάλιν (65), Καλὸν ἡ ἐγκράτεια, καὶ μαρτυροῦσιν οἱ μετὰ Γεδεὼν τὴν Μαδιὰμ χειρωσάμενοι.

D Οὕτω δέ τινες καὶ τὰ περὶ τῆς μαγίδος τοῦ κριθίνου ἄρτου τῆς ἐν ὀνείρῳ παρέδωκαν· ἣν ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ, ὄλυραν ἢ κολλυρίδα. Ταῦτα γάρ φασιν ἐγκρατείας τεκμήριον τῆς νικώσης τὴν παρεμβολὴν Μαδιάμ· ὃ σημαίνει πορνείαν, δι' ἧς ἐνήδρευσαν οὗτοι τὸν Ἰσραήλ.

Lambendi autem exercitatio, qualemcunque sanctitati facem præbere. Nam et virgines in Evange-

[89] Ephes. II, 14. [90] Psal. LXXII, 6. [91] Isa. IX, 4.

NOTÆ.

(63) Τὸν Θεοδώριτον πάντως αἰνίττεται, οὗ τὸν νοῦν αὐτολεξεὶ σχεδὸν ἐκτίθησιν.

(64) Ὁ Ναζιανζ. ἐν τῷ 32 λόγ. σελ. 515. τῆς ἐν Παρισ. ἐκδόσ.

(65) Ὁ Αὐτὸς ἐν 16, λόγ. σελ. 241, οὕτω· καλὸν ἐγκράτεια, καὶ πειθέτω σε Δαβὶδ, ἡνίκα, κτ. μεμνηται δὲ ὁ Ναζιανζ. τοῦ Γεδεὼν καὶ ἐν τῷ 3, λογ. σελ. 57, λέγων· λογάδες ὀλίγοι λάπτοντες, καὶ νικᾶν πιστευόμενοι, καὶ νικῶντες κατὰ τὰς ἐλπίδας, ὁ βραχὺς ἀριθμὸς, τὰς πλείονας χιλιάδας. Μήτι γε οὖν ὁ Προκόπ. ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ ὅπερ ἀναφέρει, εὕρηκε;

lio faces gestarunt. Ac in summa vero levem aliquam turbam sæpe potentiorem superare significavit.

Clanxerunt itaque tuba tres isti ordines. [19.] In tres ordines trecentos divisit, inque centurias redegit. Contra vero hostes gentium vulgari more distributi in uno globo cuncti erant. Qui etiam voce perstrepentes seseque mutuo territantes interierunt.

Annon racemus Ephraim potior est uva Abiezer. [VIII, 2.] ἐπιφυλλίδες *parvi botri* sunt, qui ob parvitatem vindemiantes latent. Quibus seipsum cum sua tribu modeste comparavit. Uvæ vero tribum Ephraim quæ strinxerit multos.

Βορκομμὶν κατὰ μὲν Σύμμαχον, *αἱ τρίβολοι*· A κατὰ δὲ Ἀκύλαν, *τραγάκανθαι*.

Ἐφοὺδ, μαντεῖον ἢ εἴδωλον.

Ἄνδρας κενοὺς καὶ θαμβουμένους. Σύμμαχος, *ἀπράγους καὶ ἀκονενοημένους*. Δεδοίκασι γὰρ οἱ κακοῦργοι τὴν ἐκ νόμων ἐπιστροφήν.

Ἀφεῖσα τὴν ποιότητά μου· τουτέστιν, Οὐ δέομαι ἐπεισάκτου τιμῆς, οἴκοθεν ἔχουσα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων καρπῶν.

Ἐξέλθοι πῦρ ἐκ τῆς ῥάμνου. Πῦρ γὰρ ἀγαθὴ παρασχεῖν τῶν ξύλων ἐστί.

Βορχομμὶν qui secundum Symmachum *tribuli* sunt, secundum Aquilam vero τραγάκανθα.

Ephud. [7.] Oraculum seu idolum.

Viros perditos et stupidos. [IX, 4.] Symmachus, *Rapaces et timidos*. Timent enim malefici legum disciplinam.

Num relicta pinguedine mea. [9.] Hoc est, non opus habeo honore ascititio, quem vernaculum, et ex meis fructibus habeo.

Egrediatur ignis ex rhamno. [20.] Ignis enim ligna bona potest reddere.

Et collocarunt ei viri Sichemitæ insidias. [25.] Ut enim Josephus tradit, urbe ipsum exegerant. At cum suis commilitonibus urbem affligebat, adeo ut ne foras quidem vindemiatum prodire auderent. Quod tam diu ab eo factum, dum principum unus Gaal nomine venit, securitatemque præbuit. Nam convivium agitantes apertis conviciis eum proscindere non sunt veriti. Alii quoque principes clandestinis insidiis loca circum urbem præoccuparunt. Cæterum Sichemitarum quidam princeps Zebul dictus cum faveret Abimeleco omnia consilia contra ipsum inita, verbaque quibus Gaal plebem irritaverat, indicavit, insidiasque sub urbe collocare admonuit. Se enim facile persuasurum Gaal ut contra ipsum egrediatur, inquit, quo sublato pacem inter ipsum plebemque se stipulari. Postquam vero Gaal fugitivus factus est, Zebul cum republica transigit, ut mollitiei accusatus, urbe ejiciatur. Porro Abimelec cognito Sichemitas postero die vindemiatum exiisse urbe, insidiis suis interceptos internecioni dedit. Tertia etenim exercitus turma portas occupavit urbis, eisque introitum interclusit. Aliique interea cædi vacabant. Quotquot vero passim dissipati evaserant, cum in petra quadam excelsa confluxissent, sedem super ea fixerunt, eamque muro cingere parabant. Ipse vero cum in eos ivisset, lignisque undiquaque circumdedisset, primam ipse admolitus manum omnes flamma confecit. Ipse vero pœnam suam in expugnatione Bethel luit. Ac ambo quidem parricidii in Gedeonis liberis admissi meritum dederunt supplicium.

Καὶ ηὔξατο Ἰεφθάε εὐχὴν τῷ Κυρίῳ. Ἐπαγ- B γελίας τοῦτο θερμότης, καὶ νίκης ἔρως ἀπεγνωσμένης, ἐμβαλόντος αὐτῷ τοῦ Σατανᾶ προφάσει κηδεμονίας προσενεγκεῖν θυσίαν παράνομον, ὡς καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ προφάσει διανοίξεως ὀφθαλμῶν τῆς ἐντολῆς τὴν παράβασιν. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς τοιαύτης εὐχῆς ἀσεβέστερον; Ἐνῆν γὰρ ἀπαντῆσαι καὶ κύνα, καὶ ἵππον, καὶ ὄνον, καὶ κάμηλον, καὶ ὅσα εἰκὸς κεκτῆσθαι τὸν πλήθους κρατοῦντα τοσούτου. Ἀλλὰ καὶ κακῶς εὐξάμενος, πιστῶς τὸ συντυχικὸν οὐκ ἐδέξατο, οὐδὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἐζήλωσε τὴν εὐσέβειαν. Ἢ γὰρ ἂν καὶ τὴν κόρην εἶχεν, ὡς ἐκεῖνος τὸν υἱὸν, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας μισθόν. Νῦν δὲ καὶ τὸ τῆς εὐχῆς ἀπερίσκεπτον, καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας νεκρόν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν τοῦ παιδὸς θυσίαν οὐδ' εἰς C νοῦν ἐνεβάλετο, ἀνάξιον τοῦτο νομίσας Θεοῦ, προσταχθεὶς δὲ οὐκ ἐμέλλησεν· ὁ δὲ καθύβρισε καὶ τῇ εὐχῇ τὸν Θεὸν, καὶ τῇ τοῦ πένθους ἀπιστίᾳ.

Et nuncupavit Jephte votum Domino. [XI, 30.] Promissio hæc nimis est fervida, exque amore desperatæ victoriæ profecta. Suggessit vero ei Satanas gloriæ prætextu ut Deo victimam legi adversam immolaret, quemadmodum Adamum quoque oculorum aperiendorum prætextu, ad divini mandati transgressionem adduxit. Quid enim hoc voto magis impium esse queat, cum canem quoque, et equum, et asinum, et camelum, aut aliud quidpiam quod tantarum copiarum victorem 506 possidere probabile erat, obviam dari fuisset. Verum sicut malum fecit votum, ita casum suum parum constanter tulit, neque Abrahami pietatem imitatus est. Licet enim puellam habuerit sicut ille filium, idemque pietatis præmium, votum tamen ejus temerarium est, pietatisque cadaver. Abraham etenim filii mactationem, rem Deo indignam fore arbitratus, nunquam in animum induxit. Imperio vero ejus adactus, non est cunctatus. Hic vero contumelia Deum affecit, et voto, et doloris impatientia.

Καὶ ἡ θυγάτηρ ἀξία γίνεται τοῦ πατρός. Οὐ γὰρ ἔστερξε τὴν εὐχὴν, οὐ τὴν εὐσεβῆ προσφορὰν τῆς θνητῆς ζωῆς προετίμησε, πικρότερον παντὸς θρήνου τὴν παρθενίαν πενθήσασα, μᾶλλον δὲ τὴν Θεῷ θυ-

Filia quoque ipsa digna patre fit; voto enim non acquievit, nec victimæ religionem, vita mortali summa acerbitate virginitatem lamentata priorem habuit, imo vero Deo victimam offerre est cun-

tata. Quapropter cum nec illa filio, nec pater Abrahamo responderet, Deus immolationem hanc sicut illam non prohibuit. Porro exhibent illi quidem in Deum fiduciæ, hi vero, vota non temere esse facienda, factaque summa alacritate esse persolvenda. Quocirca nec ante ipsum, nec post a piis hujusmodi facta est victima. Probe noverunt enim quod Deus nec postulavit, nec tam detestandam victimam suscepit. Nam non ob votum victoria obvenit, verum ut Israeli injurias factas esse manifestum fieret, quem judicem supplicii vocavit. Minime etenim propter votum injustum Israelem inique perire, injuriarumque auctores vincere conveniebat. Verum ille quidem ob iniquitatem voti pœnas dat, Deique populus servabatur, ac injuriarum supplicium pertulerunt impii.

Porro in illo: « Et factus est Domini spiritus super Jephte [92], » considerabis quod jam modo in magistratum transierat, ac contra hostes paulo ante victores insurrexit, ac proinde spiritus confirmatione indigebat. Nec vero ob leve ipsius votum indicit, nec ob generis nobilitatem, nec ob vitæ ante actæ splendorem, imo nec ipsum Deus in hoc excitasse dicitur, semel vero excitatum ad justam victoriam est comitatus.

Sunt porro qui bene huic facto ominantes tradunt, quod filia Jephte præfinitum sibi mortis tempus exspectare, ac se Deo victimam adduci maluerit, quam patris votum mendax reddi. Et cum rei sensum ignoraret, figuram sacræ salutaris explevit victimæ. Ac ita sane reprehensione hoc factum caret. Verum semel id factum est: deinceps si fieret, nequaquam. Id enim cum significatione aliqua factum non per omnem ætatem legis vim obtinet. Ac in primis quidem cum Deus clarum fecerit se nequaquam victimis delectari hominum.

Pharathonita. [XII, 13.] Urbs in montano Amalec.

Morte moriemur quoniam Deum vidimus. [XIII, 22.] Suspicatus est Manoe non angelum, verum Deum se vidisse. Quocirca victimam non eodem loci obtulit, verum super petra quæ significavit Christum. At qui angelum esse cognito, denuo se Deum vidisse dixit? Vel in legato legantem, vel magni consilii angelum [93] innuit. Dei vero vocem esse, illud quod nomen indicare recusat, arguit. Item quod miraculum idem quod ante Jacobo dictum est, indicat. Quapropter ei tanquam Deo victimam litare est dignatus.

Cæterum mulier viro videtur præstantior, ac ideo primo ei visio obtingit, ac per eam maritus demum, quem bono animo esse jubet.

Porro Samsoni capilli omnes vires conciliarunt, per quos et spiritus sese vibravit super ipsum. Sic etiam cum Anna votum nuncupasset, si pareret,

A σίαν προσάγεσθαι μέλλουσαν. Ὅθεν οὐ κωλύει τὴν σφαγὴν ὁ Θεός. Οὔτε γὰρ αὕτη κατὰ τὸν Ἰσαὰκ, οὔτε κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ὁ Πατήρ. Γεγόνασι δὲ παράδειγμα οἱ μὲν, εἰς Θεὸν πίστεως, οἱ δὲ, μὴ δεῖν εὔχεσθαι προπετῶς, καὶ τοῦ δεῖν ἀσμένως ἐπιτελεῖν ἅπερ τις ηὔξατο. Τοιγαροῦν οὔτε πρὸ αὐτοῦ, οὔτε μετ' αὐτὸν τοιαύτη παρὰ τῶν εὐσεβούντων θυσία γεγένηται. Ἤδεσαν γὰρ ἀκριβῶς, ὡς οὔτε ᾔτησεν ὁ Θεὸς, οὔτε τὴν ἐναγῆ θυσίαν ἐδέξατο. Οὐ διὰ τὴν εὐχὴν οὖν ἡ νίκη, διὰ δὲ τὸ δεῖξαι τὸν Ἰσραὴλ ἀδικούμενον. Ὃν καὶ κριτὴν τῆς δίκης ἐκάλεσεν. Οὐ γὰρ δι' εὐχὴν ἄδικον ἐχρῆν ἀδίκως ἀπολέσθαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ νικῆσαι τοὺς ἀδικοῦντας. Ἀλλ' ὁ μὲν, εὐχῆς ἀδίκου δίδωσι δίκην· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ λαὸς διεσώζετο. Καὶ τιμωρίαν ὑπέσχον τῶν ἀδικημάτων οἱ
B δυσμενεῖς.

Τὸ, « Ἐγένετο ἐπὶ Ἰεφθάε πνεῦμα Κυρίου, » νοήσεις, ὡς ἄρτι παρελθὼν εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸ τούτου κρατοῦσι τοῖς πολεμίοις ἐπανιστάμενος, ἐδεῖτο τοῦ παραθαῤῥύνοντος πνεύματος, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν εὔκολον εὐχὴν ἐπεγένετο, οὔτε μὴν τὴν γένεσιν ἔσχεν ἐπαινετὴν, οὔτε τὸν πρὸ τῆς νίκης βίον, ἀλλ' οὔτε Θεὸς αὐτὸν λέγεται πρὸς τοῦτο κεκληκέναι. Κινηθέντι δὲ ἅπαξ πρὸς δικαίαν νίκην συνήρχετο.

Τινές φασιν, ὡς ἡ τοῦ Ἰεφθάε θυγάτηρ ὑπομένει τὸν δοθέντα καθ' αὐτῆς ὁρισμόν· καὶ προσαχθῆναι θυσίᾳ Θεῷ μᾶλλον αἱρεῖται, ἢ ψευσθῆναι τοῦ πατρὸς τὴν εὐχήν· καὶ τὸ δηλούμενον ἀγνοοῦσα, τὸν
C τύπον ἐπλήρου τῆς ἱερᾶς καὶ σωτηρίου θυσίας. Οὕτω γὰρ οὐδὲ ἐπιτίμησιν ἔσχε τὸ πραχθέν· πλὴν ἅπαξ ἐπράχθη, ἐκ δευτέρου δὲ οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ καθ' ὅλου τοῦ χρόνου νόμος τὸ πρὸς σημεῖον γεγονὸς, καὶ μάλιστα Θεοῦ δεδηλωκότος μηδαμῶς βεβουλῆσθαι θυσίας ἀνθρώπων.

Ὁ Φαραθωνίτης· πόλις ἐν ὁρίοις Ἀμαλήκ.

Θανάτῳ ἀποθανούμεθα, ὅτι Θεὸν εἴδομεν. Ὑπετόπαζεν ὁ Μανωὲ μὴ ἄγγελον, ἀλλὰ Θεὸν ἑωρακέναι. Διὸ καὶ τὴν θυσίαν προσήνεγκεν οὐκ αὐτοῦ (66), πρὸς δὲ πέτραν τὴν σημαίνουσαν τὸν Χριστόν. Πῶς δὲ γνοὺς, ὅτι ἄγγελός ἐστι, πάλιν Θεὸν ἑωρακέναι φησίν; Ἢ ἐν τῷ πεμφθέντι τὸν πέμψαντα, ἢ τὸν
D τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον. Καὶ ἡ φωνὴ γὰρ Θεοῦ, μὴ ἀξιοῦντος εἰπεῖν τοὔνομα. Καὶ αὐτὸ γάρ φησι θαυμαστὸν, ὅπερ ἐῤῥέθη πρότερον Ἰακώβ. Ἠξίωσε δὲ τῷ Θεῷ προσάγεσθαι τὴν θυσίαν.

Ἡ γυνὴ τελειοτέρα φαίνεται τοῦ ἀνδρός. Διὸ καὶ πρώτη τῆς ὀπτασίας τυγχάνει, καὶ δι' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ, καὶ διδάσκει τὸν ἄνδρα θαῤῥεῖν.

Τῷ Σαμψὼν αἱ τρίχες τὴν πᾶσαν ἐνεποίουν ἰσχὺν, δι' ὧν καὶ τὸ πνεῦμα κατηύθυνεν ἐπ' αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ τῆς Ἄννης εὐξαμένης, εἰ τέκοι, σίδηρον ἐπὶ τὴν

[92] Judic. XI, 29. [93] Isa. XXXII, 29.

NOTÆ.

(66) Αὐτῷ πάντως ἀναγνωστ. τῷ Ἀγγέλῳ δῆθεν.

κεφαλὴν οὐκ ἀναβήσεσθαι τοῦ παιδὸς, γεννᾶται Σαμουὴλ ὁ τῷ μεγάλῳ παραβαλλόμενος Μωϋσεῖ παρὰ τῷ θείῳ Δαβίδ. Φησὶ γὰρ, « Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Ἐν δὲ τῷ Ἱερεμίᾳ, « Ἐὰν στῇ, φησὶ, Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου. » Ἀλλὰ καὶ τῶν Ἰησοῦ μαθητῶν αἱ τρίχες ἠρίθμηντο. Καὶ περὶ τοῦ δὲ τριχώματος τῆς νύμφης ἐν Ἄσματι λόγος. Ἔοικε τοίνυν ὁ βιοὺς ἀκριβῶς, καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος κατὰ τὸν θεῖον λόγον ἅπαντα πράττειν βουλόμενος, ὡς ἅγιος καὶ Θεῷ ἀνακείμενος ἐπαινετὰ καὶ ἰσχυρὰ ἔχειν καὶ τὰ οἷον αἰσθήσεως ἀμοιροῦντα θειοτέρας, ἅπερ ἐστὶ τὰ βιοτικώτερα, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην παραλαμβανόμενα. Ὧν ὁ ἅγιος οὐ καταφρονεῖ, ὡς μὴ ἁγίων. Ἄξια γὰρ τοῦ μέλειν Θεῷ τε καὶ λόγῳ. Εἰς δόξαν γὰρ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις καὶ τὸ ἐσθίειν καὶ τὸ πίνειν καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. Καὶ ἀριθμεῖται ταῦτα παρὰ Θεῷ, ὡς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς τὰ ἀπὸ μηνιαίου καὶ ἐπάνω παιδία, οὐ πάντων Ἰσραηλιτῶν, ἀλλ' ἤτοι Λευϊτῶν, ἢ μόνα τὰ πρωτότοκα· οὔτε δὲ οἰκέται, οὔτε ὁ ἐπίμικτος, οὔτε γυναῖκες, οὔτε οἱ μὴ δυνάμενοι διὰ νέαν ἡλικίαν ἐξιέναι πρὸς πόλεμον. Τοιοῦτος εἰκότως ὁ Σαμουήλ.

Πῶς ἐπὶ ταῖς γυναιξὶν οὐκ ἀφίστατο τὸ πνεῦμα τοῦ Σαμψών; Ἢ θειότερόν τι τὰ κατὰ τοῦτον δηλοῖ. Τὸ μὲν γὰρ ὅλον σῶμα τοῦ Σαμψών, σῶμά (67) ἐστι τοῦ Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία διὰ τὸ, « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· » τρίχες δὲ κεφαλῆς οἱ τοιοίδε ἅγιοι, καὶ δύναμιν παρέχοντες διδασκαλίας καὶ τῆς ἄλλης πολιτείας τῷ ὅλῳ σώματι. Ζητοῦσιν οὖν οἱ ἀλλόφυλοι ποῦ τῆς ὅλης Ἐκκλησίας ἡ δύναμις, μέχρις ἂν εὕρωσιν ἐν τίσιν ἐστίν. Ἀλλ' ὅσον μὲν οὗτοι τῇ Ἐκκλησίᾳ πάρεισιν, ἔστιν ἀήττητος, κἂν δεσμεύηται ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, διαρρηγνύουσιν ὡς ἀσθενεστάτους τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεσμούς. Ἐπὰν δὲ ὕπνος καταλάβῃ τὸ σῶμα, καὶ οἷς οὐ χρὴ ἐκθῆται τὰ τῆς δυνάμεως, τότε ξυρεῖται καὶ τὴν δύναμιν ἀποτίθεται. Ἀσθενοῦντος δὲ τοῦ σώματος, οἱ ἀλλόφυλοι οὐ μέχρι τοῦ ἀφελέσθαι τοὺς τὴν δύναμιν αὐτῶν παρέχοντας ἵστανται· ἀλλὰ γὰρ εἴ που καὶ διορατικόν τι εἴη καὶ ὀξὺ βλέπειν δυνάμενον ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας, τοῦτο ἐξορύττουσιν· ὡς ἂν τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐμπαίζηται, μέχρι καινοί τινες ἀντὶ τῶν ἀφῃρημένων ἀνατείλωσι τῆς Ἐκκλησίας, ἐν οἷς ἡ θεία δύναμις, λεγόμενοι τρίχες. Ὧν ἀνατειλάντων, οἱ ἀλλόφυλοι συντελοῦνται ἐπιπίπτοντες αὐτοῖς μετὰ τῶν κιόνων τοῦ οἴκου παντός. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς παραπολαύσειε τῇ τοῦ οἴκου καὶ τῇ τῶν ἀλλοφύλων συντελείᾳ τῆς ἑαυτοῦ συντελείας, πνεύματος Κυρίου εὐθύναντος ἐπ' αὐτὸν, καὶ ταῦτα ἐργασαμένου, χρὴ σκοπεῖν, ὡς οὐ

A ferrum non ascensurum super caput pueri, Samuelem gignit, qui Mosi magno a Davide comparatur, inquit enim : « Moses et Aaron inter sacerdotes ejus, Samuel inter eos qui invocant nomen ejus [94]. » Porro in Jeremia : « Quod si Moses, inquit, steterit cum Samuele coram me [95]. » Imo etiam discipulorum Jesu capilli in numerato sunt [96]. De coma item sponsæ in Cantico sermo est [97]. Quisquis enim vitam accurate instituit, et quoad fieri potest omnia juxta divinam rationem agere expetit, ea etiam quæ minus divinitate participant tanquam vir sanctus et Deo totus deditus, meliora efficacioraque in sese experiri videtur. Cujusmodi ea sunt quæ ad victum pertinent, et corporis sustentandi causa necessario ab hominibus assumun-B tur, **507** quæ ne sanctus quidem tanquam non sancta contempserit. Neque enim indigna sunt quæ a Deo et verbo curentur. In gloriam enim Dei cedit et sanctorum esus et potus, et quidquid est hujusmodi. Nam ea quoque apud Deum in numerato sunt, non minus quam in Numeris [98] pueri mensem aut supra natis non Israelitarum omnium, verum aut Levitarum, aut primogeniti. Porro nec famuli nec indigena, nec mulieres, neque ob ætatis teneritatem militiam obeundi inepti. Talis non immerito Samuel videri debet.

Cur vero non super mulieres spiritus Samsonis recessit, quia sublimius quiddam res ipsius significabant. Totum etenim Samsonis corpus Christi C corpus Ecclesia est, juxta illud : « Vos vero corpus estis Christi, et membra ex parte [99]. » Hujusmodi vero capilli sancti sunt, ac omnes quotquot vires disciplinæ ac totius gubernationis toti corpori suppeditant. Inquirunt igitur Palæstini ac hostes Ecclesiæ ubinam totius Ecclesiæ vires sint abstrusæ, donec eos in quibus sunt, deprehenderint. Cæterum quandiu isti Ecclesiæ sunt adjuncti, ipsa penitus est invicta, etsi enim in vincula a Palæstinis conjiciatur, ab iis vincula ceu infirmissima rumpuntur. Quamprimum vero somnus illud corpus ceperit, ac iis quibus minime conveniebat vires suas prostituerit, tondetur ac vim suam amittit. Cum vero corpus languet Palæstini non tam ut vires ei adimant laborant, quam ut id quod perD spicit et acutum cernit in toto corpore Ecclesiæ eruant, ac corpus hostibus illudendum præbeant, donec novi aliqui divina virtute præditi, qui capilli vocantur, ablatorum loco succrescant. Quod si fit, Palæstini conficiuntur, totaque domus una cum columnis in caput ipsorum irruit. Et si vero domus ruinam, ac Palæstinorum interitum una degustavit, cum Domini spiritus in ipsum incidisset, eaque effecisset, considerandum tamen est, quod post interitum non eadem Palæstinos ac Samsonem

[94] Psal. xcviii, 6. [95] Jerem. xv, 1. [96] Matth. x, 30. [97] Cant. iv, 1; vi, 4.

NOTÆ.

(67) Τὸν ἴδιον σύνευνον, ὃν ἔθαλπεν, ὃν ἐθώπευεν, ὃν ἐκολ. Ὁ αὐτ.

manserunt, Spiritus enim Domini qui super ipsum est delapsus eum non deseruit. Quæ omnia sane si ad Christum traducantur non male convenient, nempe leonis interfectio, mellis inventio in ore ipsius cadaveris. Palæstinæ uxoris quæ Ecclesiam gentium denotat ambitio, alterius item, quæ fuit in urbe portarum et vectium. Quarum posterior indicat quod ad spiritus in custodia detentos eo quod olim cum Domini longanimitas temporibus Noe quando arcam fabricabat illos vocasset, aurem non præbuissent, profectus læta nuntiavit [1], ac per illas animas eo loci delapsus dixit: « Non derelinques animam meam in inferno [2]. » Porro mulier Dalila quæ (si interpreteris mendica est) eos fortasse qui Domino ob paupertatem insidiati sunt, significat quam ob causam eos dilexit eorumque conversatione delectatus est.

At quinam vulpes quorum caudis cum admovisset faces Palæstinorum segetes combussit, iratus quod uxore Palæstina privassent, fuerint. Esdras in secundo libro tradit, Sanballat, et Tobiam Ammonitem cum reduces ex captivitate murum exstruxissent, dixisse: « Non sacrificabunt, nec comedent in loco suo; ascendet enim vulpes et murum ipsorum lapideum diruet [3]. » Nec non Servator de Herode inquit: « Dicite vulpi huic [4]. » De quibusdam item impiis psalmo sexagesimo secundo David inquiit: « Partes erunt vulpium [5]. » In Cantico porro canticorum Salomon ait: « Vulpes parvas capite nobis quæ vastant vineas [6]. » Atqui de impiis de quibus in eodem psalmo vaticinatur: « Frustra quæsiverunt animam meam; ingredientur in infima terræ, tradentur in manus gladii [7]. » Omnes quidem mali terram subeunt, qui vero mendaciis animam justi circumvenire nitentur, eamque blandis sermonibus dejicere in infimas ejus partes recedunt cum affectione, tum suppliciis quæ ipsam consequuntur, quæ sane ipsa manus gladii nuncupatur, igniti videlicet. Porro quivis hominum pars est vel Dei, vel eorum cujusdam qui homines sunt sortiti quando Altissimus gentes divisit [8], ac ab una parte ad alteram licet deficere. Quocirca partes vulpium **508** sunt ii qui mentem ac consilium Dei labefactare sunt conati, partes, inquam, malorum vafrorumque spirituum qui fundamenta falsæ cognitionis jecerunt, quibus qui cesserunt partes facti sunt quæ in ima terræ devenerunt. Qui secundum Evangelium vulpium quoque foveæ nominantur. Inter quos Verbum quod caro factum, ac ob id Filius hominis appellatum, non locum habet ubi caput reponat ac quiescat. Quod quidem dictum est non ad discipulum, verum scribam dicentem, « Sequar te. » Erat vero ille volucrium et vulpium pars. Ac animalibus quidem talibus segetes Palæstinorum comburendas Samson tradidit

A τὰ αὐτὰ μετὰ τὴν συντέλειαν ἀπόκειται τοῖς ἀλλοφύλοις καὶ τῷ Σαμψών. Τὸ γὰρ κατευθύνον ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου οὐ καταλείπει αὐτόν. Εἰς Χριστὸν δὲ λαμβανομένῳ προσήκοι ἂν εἰκότως ἥ τε τοῦ λέοντος ἀναίρεσις, καὶ ἡ τοῦ μέλιτος εὕρεσις ἐν τῷ τούτου στόματι κειμένου νεκροῦ, καὶ ἡ τῆς ἀλλοφύλου μνηστεία, τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν σημαίνουσα, καὶ ἡ τῆς δευτέρας, ἥτις ἦν ἐν πόλει πυλῶν καὶ μοχλῶν. Δηλοῖ γὰρ ὅτι τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ. Δι' ἃς ψυχὰς εἰς ἐκεῖνο καταβὰς τὸ χωρίον, ἔλεγεν· « Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. » Καὶ τὰ περὶ δὲ τῆς τρίτης γυναικὸς Δαλιδᾶ, ἥτις ἑρμηνεύεται πτωχεύ-B ουσα, τοὺς διὰ πτωχείαν ἴσως Ἰσραηλίτας ἐπιβουλεύσαντας τῷ Δεσπότῃ σημαίνει· διότι συμβιοῦν αὐτοῖς ἀγαπήσας ἠβούλετο.

Τίνες δ' ἂν εἶεν αἱ ἀλώπεκες, αἷς προσάψας λαμπάδας, τὰς ἀρούρας τῶν ἀλλοφύλων ἐνέπρησεν ἐπὶ τῇ τῆς φιλιστιαίας γυναικὸς ἀγανακτήσας στερήσει; Ἀλλὰ καὶ Ἔσδρας ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ φησὶν, ὡς τῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τειχοποιούντων, Ἀναβαλλὰτ καὶ Τωβίας ὁ Ἀμμανίτης ἔλεγον· « Μὴ θύσουσιν ἢ φάγονται ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτῶν; οὐχὶ ἀναβήσεται ἀλώπηξ, καὶ καθελεῖ τὸ τεῖχος λίθων αὐτῶν; » Καὶ ὁ Σωτὴρ περὶ Ἡρώδου· « Εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. » Καὶ περί τινων ἀσεβῶν ἐν τῷ ξβ' ψαλμῷ φησιν ὁ Δαβίδ· « Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. » Καὶ ἐν Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων φησί· « Πιά-C σατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας. » Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀσεβῶν τῶν ἐν τῷ ψαλμῷ προλέγει· « Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου, εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας. » Πάντων μὲν τῶν φαύλων εἰσιόντων εἰς τὰ γήϊνα, τῶν δὲ ματαιότητι περιβαλεῖν ἐθελόντων τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν, ὑπαγαγεῖν τε αὐτὴν μυθώδεσι λόγοις ἐν τοῖς κατωτάτω ἐσομένων αὐτῆς, κατὰ διάθεσίν τε καὶ τὰ ἐπακολουθοῦντα τῇ τοιαύτῃ διαθέσει κολαστήρια, ἃ δὴ χεῖρας ῥομφαίας φησὶ, δηλαδὴ τῆς φλογίνης. Ἕκαστος δὲ τῶν ἀνθρώπων μερίς ἐστιν ἤτοι τοῦ Θεοῦ, ἤ τινὸς τῶν εἰληχότων ἀνθρώπους, ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη. Μετασταίη δ' ἄν τις ἀπὸ μερίδος εἰς ἑτέραν μερίδα. Διὸ μερίδες ἀλωπέκων οἱ τὴν τοῦ Θεοῦ μα-D ταιοῦν ἐσπουδακότες ψυχὴν, μερίδες κακῶν καὶ πανούργων Δυνάμεων, τῶν ἀρχὴν σπειρασῶν ψευδωνύμου τινὸς γνώσεως. Ὧν οἱ πεισθέντες μερίδες εἰσελθόντες εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, οἳ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἀλωπέκων ὀνομάζονται φωλεοί. Ἐν οἷς ὁ γενόμενος σὰρξ Λόγος, καὶ διὰ τοῦτο ὀνομαζόμενος Υἱὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνει καὶ ἀναπαύσεται. Ὅπερ εἴρηται οὐ πρὸς μαθητὴν, ἀλλὰ Γραμματέα λέγοντα, « Ἀκολουθήσω σοι. » Ἦν δὲ ἄρα πετεινῶν οὗτος καὶ ἀλωπέκων μερίς. Τοῖς τοιούτοις παρέδωκε τὰ γεννήματα τῶν ἀλλοφύλων ὁ Σαμψὼν εἰς ἐμπρησμὸν, διὰ τῆς ἀσυμφώνου τῶν συν-

[1] I Petr. III, 19, 20. [2] Psal. XV, 10. [3] II Esdr. IV, 3. [4] Luc. XIII, 32. [5] Psal. LXII, 10. [6] Cant. II, 15. [7] Psal. LXII, 10. [8] Deut. XXXII, 8.

δεδεμένων ἀλωπέκων πορείας. Τάχα γὰρ τέλος τοιοῦτόν ἐστι τοῖς μοχθηροῖς γεωργοῖς παραδιδομένοις ὡς ἄλλο τι τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός· οὕτω ταῖς ἀλώπεξιν ἐπιφερομέναις λαμπάδας εἰς ἀφανισμὸν αὐτῶν.

A quod factum cum colligatæ vulpes in diversum ruerent. Fortasse enim improbi agricolæ hanc calamitatem merebantur, ut traderentur Satanæ [9], cui et alia a Deo traduntur, ut perdatur caro, quemadmodum segetes quoque immissis vulpibus cum facibus sunt vastatæ et inductæ.

Ἔστι τις πρῶτος λέων ὁ ἀντικείμενος διάβολος, καὶ ἔστι τις ἔσχατος πάντων ὁ ἐπὶ συντελείᾳ φανερωθησόμενος, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ἐπαιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα. Μεταξὺ δὲ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου καὶ τοῦ ὑστέρου λέοντος κατὰ γενεὰν λέοντες προσπολεμοῦσιν ἀνθρώποις. Καὶ οὐκ ἦν γενεὰ ὅτε λέων οὐκ ἦν. Καὶ κατὰ τὴν Σαμψὼν γενεὰν λέων τις ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν, ὃν ἀπέκτεινεν· οὗπερ ἐν τῷ στόματι τεθνηκότος εὑρίσκεται μέλι. Νεκρώσωμεν οὖν τὸν ἐπιβουλεύοντα λέοντα. Ζῶντος γὰρ ἐν τῷ στόματι οὐκ ἂν εὑρίσκοιτο μέλι. Λέγεται δὲ πᾶς λέων ζῶν καὶ δυσωδέστατον ἔχειν τὸ στόμα. Παράδοξον οὖν τὸ ἐκ δυσώδους στόματος εὑρεθῆναι μέλι τὸ πάντων γλυκύτατον.

Cæterum de leone illud est tenendum, quod primus quidam leo est, adversarius ille diabolus. Deinde postremus quidam omnium qui in fine sæculi patefiet demum, homo videlicet peccati, filius perditionis, adversarius, qui sese effert super omne id quod Deus aut numen dicitur [10]. Cæterum inter primævum illum homicidam, et posteriorem leonem omnibus sæculis leones pugnant cum hominibus, neque ulla ætas fuit in qua non B etiam leo fuerit. Ac tempore Samsonis leo quidem secus viam erat quem occidit, in cujus defuncti ore mel reperitur. Interficiamus igitur insidiantem leonem. Cum enim viveret, in ore ejus mel nullum reperiebatur utique. Fertur autem quemvis leonem vivum os habere fetidissimum, adeo ut dictu sit mirificum, in ore fetido mel repertum esse dulcissimum.

Σιαγὼν τόπος ἦν ἀνώνυμος πρότερον, κληθεὶς ἀπὸ τῆς σιαγόνος τοῦ ὄνου, ἣν ἔλαβεν ὁ Σαμψὼν, καὶ ἀνεῖλε τοὺς ἀλλοφύλους, ὀνησιφόροις λόγοις νεκρώσας τούτων τὰ δόγματα.

Porro Siagon locus nomine carebat antea, accepit autem illud a maxilla asini, quam prehendit Samson et Palæstinos interemit, verbis utilibus ipsorum dogmata cum jugulasset.

Dicitur autem Deum foramen maxillæ aperuisse, et ex illa aquas erupisse, pro eo, terram autem maxillæ i tu disrupit, eaque aquas reddidit. Porro vero qui historiee sunt interpretati admonent nuspiam reperiri quod Samson vel justus vel propheta appelletur, quemadmodum nec Jephte nec alii hujusmodi. Ea vero ætate cu » aliquis sancto Spiritu dignus non exstaret, prout præsens rerum conditio postulabat, reliquis hominibus excellentiore aliquo usus est. Vult vero Palæstinorum more uxorem du ere Samson, quod quidem pa entes legem observantes prohibent, Deus vero permittit, quocirca Scriptura dicit: « Pater autem ejus et mater non intellexerunt, quod decretum fuit Dei, quo ipse vindictam a Palæstin s sumeret. » Nam et leonis interfectio terrori Palæstinis fuit, ipsique propugnaculo ut triginta primum, deinde mille trucidaret.

Πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας ῥητέον, ὡς οὐδαμοῦ φησιν ἡ Γραφὴ κατευθύνειν ἐπ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα, ὅτε ἐπόρνευεν, ἢ ὅτε τὴν ἀλλόφυλον ἔλαβεν, ἐξ ἧσπερ ἀπώλετο. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ καθάπερ ἡ ψυχὴ τοῖς σώμασι συνοικεῖ· ἀλλὰ πάρεστι μὲν ὡς ἀπερίγραφον, ἐνεργεῖ δὲ ὅσα βούλεται. Ὁ καὶ προγινώσκον τὴν ἀγριότητα τοῦ Σαμψὼν, οἴνου καὶ τῶν ἐξ ἀμπέλου προσέταξε τοῦτον ἀπέχεσθαι· μὴ τὴν ἐξ οἴνου μανίαν τῇ φυσικῇ προσλαβὼν, καὶ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ἀνήκεστα δράσειε.

C Cæterum iis qui sanctum Spiritum traducunt Samsonis causa, respondendum illud est, quod Scriptura nusquam dicit, Spiritum incidisse super ipsum, quando est scortatus, aut quando Palæstinam quæ ei exitio fuit, duxit. Spiritus etenim sanctus non animæ instar cum homine cohabitat, verum illi indefinite adest, ac in eo quidquid vult efficit. Qui sane cum feritatem Samsonis prius quoque haberet cognitam, a vino ac vinetis ipsum jussit abstinere, ne ad naturalem furorem vinolento ascito contra propinquos quoque et cognatos indigna patraret.

Porro filii hæreticorum rident quod in capillis gratia est. Rideant igitur quod in apostolorum umb is grati est, in fimbria item vestimenti Christi, in luto denique quod cæcum illustravit.

Οὐκοῦν διὰ τὴν εὐχὴν τιμία ἦν ἡ κόμη Θεῷ. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Θεὸς περὶ παντὸς Ναζιραίου νομοθετῶν, καὶ τοῦτο ἐν νόμῳ τῷ παιδαγωγῷ.

D Quapropter voti nomine pretiosa apud Deum fuit coma. Quod ipse testatus est Deus cum legem de quovis Nazaræo sanxit, idque in lege pædagogica.

Καὶ ἐγένετο ἀνὴρ Λευΐτης παροικῶν ἐν μηροῖς ὄρους Ἐφραίμ. Τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα τοῦ Λευΐτου παριδεῖν ἀδικίαν ὁ λαὸς οὐκ ἠνέσχετο, καὶ πρὸς δί-

Fuit vir Levites qui habitabat in latere montis Ephraim, etc. [XIX, 1.] Injuriam in Levitis uxore admissam, populus tolerare non potuit, quapro-

[9] I Cor. v, 5. [10] II Thess. II, 3, 4.

pter auctores ejus **508** ad supplicium postulavit. Quos cum sua tribus tradere recusaret bellum adornavit, ac in duobus primis præliis victoriam per vim obtinet. Quibus quidem Deus congredi permisit eos, nullam tamen victis victoriam est pollicitus. Nam et ipsi ob priorem nequitiam ac delicta propria pœnas debebant, ipsorumque ob peccatum suum potius quam aliorum dolere erat. Postquam vero stragis suæ causam cognovissent, ac acerbius lamentati essent, atque Dei arcam confugissent, tunc demum illis Deus ante datas pœnas victoriam denuntiavit. Atque hac quidem ratione ab iis qui Levitæ uxorculam nefarie trucidarunt dignum luerunt supplicium. Qua clade modestiores facti nimis quam humani erga superstites esse didicerunt. Deus itaque utrinque culpa caret; iras enim contra peccatores conceptas coercere noluit, ne libidinibus eum delectari oblitum pœnæ quam adulteris destinaverat improbi ac perversi homines objicere possent. Neque illos qui in peccata aliena animadversuri, peccatores ipsi et pœnam meriti fuerant impune dimisit, et scelera quæ longo jam tempore pro lenitate sua dissimulaverat, in illis primum puniri voluit. Itaque de duabus rebus maximis erudiuntur homines, primum ne peccata Benjamitarum exemplo approbent. Deinde ne in puniendis peccatoribus sæviores sese præbeant. Idcirco enim Benjamitæ graviorem videntur dedisse pœnam, quod ultra peccatum suum tot Israelitarum injuste quidem, quamvis apud Deum juste, occiderunt.

A κην ἐζήτει τοὺς ἀδικήσαντας. Ἡ δὲ τούτων φυλὴ μὴ δοῦσα, παρεσκευάζετο πολεμεῖν. Καὶ τὰς δύο πρώτας μάχας κατὰ κράτος νικᾷ. Ἐν αἷς ἐπέτρεψε μὲν ὁ Θεὸς συμβαλεῖν, οὐ μὴν καὶ νίκην τοῖς ἡττημένοις ἐπηγγείλατο. Δίκην γὰρ ἐχρεώστουν ὑπὲρ ἀσεβείας προτέρας, καὶ πλημμελημάτων ἰδίων. Καὶ οὐκ ἦν αὐτῶν ἀγανακτεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν. Ὡς δὲ γνόντες τῆς ἥττης τὴν αἰτίαν, πικρότερον ἔκλαυσαν, καταφυγόντες ἐπὶ τὴν κιβωτὸν, τότε Θεὸς καὶ νίκην αὐτοῖς ἐπηγγείλατο. Καὶ δόντες πρότερον δίκην, οὕτω παρὰ τῶν ἀσελγείᾳ φονευσάντων τὸ γύναιον.... τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν ἐδέξαντο. Καὶ ὡς ἐξ ὧν ἔπαθον ὠφελημένοι καὶ μετριάζοντες, φιλάνθρωποι λίαν ἐπὶ τοῖς ἔτι σωζομένοις ἐγένοντο. Ὁ δ' οὖν Θεὸς κατ' οὐδέτερον κατηγορίας ἄξιος. Οὔτε γὰρ τὴν ὀρ-B γὴν τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων ἐκώλυσεν· ἢ γὰρ ἂν ἀσελγείαις χαίρειν αὐτὸν, παῖδες εἶπον αἱρετικῶν, καὶ ταῦτα τιμωρίαν κατὰ τῶν μοιχευσάντων ὁρίσαντα· οὔτε τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἐπεξιόντας δὲ τοῖς τῶν ἄλλων ἁμαρτήμασιν, ἀθώους κατέλειπε, δίκην ἐκτίσαντας τῷ πρὸ τούτου μακροθυμοῦντι Δεσπότῃ. Δύο δ' οὖν ὠφελοῦνται τὰ μέγιστα· μή τε συμφωνεῖν ἐν ἁμαρτίαις, ὡς οἱ Βενιαμὶν, μήτε κολάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας ὠμότερον· εἰ καὶ πικροτέραν οἱ Βενιαμῖται τὴν δίκην ὑπέσχον, ὡς πρὸς τῷ πλημμελήματι καὶ τοσούτους ἀδίκως ἀπεκτονότες ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ καὶ τῷ Θεῷ δικαίως.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ.

IN LIBRUM PRIMUM REGUM.

(Ludovico Lavatero Tigurino interpr.)

509-510 PROŒMIUM.

Complures prophetæ fuerunt, quorum libri tametsi non exstant, tamen nomina ipsorum ex libris Paralipomenon accepimus. Horum unusquisque illa descripsit, quæ suis temporibus contigerunt. Porro primus liber Regum, non modo ab Hebræis, sed etiam a Syris, prophetia Samuelis appellatur. Proinde, qui historiam regum conscripserunt, hinc occasione scribendi accepta, longo post tempore scripserunt. Quomodo enim Samuel, qui temporibus Saulis, et Davidis floruit, illa omnia, quæ usque ab obitum Nabuchodonosoris (qui populum Israelis captivum abduxit) gesta sunt, conscribere potuisset? Cæterum, quæ ab il-

C

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πλεῖστοι προφῆται γεγένηνται, ὧν τὰς μὲν βίβλους οὐχ εὕρομεν, τὰς δὲ προσηγορίας ἐκ τῆς τῶν Παραλειπομένων μεμαθήκαμεν ἱστορίας. Τούτων συνέγραψεν ἕκαστος ὅσα συνέβαινε γίνεσθαι κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν. Αὐτίκα γοῦν, καὶ ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν καὶ παρὰ Ἑβραίοις, καὶ παρὰ Σύροις, Προφητεία Σαμουὴλ ὀνομάζεται. Οἱ τοίνυν τὰς Βασιλείας συγγράψαντες, ἐξ ἐκείνων λαβόντες τὰς ἀφορμὰς, μετὰ πλεῖστον συνέγραψαν χρόνον. Πῶς γὰρ οἷόν τε Σαμουὴλ, τὸν τῷ Σαοὺλ, ἢ καὶ τῷ Δαβὶδ, συνηκμακότα, τὰ μετὰ ταῦτα συγγράψαι μέχρι τῆς τοῦ Ναβουχοδονόσορ τελευτῆς, ὃς αἰχμάλωτον εἰλήφει τὸν Ἰσραὴλ; τὰ δὲ ταῖς συναγαγοῦσι παραλειφθέντα.

* Meursii Opera, t. VIII, p. 5.

Ἕτεροί τινες ἱστοριογράφοι παρέδοσαν, τὸ βιβλίον Παραλειπομένων καλέσαντες.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος. Εἷς τῶν υἱῶν Λευὶ, ἐγένετο, Κάαθ πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαάρ, οὗ ἔκγονος μὲν ὁ Κορὲ, ἀπόγονος δὲ Ἐλκανὰ, τοῦ Σαμουὴλ ὁ πατήρ. Ἡ δὲ διαδοχὴ οὕτως· Καὰδ, Ἀμιναδὰβ, Κορὲ, Ἀσεὶρ, Ἑλκανὰ, Σοὺφ, Θόου, Ἐλίου, Ἰεραὰμ, Ἐλκανὰ Σαμουήλ.

Ἡ δὲ διαδοχὴ οὕτω· Κορὲ, Ἀσεὶρ, Ἐλκανὰ (1), Σαμουήλ. Ὁ δὲ Ἡλὶ ἐκ τῆς τοῦ Ἰθάμαρ ἦν πατριᾶς· ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν παίδων παροινίαν σὺν παντὶ γένει τῆς ἱερατικῆς ἐγυμνώθη τιμῆς. Πῶς δὲ Ἐλκανὰ ἐξ Ἀμαθαὶμ ὢν, Ἐφραθαῖος ὀνομάζεται; Μήποτε συνέβαινεν αὐτὸν ἐκ τῶν δύω πόλεων ὁρμᾶσθαι· καθ' ὃ ἐν μὲν τῇ Ἐφραθὰ ἐγεγέννητο, ἐν τῇ Ἑρμαθαὶμ ἐτέθραπτο· ὡς καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν Βηθλεὲμ γεννηθεὶς, ἐχρημάτισε καὶ Ναζωραῖος τῆς ἀνατροφῆς ἕνεκεν. C. L. (a).

Καὶ φωνὴ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο. Τῆς Ἄννης προσευχομένης τὰ χείλη μόνον ἐκινεῖτο, φωνὴ δὲ οὐκ ἠκούετο. Πόθεν τῷ συγγραφεῖ τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ἱστόρηται; Πλὴν εἰ μή τις, ὡς εἴρηται (2), συγχωρήσειε, τοὺς πνευματοφόρους συγγεγραφηκέναι τὰ γενόμενα κατὰ καιρὸν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. C. L. (2)

Τί ἐστι, « Γυνὴ ἐν σκληρᾷ ἐγώ εἰμι; » Τουτέστι κεκακωμένη, νηστεύουσα. C. L.

Τὸ δὲ, Μὴ δῷς τὴν δούλην σου εἰς (3) θυγατέρα λοίμην (4), Θεοδοτίων, Ὡς μίαν τῶν ἀπαιδεύτων· ἢ ὥσπερ τὸν νοήμονα λέγει τὸν σοφὸν, οὕτω τὸν παράνομον υἱὸν λοιμοῦ. C. L.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου. Ἀξιάγαστος τῆς Ἄννας ἡ ὑμνῳδία. Οὐ γὰρ μόνον ἐφ' οἷς εἴληφεν ἀνυμνεῖ τὸν Δοτῆρα, ἀλλὰ καὶ προφητείᾳ τὸν ὕμνον ἐκέρασε, καὶ τῆς τοῦ παιδὸς μετέλαβε χάριτος. Κυήσασα γὰρ ὑποφήτην, προφητεύει μετὰ τὸν τόκον. Καὶ Ἐλισάβετ δὲ τῆς Ἰωάννου μετέλαβε χάριτος, καὶ ἡ Μαρία τῆς Ἰησοῦ.

Κλονουμένη καὶ εἰς ματαίους ἐμπίπτουσα λογισμοὺς διὰ τὴν ἀπαιδίαν, ἐπιτυχοῦσα τῆς προσευχῆς ἐστερέωμαι ἐν τῷ παρασχομένῳ τὴν εὐτεκνίαν Θεῷ. Τῇ πίστει οὖν δῆλον ὅτι ἐστερέωται, ἡνίκα ᾔτει δοθῆναι αὐτῇ τέκνον δωρεάν. C. L.

Ἐπλατύνθη τὸ στόμα μου. Ἔλαβον κἀγὼ παῤῥησίαν εἰπεῖν· Οὐκ εἰμὶ στεῖρα. Ἐν ᾧ ὠνείδιζόν με ἡ Φεννάνα καὶ οἱ αὐτῆς. Πρὸς γὰρ αὐτοὺς ἀποτεινομένη, τὰ ἑξῆς φησι τὸ « Μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε. C. L. »

A lis, qui hæc collegerunt, prætermissa sunt, alii quidam historiographi libros, quos Paralipomenon appellant, absolverunt.

CAP. I.

VERS. 1. *Fuit autem homo.* Ex numero filiorum Levi, fuit Caath, qui filium habuit Isaar, nepotem Core, pronepotem Helcana, filium Samuelis. Successio vero sic habet, Caad genuit Aminadab, Core, Aser, Helcana Zuph, Tohu, Heliu, Ieraam, Elcana ; hic Samuelem genuit.

Successerunt autem sic : Core, Asir, Elcana, Samuel. Eli patria Ithamar oriundus erat, atque propter filiorum improbitatem tota ejus familia sacerdotali dignitate excidit. Quomodo autem El-
B cana, Armathaim oriundus, Ephrathæus dicitur? Fortasse ex utraque urbe originem duxit, ita ut in Ephrata quidem natus, in Armathaim autem educatus sit, quemadmodum etiam Servator in Bethleem natus, simul Nazaræus dicitur propter educationem.

VERS. 13. *Et vox ejus non audiebatur.* Annæ preces fundentis labia tantum movebantur, vox autem non audiebatur. Jam quomodo scriptor verba ejus scire potuit? Nimirum viros inspiratos, uti diximus, ea quæ illo tempore evenerunt, Spiritu sancto adjutos retulisse, credendum est.

Quid est, « Mulier infelix ego sum? » Scilicet, adversa fortuna utens, jejunium agens

C Pro, Ne reputes ancillam tuam ut filiam perditionis, Theodotion habet, Ut stultarum unam : aut quemadmodum legis cultorem, sapientem, ita eum qui legi refragatur, filium perditionis vocat.

CAP. II.

VERS. 1. *Confirmatum est cor meum.* Canticum hoc Annæ dignum est admiratione. Non enim pro beneficiis acceptis auctorem modo bonorum celebrat, sed etiam prophetiam hymno admiscet ; præterea gratiæ quoque filio collatæ particeps facta est. Nam cum prophetam in utero gestaret, post partum, et ipsa prophetavit. Sic etiam Elisabeth Joannis filii, et Maria Christi Servatoris gratiam
D participavit.

Confusa atque ob liberorum orbitatem stultis cogitationibus incidens, postquam ad preces accessi, in Deo fecunditatem largiente confortata sum. Fide igitur confortata est, cum oraret, ut sibi infans donaretur.

Dilatatum est os meum. Ego quoque cum fiducia possum dicere : Non sum sterilis. Ob hoc enim Phennana ejusque sodales cum conviciis me petebant. Ad illos conversa, postea dicit : « Ne gloriamini, nec loquimini. »

NOTÆ.

(1) Σοὺφ, Θόεμου, Ἰεραὰμ, Ἐλκανὴ, Σαμουήλ. Ὁ τῆς Αὐγ. κώδ. ἐν ᾧ τὰ ἑξῆς οὐ κεῖται. Ἐκ τῶν τοῦ Θεοδωρήτ. δέ εἰσι τῶν ἐν σελ. 282.

(2) Scholia quæ duabus hisce litteris C. L. signantur deprompsimus e Catena Lipsiensi.

(3) Τὸ, ὡς εἴρηται, οὐ κεῖται ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ.

(4) Ὡς θυγατέρα λύμην. ὁ τῆς Αὐγ. κώδ.

VERS. 3. *Nolite gloriari, nec alta loqui.* Ne Phennana alte sentiat in humanis dignitatibus. Nam et secunda et adversa fortuna, Deo volente, immutatur. Pro, *Deus præparat cogitationes*, Symmachus dicit, *Non valent coram eo prætextus.*

VERS. 5. *Quia sterilis peperit septem.* Ecclesiæ fecunditatem palam prædicat. Septenarius enim numerus multitudinem denotat. Quia septem diebus omne tempus revolvitur. Et filii Ecclesiæ universum terrarum orbem impleverunt, deficiente synagoga Judæorum, quæ multos filios prophetas, et justos habuit. Alias Anna unicum Samuelem peperit.

VERS. 4. *Arcus fortium superatus est.* Omnia hæc vaticinia ex opposito prolata ad gentilium Ecclesiam atque Judæorum synagogam pertinent, siquidem rerum statu commutato, gratia ad gentes transiit.

VERS. 5. *Repleti panibus humiliati sunt.* Symmachus et Theodotion : Saturati humiliati sunt, id est, pro mercede se locaverunt.

Et esurientes terram neglexerunt. Aquila : contriti sunt. Symmachus : Nulla re caruerunt.

VERS. 6. *Dominus mortificat et vivificat.* Non solum universalem prædicit resurrectionem, sed etiam quod Christus multorum sanctorum animas cum semetipso in vitam revocaturus sit, uti etiam corpora suo tempore resuscitavit. Unde apparet, animas vinculis æternis solutas in alia loca, nimirum in cœlum et paradisum, transmigrasse.

VERS. 7. *Dominus pauperem facit et ditat.* Jam rursus futura prædicit. Humiliatur enim Saul qui exaltatus fuerat, et exaltatur David ovium pastor. Huic sententiæ et prædictioni etiam sequentia congruunt.

VERS. 8. *Ut sedeat cum principibus.* Duodecim thronos obtinebunt apostoli, et reliqui fideles in requie erunt. Hoc enim per thronum innuitur.

Qui oranti concedit orationem. Hoc est, qui homines Dei favore dignos ad finem perducit.

Dominus infirmum reddet. Prænuntiat diaboli interitum. « Prudens in hoc solummodo glorietur. » Non dixit, In hoc glorietur quis, ut bene recteque agat, sed ante omnia ut fundamentum posuit fidem collocatam in petra quæ est Christus, et sic demum addidit virtutem.

VERS. 10. *Dominus ascendit in cœlos et tonuit.* Vaticinatur de assumptione Christi, de missione, et adventu Spiritus sancti, et felici prædicationis

A *Μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε.* Μὴ μεγάλα φρονείτω Φεννάνα ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πλεονεκτήμασι. Δέχεται γὰρ καὶ τὰς εὐπραξίας καὶ κακοπραγίας, Θεοῦ βουλήσει, μεταβολή. Τὸ δὲ, *Θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα*· Σύμμαχος, *Καὶ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτῷ προφάσεις.* C. L.

Ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτά. Τὴν τῆς Ἐκκλησίας προκηρύττει πολυγονίαν. Ἐν ἑπτὰ γὰρ ἡμέραις ἅπας ὁ χρόνος ἀνακυκλεῖται. Καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ παῖδες τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν, ἀσθενησάσης τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τῆς ἐν τέκνοις πολλοῖς προφήταις τε καὶ δικαίοις. Ἄλλως γὰρ ἡ Ἄννα ἕνα μόνον ἐτετόκει τὸν Σαμουήλ.

Τόξον δυνατῶν ἠσθένησε. Πάντα τὰ ἀντίθετα ταῦτα εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν καὶ τὴν τῶν

B Ἰουδαίων Συναγωγὴν προφητεύεται, ἀντιστραφείσης τῆς καταστάσεως, καὶ τῆς χάριτος εἰς τὰ ἔθνη μεταβάσης (5). C. L.

Πλήρεις ἄρτων ἠλαττώθησαν· Σύμμαχος (6) καὶ Θεοδοτίων· Κεχορτασμένοι ἠλαττώθησαν, ἀντὶ τοῦ, ἐμισθάρνησαν. C. L.

Καὶ οἱ πεινῶντες παρῆκαν γῆν. Ἀκύλας, συνετρίβησαν· Σύμμαχος, ἀνενδεεῖς ἐγένοντο. C. L.

Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ. Οὐ μόνον τὴν κοινὴν προαναφωνεῖ ἀνάστασιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἔμελλε Χριστὸς (7) πολλῶν ἁγίων ψυχὰς συνανιστᾷν ἑαυτῷ, ὡς καὶ τὰ σώματα πρὸς καιρὸν ἀνέστησεν. Ὥστε γνωσθῆναι ἀπολυθείσας τὰς ψυχὰς τῶν αἰωνίων δεσμῶν, καὶ εἰς ἑτέρους μεταβάσας τόπους, εἰς οὐρανὸν καὶ παράδεισον. C. L.

C *Κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει.* Τὰ ἐσόμενα πάλιν προλέγει. Ταπεινοῦται μὲν γὰρ ὑψωθεὶς ὁ Σαοὺλ· ὑψοῦται δὲ Δαβὶδ ἐκ προβάτων (8). Ταύτης τῆς διανοίας καὶ τῆς προῤῥήσεως ἔχεται καὶ τὰ ἑξῆς. C. L.

Τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ δυναστῶν. Ἕξουσι μὲν δώδεκα θρόνους οἱ μαθηταὶ, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πιστοὶ ἐν ἀναπαύσει μέλλουσιν ἔσεσθαι. Ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ θρόνου. C. L.

Διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Ἀντὶ τοῦ, εἰς πέρας ἄγων τοὺς θεαρέστους τῶν ἀνθρώπων. C. L.

Κύριος ἀσθενῆ ποιήσει. Προμηνύει τὴν τοῦ διαβόλου κατάλυσιν. « Ὁ φρόνιμος, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω. » Οὐκ εἶπεν, Ἐν τούτῳ καυχάσθω τις, ἐν τῷ

D δικαιοπραγεῖν· ἀλλὰ πρῶτον ὡς θεμέλιον τὴν πίστιν τέθεικεν ἐπὶ τὴν πέτραν· ὅς ἐστι Χριστός· καὶ οὕτως ἐπέταξε τὴν ἀρετήν. C. L.

Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐβρόντησε. Προφητεύει τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, καὶ τῶν ἀποστολι-

NOTÆ.

(5) Ἀφ' οὗ εἶπον τοῖς ἀπειθοῦσιν Ἰουδαίοις, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, οἱ μαθηταί. Καὶ ταῦτα κεῖται ἐν τῷ εἰρημ. Τόμ.

(6) Τὸ, Σύμμαχος, ἐν τῷ τῆς Αὐγ. κώδ. οὐ κεῖται.

VERS. 6. *Et corvi ferebant ei panes.* Et quomodo legem non transgressus est per avem immundam nutritus? Quia ipse legislator per corvos cibum ipsi attulit, quemadmodum ille pollicitus est, qui docet legem propter Judæorum infirmitatem positam esse. Quare ipse aliquando contra legem facere præcepit. Veluti in obsidione Jericho, quæ Sabbato facta est, et nunc per corvos Eliam pascens; aliquando vero illos, qui hujuscemodi præcepta transgressi sunt, non reprehendit. Samson enim propter ebrietatem et immodicam libidinem privatus est gratia Dei; sed, cum ex mortuo leone mel silvestre comedisset, reprehensionem non incurrit, et accedentes ad sanctos in luctam dæmones, intelligibilis alimoniæ causa fiunt, dum ipsi corde firmantur, et habitu exercentur; quorum est firma alimonia, et athletica, qui habitus postea fit in nobis post luctas multas pomeridiano tempore.

VERS. 9. *In Sarephtha Sidoniæ.* Et quare ad alienigenam? ejusdem enim culpæ etiam hoc fuit. Deus enim conversationem cum alienigenis prohibuerat propter Judæorum imbecillitatem, quam eis permisisset, si firmi exsistentes ipsis prodesse potuissent, quemadmodum Elias propheta. Hanc enim in lege vitandi commercii alienigenarum causam affert, ne fornicentur cum diis ipsorum, aut filii Israel vel filiæ nuptiis cum impiis contractis seducantur. Cæterum reipsa etiam Eliæ ostendere voluit, quam indiga sit rerum omnium humana natura, primum quidem ad torrentem ipsum dedu-

A Σαμάρεια, ἡ νῦν Σεβάστη προσαγορευομένη. Ἐν ᾗπερ ἦν τῶν δέκα φυλῶν τὰ βασίλεια. Ἐξανδραποδισθεισῶν δὲ τούτων, καὶ τῆς γῆς ἐκείνης ἐρήμου γεγενημένης, οἱ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἐποίκους εἰς ταύτας ἐξέπεμψαν, οὓς ἐκ τῆς Σαμαρείας Σαμαρείτας ὠνόμασαν.

Ἐπὶ βιβλίου λόγων τῶν ἡμερῶν τῶν βασιλέων Ἰσραήλ. Ἐκ τῶν τοιούτων, καὶ ὁ παρὼν συγγραφεὺς, καὶ ὁ τῶν Παραλειπομένων, ἔσχον τὰς ἀφορμάς· πάντα γὰρ συνεγράφετο.

Καὶ συνέθετο Ἰωσαφάτ. Ἠσπάσατο τοῦ Ἀχαὰβ τὴν συγγένειαν, ὡς ἐν Παραλειπομέναις φησίν.

Καὶ ἐδούλευσε τῷ Βαάλ. Τυρίων οὗτος θεὸς, ὡς εἶπεν Ἰώσηππος· ἡ δὲ Ἀστάρτη, Σιδωνίων· ταύτῃ

B καὶ τὰ ἄλση συνετίθεσαν. Ἀστάρτη δέ ἐστιν ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ὧ παρέστηκα ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον. Οὐ μετρεῖ τὸν παρόντα, ἀλλ' ὡς ἀεὶ καταβαλλόμενος ἀρχὴν καθ' ἡμέραν ἐσπούδασεν εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ παριστᾷν ἑαυτὸν καθαρὸν τὴν καρδίαν, ἕτοιμον ὑπακούειν τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ.

Ἐὰν μὴ διὰ λόγου στόματός μου. Οἱ πάντα τολμῶντες, τὴν Ἠλιοῦ φωνὴν τολμηρὰν ἀπεφήναντο· προφήτης γὰρ ἦν, καὶ προφητῶν ἄκρως, καὶ τῷ θείῳ πυρπολούμενος ζήλῳ. Καὶ ταῦτα τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργοῦντος εἴρηκεν, ὅθεν καὶ πέρας ἐδέξατο.

C *Καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ ἄρτους.* Καὶ πῶς οὐ παρενόμει δι' ἀκαθάρτου ζώου τρεφόμενος; Ὑπερ ὁ νομοθέτης διὰ τούτων αὐτῷ προσέφερε τὴν τροφὴν, ὥσπερ ὑπέσχετο, διδάσκων ὡς ὁ νόμος πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν ἔκειτο· διὸ ποτὲ μὲν αὐτὸς παραβῆναι προσέταττεν, ὡς ἐπὶ τῆς ἐν Σαββάτῳ πολιορκίας Ἱεριχοῦς, καὶ νῦν διὰ κοράκων τρέφων Ἠλίαν· ποτὲ δὲ τοῖς τὰ τοιαῦτα παραβαίνουσι μὴ μεμφόμενος. Σαμψὼν γὰρ διὰ μὲν τὴν μέθην καὶ τὴν λαγνείαν ἐγυμνώθη τῆς χάριτος. Φαγὼν δὴ τὸ ἐκ τοῦ νεκροῦ λέοντος μέλι, κατηγορίας οὐκ ἔτυχεν. Καὶ τοῖς ἁγίοις δὲ προσιόντες εἰς πάλην οἱ δαίμονες, νοητῆς τροφῆς αἴτιοι γίνονται, στηριζομένοις αὐτοῖς τὴν καρδίαν, καὶ γυμναζομένοις τὴν ἕξιν. Ὧν ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ καὶ ἀθλητική. Ἥτις ἕξις

D ἡμῖν μετὰ πολλὰς ἐπιγίνεται πάλας τὸ δειλινόν.

Εἰς Σαρεφθὰν τῆς Σιδωνίας. Καὶ διὰ τί πρὸς ἀλλόφυλον; τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τοῦτο. Κεκώλυκε γὰρ τὴν πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιμιξίαν, διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν, ἣν ἂν ἐπέτρεψεν, εἰ ἑδραῖοι ὄντες ὠφελεῖν ἐκείνους ἠδύναντο, καθάπερ ὁ προφήτης Ἠλίας. Ταύτην γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τῆς ἀμιξίας αἰτίαν φησὶ, τὸ μὴ ἐκπορνεῦσαι πρὸς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, ἢ τοὺς υἱοὺς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἢ τὰς θυγατέρας, γινομένης ἐπιγαμίας. Ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων ἠθέλησε Ἠλίᾳ δεῖξαι δαπανωμένην τὴν ἀνθρωπότητα· πρῶτον μὲν εἰς χειμάῤῥουν αὐτὸν ἀγαγὼν, καὶ ποιήσας ξηρόν. Εἶτα πρὸς χήραν μιᾶς ἡμέρας

ἔχουσαν· βίον ἔστι δὲ καὶ τύπος τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, δεξαμένη πιστῶς τὸν ὑπὸ Ἰσραηλιτῶν διωκόμενον, ὥσπερ ἐκείνη τοὺς ἀποστόλους.

Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου. Εὖγε τῆς πραότητος. Οὐκ ἐδυσχέραινεν ἐν τοσαύταις συμφοραῖς αἰτηθεῖσα τροφήν. Ἀλλὰ μόνον ἔδειξε τὴν ἐσχάτην πενίαν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν πιστῶς δεξαμένη προσήνεγκε τὴν τροφὴν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδυῖα τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλόφυλος γὰρ ἦν, προφητικῆς δυνάμεως πεῖραν οὐ δεδεγμένη.

Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ; Ἀφθόνως ὁ προφήτης ἀπολαύων τῆς τροφῆς, τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπελάθετο συμφορᾶς· οὗ δὴ χάριν ὁ Δεσπότης αὐτῷ τὰς τῆς χήρας ἐπεστράτευσεν οἰμωγάς. Ἐπέγνω δὲ καὶ αὐτὸς τὴν αἰτίαν. «Οἴ μοι γὰρ, φησὶ, Κύριε, ὁ μάρτυς τῆς χήρας,» καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀξιάγαστα δὲ τῆς χήρας τὰ ῥήματα. Τῷ σῷ φωτὶ, φησὶν, ἐγυμνώθη τὰ κεκρυμμένα μου πλημμελήματα, καὶ οὐχ ὡς ἀλλόφυλος τὴν εἴσοδον οἰωνίσατο τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις ἐπέγραψεν ἁμαρτίαις. Οὕτω τὴν τοῦ προφήτου διδασκαλίαν ὠφέλητο. Ἴσως καὶ δι' αὐτὴν ἡ τοῦ παιδὸς γέγονε τελευτὴ, ἵνα θεασαμένη τὴν παρὰ φύσιν ἀνάστασιν, βεβαίαν δέξηται τὴν εὐσέβειαν.

Καὶ ἐνεφύσησε τῷ μειρακίῳ τρίτον. Μετὰ τὴν προσευχὴν, τρὶς ἐμφυσήσας, εἰς ζωὴν ἐπανήγαγε τὸ μειράκιον. Δηλοῖ δὲ ὁ μὲν ἀριθμὸς τὴν προσκυνουμένην Τριάδα. Τὸ δὲ ἐμφύσημα τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς ψυχῆς γεγενημένην δημιουργίαν. Ἀλλ' ὁ προφήτης ἐμφυσήσας οὐκ ἄλλην ψυχὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ τὴν χωρισθεῖσαν τοῦ σώματος ἐπανήγαγεν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Πορεύθητι, καὶ ὄφθητι τῷ Ἀχαάβ. Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ὁρῶν διολλύμενον, καὶ τὸν προφήτην αἰτῆσαι τὸν ἔλεον οὐκ ἐθέλοντα, καὶ τοὺς μὲν οἰκτεῖραι θέλων, τοὺς δὲ παρὰ γνώμην λῦσαι τὴν ψῆφον οὐκ ἀνεχόμενος, ἔρχεται πρεσβευτὴς πρὸς τὸν οἰκέτην ὁ Δεσπότης, πρὸς τὸν πηλὸν ὁ Δημιουργὸς, καὶ πείθει λῦσαι τῶν νεφῶν τὰς ὠδῖνας τὴν πεδήσασαν γλῶτταν.

Εἰ ἔστιν ἔθνος, ἢ βασιλεία. Ἐπειδὴ ὁ προφήτης εἰρήκει τῷ Ἀχαάβ· «Ζῇ Κύριος ὁ Θεός μου, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα ὑετὸς, εἰ μὴ διὰ λόγου στόματός μου·» λαβὼν τῆς τῶν λόγων ἀληθείας τὴν πεῖραν ὁ Ἀχαάβ, ἀναγκαίως ἐζήτει τὸν δήσαντα πρὸς λύσιν, ἢ πρὸς ἀναίρεσιν, εἰ μὴ πίθοιτο.

Καὶ Πνεῦμα Κυρίου ἀρεῖ σε. Ἀνδρὸς ταῦτα μελετῶντος τὰ θεῖα, καὶ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπισταμένου τὴν δύναμιν.

Ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις. Καὶ τὸν Θεὸν γὰρ προσεκύνουν, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευον. Ὁ δὲ Θεὸς, φησὶν, οὐ βούλεται τοὺς ψευδωνύμους τιμᾶσθαι θεοὺς, οὔτε αὐτοὶ τὸν ἀληθινὸν τιμᾶσθαι Θεόν. Ὑμεῖς δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιοῦντες οὐδετέρῳ φυλάττετε πίστιν.

A cens, et exsiccans eum; deinde ad viduam unius diei victum habentem. Est etiam typus Ecclesiæ collectæ ex gentibus, vera fide illum excipiens, qui persecutionem ab Israelitis substinebat, quemadmodum illa apostolos.

VERS. 12. *Vivit Dominus Deus tuus.* Euge magnæ bonitatis! non ægre tulit, quod in tantis calamitatibus cibus ab ipsa peteretur. Sed tantum extremam paupertatem ostendit, et promissionem firma fide accipiens cibum attulit, atque hoc fecit, cum hominem non novisset; alienigena enim erat, et virtutis propheticæ nullam experientiam sumpserat.

Quid mihi, et tibi, homo Dei? **536** Propheta cum affatim cibo refectus esset, calamitatem aliorum
B hominum obliviscitur. Quamobrem Deus viduæ fletibus eum adoritur. Agnovit etiam ipse causam; dicit enim: « Heu mihi, Domine, testis viduæ, » et cætera. Porro verba viduæ digna sunt admiratione. Tua luce, inquit, retecta sunt occulta mea peccata, et non, ut alienigena, ingressum prophetæ malum omen fuisse interpretata est, sed suis peccatis mortem pueri ascripsit. Atque sic ex prophetæ doctrina fructum percepit. Fortassis etiam in bonum viduæ puer mortuus est, ut si videret pueri resurrectionem quæ contra naturam est, solidam pietatem et fidem reciperet.

VERS. 21. *Et inflavit puero ter.* Cum post orationem puero inflasset, in vitam eum revocavit.
C Significat autem hic numerus adorandam Trinitatem; inflatio autem illa, animæ creationem ab initio factam. Cæterum cum propheta puero inflasset, non aliam animam produxit, sed illam, quæ ab corpore recesserat, ad corpus revocavit.

CAP. XVIII.

VERS. 1. *Abi, et ostende te Achabo.* Amans hominum Deus cum videret perire genus humanum, neque prophetam implorare misericordiam velle, cum misereri ipse cuperet, neque tamen præter animi sententiam decretum contra ipsos solvere sustineret, venit legatus ad servum Dominus, ad lutum opifex, et linguam solvere persuadet, quæ nubium dolores vinciebat.

VERS. 11. *Si est gens, aut regnum.* Quoniam
D propheta dixerat ad Achab: « Vivit Dominus Deus meus, si erit annis his pluvia, nisi per sermonem oris mei. » Et Achab reipsa expertus prophetam verum dixisse, necessitate impulsus quærebat illum, qui cœlum obstruxerat, ut solveret, vel ut eum occideret, nisi obtemperaret.

VERS. 12. *Spiritus Domini feret te.* Verba sunt viri meditantis divina, et scientis potentiam et virtutem divini Spiritus.

VERS. 21. *Usquequo claudicabitis in ambobus poplitibus?* Nam et Deum adorabant, et idola colebant: Deus autem non vult, dicit, ut falsi dii colantur, neque illi volunt, ut verus Deus colatur. Vos autem et hæc, et illa facientes, neque huic, neque illi servatis fidem.

VERS. 23. *Et eligant sibi ipsis unum.* Quare permisit, ut sacerdotes Baal pinguem bovem deligerent, et primi sacrificium offerrent? Manifestum est illum, qui revera Deus est, nullius horum indigere. Illi autem dicturi erant Baal non accepisse sacrificium, propterea quod ægre tulerit, se alteri non prælatum fuisse.

VERS. 32. *Et ædificavit altare.* Quomodo, cum lex præcipiat ut unico in loco sacrificia offerantur, Elias in Carmelo altare exstruxit? « Justo lex non est posita, juxta divum Apostolum [42], sed iniquis et immorigeris. » Quales Israelitas esse contigit, qui ubique sacrificaturi erant, si impunitatem adepti fuissent, et etiam dæmones culturi. Propheta autem volens ostendere non solum Dei virtutem et potentiam, sed etiam dæmonum imbecillitatem, cum, diviso regno, illos, qui præsentes erant in templum Hierosolymitanum deducere non potuit, necessitate adactus, venit in Carmelum; ibi plures disputationes habebat.

VERS. 32. *Fecit Thaala.* Josephus, δεξαμενήν, canalem.

VERS. 34. *Tertio sic facite.* Iterum ostendit numerum adorandæ Trinitatis.

VERS. 38. *Et lapides, et pulverem elinxit ignis.* Ne altare Dei dedecore afficeretur, cum impii sacrificia dæmonibus offerrent.

CAP. XIX.

VERS. 3. *Et timuit Elias.* Quomodo cum tantam haberet potentiam et virtutem? Quia non solum propheta erat, sed etiam homo. Præterea metus hic divinæ dispensationis fuit. Etenim ne tam miraculosi operis magnitudo eum insolentem redderet, gratia Dei metum ei indidit, ut suam imbecillitatem cognosceret.

VERS. 11. *Ecce Dominus transibit.* Docuit Eliam mansuetudine et longanimitate **537** excellere, et probavit genus hominum. Item, quod facile sibi sit et fulmina demittere, et terram concutere, eamque impiis repente sepulcrum ostendere, et spirituum vi omnia perdere. Sed longanimitas mihi placet, inquit. Unumquemque vero aliorum hominum malitia trahit. Quod vero Deus veteris Testamenti non sit ignis, Elias docetur, et per ipsum nos omnes, sed neque aura tenuis. Per tenuem vero auram dicitur adesse. Cum enim in caliginosa nube et igne filiis Israel apparuerit, inveniens Eliam sublimiorum capacem, eum in notitiam incorporei subduxit, a terræmotu, a spiritu, et ab igne ad tenuem auram. Id quod affine est voci Servatoris: « Deus spiritus est [43]. »

VERS. 19. *Injecit pallium suum super eum.* Cur Asahelem, Jehu, et Elisæum jussus ungere solum prophetam unxit? Gratia igitur spirituali, qua ipsum unxit, quamque in ipsum contulit, alios etiam

A *Καὶ ἐκλεξάσθωσαν ἑαυτοῖς τὸν τόπον ἕνα.* Τίνος ἕνεκα τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Βαὰλ τὸν πίονα βοῦν ἐκλέξασθαι καὶ πρώτοις ἐπιτελέσαι τὴν θυσίαν ἐπέτρεψεν; Ἢ δῆλον ὡς ὁ μὲν ὄντως Θεὸς οὐδενὸς τούτων ἐστὶν ἐνδεής. Οἱ δὲ λέγειν ἤμελλον, ὡς χαλεπαίνων ὁ Βαὰλ, ὡς μὴ προτιμηθεὶς, οὐκ ἐδέξατο τὴν θυσίαν.

Καὶ ᾠκοδόμησε τοὺς λίθους. Καὶ πῶς τοῦ νόμου διαγορεύοντος ἐν ἑνὶ τρόπῳ λατρεύειν, ὁ Ἠλίας ἐν τῷ Καρμήλῳ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε; « Δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις. » Οἵους εἶναι συνέβαινε τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ τοῦ πανταχοῦ θύειν εἴπερ ἔλαβον ἄδειαν, ἤμελλον λατρεύειν καὶ δαίμοσιν. Ὁ δὲ προφήτης βουλόμενος δεῖξαι καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ δυνατὸν, καὶ τῶν δαιμόνων τὸ ἀσθενὲς, ἐπειδὴ διῃρημένης τῆς βασιλείας οὐχ οἷός τε ἦν ἄγειν τοὺς παρόντας εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν, ἀναγκαίως ἦλθεν ἐπὶ τὸν Κάρμηλον, ἔνθα τὰς πλείονας ἐποιεῖτο διατριβάς. B

Ἐποίησε Θααλά. Ἰώσηππος, *δεξαμενήν.*

Τρισσεύσατε. Τῆς προσκυνητῆς Τριάδος πάλιν ἐμφαίνει τὸν ἀριθμόν.

Καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν χοῦν ἐξέλειξε τὸ πῦρ. Ὥστε μὴ καθυβρισθῆναι τὸ θεῖον θυσιαστήριον, τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων προσφερόντων θυσίας τοῖς δαίμοσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘʹ.

C *Καὶ ἐφοβήθη Ἠλίας.* Καὶ πῶς, τοσαύτην ἔχων τὴν δύναμιν; Ὅτι οὐ μόνον προφήτης, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἦν. Ἄλλως τε καὶ τῆς θείας ἦν οἰκονομίας τὸ δέος. Ἵνα γὰρ μὴ τῆς θαυματουργίας τὸ μέγεθος ἐπάρῃ τὸ φρόνημα, ἐνδέδωκεν ἡ χάρις τῇ φύσει τὴν δειλίαν εἰσδέξασθαι, ὡς ἂν ἐπιγνῷ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν.

Ἰδοὺ Κύριος παρελεύσεται. Ἐδίδαξε τὸν Ἠλίαν, ὡς ἡμερότητι καὶ μακροθυμίᾳ πρυτανεύειν ἐδοκίμασε τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Καὶ ὅτι ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ, καὶ κεραυνοὺς ἐπιπέμψαι, καὶ κλονῆσαι τὴν γῆν, καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀποδεῖξαι τάφον αὐτὴν αὐτοσχέδιον, καὶ βίᾳ πνευμάτων ἀπολέσαι τὸ πᾶν. Ἀλλ' ἡ μακροθυμία μοι φίλη, φησίν. Ἕκαστον δὲ τῶν ἄλλων ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἐφέλκεται. Ὅτι δὲ οὐ πῦρ ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, D Ἠλίας διδάσκεται, καὶ δι' αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς. Ἀλλ' οὐδὲ αὔρα λεπτή. Δι' αὔρας δὲ λέγεται παρεῖναι λεπτῆς. Ἐπεὶ γὰρ ἐν γνόφῳ καὶ πυρὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπεφάνη, τὸν Ἠλίαν εὑρὼν τῶν ὑψηλοτέρων χωρητικὸν, ἐπὶ τὴν τοῦ ἀσωμάτου τοῦτον ἀνήγαγεν ἔννοιαν, ἀπὸ σεισμοῦ, καὶ πνεύματος, καὶ πυρὸς ἐπὶ λεπτὴν αὔραν. Ὅπερ ἐγγὺς ἂν εἴη τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς τῆς, « Πνεῦμα ὁ Θεός. »

Καὶ ἔρριψεν ἐπ' αὐτὸν τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ. Τί δήποτε τὸν Ἀζαὴλ, καὶ τὸν Ἰησοῦ, καὶ τὸν Ἐλισσαῖον χρίσαι προσταχθεὶς, μόνον ἔχρισε τὸν προφήτην; ἢ τοίνυν ἔχρισεν αὐτὸν, καὶ τῆς πνευματικῆς

[42] I Tim. I, 9. [43] Joan. IV, 24.

αὐτῷ μετέδωκε χάριτος ταύτῃ καὶ τοὺς ἄλλους ἔχρισε. Τὴν προφητικὴν γὰρ παρ' αὐτοῦ δεξάμενος χάριν, προσήνεγκεν ἐκείνοις τὸ χρίσμα, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐτοῖς μετέδωκε χάριτος.

unxit. Propheticam enim ab ipso gratiam accipiens attulit illis unctionem, et gratiam, quæ in rege requiritur, ipsis contulit.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Εὐλόγηκε Ναβουθαὶ Θεόν. Εὐφήμως εἶπεν ἀντὶ τοῦ, *ἐβλασφήμησεν.* Τὴν δὲ νηστείαν γενέσθαι προσέταξεν, ὥστε ταύτῃ δεῖξαι τοῦ φόνου τὸ δίκαιον. Καὶ διὰ τούτου καὶ τῆς συνήθους αὐτὸν ἐκέλευσεν ἀξιωθῆναι τιμῆς, καὶ προεδρεύειν τῶν ἄλλων, εἶθ' οὕτω τὴν γραφὴν ὑποστῆναι.

Διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Κοῦφος ὢν Ἀχαὰβ, ῥᾳδίως ἀεὶ μετετρέπετο· ὅθεν αὐτὸν Ἰεζάβελ εἰς τοῦτο κατέστησεν ἀσεβείας. Δι' ὅπερ ἡ ἱστορία· Δωρεὰν, φησὶν, ἐπράθη Ἀχαὰβ, τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, ὡς μετέστησεν αὐτὸν Ἰεζάβελ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅθεν ὀρεχθεὶς τοῦ ἀμπελῶνος, ἤλγησεν ἐπὶ τῷ τοῦ Ναβουθαὶ θανάτῳ.

Καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἀμοῤῥαῖος. Νῦν οὐ τὸ Ἰνδικὸν ἔθνος φησὶν, ἀλλὰ πάντας τοὺς Χαναναίους. Ἀμοῤῥαῖος γὰρ τῇ Ἑβραίων φωνῇ καὶ ὁ κατοικῶν ὀνομάζεται. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς, διὰ μὲν τὴν μιαιφονίαν τὴν πανωλεθρίαν ἠπείλησεν. Διὰ δὲ τὸν ἐπὶ τῷ φόνῳ θρῆνον τὴν τῆς τιμωρίας ἀναλαβὴν ἐχαρίσατο.

CAP. XX [XXI].

VERS. 3. *Laudavit Nabuthe Dominum.* Honesto dixit pro *blasphemavit.* Jejunium vero indici præcepit, ut per hoc cædem justam esse ostenderet. Eamque ob causam pœna constituta eum jussit affici, magisque puniri, quam alios, deinde pœnam hoc modo sustinere.

VERS. 27. *Scidit vestimenta sua.* Quia levis et inconstans erat Achab, facile semper mutabatur. Hinc Jezabel eum in tantam deduxit impietatem, ut historia dicat gratis venundatum esse, ut faceret malum coram Domino, ut transtulit eum Jezabel, etc. Hinc eum appeteret vineam, dolorem morte Nabuthæ accepit.

VERS. 26. *Secundum omnia, quæ fecit Amorrhæus.* Jam non peculiarem gentem dicit, sed omnes Chananæos. Amorrhæus enim Hebraica voce etiam *incola* nominatur. Beneficus autem Deus propter homicidium exitium Achabo comminatus est, sed quia cædem lamentatus est, ex gratia pœnam remisit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Εἰ ἐκποιήσει ὁ χοῦς Σαμαρείας ταῖς δραξί. Ταῦτα ἔλεγον ἀπειλοῦντες τῆς πολιορκίας τὰ χώματα.

Ἑώρακας πάντα τὸν ἦχον. Οἰκείως τῶν ἀπειλητικῶν ῥημάτων τὸν κόμπον οὕτως ἐκάλεσεν. Διελύθη γὰρ συντόμως τῇ θείᾳ ῥοπῇ.

Ἐν τοῖς παιδαρίοις τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν. Οὐ χρῄζω, φησὶ, πλήθους ἐγώ. Ἐν ὀλίγοις γὰρ μειρακίοις, καὶ πολέμων ἀπείροις, τὴν παμπόλλην ταύτην στρατιὰν διολέσω. Ἦσαν δὲ, φησὶ, διακόσιοι [b] τριάκοντα δύο, δι' ὧν ὁ παντοδύναμος Κύριος λβ' βασιλέων κατέλυσε στρατιάν.

Θεὸς ὀρέων, Θεὸς Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ τοιούτους εἶναι τοὺς οἰκείους θεοὺς ὑπελάμβανον, φήθησαν καὶ τὸν ἀληθινὸν καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸν μερικὸν εἶναι Θεόν. Ἀλλ' ἔδειξε καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τὴν οἰκείαν ἰσχύν. Τῆς γὰρ συμπλοκῆς ἐν πεδίῳ γεγενημένης, δυοκαίδεκα τῶν ἀντιπάλων μυριάδας Ἰσραὴλ κατηκόντισεν. Ἵνα δὲ κἀκεῖνοι μάθωσιν ὡς θεήλατος ἡ πληγὴ, τῶν διαφυγόντων εἰς τὴν Ἀφεκὰ πόλιν καταπεφευγότων, καταπεσὸν τὸ τεῖχος, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι μυριάδας κατέχωσεν.

Ἐν λόγῳ Κυρίου πάταξον δή με. Οὐκ ἐγώ σοι, φησὶν, ἐπιτάττω, ἀλλὰ τὸ ἐν ἐμοὶ πνεῦμα. Διὸ δὴ τῷ ἀντειπόντι τὸν διὰ τοῦ λέοντος ἐπήνεγκεν ὄλεθρον.

Καὶ συνέτριψεν. Τουτέστιν, ἐτραυμάτισεν.

CAP. XXI [XX].

VERS. 10. *Si suffecerit pulvis Samariæ pugillis.* Hæc dicebant, comminantes se aggeres facturos in obsidione.

VERS. 13. *Vidisti omnem sonum.* Proprie verborum minantium fastum sic vocavit; statim enim Dei nutu dissolutus et fractus est.

VERS. 14. *In pueris principum provinciarum.* Non pluribus ego indigeo, inquit, nam cum paucis pueris, et bellorum expertibus et ignaris, maximum illum exercitum fundam. Erant autem, dicit Scriptura, trecenti triginta duo, per quos omnipotens Deus exercitum triginta duorum regum profligavit.

VERS. 28. *Deus montium, Deus Israel.* Cum suos deos tales esse putarent, existimaverunt verum Deum, et totius mundi opificem, partis alicujus tantum Deum esse; sed domesticis et peregrinis suam vim et potentiam demonstravit. Cum enim in campo conflictus fieret, Israelitæ centena viginti millia hostium profligarunt et occiderunt. Cæterum, ut hanc cladem divinitus ipsis immissam esse cognoscerent, cum illi, qui per fugam jam evaserant, Aphecapolim se recepissent, murus corruit, et viginti septem millia virorum oppressit.

VERS. 35. *In sermone Domini percute me.* Non ego tibi impero, dicit, sed qui in me est spiritus. Quapropter contradicenti per leonem exitium intulit.

VERS. 37. *Et contrivit.* Hoc est, vulneravit.

VARIÆ LECTIONES.

[b] In codice Lavateri fuit, χιλιάδας. Et id rectius. [c] In Lavateri codice videtur fuisse, τριακόσιοι, sed male.

VERS. 38. *Et ligavit in vitta oculos suos.* Parabolis A usi prophetæ, divina vaticinia proferunt, ut illi, qui illos sermones audiunt, nescientes, quod contra seipsos ferant sententiam, juste sententiam dicant. Aliter enim in nobis ipsis, et aliter in aliis peccata **538** cernimus. Hoc etiam Nathan fecit, cum Davide agens; idem nunc quoque propheta facit.

VERS. 42. *Propterea quod dimisisti virum perniciosum.* Humanitatis injustæ et præposteræ pœnas Achab persolvit; nam in præstanda humanitate justitiam servare oportet. Ipse vero summa crudelitate erga prophetas usus est, omnesque penitus delere voluit, et quos cepit, omnes sustulit. Nunc vero se placabilem et mitem erga hostes Israelitarum præbuit. Quod autem propter facilitatem illam B et promptitudinem animi sæpe peccarit, sequentia testantur.

In domum suam contristatus. Cum enim veritatem vaticiniorum Dei reipsa expertus esset (bis enim vicit juxta oracula Dei) comminationem propositam a propheta timuit, sed statim ad solitam impietatem rediit.

CAP. XXII.

VERS. 5. *Sicut tu, ita etiam ego.* Eadem faciam, quæ tu, dicit; sicut aciem instruxeris, ita et ego aciem instruam; tuus populus pugnat, et meus. Ostendit Scriptura pietatem ipsius, quamvis amicitia et affinitas Achab, quemadmodum in libro Paralipomenon legitur, eam vitiaverit et corruperit. C

VERS. 15. *Ascende, et successum dabit Dominus.* Exspectavit donec juramento adigeretur, ut tunc demum veritatem proferret. Nam quandoquidem Achab existimabat prophetam ex odio tristia et infelicia prædicere, primum dicit quæ grata erant, postea adactus jurejurando, quæ divinitus ei revelata erant, aperuit.

VERS. 17. *Quemadmodum oves quæ non habent pastorem.* His verbis ostendit, quod propter regis malitiam cladem accepturi sint. Si enim nacti fuissent pium et religiosum pastorem, potenter hostes vicissent et profligassent.

VERS. 18. *Non vaticinatur hic mihi bona, sed mala.* Josephus scribit Michæam illum fuisse, qui D jam ante vitta usus est, et Achabo tristia prædixit: idque hinc conjiciens, quod Achab dicit: « Odi eum quia non loquitur de me bona, sed mala. »

VERS. 20. *Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab?* Prosopopœia est, docens et ostendens permissionem divinam; Dominus enim, qui verax est, et veritatis doctor, non imperavit ut decipiatur Achab, qui per prophetam dixit: « Annon Dominus his in Deum? revertatur quisque in domum suam in pace. » His igitur docuit propheta, quod spiritus deceptionis, qui impiis hominibus pro organis et instrumentis utitur, mendaciter victoriam promittat. Hoc autem fit, Deo permittente;

Καὶ κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Παραβολαῖς οἱ προφῆται κεχρημένοι τὰς θείας προῤῥήσεις προσφέρουσιν. Ὡς ἂν ἀγνοοῦντες οἱ τῶνδε τῶν λόγων ἀκούοντες, ὡς καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον ἐκφέρουσιν, δικαίως ψηφίζωνται. Ἄλλως γὰρ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἄλλως ἐν ἑτέροις τὴν ἁμαρτίαν ὁρῶμεν. Τοῦτο καὶ ὁ Νάθαν πεποίηκε τῷ Δαβὶδ, τοῦτο καὶ νῦν ὁ προφήτης.

Διότι ἐξαπέστειλας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον. Φιλανθρωπίας ἀδίκου δίκην Ἀχαὰβ εἰσεπράχθη. Δεῖ γὰρ ταύτην ἔχειν τὸ δίκαιον. Αὐτὸς δὲ ὠμότητι χρησάμενος κατὰ τῶν προφητῶν, καὶ πάντας ἄρδην ἀνελεῖν βουληθεὶς, καὶ τοὺς ἑλόντας ἀνελὼν πάντας, περὶ τὸν τοῦ Ἰσραὴλ πολέμιον τὸ ἥμερον ἔδειξεν, ὅτι δὲ πλεῖστα ἐξήμαρτε διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς γνώμης, τὰ ἑξῆς μαρτυρεῖ.

Πρὸς οἶκον αὐτοῦ συγκεχυμένος. Πεῖραν γὰρ ἔχων τῶν θείων προῤῥήσεων (δὶς γὰρ ἐνίκησε κατὰ τοὺς χρησμοὺς), τὴν προσενεχθεῖσαν ἔδεισεν ἀπειλήν. Ἀλλ' εὐθὺς πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν ἀσέβειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Καθὼς σὺ, οὕτως καὶ ἐγώ. Τὰ αὐτὰ σοὶ δράσω, φησίν. Ὡς παρατάττῃ, παράττομαι. Καὶ ὁ λαός σου πολεμεῖ, καὶ ὁ ἐμός. Ἔδειξε δὲ αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν ἡ Γραφὴ, εἰ καὶ ταύτην ἐλυμήνατο φιλία, καὶ συγγένεια τοῦ Ἀχαὰβ, ὡς ἐν Παραλειπομένοις φησίν.

Ἀνάβαινε, καὶ εὐοδώσει Κύριος. Ἀνέμεινεν ὁρκωθῆναι, εἶθ' οὕτω φάναι τὸ ἀληθές. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπελάμβανεν Ἀχαὰβ διὰ μίσος τὸν προφήτην προλέγειν τὰ λυπηρὰ, πρῶτον εἶπε τὰ καταθύμια, εἶτα ὁρκωθεὶς τὰ θεῖα μεμήνυκεν.

Ὡς πρόβατα, οἷς οὐκ ἔστι ποιμήν. Δηλοῖ διὰ τούτων, ὡς ἡ ἐκείνου πονηρία τὴν ἧτταν ἐργάζεται. Εἰ γὰρ ποιμένος ἔτυχον εὐσεβοῦς, κατὰ κράτος ἂν τοὺς πολεμίους ἐνίκησαν.

Οὐ προφητεύει οὗτός μοι καλὰ, ἀλλ' ἢ κακά. Ὁ Ἰώσηππος τὸν Μιχαίαν ἔφησεν εἶναι, τὸν ἤδη πρότερον τῷ τελαμῶνι χρησάμενον, καὶ τὰ λυπηρὰ τῷ Ἀχαὰβ προαγγείλαντα, τεκμαιρόμενος τῷ φάναι τὸν Ἀχαὰβ, ὅτι «Μεμίσηκα αὐτὸν, ὅτι οὐ λέγει περὶ ἐμοῦ τἀγαθὰ, ἀλλ' ἢ κακά.»

Καὶ εἶπεν Κύριος. Τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαάβ; Προσωποποιία, διδάσκουσα τὴν θείαν συγχώρησιν. Οὐ γὰρ ὁ ἀληθὴς Θεὸς, καὶ τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, προσέταττεν ἀπατηθῆναι τὸν Ἀχαὰβ, ὁ διὰ τοῦ προφήτου εἰπών· « Εἰ κυρίως αὐτοὶ πρὸς Θεόν; Ἀποστραφήτω δὲ ἕκαστος εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ἐν εἰρήνῃ. » Διὰ τούτων τοίνυν ὁ προφήτης ἐδίδαξεν, ὡς τὸ πνεῦμα τῆς ἀπάτης, ὀργάνοις χρώμενον τοῖς δυσσεβέσιν ἀνθρώποις, ψευδῶς ὑπισχνεῖται τὴν νίκην. Τοῦτο δὲ γίνεται τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος.

Κωλῦσαι γὰρ δυνάμενος οὐκ ἐκώλυσεν. Ἐπειδήπερ A ὁ Ἀχαὰβ τῆς θείας ἦν κηδεμονίας ἀνάξιος. Τούτῳ δὲ ὅμοιον τὸ ὑπὸ Παύλου λεγόμενον· « Πέμψει ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης τοῖς τὴν ἀλήθειαν οὐ παραδεξαμένοις. » Ἀλλ' ἑρμηνεῖαι τῆς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως τυγχάνουσιν αἱ ὀπτασίαι, οὐχ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸν δεικνύουσαι, σωματικοῖς δὲ σχήμασι, καὶ ἀνθρωπίνοις λόγοις, διατυποῦσαι τὰς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας, ὡς αὐτὸς ὁ Θεός φησιν· « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Οὐχ αὐτὸς φαίνεται, ἀλλ ὁράσεις πληθύνει. Καὶ ὁμοίωμα δείκνυσι τοῖς προφήταις, βασιλείας μὲν, ὅταν ἐπὶ θρόνου καθεζόμενον ὁρῶσι, καὶ περὶ αὐτὸν τὴν οὐράνιον στρατιάν· κρίσεως δὲ, ὅταν πολιὸν βλέπωσι, λευκοῖς ἱματίοις κοσμούμενον, διὰ τὸ τῆς κρίσεως σοφόν τε ἅμα καὶ καθαρόν. Ὁρᾷ καὶ Ζαχαρίας ἀνέμους ἀνθρω- B πίνῃ φωνῇ χρωμένους· « Καὶ περιοδεύσωμεν τὴν γῆν, λέγοντας, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ κατοικεῖται. » Καθάπερ γὰρ ἐν εἰκόσι γραφεῖς πόλεμόν τε καὶ εἰρήνην, νίκην καὶ φιλίαν, καὶ ὅσα ἄλλα, σχηματίζουσιν εἰς ἀνθρωπείων σωμάτων εἰκόνας, τοῖς τοιούτοις ὁμοιώμασι τὸ βούλημα δεικνύντες ἐναργέστερον· κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προφήταις τε καὶ ἀποστόλοις τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δόξαν, καὶ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τὴν ἀρὰν τὴν κατὰ τῶν ἐπιόρκων, καὶ ἑτέρων τινῶν, ἐμψύχων ἢ ἀψύχων, καὶ ὅπερ βούλεται μὲν ὁ Θεὸς πληρῶσαι, αἱ δὲ ἑξῆς δυνάμεις πληροῦσιν, ἢ ὅσα τολμᾷ μὲν ὁ διάβολος ἐπιβουλεύειν, συγχωρεῖ δὲ ὁ Θεὸς, ταῦτα τυποῖ διὰ τῶν ὀπτασιῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. Αἱ γὰρ ὀπτασίαι, καὶ τὰ ἐν ταῖς C ὀπτασίαις ῥήματα, μέρος ἐστὶ τῆς τοῦ Θεοῦ συγκαταβάσεως. Οὔτε γὰρ περιστερὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὔτε δὲ τό· « Ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, » οὕτως, ὡς εἴρηται, νοήσομεν, ὡς ἐν τόπῳ μὲν ὄντος τοῦ Θεοῦ, δεομένου δὲ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Μονογενοῦς ἐντυχίας. Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ αἱ τῶν προφητῶν ὀπτασίαι, καὶ αἱ φωναὶ, τοῦτ' ἦσαν, ὅπερ ἐδείκνυντο. Τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν βούλησιν ἐσήμαινον, ἢ τὴν συγχώρησιν, καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν ὑπακουόντων. Καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν τολμώντων. Ὥς που καὶ τὸ πνεῦμα, τὸ ψευσάμενον διὰ στόματος τῶν ψευδοπροφητῶν, Θεοῦ συγχωρήσαντος· καὶ ὁ πειράσας δὲ τὸν Ἰὼβ διάβολος, Θεοῦ μὴ κωλύσαντος. Δι' οὗπερ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ Γραφὴ, ὡς τῆς τοῦ Θεοῦ κτίσεώς ἐστι, καὶ τῆς D δεσποτείας, παρεστὼς τῷ πάντων Δεσπότῃ, οὐ τῇ τῆς προθέσεως ὑπακοῇ, ἀλλὰ τῇ τῆς γενετῆς φύσεως ἀκολουθίᾳ, τὴν μὲν γνώμην ἀλλοτριωθεὶς, τὴν δὲ οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τυγχάνων [e].

Καὶ Ἰωσαφὰτ βασιλεὺς Ἰούδα μετ' αὐτοῦ. Συν-

cum enim prohibere potuisset, non prohibuit. Achab enim indignus erat, cujus curam Deus susciperet. Hoc autem simile est huic quod a Paulo dicitur: « Mittet illis Deus efficaciam erroris, qui veritatem non receperunt [44]. » Cæterum visiones explicationes sunt consilii Dei. Non quod ipse id, quod est, ostendat: corporis autem figuris, et humano more effictis sermonibus exprimit, et describit Dei dispensationem. Quemadmodum Deus ipse dicit: « Ego visiones multiplicavi, et per manum prophetarum assimilatus sum [45]. » Non ipse apparet, sed visiones multiplicat, et similitudinem ostendit prophetis, regni quidem, si in throno sedentem vident, et circa eum cœlestem exercitum; judicii vero, quando canum vident, albis vestibus ornatum, propter judicii non prudentiam modo, sed et puritatem. Zacharias etiam videt ventos, humana voce utentes, et dicentes: « Circumeamus terram, et ecce universa terra incolitur [46]. » Quemadmodum enim pictores in imaginibus bellum et pacem, victoriam et amicitiam, et quæcunque alia effingunt in imagines humanorum corporum, hujuscemodi similitudinibus consilium et propositum suum evidentius ostendentes; ita etiam Spiritus sanctus prophetis et apostolis voluntatem Dei, et gloriam, et dispensationem, et maledictionem contra perjuros, et contra alia quædam animata et inanimata, et quod Deus vult implere, quodque postea exercitus Dei implet, **539** aut quæcunque Satan per insidias tentare audet, et Deus permittit, proponit, et per visiones exprimit, quemadmodum in Job. Visiones enim, et verba in visionibus sunt pars quædam condescensionis Dei, qua se ad captum nostrum demittit. Neque enim columba est Spiritus sanctus. Neque hæc verba, « Qui est in dextra Dei, qui et intercedit pro nobis, » ita, ut dicta sunt, intelligere debemus, quasi in loco Deus sit, et unigeniti Filii pro nobis intercessione indigeat. Simili ratione, neque prophetarum visiones et voces, hoc erant, quod repræsentabant; sed voluntatem Dei significabant, vel permissionem, et obedientiam obedientium, et conatum audentium. Quemadmodum etiam spiritus mendax per os pseudoprophetarum, Deo permittente, et diabolus, qui Jobum, Deo non ostante, tentavit. Per quod docuit nos Scriptura, quod a Deo conditus, et sub ejus dominio sit, qui adstat omnium creatori Domino, non obediendi proposito, sed naturæ quodam ductu, animo quidem abalienato, sed essentiæ Dei quodammodo particeps.

Et Josaphat rex Juda cum eo. Profectus est una

[44] Rom. I, 24. [45] Osee XII, 10. [46] Zachar. I, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[e] In Catena Veneta, fol. 205 ad III Reg. XXII, 19, ubi de Michææ visione verba fiunt, prolixum fragmentum scribitur sub titulo Θεοδωρήτου ἐκ τοῦ γ' λόγου τοῦ κατὰ Μανιχαίων. *Theodoreti ex tertio libro contra Manichæos*, quod certe esset incognitum Theodoreti opus; verumtamen hoc idem prorsus fragmentum vidi editum in Catena Lipsiensi ad prædictum Bibliorum locum sub Procopii nomine. Sane Procopium confecisse catenas scimus, et quidem aliquas continuato sermone suppressisque auctorum variorum nominibus. Nihil ergo obstat quominus Procopius a Theodoreto hunc locum sumpserit: quanquam ego in hoc dubio nihil definio. ANG. MAI, *Biblioth. nova Patrum*, III, 448.

cum Achab, sua pietate rem indignam faciens. Cum enim prophetam requisivisset, pseudoprophetas ablegasset, et ex Michæa quidnam agendum esset didicisset, amicitiam tamen pietati veræ et religioni prætulit. Cæterum propter alias suas virtutes curæ Dei erga se fructum percepit.

Vers. 38. *Scorta lavabantur in sanguine ipsius.* Scorta sub auroram pro more lavabantur, non de industria in sanguine volentes lavari, sed, quemadmodum consueverant, in aqua fontana ; illa autem sanguine tincta erat. Et hæc pœna humano more acerbior esse visa est. Quidam vero, indignum putantes, ut in sacras Litteras hoc referatur, dixerunt, quoniam, quotquot hujus rei participes fuerunt, videntes quiescebant in posterum relative, quamvis naturam non statim mutaverint, et juxta hoc lavabantur in sanguine ipsius, cum mors Achabi purgatio ipsorum fieret ; nam intemperantiam et petulantiam ipsorum prohibuit, cum ad hunc modum lascivia illa et intemperantia puniretur. Simplex et innocens cautior fit, juxta illud quod in parabolis legitur. Sic, juxta Davidem, etiam justus manus suas lavat in sanguine peccatoris.

A απῆρεν Ἀχαὰβ, τῆς ἰδίας εὐσεβείας ἀνάξια δεδρακώς. Ἐπιζητήσας γὰρ προφήτην, καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας ἀποπεμψάμενος, καὶ τὸ πρακτέον παρὰ τοῦ Μιχαίου μεμαθηκὼς, τῆς εὐσεβείας προτετίμηκε τὴν φιλίαν. Πλὴν διὰ τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἀρετὴν τῆς θείας κηδεμονίας ἀπέλαυσεν.

Καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αἱ πόρναι ὑπὸ τὴν ἕω κατὰ τὸ ἔθος ἐλούσαντο. Οὐκ ἐξεπίτηδες εἰς τὸ αἷμα βουλόμεναι λούσασθαι, ἀλλ' εἰς τὸ πηγαῖον, ὡς εἰώθεισαν, ὕδωρ· τοῦτο δὲ ἦν κεχρωσμένον τῷ αἵματι. Καὶ τὰ τῆς τιμωρίας ἀνθρωπίνως ἔδοξεν εἶναι πικρότερα. Τινὲς δὲ, θείας ἀναγραφῆς ἀνάξιον τοῦτο νομίσαντες, ἔφασαν, ὅτι, ὅσαι τῆς αὐτῆς πράξεως ἐκοινώνουν, θεασάμενοι ἐπαύσαντο λοιπὸν ὡς πρός τι. Καὶ εἰ μὴ αὐτὴν ἕξιν ἀπ- B έβαλον εὐθέως, καὶ κατὰ τοῦτο ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, τοῦ θανάτου Ἀχαὰβ καθαρισμοῦ αὐτῶν γενομένου. Κωλυτικὸς γὰρ ὤφθη τῆς ἐκείνων ἀκολασίας. Οὕτω καὶ τοῦ τιμωρουμένου, ὁ ἄκακος πανουργότερος γίνεται. Κατὰ τὸ ἐν ταῖς Παροιμίαις. Οὕτω κατὰ Δαβὶδ, καὶ ὁ δίκαιος τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίπτεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΤΑΡΤΗΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ.

IN LIBRUM QUARTUM REGUM.

540 CAPUT I.

Vers. 1. *Et prævaricatus est Moab in Israel.* Moabitæ Achabo, cujus imperio parebant, tributum pendebant. Illo autem defuncto, filium contemnentes, defectionem ab eo fecerunt.

Vers. 2. *In cancellos cœnaculi.* Domus erat æstivalis, quæ multas fenestras, in modum retis cancellatas habebat, quas vulgo διατρήτους appellant.

Vers. 6. *Idolum.* Scriptura, idola προσοχθίσματα καὶ βδελύγματα appellat ; abominanda enim sunt, et odiosa, id quod significat προσόχθισμα, quemadmodum Rebecca loquitur : Προσώχθισα τῇ ψυχῇ μου, διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων ; hoc est : *Odi animam meam propter filias Chananæorum.* Et David, Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισα, id est, « Non odi illam. » Merito autem deploranda est impiorum insania. Etenim non solum magna animalia, sed minima etiam et odiosa pro diis coluerunt. Quid enim odiosius et contemptius musca ? Nihilominus tamen, relicto Conditore universi, muscæ simulacrum de vita consulebant. Porro ex his, quæ Eusebius principio *Evangelicæ præparationis* ex libris Philo-

C ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Καὶ ἠθέτησε Μωὰβ ἐν Ἰσραήλ. Δασμὸν ἔφερον οἱ Μωαβῖται τῷ Ἀχαὰβ, ὡς ὑπήκοοι. Τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, καταφρονήσαντες τοῦ υἱέος, ἀπέκοψαν.

Εἰς τὸ δικτυωτὸν ὑπερῷον. Οἶκος ἦν θερινὸς, πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδεῖς κατεσκευασμένας, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί.

Προσόχθισμα. Προσοχθίσματα, καὶ βδελύγματα, τὰ εἴδωλά φησιν ἡ Γραφή. Βδελυρὰ γὰρ, καὶ μίσους ἄξια, ὃ δηλοῖ τὸ προσόχθισμα. Ὡς ἡ Ῥεβέκκα φησί· *Προσώχθισα τῇ ψυχῇ μου, διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων*, τουτέστι, Μεμίσηκα. Καὶ ὁ Δαβίδ· *Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισα*, τουτέστιν, οὐκ ἐμίσησεν αὐτήν. Θρηνεῖν δὲ ἄξιον τὴν τῶν δυσσεβῶν ἀλο- D γίαν. Οὐ γὰρ μόνον τὰ μέγιστα τῶν ζώων ἐθεοποίησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ σμικρότατα, καὶ μίσους μεστά. Τί γὰρ μυσαρώτερον μυίας ; Ἀλλ' ὅμως, τὸν τῶν ὅλων καταλιπόντες Θεὸν, τὸ ταύτης ἴνδαλμα περὶ ζωῆς ἐπηρώτων. Πλὴν ἔστι μαθεῖν ἐξ ὧν Εὐσέβιος ἐν ἀρχῇ τῆς *Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* ἐκ τῶν Φίλωνος παρατίθεται, ὡς δαίμων ἦν, οὕτω λεγό-

μενος· μᾶλλον δὲ γυνή παλαιά τις, ἣν ἐθεοποίησαν. A

Καταβήσεται πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Οἱ τὸν προφήτην ἐπὶ τοῖς πεντηκοντάρχοις ὠμότητος αἰτιώμενοι, κατὰ Θεοῦ λανθάνουσι βλασφημοῦντες, τοῦ τὸ πῦρ ἀποστείλαντος. Χρὴ γὰρ εἰδέναι τῆς θείας οἰκονομίας τὸ δίκαιον, καὶ ὡς ἐν δίκῃ κολάζει τε, καὶ πάλιν εὐεργετεῖ. Δῆλοι δὲ ἦσαν οἱ πεντηκόνταρχοι μετὰ τῶν ἑπομένων τῷ σκοπῷ πεπομφότος συμβαίνοντες. Ὁ γὰρ τρίτος, ἐπιεικείᾳ καὶ πίστει προσενεχθεὶς, τῇ πείρᾳ τὴν δύναμιν τοῦ προφήτου μαθὼν, διασώζεται. Τινὲς δέ φασιν, ὡς μετὰ πολλῆς εἰρωνείας προσελθόντες ἐκάλουν τὸν δίκαιον, καταβαίνειν ἐκέλευον πρὸς αὐτούς. Ὅθεν ἀντ' ἐκείνου πῦρ κατελθὸν, τοὺς ἀσεβοῦντας κατέφλεξεν, εἰς B παιδείαν τοῦ μὴ δεῖν διασύρειν καὶ παίζειν δικαίους.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ υἱός. Παῖς γὰρ ἀεὶ μετὰ πατέρα κατὰ νόμον τὴν βασιλείαν ἐδέχετο. Ἄπαιδος δὲ ὄντος τοῦ τελευτήσαντος, τῶν ἀδελφῶν ὁ πρεσβύτατος. Ὅθεν ἡ τοῦ Δαβὶδ βασιλεία, μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας, διὰ παίδων κατῆλθε. Τοῦ δὲ Ἰεχονίου πρὸ τῆς παιδοποιίας, ἁλόντος, Ματθανίας, ὁ καὶ Σεδεκίας, κατέσχε τὴν βασιλείαν, θεῖος ὢν αὐτοῦ πρὸς πατρός.

Καὶ πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν. Ἰδίωμα τῆς Ἑβραΐδος, ἅμα δὲ καὶ Σύρων, C υἱοὺς προφητῶν, καὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, προφήτας, καὶ ἀνθρώπους λέγειν. Ὡς τό· « Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; » Καί· « Κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Πολλοὶ δὲ ἦσαν προφῆται, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσεν.

Ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτῆσαι. Οὐ φθονῶν τῆς χάριτος τῷ μαθητῇ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κηδόμενος. Ἐπεὶ γὰρ τρισὶν ἔτεσι, καὶ μησὶν ἓξ, δυσσεβοῦντας τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευσεν· ἀνάγκη δὲ ἦν, τὸν διπλῆς κληρονομοῦντα τῆς χάριτος διπλάσια ἐργάσασθαι πράγματα. Ἓν δὲ τούτων, ἡ διὰ τοῦ λιμοῦ τιμωρία. Φειδοῖ κεχρημένος εἶπεν, *Ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτῆσαι.* Τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας μανθάνομεν. Ἑπτὰ γὰρ ἔτεσιν ἐπηνέχθη τοῖς D ἀνθρώποις ἡ τοῦ λιμοῦ τιμωρία.

Ἅρμα Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ. Οἱ τῶν ἄλλων ἐθνῶν βασιλεῖς ἵπποις κεχρημένοι, καὶ ἅρμασι, παρετάττοντο. Τούτου χάριν τὸν μέγαν Ἠλίαν ἅρμα, καὶ ἱππέα, τοῦ Ἰσραὴλ προσηγόρευσεν ὡς ἀποχρῶντα, καὶ μόνον τοὺς πολεμίους καταγωνίσασθαι, καὶ παρασχεῖν τοῖς ὁμοφύλοις τὴν χάριν.

Ποῦ δή ἐστιν ὁ Θεὸς Ἠλίου ἀμφώ; Μιμούμενος τὸν διδάσκαλον, τῇ μηλωτῇ τοῦ Ἰορδάνου τὸ ὕδωρ ἐπάταξεν, οὐδὲν εἰρηκώς. Ἱκανὴν δὲ νομίσας εἰς θαυματουργίας τὴν μηλωτὴν, τοῦ δὲ ὕδατος οὐχ

[47] Psal. IV, 3. [48] Psal. XI, 9.

nis adducit colligere licet, dæmonem hoc nomine appellatum fuisse; vel potius aniculam quamdam, quam in dearum numerum retulerunt.

Vers. 10. *Descendat ignis e cœlo.* Qui prophetam crudelitatis in quinquagenarios accusant, non attendunt se Deo maledicere, qui hunc ignem de cœlo misit. Observare enim oportet ordinis, et dispensationis divinæ justitiam, quod sequentes juste etiam puniat, et rursum bene illis faciat. Nam manifesti erant pentecontarchi, et qui illos sequebantur, quod ejus, qui misisset, scopum sibi quoque proposuissent. Tertius enim, æqui tate et fide adductus, cum ipsa experientia prophetæ virtutem et potentiam didicisset, servatur incolumis. Quidam autem dicunt, quod, magna insultatione ad eum accedentes, vocarint justum, et ad se descendere jusserint. Quapropter pro illis descendens, impios illos assumpsit in exemplum et doctrinam, ne justos conviciis persequamur, neve illudamus eis.

CAP. II.

Vers. 1. *Quia filium non habebat.* Semper enim filius juxta legem patri in administratione regni succedebat, mortuo vero, nullos post se liberos relinquenti, fratrum maximus natu. Unde Davidis regnum usque ad captivitatem per filios descendit. Jechonia vero capto antequam filios procreasset, Mathanias qui et Sedechias, imperium tenuit; avunculus enim erat ex patre.

Vers. 7. *Et quinquaginta viri ex filiis prophetarum.* Filios prophetarum et filios hominum, homines et prophetas appellare, idioma est Hebraicum et Syriacum. Quemadmodum illud: « Filii hominum, quousque gravi corde estis [47]? » Et: « Juxta altitudinem tuam multiplicasti filios hominum, eorumque curam habuisti [48]. » Multi autem erant prophetæ, ut hic locus ostendit.

Vers. 10. *Rem duram et difficilem petivisti.* Non quod discipulo gratiam et dona invideat, hæc loquitur, sed aliorum hominum curam gerens. Nam, cum ipse tribus annis et sex mensibus homines castigarit, et afflixerit, necesse fuit illum, qui duplicem portionem de gratia Spiritus accepisset, duplicia etiam opera edere ex quibus unum erat pœna famis. Misericordia igitur motus, Rem, dicit, magnam et duram petivisti. Id quod ex historia perspectum habemus; fames enim septem annorum super homines adducta est.

Vers. 12. *Currus Israel, et eques ejus.* Reges aliarum gentium equis et curribus **541** instructi in acie pugnabant. Hanc ob causam magnum illum Eliam currum et equitem Israelis appellavit, ut qui solus hostes superare, et suis contribulibus pacem et gratiam posset præstare.

Vers. 14. *Ubi est Deus Eliæ ampho.* Ad imitationem sui præceptoris nihil dicens, pallio aquam Jordanis percussit, pallium ad edendum miraculum sufficere existimans, aqua vero non cedente, Deum

præceptoris sui invocat, Deum, inquam, hominibus inconspicuum, et inacessum. Ἀμφὼ enim ὁ κρύφιος, hoc est, occultus, redditur ab aliis interpretibus.

VERS. 16. *Filii roboris.* Δυνατοὶ, εὔζωνοι, *robusti, et expediti.*

VERS. 24. *Et devovit eos in nomine Domini.* Hac pœna magnum cum ipsis pueris, tum etiam parentibus ipsorum beneficium contulit. Illis quidem, quod crescentem progressu temporis malitiam eorum inhibuit; his vero docendo, ne liberos hoc modo educarent, sed in timore Domini, et bonorum reverentia. Adultos etiam instituit, quando neque teneræ ætati pepercit. Omnino autem Dei judicium, dum pueri adhuc essent, eos e medio sustulit, quos deteriores fore providebat, ipsorum interitu illos etiam, qui tales non erant erudiens. Cæterum Deum injuriam sanctis illatam ulcisci declaravit in Abrahamo in Ægypto, in Isaaco in Geraris, ut omittam hic dicere de Abele. David etiam de justo dicit: Benedicentes ei, hæreditatem terræ accipient, et exsecrantes eum exterminabuntur. Et tametsi in præsenti non puniantur, futurum tamen judicium non effugient [46].

CAP. III.

VERS. 11. *Qui fudit aquam super manus Eliæ.* Hæc in laudem dicunt. Tantæ apud eos auctoritatis et existimationis erat magnus ille propheta Elias.

VERS. 13. *Nunquid vocavit Deus tres reges istos?* Necessitas etiam audaces et confidentes, æquos et mansuetos reddit.

VERS. 15. *Accipite mihi canentem.* David, qui prophetico simul et regio munere ornatus fuit, sacrum ministerium prudenter instituit, utque sacerdotes juxta legem tubis, levitæ autem nablis, cymbalis et aliis instrumentis musicis uterentur ordinavit. Utebantur autem Davidis spirituali melodia. Unum ex illorum numero propheta jussit accersiri, illo autem psallente, gratia Spiritus sancti, quam manum Domini vocat, quidnam agendum esset, significabat.

CAP. IV.

VERS. 1. *Et tu nosti, quod servus erat Domini.* Quidam adnotant hunc fuisse Abdiam, dispensatorem Achabi, qui centum viros in speluncis occultans, aqua et pane sustentavit, propter quos ei cum creditore negotium fuit.

VERS. 13. *Si est tibi verbum, quod loquar ad regem.* Cum divinum auxilium hospitæ præstare posset, etiam humana cura et providentia vult eam dignari.

Non est, in medio populi mei ego habito. Tranquillitate vitæ lætor, inquit, et pacifice dego; nec possum disceptare cum aliquo. Sic omnem quoque animam, si mundanas affectiones absciderit, sterilem jam exsistentem Spiritus sanctus fecundam reddit.

[46] Psal. xxxvi, 9, 11, 29.

A ὑπείξαντος, τὸν τοῦ διδασκάλου Θεὸν καλεῖ, τὸν τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον καὶ ἀνέφικτον. Ἀμφὼ γὰρ ὁ κρύφιος ἑρμηνεύεται παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς.

Υἱοὶ δυνάμεως. Δυνατοὶ, εὔζωνοι.

Καὶ κατηράσατο αὐτὰ ἐν ὀνόματι Κυρίου. Εὐεργέτης αὐτῶν τε καὶ τῶν τεκόντων διὰ τῆς τιμωρίας ἐγένετο. Τῶν μὲν, παύσας αὐξανομένην τῷ χρόνῳ τὴν πονηρίαν· τοὺς δὲ, παιδεύσας, μὴ οὕτω τοὺς παῖδας ἀνάγειν, ἐν φόβῳ δὲ Θεοῦ, καὶ τῇ τῶν δικαίων αἰδοῖ. Καὶ τοὺς ἄνδρας μειζόνως ἐπαίδευσεν, ὁ μηδὲ παίδων φεισάμενος. Τοῦ δὲ Θεοῦ πάντως ἡ κρίσις ἐκείνους ἀνεῖλεν ἐκ τῶν παίδων, οὓς ἔγνω χείρους ἐσομένους, τῇ τούτων ἀναιρέσει τοὺς μὴ τοιούτους B παιδεύσασα. Ὅτι δὲ τοὺς ἁγίους ὁ Θεὸς ἐκδικεῖ, δεδήλωκεν, ἐπ' Ἀβραὰμ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπ' Ἰσαὰκ δὲ ἐν Γεράροις· ἵνα σιωπήσω τὸν Ἀβέλ. Καὶ Δαβὶδ δὲ περὶ τοῦ δικαίου φησίν· Οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν, κληρονομήσουσι γῆν. Καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν, ἐξολοθρευθήσονται. Κἂν γὰρ πρὸς τὸ παρὸν ἐκφύγοιεν, ἀλλ' οὐ τὴν μέλλουσαν δίκην.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὃς ἐπέχεεν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας Ἠλιοῦ. Ἀντ' ἐγκωμίου τοῦτό φασιν. Τοσοῦτον εἶχον θαῦμα τοῦ μεγάλου προφήτου.

Μὴ ὅτι κέκληκε Κύριος τοὺς τρεῖς βασιλεῖς C *τούτους.* Ἡ ἀνάγκη καὶ τοὺς θρασεῖς ἐπιεικεῖς ἀπεργάζεται.

Λάβετέ μοι ψάλλοντα. Δαβὶδ, ὁ προφητικῆς ἅμα καὶ βασιλικῆς ἠξιωμένος χάριτος, καὶ τὴν ἱερατικὴν σοφῶς ἔταξε λειτουργίαν. Καὶ τοὺς μὲν ἱερέας, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον ταῖς σάλπιγξι κεχρῆσθαι προσέταξε· τοὺς δὲ Λευΐτας, κινύραις, καὶ νάβλαις, καὶ κυμβάλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀργάνοις. Ἐχρῶντο δὲ τῇ πνευματικῇ τοῦ Δαβὶδ μελῳδίᾳ. Τούτων ἕνα μετακληθῆναι προσέταξεν ὁ προφήτης. Ἐκείνου δὲ ψάλλοντος, ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, ἣν χεῖρα Κυρίου καλεῖ, τὸ πρακτέον ἐσήμαινεν.

ΚΕΦΑΛ Δ'.

Καὶ σὺ οἶδας, ὅτι δοῦλος ἦν Κυρίου. Τινὲς τὸν Ἀβδιοῦ τοῦτον εἶναί φασι, τὸν οἰκονόμον τοῦ Ἀχαάβ. D Ὃς ἑκατὸν ἄνδρας ἔνδοθεν κατακρύψας, διέθρεψεν αὐτοὺς ἐν ἄρτῳ καὶ ὕδατι· δι' οὓς καὶ δανειστῇ προσωμίλησεν.

Εἰ ἔστι σοι λόγος λαλῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα. Δυνάμενος αὐτῇ παρασχεῖν τὴν θείαν ἐπικουρίαν, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτὴν ἀξιῶσαι βούλεται προμηθείας.

Οὐκ ἔστιν, ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου ἐγὼ κατοικῶ. Ἀπραγμοσύνῃ, φησὶ, χαίρω, καὶ εἰρηνικῶς διάγω· καὶ πρός τινα ἔχειν ἀμφισβήτησιν οὐκ ἀνέχομαι. Οὕτω καὶ ψυχὴν πᾶσαν, ἐπειδὰν τὰς κοσμικὰς ἀποκόψειεν σχέσεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, στεῖραν οὖσαν, ἀπεργάζεται γόνιμον.

Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς μωρὰ[d] *ταύτη*. Τοῦτο A πρὸς τὸν πατριάρχην ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός. » Δηλοῖ τοίνυν δι' ὧν εἴρηκεν ὁ προφήτης, ὡς αὐτὸς ἐφθέγγετο δι' αὐτοῦ ὁ τῶν ὅλων Κύριος. Οὗ δὴ χάριν καὶ ἀποφατικῶς δέδωκε τὴν ὑπόσχεσιν.

Καὶ ἐκόμισεν αὐτὸν ἐπὶ κλίνην τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Μαθοῦσα γὰρ τοῦ προφήτου τὴν δύναμιν, καὶ τελευτῆσαν τὸ παιδίον ἤλπιζεν ἀναστήσεσθαι.

Ἡ δὲ εἶπεν· Εἰρήνη. Προσειπεῖν αὐτὸν βούλομαι.

Εἰρήνη σοι. Ἀντὶ τοῦ, Καλῶς διάγετε, ὑγιαίνετε.

Καὶ Κύριος ἀπέκρυψεν ἀπ' ἐμοῦ. Οὐ γὰρ πάντα ᾔδεισαν οἱ προφῆται, ἀλλ' ἅπερ ἡ θεία χάρις αὐτοῖς B ἀπεκάλυπτεν.

Ὅτι ἂν εὑρήσῃς τινὰ, μὴ εὐλογήσῃς αὐτόν. Ἤδει αὐτοῦ τὸ φιλότιμον. Ἡ δὲ κενοδοξία, τὴν θαυματουργίαν κωλύει.

Καὶ ἐπέθηκε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ἵνα τῆς τοῦ ζῶντος ὁ τεθνεὼς μεταλάβῃ ζωῆς· τῆς πνευματικῆς δῆλον ὅτι χάριτος τὴν ζωὴν χορηγούσης.

Εἰδάδ. *Ἐνεφύσησεν*, ἑρμήνευσαν.

Καὶ ἐνέπνευσεν ἐπ' αὐτόν. Οἱ λοιποὶ, *συνεκάλυψεν*.

Ἀριώθ. Οἱ λοιποὶ, *ἀγριολάχανα*.

Λάβετε ἄλευρον, καὶ ἐμβάλλετε εἰς τὸν λέβητα. C Τοῦ δηλητηρίου τὴν ἐνέργειαν ἤμβλυνεν οὐχ ἡ τοῦ ἀλεύρου φύσις, ἀλλ' ἡ τοῦ προφήτου χάρις. Ὡς καὶ τῆς πηγῆς ἄγονον οὐχ ἅλες μετέβαλον.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Λοῦσαι ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἕβδομον. Ἰδεῖν μὲν αὐτὸν, ὡς λεπρὸν ἠνέσχετο· ὡς ὑπὸ τῶν νόμων πολιτευόμενος. Προστάττει δὲ τὸ προκείμενον. Σώματος γὰρ ἦν ἡ λέπρα, ὅπερ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνέστηκεν. Ἑπτὰ δὲ ἡμέραις ὁ παρὼν βίος ἀνακυκλεῖται. Τῆς δὲ ψυχῆς ἡ κάθαρσις κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῆς ἁγίας ἀποτελεῖται Τριάδος.

Καὶ ἐθυμώθη Νεεμμάν. Οὐ νοῶν, ὅτι Ἰωάννης ἡμῶν ἐστιν ὁ ἀπολούων τοὺς διὰ τὴν λέπραν ἀκα- D θάρτους, καὶ ἰώμενος. Προφήτου δὲ ἔργον, πέμψαι ἐπὶ τὸν θεραπεύοντα. Τὸ δὲ ἐπιθεῖναι τὴν χεῖρα, καὶ καθαρίσαι, μόνου τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ ἔργον ἦν, τοῦτο μόνον εἰπόντος τῷ πιστεύσαντι· « Θέλω, καθαρίσθητι. » Πρὸς γὰρ τῷ λόγῳ καὶ ἥψατο αὐτοῦ, καὶ ἐκαθαρίσθη ἀπὸ τῆς λέπρας αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἠθέλησε λαβεῖν. Ὁ γὰρ προφήτης τὴν πολυπόθητον πενίαν παντὸς προτετίμηκε πλούτου, τὴν Εὐαγγελικὴν προλαβὼν νομοθεσίαν· « Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. »

VERS. 16. *In tempus, ut hora hæc*. Idem dixit Deus conditor universi ad patriarcham: « Juxta hoc tempus veniam, et Saræ filius erit [50]. » His igitur verbis, quæ propheta dixit, declarat ipsum conditorem universi per os ipsius locutum esse. Hancque ob causam certam promissionem fecit.

VERS. 21. *Et collocavit eum super lectum viri Dei*. Perspecta virtute et potentia prophetæ, puerum etiam vita defunctum speravit resurrecturum esse.

VERS. 26. *Ipsa autem dixit: Pax*. Ipsum volo alloqui.

Pax tibi. Pro καλῶς διάγετε, ὑγιαίνετε, id est, *bene agite, valete*.

VERS. 27. *Dominus abscondit a me*. Non enim omnia noverunt prophetæ, sed ea duntaxat, quæ divina gratia ipsis revelavit.

VERS. 29. *Si inveneris aliquem, non benedicas ei*. Sciebat, quam laudis cupidus esset. Vanæ vero gloriæ affectatio impedit facultatem edendi miracula.

VERS. 34. **542** *Posuit faciem suam super faciem ejus*. Ut mortuus vitæ viventis particeps redderetur; spirituali nempe gratia vitam dante.

Eidad. Exposuerunt ἐνεφύσησε, *inflavit*.

Inspiravit in eum. Reliqui reddunt συνεκάλυψε, *contexit*.

VERS. 39. *Arioth*. Reliqui reddunt ἀγριολάχανα, *olera silvestria*.

VERS. 41. *Accipite farinam, et mittite in lebete*. Non farinæ vis et natura, sed gratia, qua propheta præditus fuit, herbæ mortiferæ vim et effectum hebetavit. Quemadmodum fontis etiam sterilitatem sal non mutavit.

CAP. V.

VERS. 10. *Lavare Jordane septies*. Ipsum quidem, ut leprosum videre sustinuit, ut qui legibus subjectus esset. Imperat autem ei rem propositam. Corporis enim lepra erat, quod corpus ex quatuor elementis constat. Septem vero diebus præsens vita revolvitur. Porro animæ purgatio juxta numerum sanctæ Trinitatis perficitur.

VERS. 11. *Et iratus est Næman*. Non intelligens Joannem nostrum illum esse, qui lepra infectos abluit et sanat. Prophetæ vero officium est et munus remittere ad illum qui sanat. Manum vero imponere et mundare, solius Domini nostri Jesu Christi erat, qui credenti hoc solum dixit: « Volo, sis mundus [51]. » Et ac hunc sermonem eum attigit, et a sua lepra mundatus est.

VERS. 16. *Et noluit accipere*. Propheta enim paupertatem summopere expetendam omnibus divitiis anteposuit, secutus evangelicum præceptum: « Gratis accepistis, gratis date [52]. »

[50] Gen. XVII, 10. [51] Matth. VIII, 3. [52] Matth. X, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[d] In codice Lavateri fuit ὥρα. Recte: nam ita habent quoque LXX. [e] Ita etiam in Lavateri codice fuit. Sed legendum tamen Ἰορδάνης. Nam de Jordane fluvio agitur hoc loco.

VERS. 18. *Et propter rem istam propitius sit mihi Dominus.* Veniam peto, inquit, si mandati regii necessitate impulsus, ad falsum deum ingrediar.

CAP. VI.

VERS. 15. *Heu, Domine, et ipsum mutuo acceptum.* Invocantis, non blasphemantis vox est; quemadmodum illud quoque apud Davidem: « Salva, Domine, bene prosperare [53]. » Elisæus autem propheta rebus ipsis declaravit, firmum Dei sermonem, quoniam contemptim rejectum non invenimus, nos denuo per crucis dispensationem recepturos esse. Nam quod verbum Dei simile sit securi, Joannes Baptista innuit, dicens: « Jam securis ad arborum radicem posita est [54]. » Sic Jeremias quoque dicit: « Sermo Domini est instar securis, scindentis petram [55]. » Hoc igitur nobis absconditum ligni dispensatio manifestavit. Cum enim per lignum verbum amiserimus, denuo recipimus per lignum, altitudinem, longitudinem, latitudinem et profunditatem in eo ostendens. Divina enim manuum extensione duos populos sub unum caput, videlicet Patrem, congregavit. « Unus enim, est Deus, qui est super omnia, per omnia, et in omnibus. »

Phelmoni. Ac si quis dicat, *in*, vel *ad hunc locum.*

VERS. 22. *Et remittentur ad Dominum suum.* Quod si occidantur, inquit, ingens hoc miraculum non innotescet; sin vero denuo ad illum revertantur, qui misit eos, cognoscet, et discet ipse quoque Dei nostri potentiam, et virtutem.

VERS. 25. *Stercoris columbarum.* Obsidionis enim necessitas, loco salis stercore eos uti docuit.

VERS. 31. *Si stabit caput Elisæi.* Supplicare prophetæ eum decebat, ut pro ipso apud Deum intercederet. Minatur autem se eum interfecturum, ut qui industria maximam illam calamitatem negligat et aspernetur. Sed statim ductus pœnitentia secutus est, ut cædem prohiberet; id declarat, quod Scriptura dicit: Ecce nonne strepitus pedum Domini ipsius?

CAP. VII [VIII].

VERS. 2. *Habitavit in terra Palæstinorum.* Non utique universam terram fames premebat, sed Israel tantum plagis divinitus immissis castigatus est, post tantam impiorum diligentiam et curam. Cæterum famis duplex tempus, duplicem portionem donorum, quæ Elisæo concessa fuerunt, significat.

VERS. 7. *Et venit Elisæus in Damascum.* Elias translatione in cœlos præventus facere non potuit quæ a Deo in mandatis habebat; nempe, ut Asahelem, regem Syriæ, et Jehu regem Israelis inungeret. Idipsum nunc Elisæus facturus venit, volens primum Asahelem inungere.

VERS. 10. **543** *Et dic ei: Vivendo vives.* Ne signi-

A *Καὶ περὶ τοῦ λόγου ἱλάσεταί μοι Κύριος.* Συγγνώμην αἰτῶ, φησὶ, διὰ τὴν βασιλικὴν ἀνάγκην ἀναγκαζόμενος πρὸς τὸν ψευδώνυμον θεὸν εἰσελθεῖν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Vers. 27. *Gaudebo, quando venerit vobis ruina, et advenerit turbatio, et simul calamitas tempestati aderit, seu cum vobis venerit tribulatio et angustia.* Exsultabo, quando vester homo exterior interierit per renovationem interioris hominis; quando subito vobis venerit improvisa tentatio et prosperitatis temporalis calamitas, tanquam quidam dolor et hostium angustia, cogens eos qui libenter hoc agere nolunt, et nolentes meminisse mei.

Vers. 28. *Erit enim quando me vocabitis, ego quoque non exaudiam vos.* Veniet enim tempus, in quo, ad liberationem ex calamitatibus in vos irruentibus, orabitis me; vestram autem petitionem tanquam vanam non admittam.

A σεσι τῆς ψυχῆς, ἐν ᾗ ὁ λόγος τὸ πολίτευμα κέκτηται, πεπαῤῥησιασμένως διδάσκει.

κβ'. *Ὅσον ἂν χρόνον ἄκακοι ἔχονται τῆς δικαιοσύνης, οὐκ αἰσχυνθήσονται.* Ὅτι ἕως ἂν οἱ περὶ τὰ αἰσθητὰ κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας, κακίας ἀμέθεκτοι, προκρίνουσι δικαίως τῶν προσκαίρων τὰ μόνιμα τῇ ἐπὶ τοῖς ἔργοις τῆς ἀτιμίας αἰσχύνῃ, οὐχ ὑποπεσοῦνται.

κγ'. *Οἱ δὲ ἄφρονες, τῆς ὕβρεως ὄντες ἐπιθυμηταί, ἀσεβεῖς γενόμενοι, ἐμίσησαν αἴσθησιν, καὶ ὑπεύθυνοι ἐγένοντο ἐλέγχοις.* Οἱ δὲ Θεὸν ἐν καρδίᾳ μὴ περιφέροντες, τῆς ἐκ τῶν διαβεβλημένων παθῶν ὕβρεως ὀρεγόμενοι, τὴν κατὰ λόγον τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διάκρισιν ἀπεστράφησαν· τιμᾷν τὸν Θεὸν δι' ἀγαθῶν ἔργων μὴ θελήσαντες· κἀντεῦ-
B θεν ἔνοχοι τοῖς παρὰ σοφίας ἐπὶ ταῖς παραλόγοις πράξεσιν ἐλέγχοις τοῦ συνειδότος ἐγένοντο, τοιάδε πρὸς αὐτοὺς κατὰ νοῦν διεξιούσης·

Ἰδοὺ προήσομαι ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν.
Ἰδοὺ προβαλοῦμαι τοῦ ἐμοῦ πνεύματος ῥῆμα.
Διδάξω δὲ ὑμᾶς τὸν ἐμὸν λόγον.

Διὰ τούτου δὲ καταγγελῶ ὑμῖν ἐκδηλότερον τὸν πνευματικὸν τῆς ἐμῆς διδασκαλίας νόμον, ὃν ἡ φύσις καὶ ἡ Γραφὴ συμβολικῶς ὑπαινίττεται.

κδ'. *Ἐπειδὴ ἐκάλουν, καὶ οὐχ ὑπηκούσατε.* Ἐπειδὴ προσεκαλούμην ὑμᾶς διὰ τοῦ φυσικοῦ νόμου καὶ τοῖς ἐμοῖς θελήμασι, καθ' ἃ τὰ πάντα γεγόνασιν, οὐχ ὑπείξατε.

Καὶ ἐξέτεινον λόγους, καὶ οὐ προσείχετε. Ταῦτα
C δὲ καὶ διὰ τοῦ γραπτοῦ νόμου ὑμῖν ἀπαγγέλλουσα, μακροτέραν ἐποιούμην πρὸς ὑμᾶς τὴν τούτων διδασκαλίαν· ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τοιούτου νόμου ἐπακοῦσαι ἠθελήσατε.

κε'. *Ἀλλὰ ἀκύρους ἐποιεῖτε ἐμὰς βουλάς· τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις οὐ προσείχετε.* Ἀλλ' ἀπράκτους ἐποιεῖτε τὰς ἐμὰς ἐντολάς· ἐμοῦ δ' ἐλεγχούσης ὑμᾶς διὰ προφητῶν, προαγορευόντων τὰ ἐξ ἀπειθείας ἐπαχθησόμενα ὑμῖν βλαβερὰ, οὐδὲ τούτων ἐν συναισθήσει γεγόνατε.

κϛ'. *Τοιγαροῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι.* Διὰ τοῦτο κἀγὼ, τῷ ἐπενεχθησομένῳ ὑμῖν ἀφανισμῷ ἐπαγαλλιάσομαι, ὡς παθοῦσι τὴν κακουργίαν ὑμῶν.

κζ'. *Ἐπιχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἐὰν ἔρχηται ὑμῖν*
D *ὄλεθρος, καὶ ὡς ἂν ἀφίκηται ὑμῖν θόρυβος· ἡ δὲ καταστροφὴ ὁμοίως καταιγίδι παρῇ· ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν θλίψις καὶ πολιορκία.* Ἐκευφρανθήσομαι δὲ ὅταν ὁ ἔξω ἄνθρωπος ὑμῶν, φθείρηται, διὰ τὸ ἀνακαινοῦσθαι τὸν ἔσωθεν· καὶ ὅτε πειρασμὸς ὑμῖν ἀπροσδόκητος καὶ καταστροφὴ τῆς σωματικῆς εὐπραγίας ὑμῶν, αἰφνίδιος ἐπιγίνηται, οἷά τις λύπη ὑμῖν ἐπέρχηται, καὶ πολεμίων τινῶν προσεδρεία· μνημονεύειν μου καὶ ἄκοντας πείθουσα τοὺς ἑκουσίως τοῦτο ποιεῖν μὴ θελήσαντας.

κη'. *Ἔσται γὰρ ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν.* Ὑπάρξει γὰρ καιρὸς, καθ' ὃν δεηθήσεσθέ μου, εἰς ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπικειμένων ὑμῖν θλιβερῶν· αὐτὴν δὲ τὴν αἴτησιν ὑμῶν ὡς ἀσύμφορον ὑμῖν οὐ παραδέξομαι.

Ζητήσουσί με κακοί, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν. Δεηθήσονται γάρ μου κακοποιοί, ὅταν τὰ ἀνιαρὰ καταλάβῃ αὐτούς, πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν τοιούτων, καὶ οὐχ ἐπιτυχεῖς μου γενήσονται. A

κθ', λ'. *Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν· τὸν δὲ φόβον Κυρίου οὐ προείλοντο· οὐδὲ ἤθελον ἐμαῖς προσέχειν βουλαῖς· ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺς ἐλέγχους.* Ὅτιπερ ἐμὲ τὴν σοφίαν τὰ δέοντα ὑποτιθεμένην αὐτοῖς ἀπεστράφησαν· καὶ τὸν θεῖον φόβον, ὃν ὁ κτησάμενος τῆς πρός με φερούσης ὁδοῦ ἀπέρχεται, οὐ τῶν ἄλλων πάντων προέκριναν· οὐδὲ ὑπείκειν ἠβούλοντο ταῖς ἐμαῖς παραινέσεσι, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐμοὺς ἐλέγχους διέπαιξαν.

λα'. *Τοιγαροῦν, ἔδονται τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρπούς· καὶ τῆς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πλησθήσονται.* Διόπερ φάγονται τῆς ἑαυτῶν ἐργασίας τὰς ἐπικαρπίας· καὶ τῆς κακῆς ὀρέξεως ἑαυτῶν κόρον λήψονται, ὅταν τὰ τούτων ἐπίχειρα καταλάβῃ αὐτούς. B

λβ'. *Ἀνθ' ὧν γὰρ ἠδίκουν νηπίους, φονευθήσονται· καὶ ἐξετασμὸν ὀλέσει ἀσεβεῖς.* Ὑπὲρ οὗ γὰρ τοῖς τελείοις μὲν τῷ φρονήματι, τῇ δὲ κακίᾳ νηπιάζουσιν ἀδίκους χεῖρας ἐπέβαλον, ἄωρον δώσουσι θάνατον· καὶ ἡ κατὰ τὸ παρὸν ἐξέτασις τῶν ἔργων τῆς ἀδικίας, τοὺς μὴ δι' ἀγαθοεργίας τὸν Θεὸν τιμῶντας ἀπολέσει, στερήσασα τῆς ζωῆς πρὸ καιροῦ· ἄνδρες γὰρ αἱμάτων καὶ δολιότητος, οὐ μὴ ἡμισεύσουσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν.

λγ'. *Ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων, κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι· καὶ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ.* Ὁ δ' ἐμοὶ πειθόμενος, καὶ τὰς θείας ἐντολὰς ἐργαζόμενος, τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ ταῖς ἐλπίσιν ἤδη καρπώσεται ἐν τούτοις κατὰ προαίρεσιν τὴν κατοικίαν πηξάμενος· καὶ ἀπὸ πάσης κακίας συσταλήσεται· οὐχὶ δουλικῶς τῷ τῶν κολάσεων φόβῳ, ἀλλὰ υἱικῶς τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον στοργῇ· ἔνθεν τοι· C

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. *Υἱέ, ἐὰν δεξάμενος ῥῆσιν ἐμῆς ἐντολῆς, κρύψῃς παρὰ σεαυτῷ.* Ὁ υἱοθετούμενός μοι διὰ τῆς ἐν πνεύματι διδασκαλίας, ἐὰν παραδεξάμενος λόγον ἀπαιτοῦντά σε τὸ ἐμὸν βουλητὸν, φυλάξῃς τοῦτον ἐν τῷ τῆς ψυχῆς σου μνημονευτικῷ ἀνεπίληστον.

β'. *Ἐπακούσεται σοφίας τὸ οὖς σου.* Ὑπείξει κατὰ πρᾶξιν τῷ τῆς αἰτίας ἀπαγγελτικῷ ἔμφρονι λόγῳ, τὸ τούτῳ εἰς δικαιοσύνην ἐπιπειθές σου, φημὶ δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμικόν· τὸ μὲν σωφρόνως ἀπὸ τῶν κατ' αἴσθησιν ἡδέων ἐγκρατευόμενον· τὸ δὲ ἀνδρείως τὰ κατὰ σῶμα θλιβερὰ ὑπομένον. D

Καὶ παραβαλεῖς καρδίαν σου εἰς σύνεσιν· παραβαλεῖς δὲ αὐτὴν εἰς νουθέτησιν τῷ Υἱῷ σου. Καὶ ἀπαλλαγὲν τῆς ἐμπαθοῦς ζωῆς τὸ δίκην καρδίας, τῆς ἐν πνεύματι ζωῆς, μεταδοτικὸν τοῖς λοιποῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι νοερόν σου, ἐμβαλεῖς κατὰ θεωρίαν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· ἐμβαλεῖς δὲ τοῦτο πρὸς διδασκαλίαν πνευματικὴν τοῦ δι' αὐτῆς υἱοθετουμένου σοι.

γ'. *Ἐὰν γὰρ τὴν σοφίαν ἐπικαλέσῃ, καὶ τῇ συνέσει δῷς φωνήν σου, τὴν δὲ αἴσθησιν ζητήσῃς μεγάλῃ τῇ φωνῇ.* Εἰ γὰρ αἰτήσεις παρὰ Θεοῦ,

Quærent me impii, et non invenient. Precabuntur me mala facientes, cum tristia irruerint super eos, ut ab his liberentur, et a me nihil obtinebunt.

VERS. 29, 30. *Nam exosam habuerunt disciplinam, et timorem Domini non susceperunt, et non acquieverunt meo consilio, et universæ correptioni meæ detraxerunt.* Quia me sapientiam convenientia docentem, abjecerunt; et Dei timorem, quem possidens, via ad me ducente non recedit, omnibus aliis rebus non prætulerunt; et meis exhortationibus acquiescere noluerunt, et meas in suam malitiam increpationes fugerunt.

VERS. 31. *Comedent igitur fructus vitæ suæ; suisque consiliis saturabuntur.* Idcirco comedent fructus laborum suorum, et malis saturabuntur cupiditatibus, cum harum præmia advenerint illis.

VERS. 32. *Propter injustitias factas parvulis, occidentur, et discussio perget impios.* Pro eo quod in adultos intelligentia, malitiaque parvulos injustas conjecerint manus, immatura plectentur morte: et discussio de supradictis operibus iniquis, perdet eos qui Deum operibus non colunt, vita eos ante tempus spolians : nam viri sanguinum et astutiæ vitam nullo modo aversantur.

VERS. 33. *Qui autem me audierit, requiescet in spe, et in quiete manebit, timore malorum sublato.* Qui me audit, et Dei mandata custodit, bonis futuris jam spe fruetur, cum in his libenter sedem suam collocaverit; et ab omni malitia recedet, non ut servus, timore suppliciorum, sed ut filius amore melioris boni. Inde hæc.

CAP. II.

VERS. 1. *Fili, si suscipiens sermones mandati mei, abscondas apud te.* Adoptatus a me pro filio per spiritualem doctrinam, si suscipiens sermonem, qui meam voluntatem te docet, custodias illum, in memoria cordis tui reconditum.

VERS. 2. *Audiet sapientiam auris tua.* Obediet in praxi, prudenti rationem nuntianti sermoni, quod in te per illum ad justitiam fertur, id est, potentia concupiscibilis animæ et irascibilis, alia sapienter a sensuum voluptate abstinens, alia viriliter mala corporis sustinens.

Inclinabis cor tuum ad prudentiam; inclinabis illam in admonitionem filio tuo. Et remotam a turbata vita. quæ cordis juste vocatur, spiritualis vita, erga alias animæ potentias liberalem, inclinabis meditatione intellectualem potentiam ad veritatis recognitionem: inclinabis autem eam ad spiritualem doctrinam ejus, qui per hanc filius adoptionis erit tibi.

VERS. 3. *Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ, et intelligentiam quæsieris magna voce.* Si enim a Deo, illam, quæ

stultitiam destruit, spirituales vero in mandata sermones per analysim resolvit, et dein ad causam reducit, quæsieris sapientiam, per quam, circa veros in Deo sermones rerum de eo quod licet hominibus, indocti instruimur: si prudentiæ, quæ est naturale sapientiæ exercitium, dederis affectum animæ quem, ut vocem, audit Deus: spiritus forti applicatione acquirere festinabis discretionem, per quam, cum judicio, Dei mandata operamus, et malum a bono, ut rectum a non recto: quod decet noscere ab eo quod non decet: quod libet dici ab eo quod non libet: quod amplecti oportet, ab eo quod non oportet: corruptibile ab incorruptibili secernimus.

VERS. 4. *Si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis eam.* Si vero in praxi, hujus discretionis puritatem et castitatem, ut argentum quæsieris, et meditatione inquisieris profunditatem illius divitiarum, ut quosdam thesauros absconditos.

VERS. 5. *Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.* Tunc intelliges a peccatorum sorde purificantem Dei timorem, et absconditas divinæ scientiæ divitias invenies: ex quibus, in anima omnia bona superabundant.

VERS. 6. *Quia Dominus dat sapientiam.* Quia Deus, omnium Dominus, donat sapientiam, his qui ardenti desiderio in illam feruntur, quæ est sanctissimi Spiritus charismata omnia perficiens.

Et ex ore ejus scientia et prudentia. Iis autem, qui ejus similitudinem, tanquam ab illo adaptatis, ferunt, quia illam custodiunt, datur scientia, qua spiritualis nostri inimici contra nos consilia novimus, qua mandatorum sermones, per quos modi virtutum constituuntur, intelligimus. Ex observatione vero mandatorum ejus optimorum, propter similitudinem ejus, advenit prudentia, qua ignorantia tollitur, ejusque loco, sermonum et modorum virtutem conceditur intelligentia.

VERS. 7. *Custodiet rectis salutem.* Et ita, ope sanctissimi spiritus charismatum, sapientiæ, prudentiæ, et scientiæ, iis qui nec ad dexteram, nec ad sinistram, post cupiditates quæ ex defectu vel ex excessu virtutis oriuntur, declinavere, servabit Dominus æternam custodiam, eorum et animam et spiritum et carnem ab impietate, et ignorantia et malitia liberans,

VERS. 8. *Proteget viam eorum qui custodiunt semitas mandatorum, et viam timentium illum servabit.* Et auxiliabitur eorum viæ rectæ, quia firmiter voluntatum suarum opera gesserunt, et his qui illum timent, viam, ad se ducentem, ab inimico spirituali tutam reddet.

VERS. 9. *Tunc intelliges justitiam, et judicium, et rectas facies semitas bonas.* Quando, meas exhortationes audiendo, ad horum bonorum perve-

A τὴν ἀνοίας μὲν ἀναιρετικὴν, τῶν δὲ ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀναληπτικήν τε καὶ ἑνωτικὴν πρὸς τὴν αἰτίαν σοφίαν, καθ᾽ ἣν ἀγνώστως τοὺς ἐν Θεῷ ἁπλοῦς τῶν ὄντων λόγους κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀνθρώποις, μυούμεθα· καὶ τῇ συνέσει, ἥ ἐστι σοφίας ἐνδιάθετος μελέτη, αὐτὴν παράσχῃς τὴν τῆς ψυχῆς σου διάθεσιν, ἧς οἷα φωνῆς ἀκούει Θεός· τὴν δὲ διάκρισιν, καθ᾽ ἣν σὺν λόγῳ τὰς θείας πράττομεν ἐντολὰς, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ πενταδικῶς τὸ κακὸν διακρίνομεν, ὡς ἀπὸ μὴ ἠργμένου ἠργμένον· καὶ ὀφείλοντος νοεῖσθαι, μὴ ὀφεῖλον νοεῖσθαι· καὶ ὀφείλοντος λαλεῖσθαι, μὴ ὀφεῖλον λαλεῖσθαι· καὶ ὀφείλοντος γίνεσθαι, μὴ ὀφεῖλον γίνεσθαι· καὶ ἀφθάρτου φθαρτὸν, ἐπικτήσασθαι σπεύσεις ψυχῆς αὖθις ἐπιτεταμένῃ διαθέσει.

B δ'. *Καὶ ἐὰν ζητήσῃς αὐτὴν ὡς ἀργύριον, καὶ ὡς θησαυρὸν ἐξερευνήσῃς αὐτήν.* Καὶ ἐὰν ποθήσῃς τὸ κατὰ πρᾶξιν τῆς τοιαύτης διακρίσεως ἀμίαντον καὶ καθαρὸν ὡς ἀργύριον, καὶ ἐξετάσῃς τὸ κατὰ θεωρίαν βάθος τοῦ πνευματικοῦ πλούτου αὐτῆς, οἷά τινας θησαυροὺς κεκρυμμένους.

ε'. *Τότε συνήσεις φόβον Κυρίου, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ εὑρήσεις.* Τότε μαθήσῃ τὸν ἐκκαθαίροντα παντὸς ῥύπου ἁμαρτιῶν θεῖον φόβον, καὶ καταλάβῃς τὸν κεκρυμμένον τῆς θείας ἐπιγνώσεως πλοῦτον· ἐξ οὗ ἐστι τῇ ψυχῇ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἄφθονος χορηγία.

ϛ'. *Ὅτι Κύριος δίδωσι σοφίαν.* Διότι ὁ Δεσπότης τῶν ὅλων Θεὸς, δωρεῖται τὸ τελειοποιὸν χάρισμα τοῦ παναγίου Πνεύματος, τὴν σοφίαν, τοῖς πόθῳ ἐπιτεταμένῳ ζητοῦσιν αὐτήν.

C *Καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις.* Καὶ τοῖς ἐντεῦθεν τὴν τούτου εἰκόνα, ὡς υἱοθετηθεῖσιν αὐτῷ, φορέσασιν, ὑπάρχει ἐκ μὲν τοῦ τηρεῖν τὸ κατ᾽ εἰκόνα, γνῶσις· τῆς μὲν ἀγνοίας τῶν καθ᾽ ἡμῶν νοημάτων τοῦ νοητοῦ ἡμῶν ἐχθροῦ ἀναιρετική· τῶν δ᾽ ἐν ταῖς ἐντολαῖς λόγων, καθ᾽ οὓς οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν συνεστήκασι, περιληπτική· ἐκ δὲ τοῦ ἐργάζεσθαι καθ᾽ ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὰ πανάγαθα τούτου θελήματα, σύνεσις· τῆς μὲν ἀνεπιγνωμοσύνης ἀναιρετικὴ, πρὸς δὲ τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν μεταποιητική.

ζ'. *Καὶ θησαυρίζει τοῖς κατορθοῦσι σωτηρίας.* Καὶ τοιουτοτρόπως ἀποταμιεύεται ὁ Κύριος, διὰ τῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρισμάτων, τῆς σοφίας, D τῆς συνέσεως, καὶ τῆς γνώσεως, τοῖς μήτ᾽ εἰς τὰ ἀριστερὰ μήτ᾽ εἰς δεξιὰ, τὰ κατ᾽ ἔλλειψιν δηλαδὴ τῆς ἀρετῆς, καὶ τὰ καθ᾽ ὑπερβολὴν πάθη ἐκκλίνουσιν, ἀνελλιπῆ φυλακὴν, δηλονότι κατὰ νοῦν καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα ἀπό τε ἀθεΐας ἀγνοίας καὶ κακίας.

η'. *Ὑπερασπιεῖ δὲ τὴν πορείαν αὐτῶν, τοῦ φυλάξαι ὁδοὺς δικαιωμάτων, καὶ ὁδὸν εὐλαβουμένων αὐτὸν διαφυλάξει.* Καὶ βοηθήσει τῷ κατ᾽ ἀρετὴν δρόμῳ αὐτῶν, ὥστε τηρῆσαι ἀπαρεγκλίτως τὰς ἐργασίας τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν· καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν φέρουσαν ὁδὸν τῶν φοβουμένων αὐτὸν, διατηρήσει ἀνεπιβούλευτον τῷ νοητῷ ἐχθρῷ.

θ'. *Τότε συνήσεις δικαιοσύνην καὶ κρῖμα, καὶ κατορθώσεις πάντας ἄξονας ἀγαθούς.* Ὅταν δὲ τούτων ἐπιτυχὴς γένῃ τῶν ἀγαθῶν, ὁ ἀνύσας τῆς ἐμῆς

παραινέσεως, τότε ἐπιγνώσῃ τὴν ἀπονεμητικὴν ἑκάστῳ τοῦ κατ' ἀξίαν δικαιοσύνην, καὶ τὴν τοῦ καλοῦ ἀπαρέγκλιτον κρίσιν, πληρώσεις τὰς εἰς ἅπαν ἀγαθὸν ἀγούσας ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ.

ι'. *Ἐὰν γὰρ ἔλθῃ ἡ σοφία εἰς σὴν διάνοιαν.* Ἐὰν γὰρ παραγένηται κατὰ θεωρίαν ἡ ἀληθὴς περὶ Θεοῦ ἔννοια εἰς τὸ διανοητικόν σου.

Ἡ δὲ αἴσθησις τῇ σῇ ψυχῇ καλὴ εἶναι δόξῃ. Ἡ δὲ πενταδικὴ τοῦ κακοῦ διάκρισις, ἀρετὴ σοι κατὰ ψυχὴν φανήσεται, μὴ δι' ἀπερίσκεπτον φαντασίαν ἀλόγως ἐπιθυμοῦντί τινος.

ια'. *Βουλὴ καλὴ φυλάξει σε.* Αὕτη μὲν ἡ τῶν πραγμάτων ἀρίστη περίσκεψις, ἀπὸ πάσης παραλόγου περιφυλάξει σε πράξεως.

B *Ἔννοια δὲ ὁσία τηρήσει σε.* Ἡ δὲ πάσης ἄλλης ἐννοίας ὑπερκειμένη ἀληθὴς περὶ Θεοῦ ἔννοια, διατηρήσει σε ἀπὸ πάσης ἐννοίας ἀπατηλῆς καὶ διασπώσης ἀπὸ Θεοῦ.

ιβ'. *Ἵνα ῥύσηταί σε ἀπὸ ὁδοῦ κακῆς.* Ὅπως ἐξελεῖταί σε ἡ μὲν ἀρίστη τῶν πραγμάτων περίσκεψις ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς βιοτῆς.

Καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς λαλοῦντος μηδὲν πιστόν. Ἡ δὲ ἀληθὴς περὶ Θεοῦ ἔννοια, ἀπὸ τοῦ διαβάλλοντος τὴν ἀλήθειαν, καὶ διασπᾷν ἐπιχειροῦντος τὴν ψυχήν σου ἀπὸ τοῦ νυμφίου αὐτῆς Θεοῦ Λόγου, καὶ ἑαυτῷ προσκολλᾷν, φθορέως τῶν ἡμετέρων ψυχῶν δαίμονος.

C ιγ'. *Ὦ οἱ ἐγκαταλείποντες ὁδοὺς εὐθείας, τοῦ πορευθῆναι ἐν ὁδοῖς σκότους!* Λοιπὸν, φεῦ! οἱ καταλιμπάνοντες τὰς πρὸς κακίαν μὲν ἀπαρεγκλίτους, πρὸς Θεὸν δὲ κατ' ἀρετὴν φερούσας ὁδοὺς, ὥστε ὁδεῦσαι ἐν ταῖς ἀγούσαις εἰς κρημνοὺς κακίας, καὶ βάραθρα τοῦ σκότους τῆς ἀγνοίας ὁδοῖς.

ιδ'. *Ὦ οἱ εὐφραινόμενοι ἐπὶ κακοῖς, καὶ χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ!* Φεῦ! οἱ ἐπαγαλλόμενοι τοῖς ἑτέρων κακοῖς, καὶ ἐπευφραινόμενοι τῇ τούτων ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ εἰς τὸ ἐναντίον περιτροπῇ.

ιε', ις'. *Ὧν αἱ τρίβοι σκολιαὶ, καὶ καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν, τοῦ μακρὰν σε ποιῆσαι ἀπὸ ὁδοῦ εὐθείας, καὶ ἀλλότριον τῆς δικαίας γνώμης.* Ὧν τά τε ἐπιτηδεύματα καὶ αἱ δίκην τροχιῶν, τὸ μὲν ἀνάῤῥοπον τοῦ ἀγαθοῦ φεύγουσαι, τὸ δὲ κατωφερὲς τῆς κακίας διώκουσαι διαθέσεις, διεστραμμέναι εἰσίν· ὡς ἐπιτεχνωμένων πόῤῥωσε ποιῆσαι τῆς κατ'
D ἀρετὴν πρὸς Θεὸν φερούσης εὐθείας ὁδὸν, καὶ ξένον παντάπασιν ἀπεργάσασθαι τῆς κατὰ λόγον διακρινούσης ἀπὸ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον, καὶ καταψηφιζομένης τούτου σχολὴν παντελῆ προαιρέσεως· ἔνθεν τοι·

ιζ'. *Υἱὲ, μή σε καταλάβῃ βουλὴ κακὴ, ἡ ἀπολείπουσα διδασκαλίαν νεότητος, καὶ διαθήκην θείαν ἐπιλελησμένη.* Τέκνον πνευματικὸν, φεῦγε τὴν πονηρὰν τοῦ νοητοῦ ὄφεως συμβουλὴν, δι' ἐγκρατείας τῶν ἡδέων, καὶ ὑπομονῆς τῶν θλιβερῶν, μή σε καταφθάσῃ ῥαθύμως περὶ τὸ ἀγαθὸν διακείμενον· ἥτις συμβουλὴ ἔπεισε τὸν πρωτόπλαστον καταλιπεῖν τὴν ὡς ἔτι νεάζοντι τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, δοθεῖσαν αὐτῷ θείαν ἐντολὴν, καὶ ἐπι-

A neris possessionem, tunc intelliges illam, quæ cuique secundum meritum tribuit, justitiam, et a bono non deficiens judicium, et Dei mandata, quæ ad omne bonum ducunt, implebis.

Vers. 10. *Si intraverit sapientia cor tuum.* Si enim meditatione, intraverit in intelligentia tua, vera Dei scientia.

Scientia cordi tuo pulchra esse videbitur. Multiplex mali discretio, virtus spiritus videbitur tibi, qui per imprudentem considerationem, irrationabiliter nulli invides.

Vers. 11. *Consilium bonum custodiet te.* Ipsa rerum optima notitia, ab omni actu perverso custodiet te.

B *Sancta scientia servabit te.* Vera Dei scientia, omnem aliam scientiam transcendens, servabit te ab omni scientia fallaci quæ a Deo avertit.

Vers. 12. *Ut eruaris a via mala.* Ut a via turbata eruat te, optima rerum notitia.

Et ab homine qui perversa loquitur. Vera Dei scientia, a diabolo animarum nostrarum corruptore, qui veritati invidet, et animam tuam a sermone Dei ejus sponsi avellere conatur et sibi ipsi alligare (te liberabit).

Vers. 13. *Qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas.* Deinde, heu, qui vias non
C ad malitiam, sed ad Deum per virtutem ferentes, relinquunt, ut viis, quæ in præcipitium malitiæ et abyssum tenebrarum ignorantiæ pellant, ambulent.

Vers. 14. *Qui lætantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis.* Qui, eheu! lætantur in malis aliorum, et exsultant in eorum a bono ad malum conversione.

Vers. 15, 16. *Quorum viæ perversæ sunt, et tortuosæ semitæ eorum, ut te avertant a via recta, et te alienum faciant a recta notitia.* Quorum mores et affectus, tanquam semitæ, summum bonum fugientes, quærentesque profundum malitiæ, perversi facti sunt: qui te avertere conantur a via recta,
D quæ per virtutem ad Deum ducit, et te alienum reddere ab illo judicio quod secundum rationem a bono malum discernit, et hujus studium omnino damnat. Unde sequitur.

Vers. 17. *Fili, ne te circumveniat malum consilium, quod doctrinam adolescentiæ relinquit, et pactum divinum obliviscitur.* Fili spiritualis, fuge spiritualis serpentis malum consilium, vincendo cupiditates, tribulationesque sustinendo: ne te molliter geras circa bonum quod a te requirunt: quod consilium irrepsit in protoplastum, ut relinqueret divinam voluntatem, quæ ei ut circa spiritualia parvulo data fuerat et ut loqueretur incon-

siderate de ea voluntate disponente, ea quæ nobis circa bonum, ad similitudinem Dei, incumbunt.

Vers. 18. *Inclinavit ad mortem domum ejus, et semitas ejus ad infernos gigantium.* Hoc enim consilium, a principe mali proveniens inimico, et Adam qui illud receperat, omnesque ab eo originem ducentes, morti obnoxios reddens, sedem suam constituerat in mortalitate eorum, tanquam mortis timore et cupiditate vivendi impulsorum ad perpetuo hærendum deliciis et voluptatibus, quasi participatio rebus sensibilibus, in qua consistit voluptas, corporalem et visibilem eorum naturam constitueret: in umbra vero mortis, cum iis qui ex illa originem ducunt, rerum externarum pulchritudines posuerat, per quas, fallaciter, ad divinæ voluntatis transgressionem eos conducit: posuit enim, ut jam dictum est, in umbra cum gigantibus, externas pulchritudines: quas per illos corrupit, divinæ voluntatis ab initio violatione.

Vers. 19. *Omnes qui ambulant in ea, non revertentur, nec apprehendent semitas rectas.* Omnes ergo, qui per opera sua hoc malum sequuntur consilium, non revertentur post mortem ad mandatorum Dei custodiam; nec horum labores, ad Deum firmiter ducentes, recognoscent.

Nec apprehendentur ab annis vitæ. Nam, qui de temporali vita, quæ nobis ad mandatorum Dei impletionem data est, abeunt, amplius annos vitæ obtinere nequeunt, ut a via malitiæ illos ad exitium ferente, desistant; quia jam ad mortem pervenerunt.

Vers. 20. *Si enim ambulaverint viis bonis, invenient vias planas justitiæ.* Si enim, in hac præsenti vita per divinæ voluntatis opera ambulaverint, post operationem faciles invenient justitiæ vias, seipsos a cœnosa deordinatarum cupiditatum via avertentes.

Vers. 21. *Recti erunt habitatores terræ, et simplices permanebunt in ea.* Qui in actibus boni fuerunt, et in desideriis non ad carnalia proruperunt, in statu firmo virtutum habitabunt, qui vero patienter mala sustinuere et afflictos non repulerunt, non ab illo statu exsulabuntur, etsi inviti hæc ferre coacti sint.

Quia recti habitabunt terram, et sancti relinquentur in ea. Quia hi qui verum bonum invenerunt, supradictum virtutum statum, propter opera habitabunt: ab illo alieni non erunt, qui naturam pro Deo contempserunt, cum in ea ob ejus fragilitatem corporalem invenirent occasiones peccatorum.

Vers. 22. *Viæ impiorum e terra perdentur.* Opera autem eorum, qui nec metu pœnarum, nec promissorum amore, Deum honorarunt, a virtutum sede evanescent; quia nec ob æterna supplicia, a deliciis abstinuerunt, nec ob promissam merce-

A λαθέσθαι ταύτης, διατιθεμένης τὰ καθ' ἡμᾶς περὶ τὸ ἀγαθὸν, καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ.

ιη'. *Ἔθετο γὰρ παρὰ τῷ θανάτῳ τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ παρὰ τῷ ᾅδῃ τῶν γηγενῶν, τοὺς ἄξονας αὐτῆς.* Ἡ γὰρ συμβουλὴ αὕτη, ἐκ τοῦ ἀρχεκάκου ἐχθροῦ προχωρήσασα, καὶ τὸν παραδεξάμενον ταύτης Ἀδὰμ, καὶ πάντας τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἀπεργασαμένη θνητοὺς, ἐποιήσατο ἐν μὲν τῇ τούτων θνητότητι τὴν κατοικίαν ἑαυτῆς, ὡς τυραννουμένων φόβῳ θανάτου καὶ παρὰ γνώμην διὰ τὸ ζῆν, ἀντέχεσθαι τῶν καθ' ἡδονὴν παθῶν διὰ παντὸς, οἷα συνιστώσης τῆς τῶν αἰσθητῶν μεταλήψεως, καθ' ἣν τὸ ἡδυπαθὲς, τὴν φαινομένην σωματικὴν φύσιν ἡμῶν· ἐν δὲ τῇ κατὰ τὴν φθορὰν ἀφανείᾳ, μετ' αὐτῶν τῶν ἐκ τῆς ἐσχηκότων τὴν γένεσιν, τὰ τῶν ὁρατῶν κάλλη· οἷς διὰ B τὸ ἀπατηλὸν, ἄγει τούτους πρὸς τὴν τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν· ἐποιήσατο δὲ, ὡς εἴρηται, ἐν τῇ ἀφανείᾳ μετὰ τῶν γηγενῶν τὰ τῶν ὁρατῶν κάλλη· συμφθείρουσα τούτοις αὐτὰ, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν.

ιθ'. *Πάντες οἱ πορευόμενοι ἐν αὐτῇ, οὐκ ἀναστρέψουσιν· οὐδ' οὐ μὴ καταλάβωσι τρίβους εὐθείας.* Ἅπαντες οὖν οἱ κατ' ἐνέργειαν διεξερχόμενοι τὴν τοιαύτην πονηρὰν συμβουλὴν, οὐκ ἐπιστρέψουσι μετὰ τὸν θάνατον εἰς ὑπακοὴν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· οὔτ' ἐπιγνώσονται τὰς ἀπαρεγκλίτως εἰς Θεὸν ἀγούσας ἐργασίας αὐτῶν.

Οὐ γὰρ καταλαμβάνεται ὑπὸ ἐνιαυτῶν ζωῆς. Ἐπειδὴ μεταστάντες τῆς πρὸς ἐργασίαν τῶν ἐντο- C λῶν τοῦ Θεοῦ δοθείσης ἡμῖν προσκαίρου ζωῆς, οὐκέτι ὑπὸ τῶν ταύτης ἐθῶν φθάνονται, ὥστε στῆναι τῆς πρὸς ἀπώλειαν φερούσης αὐτοὺς ὁδοῦ τῆς κακίας, διὰ τὸ ἤδη εἰς αὐτὴν καταντῆσαι τὴν ἀπώλειαν.

κ'. *Εἰ γὰρ ἐπορεύοντο τρίβους ἀγαθὰς, εὕροσαν ἂν τρίβους δικαιοσύνης λείας.* Εἰ γὰρ διεξήρχοντο κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν τὰς τῶν θείων ἐντολῶν ἐργασίας, εὗρον ἂν κατὰ πεῖραν αὐτὰς τῆς δικαιοσύνης ὁδοὺς εὐμαρεῖς· οἷα τῆς τῶν παθῶν συρφετώδους ἰλύος ἀπηλλαγμένας.

κα'. *Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς· ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ.* Οἱ ἀγαθοὶ τοίνυν κατὰ προαίρεσιν, καὶ μὴ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν κατ' ἐπιθυμίαν κινούμενοι, κατοικήσουσιν εἰς τὴν παγίαν ἕξιν τῶν ἀρετῶν· οἱ δὲ κατὰ θυμὸν τὰ θλιβερὰ ὑπομένοντες, καὶ τοὺς λυποῦντας μὴ ἀμυνόμενοι, οὐ μετανα- D στεύσουσι ταύτης· κἂν πόνοις ἀκουσίοις τοῦτο παθεῖν ἐκβιάζωνται.

Ὅτι εὐθεῖς κατασκηνώσουσι γῆν· καὶ ὅσιοι ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ. Διότι οἱ τὸ ἀληθῶς αἱρούμενοι ἀγαθὸν, τὴν εἰρημένην τῶν ἀρετῶν ἕξιν οἰκήσουσι κατ' ἐνέργειαν· ταύτης δὲ ἀμετακίνητοι ἔσονται, οἱ καὶ αὐτῆς διὰ Θεὸν καταπεφρονηκότες τῆς φύσεως, διὰ τὸ εἶναι παρ' αὐτῇ κατὰ τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν, τὰς τῶν κακῶν ἀφορμάς.

κβ'. *Ὁδοὶ ἀσεβῶν, ἐκ γῆς ὀλοῦνται.* Λοιπὸν αἱ ἐργασίαι τῶν μήτε φόβῳ τῶν ἀπειλῶν, μήτε πόθῳ τῶν ἐπαγγελιῶν τιμώντων Θεὸν, ἀφανισθήσονται τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως· ἐν τῷ μήτε διὰ τὰς αἰωνίους κολάσεις, τῶν ἡδέων αὐτοὺς ἐγκρατεύεσθαι, μήτε διὰ

τὴν μέλλουσαν μισθαποδοσίαν, τὰ ἀδύνηρὰ ὑπομένειν· ἀλλὰ μεταπίπτειν ἀπὸ τοῦ δι' ἀγάπην τὸν πλησίον εὐεργετεῖν, πρὸς τὸ διὰ μῖσος τοῦτον ἀντιλυπεῖν.

Οἱ δὲ παράνομοι ἐξωσθήσονται ἀπ' αὐτῆς. Οἱ ἐντεῦθεν τὰ θεῖα προστάγματα παραβαίνοντες, τῆς τῶν πραέων ἀπελαθήσονται γῆς· ἥ ἐστιν ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ παντελὴς πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησία.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'. *Υἱὲ, ἐμῶν νομίμων μὴ ἐπιλανθάνου.* Σὺ δὲ τέκνον πνευματικὸν, τῶν προτρεπόντων σε ἐφ' ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ἀποτρεπόντων ἀφ' ὧν δεῖ μὴ ποιεῖν, ἐμῶν παραγγελμάτων, καθ' ἕξιν μνημόνευε.

Τὰ δὲ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία. Τὰ δὲ μισθὸν μὲν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἐπαγγελλόμενα, τιμωρίαν δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἀπειλοῦντά σοι ἐμὰ λόγια, ἡ σὴ κατ' ἐνέργειαν φυλαττέτω ψυχή.

β'. *Μῆκος γὰρ βίου, καὶ ἔτη ζωῆς, καὶ εἰρήνην προσθήσουσί σοι.* Τούτων γὰρ ἡ καθ' ἕξιν μνήμη, καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν φυλακὴ, αὐξήσουσι μέν σου τὴν βιοτήν· διὰ τῆς κατὰ τὸ παρὸν ἐργασίας τῶν τὴν ψυχὴν κακίας ἀπαλλαττουσῶν θείων ἐντολῶν, πρὸς τὴν διαιωνίζουσαν εὐφροσύνην σε παραπέμπουσαι· τὰ δὲ μέτρα σοι τῆς κατὰ ταύτην τὴν πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πνευματικῆς ζωῆς ἀποκτενοῦσι, διὰ τῆς καθαρευούσης πάσης αἰσθητῆς φαντασίας ἄθλου τῶν νοητῶν γνώσεως δι' ἧς ἐπαυξήσουσί σοι καὶ τὴν πάσης κακίας ἀπηλλαγμένην εἰρηναίαν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, τῇ καὶ τῆς ἀγνοίας ἀπαλλαγῇ· λοιπὸν καὶ αὐτῶν μου κατὰ μέρος τῶν παραγγελμάτων ἄκουε.

γ'. *Ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε.* Συμπάθειαι μὲν πρὸς τοὺς ὁμοφυεῖς ἐπὶ ταῖς κατ' αὐτῶν ἀκουσίοις ἐπιφοραῖς τῶν πειρασμῶν, εὐπείθειαι δὲ πρὸς Θεὸν ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ ἐντολαῖς, μὴ ἀπολιμπανέτωσάν σε.

Ἄφαψαι δὲ αὐτὰς περὶ σῷ τραχήλῳ. Ἐκκρέμασον δὲ ταύτας κατὰ προαίρεσιν, ἐν τῷ δίκην τραχήλου ὑποπίπτοντι ταύταις, ὥς τινι θείῳ ζυγῷ πρακτικῷ τῆς ψυχῆς σου.

Γράψον δὲ αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς καρδίας σου, καὶ εὑρήσεις χάριν.

Ἐγκόλαψον δὲ ταύτας κατὰ διάθεσιν τῷ παθητικῷ τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐπιτύχῃς τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος.

δ'. *Προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων.* Πρὸ πάσης ἄλλης ἐννοίας, διανοοῦ ἔμπροσθεν μὲν Θεοῦ τὸ πρὸς αὐτὸν εὐσεβὲς, ἔμπροσθεν δὲ ἀνθρώπων τὸ πρὸς αὐτοὺς εὐεργετικόν.

ε'. *Ἴσθι πεποιθὼς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐπὶ Κύριον· ἐπὶ δὲ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου.* Ἔλπιζε ἐπὶ τὸν τοῦ παντὸς Δεσπότην Θεὸν, ἐξ ὅλης ψυχῆς· ἐπὶ δὲ τῇ παρ' αὐτοῦ δοθείσῃ σοι κατὰ χάριν σοφίᾳ μὴ μέγα φρόνει.

ς'. *Ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου γνώριζε αὐτὴν, ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, ὁ δὲ πούς σου οὐ μὴ προσκόπτῃ.* Ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου ἐπιγίνωσκε αὐτὴν ὁδηγὸν, ὅπως διευθύνῃ αὐτὰ τοῦ ἀγαθοῦ

A dem labores sustinuerunt, sed ab amore et auxilio proximi defecerunt, ut eum propter odium affligerent.

Qui inique agunt auferentur ab ea. Deinde, qui mandata Dei despiciunt, a terra bonorum excludentur, quæ est concupiscentiæ et iræ ab iis quæ sunt naturæ, perfecta aversio.

CAP. III.

VERS. 1. *Fili mi, ne obliviscaris legis meæ.* Tu vero, fili spiritualis, memento secundum quod statutum est, mearum exhortationum, quæ te ad ea quæ agenda sunt, impellunt, et ab his quæ non facienda, retrahunt.

B *Et præcepta mea cor tuum custodiat.* Præcepta mea, quæ bonis actibus mercedem promittunt, pro malis vero supplicia tibi minantur, viriliter custodiat cor tuum.

VERS. 2. *Longitudinem enim dierum et annos vitæ, et pacem afferent tibi.* Horum continua memoria, et virilis observatio, tuam augebunt vitam: te ad æternum gaudium conducentes, per operationem in præsenti vita, mandatorum Dei, animam a malitia retrahentium: mensuram vero spiritualis vitæ, mandatorum observatione, amplificabunt tibi per spiritalem cognitionem rerum intellectualium ab omni sensuum fallacia purificantem, quæ tibi pacificum animæ statum augeat, ita ut, remota
C ignorantia, ab omni malitia abstineat. Nunc autem audi partem exhortationum mearum.

VERS. 3. *Misericordia et veritas non te deserant.* Miseratio proximi, in illis tribulationibus, quæ ei invito accidunt, et docilitatem ad Deum, ut ejus mandata observes, non te deserant.

Circumda eas gutturi tuo. Suspende illas, pro ratione vitæ, in potentia practica animæ tuæ, quæ, ut collum illis subdatur, quasi alicui jugo divino.

Scribe illas in tabulis cordis tui, et invenies gratiam. Insculpe illas per affectum, in potentia con-
D cupiscibile animæ tuæ, et sanctissimi Spiritus gratiam invenies.

VERS. 4. *Provide bona coram Deo et hominibus.* Ante omnem aliam cogitationem, provide coram Deo, pietatem ad illum, et coram hominibus, beneficentiam erga eos.

VERS. 5. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.* Spera ex toto corde tuo, in Deo omnium Domino, et de prudentia quæ ab eo gratis tibi data est, ne magna sentias.

VERS. 6. *In omnibus viis tuis cogita illam, ut dirigat vias tuas, et pes tuus non offendat.* In omnibus operibus tuis cognosce illam ut ducem, ut firmiter ea in bono dirigas; et intelligentia tua, qua uti

quodam pede, in anima uteris, et per intervallum operaris, ne ad ignorantiæ lapides offendas.

Vers. 7. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Ne sis doctus in rebus apud temetipsum: ne secundum solum tuum sensum de illis judices, bonum existimans quod illi placet, malum vero quod illi displicet, et inde frustraris ab eo quod non est vere bonum, et in id quod vere malum est, incidas.

Time Deum, et recede a malo. Habe autem Dei timorem, et ab omni peccato recede.

Vers. 8. *Tunc erit sanitas corpori tuo, et stabilitas ossibus tuis.* Tunc erit carni tuæ sanitas, a ferventi actionum tuarum malitia; et salvatio animæ tuæ potentiis, quæ tanquam ossa, pro ea sunt fulcimenta, ne frangantur.

Vers. 9. *Honora Deum de tuis justis laboribus.* Offer Deo, ut servus domino, ex eis quæ per laborem animæ et corporis requisivisti; ex corpore, quæ sine proximi detrimento lucratus es; ex anima, castitatem, paupertatem, et similia, quæ, et quidem illo non repetente, fideliter servasti, ut illi pro dono offeras hæc, pro quibus ejus custodivisti mandata.

Et primitias da ei de tuis fructibus justitiæ. Et ut primitias, offer illi de fructibus non rapinæ, sed terrarum tuarum, ut justus Abel, omnium honorabiliores et meliores, operum tuorum bonorum intentiones, omnia propter eum operando.

Vers. 10. *Ut impleantur horrea tua frumenti saturitate, et vino torcularia tua redundent.* Ut, Deo tibi benedictionem dante, horrea et torcularia repleantur his quæ ad corpus necessaria sunt: ut potentia animæ tuæ practica repleatur virtutibus ut quibusdam fructibus, productis quasi ex semine mandatorum divinorum, et intelligentia tua scientiæ sermonibus, ita ut divinis dogmatibus fluentibus, tanquam ex racemis, ipse abundans, more magistrorum docentium, saties aliorum animas, vino spiritali illos recreanti.

Vers. 11. *Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias, nec deficias cum ab eo corriperis.* Fili spiritualis, viriliter sustine tribulationes quæ tibi invito, judicio Dei accidunt: et ne deficias cum te arguerit de peccatis, quæ tibi manifestat per afflictionum invasionem.

Vers. 12. *Quem enim diligit Deus corripit.* Illum, qui in se Dei amorem cognoscit, corripit Dominus per tribulationes, ut recte ambulet, dum illum qui talem non sentit amorem, non corripiat. Castigatio enim non correcto, sed blasphemanti affert tribulationes

A ἀπαρέγκλιτα· καὶ τὸ διανοητικόν σου, ᾧτινι κατὰ ψυχὴν ὡς ποδὶ διήκεις, καὶ διαστηματικῶς ἐνεργεῖς, λίθοις ἀγνοίας οὐ μὴ προσκρούσῃ.

ζ'. *Μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ.* Μὴ ἔσο τῶν πραγμάτων ἐπιστήμων ἀφ' ἑαυτοῦ· κατὰ μόνην αἴσθησιν ἀλογίστως κρίνων αὐτὰ, καὶ δοκῶν καλὸν μὲν, πᾶν τὸ κατ' αὐτὴν ἡδύ· κακὸν δὲ, πᾶν τὸ κατ' αὐτὴν ἀηδές· κἀντεῦθεν ἀποτυγχάνων μὲν τοῦ ὄντως καλοῦ· περιπίπτων δὲ εἰς τὸ ἀληθῶς κακόν.

Φοβοῦ δὲ τὸν Κύριον, καὶ ἔκκλινον ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Ἀλλὰ φόβον ἔχε Θεοῦ, καὶ πάσης ἁμαρτίας ἀπόστηθι.

η'. *Τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου.* Τηνικαῦτα γὰρ ὑπάρξει
B θεραπεία μὲν τῇ σαρκί σου, ἀπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν φοροποιοῦ κακίας· περιποίησις δὲ ταῖς δίκην ὀστέων τονωτικαῖς τῆς ψυχῆς σου δυνάμεσιν, ὥστε μὴ τοῦ δέοντος παραθραύεσθαι.

θ'. *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων.* Πρόσφερε δὲ τῷ Θεῷ, ὡς δεσπότῃ δοῦλος, ἀφ' ὧν αὐτὸς περὶ τὴν σωματικὴν καὶ τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν πεπόνηκας· ἐκ μὲν τῆς σωματικῆς, τὰ μὴ ἐκ βλάβης τῶν πέλας ἐπικτηθέντα σοι· ἐκ δὲ τῆς πνευματικῆς, παρθενίαν, ἀκτημοσύνην, καὶ τὰ ὅμοια· ἅπερ καὶ μὴ ἀπαιτηθεὶς παρ' αὐτοῦ, δικαίως ἐφύλαξας, ὥστε δῶρα προσαγαγεῖν αὐτῷ ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐτήρησας ἐντολῶν αὐτοῦ.

Καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης.
C Καὶ ὥς τινας ἀπαρχὰς πρόσαγε τούτῳ, τῶν μὲν μὴ ἀπὸ ἁρπαγῆς ἀλλ' ἀπὸ τῆς σῆς ἀρούρης καρπῶν, κατὰ τὸν μακάριον Ἄβελ, τοὺς τῶν ἄλλων τιμιωτέρους καὶ κρείττονας· τῶν δὲ κατ' ἀρετὴν ἔργων σου, τὰς αἰτίας· ποιῶν ἅπαντα ταῦτα διὰ Θεόν.

ι'. *Ἵνα πιμπλῶνται τὰ ταμιεῖά σου πλησμονῆς σίτου, οἴνῳ δὲ αἱ ληνοί σου ὑπερβλύζωσιν.* Ἵνα σοῦ τῆς παρὰ Θεοῦ τυγχάνοντος εὐλογίας, αἱ μὲν ἀποθῆκαι καὶ αἱ ληνοὶ πλήρεις ὑπάρχωσι τῶν τῷ σώματι χρειωδῶν· ἡ δὲ πρακτική σου ἕξις πεπληρωμένη εἴη τῶν ὡς ἔκ τινος σπόρου τῶν θείων ἐντολῶν, γεωργουμένων κατὰ πρᾶξιν ἀρετῶν, οἷά τινων καρπῶν· καὶ ἡ θεωρητικὴ πληρουμένη τῶν κατὰ γνῶσιν λόγων· προχεομένων, ὡς ἔκ τινων βοτρύων, τῶν θείων δογμάτων, ὑπερεκχέῃ διδασκα-
D λικῶς ποτίζουσα τὰς τῶν ἄλλων ψυχὰς, τὸν ταύτας εὐφραίνοντα νοητὸν οἶνον.

ια'. *Υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.* Τέκνον πνευματικὸν, γενναίως φέρε τὰ κρίσει Θεοῦ ἀκουσίως σοι ἐπερχόμενα θλιβερά· καὶ μὴ κατάπιπτε, παρὰ τούτου ὑπομιμνησκόμενός σου τὰ ἁμαρτήματα, δηλοποιοῦντός σοι ταῦτα διὰ τῆς τῶν δυσχερῶν ἐπαγωγῆς.

ιβ'. *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει.* Τὸν γὰρ ἐπιγινώσκοντα τὴν τούτου πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, παιδεύει ὁ Κύριος διὰ τῶν ὀδυνηρῶν πρὸς διόρθωσιν· ἐπειδὴ τῷ μὴ ταύτην ἐπιγινώσκοντι, οὐ παιδεία· τιμωρία δὲ, μὴ διορθουμένῳ, ἀλλὰ βλασφημοῦντι, ὑπάρχει τὰ λυπηρά.

Μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. A Πληγὰς δ' ἐπιφέρει παντὶ κατ' ἀρετὴν μὲν καὶ γνῶσιν υἱοθετουμένῳ αὐτῷ, μεγαλαυχοῦντι δὲ ἐφ' οἷς κατορθοῖ· ὅπως πείσῃ αὐτὸν μετριοφρονεῖν ἐπὶ τούτοις, καὶ ὁλοτελῶς, ἀλλὰ μὴ ἐκ μέρους αὐτῷ προσέρχεσθαι· ὃν παρὰ μέρος δέχεταί τε καὶ ἀποπέμπεται· τὸ μὲν, διὰ τὸν ἐνάρετον βίον· τὸ δὲ, διὰ τὸ μὴ φρονεῖν ταπεινά.

ιγ'. *Μακάριος ἄνθρωπος, ὃς εὗρε σοφίαν· καὶ θνητὸς, ὃς εἶδε φρόνησιν.* Λοιπὸν ἀείμνηστος, ὁ κατὰ μὲν τὸ νοούμενον ἀνθρώπῳ ὁρῶν, καθ' ὃ καὶ κέκληται ἄνθρωπος· κἀντεῦθεν ψηλαφήσας τῇ ἐν πνεύματι φυσικῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, τὸν τούτων αἴτιον Θεόν· καὶ τούτου ἐπιτυχὼν γνωστικῶς ἐκ τῶν ποιημάτων, ὡς ἐντεῦθεν τῆς περὶ τὰ πρόσκαιρα ἀπάτης, οἷά τινος ἀχλύος σκεδαννυμένης αὐτόπτης B κατὰ πεῖραν πρακτικὴν γενόμενος τῆς ἀντιπάλου τῇ τε ἀνοίᾳ καὶ τῇ ὑπερνοίᾳ ἕξεως, ἥ ἐστι φρόνησις· ἀντίκειται γὰρ αὕτη, τῇ μὲν ἀνοίᾳ ἐν τῷ ἐμποιεῖν ἡμῖν τῶν προσκαίρων κατάγνωσιν, καὶ τῶν αἰωνίων ὄρεξιν· τῇ δὲ ὑπερνοίᾳ ἐν τῷ ἐμποιεῖν αὖθις ἡμῖν τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐπίγνωσιν.

ιδ'. *Κρεῖσσον γὰρ αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι, ἢ χρυσίου καὶ ἀργυρίου θησαυρούς.* Ἐπειδὴ κάλλιόν ἐστι τὴν αἰτίαν τῆς φρονήσεως σοφίας, ὤνιον ποιεῖσθαι ἡμᾶς διὰ πάντων τῶν καθ' ἡμᾶς· ἐν μὲν πειρασμοῖς ἀνενδότους, κατὰ δὲ βίον λαμπροὺς, χαρίζεται ἡμῖν τό τε τοῦ χρυσοῦ ἐν καμίνῳ ἀμείωτον, καὶ τὸ τοῦ ἀργυρίου καθαρὸν, ἢ αὐτοῦ χρυσίου καὶ ἀργυρίου κτᾶσθαι πολλοὺς θησαυρούς. C

ιε'. *Τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν.* Πολυτιμωτέρα δ' αὕτη ἐστὶ λίθων πολυτιμήτων· ὅτι εἰς μὲν τὴν τούτων ἐμπόρευσιν, ἅτε ῥευστῆς ὄντων ὕλης, ἄψυχος πάλιν ὕλη, χρυσὸς ἁδρὸς, ἢ ἄργυρος καταβάλλεται· εἰς δέ γε τὴν τῆς σοφίας, ἡμεῖς αὐτοὶ τὸ τιμιώτατον Θεοῦ κτῆμα καὶ οἰκειότερον.

Οὐκ ἀντιτάσσεται αὐτῇ οὐδὲν πονηρόν. Οὐκ ἀνθίσταται αὐτῇ οὐδεμία κακία· ἐνλάμψασα γὰρ ἡμῖν κατά τε γνῶσιν καὶ ἀρετὴν, πᾶσαν ἀγνοίας καὶ κακίας μακρὰν ἡμῶν ἀπελαύνει σκοτόμαιναν.

Εὔγνωστός ἐστι πᾶσι τοῖς ὀργίζουσιν αὐτῇ. Εὔληπτος οὖν ἐστι τοῖς ταύτῃ κατὰ μίμησιν πλησιάζουσιν· οἷα τῷ κατ' εἰκόνα λόγῳ, καὶ τῷ καθ' ὁμοίωσιν τρόπῳ θεωρουμένη ὡς ἀρχέτυπον. D

Πᾶν δὲ τίμιον, οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν. Οὐδὲν δὲ τῶν παρ' ἡμῖν τιμιωτάτων, ταύτης ὑπάρχει ἀντάξιον· ὅτι ὑπὲρ πάντα ἐστὶ κατ' οὐσίαν, κἂν ἐν πᾶσίν ἐστι κατ' ἐνέργειαν· διόπερ ταύτης κατὰ χάριν μεταλαμβάνομεν, μηδὲν ἄξιον αὐτῆς ἀντεισφέροντες.

ις'. *Μῆκος γὰρ βίου, καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς.* Παρὰ δὲ τῇ ὡς δεξιᾷ, τελειοτέρα ταύτης ἐνεργείᾳ, ἥτις ἐστὶν ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη, ὑπάρχει τό τε μέγεθος τῆς κατὰ τὸν νόμον τὸν πνευματικὸν ἐναρέτου πολιτείας, πάντως ἡ τὴν κατὰ τὸν φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν νόμον δικαιοσύνην ὑπερβαίνουσα ὁσιότης, καὶ μέτρα τῆς καθαρᾶς πάσης αἰσθητῆς φαντασίας ἀΰλου ἐν πνεύματι γνώσεως.

Flagellat omnem filium quem recipit, Flagellat omnem, qui per virtutem et scientiam pro filio ab eo adoptatus est, et qui de iis in quibus dirigitur, gloriatur; et ita inducit illum, ut sit de his modestus, et seipsum illi totaliter non ex parte donet: Deo enim proximata et vicissim ab eo alienatur, unum, per vitam rectam, alterum per superbiam efficiendo.

VERS. 13. *Beatus homo qui invenit sapientiam, et mortalis qui vidit prudentiam.* Deinde, omni memoria dignus est, qui de homine judicat secundum animam, qua et vocatur homo: qui spirituali rerum naturalium contemplatione, illarum auctorem Deum quærit: qui ex illis per scientiam ad illum perveniens, fallaci de temporalibus judicio ut nube remota, per suam practicam experientiam, cognovit statum, ignorantiæ et superbiæ oppositum, quod est prudentia: hæc enim stultitiæ opponitur, quia in nobis temporalium contemptum, et æternorum desiderium excitat; superbiæ, quia de propria fragilitate nos instruit.

VERS. 14. *Melior est acquisitio ejus, auri et argenti thesauris.* Cum melius sit sapientiam et prudentiam nos emptione acquirere, per ea quæ pene nos sunt, patientia in tentationibus, et puritate vitæ (delectat enim nos in camino aurum non minui, et fulgere argentum), quam multos auri et argenti thesauros comparare.

VERS. 15. *Pretiosior est pretiosissimis lapidibus.* Illa pretiosior est lapidibus pretiosissimis; in horum enim negotiatione, tanquam caducæ materiæ, solvitur multum aurum vel argentum, quæ sunt æqualiter vilis materia, in negotiatione autem prudentiæ, nos ipsi pretiosissimam et familiarem Dei acquirimus possessionem.

Non resistit ei ullum malum. Non resistit illi ulla malitia: nam fulgens in nobis per scientiam et virtutem, omnem ignorantiæ et malitiæ, longe a nobis removet obscuritatem.

Manifesta est omnibus qui irritant illam. Facile apprehenditur, ab iis qui eam imitari conantur; ut archetypus æstimata, in diversis imaginis, et similitudinis modis.

Omne pretium non est illa dignum. Nihil eorum a nobis ut pretiosissimorum, existimatorum, potest illi comparari; quia est essentia omnibus superior, etsi sit in omnibus virtute. Idcirco per gratiam illi participamus, nihil ea dignum existimantes.

VERS. 16. *Longitudo dierum, et anni vitæ in dextera ejus.* Perfectio ejus in virtute, tanquam in dextera, qua est divinorum scientia, est sublimitas vitæ bonæ secundum legem spiritualem, ut sanctitas, justitiam legis naturalis et scriptæ transcendens et mensura annis puræ visibilium contemplationis, intellectuali cognitione.

Et in sinistra ejus divitiæ et gloria. Imperfectio ejus in virtute tanquam in sinistra, quæ humanorum scientia intelligitur, est abundantia virtutum secundum legem naturalem et scriptam, et pia divinorum judiciorum, naturali meditatione acquisita cognitio, scilicet vera in rebus visibilibus gloria.

Ex ore ejus procedit justitia; legem et misericordiam in lingua portat. Et ex verissima ejus doctrina, tanquam ex aliquo ore, procedit regula virtutum; quæ tres animæ potentias servat, ut ad cupiditates quæ ex defectu vel ex excessu virtutis oriuntur, non inclinentur: omnem mali operis remotionem, et pietatem erga omnes homines affert sapientiæ sermo doctrinalis; quasi quadam lingua, vitas hominum ad virtutem ordinat.

VERS. 17. *Viæ ejus, viæ pulchræ.* Optimæ virtutis scientiæque leges, et dogmata, in quibus quasi in viis deambulans sapientia, in unoquoque salutis cursum operatur, facile ab iis implentur, qui eis conformem agunt vitam.

Omnes semitæ ejus pacificæ. Et gradus virtutum, quibus optime ad salutem ducit illos qui eam sequuntur, eum omni cupiditatum destructione producuntur in iis, qui nec ob gloriam, nec ob aliis placendi desiderium et superbiam, virtutem vel divinorum mandatorum meditationem persequuntur.

VERS. 18. *Lignum vitæ omnibus qui apprehenderint eam, et iis qui super eam, ut in Deum se firmaverint, beatitudo.* Lignum, spiritualis vitæ fructum ferens, est in omnibus qui per affectum ad eam aspirant, et illos qui in ea, per fidem, tanquam in omnipotenti Dei sermone nituntur, ab omni malo custodit.

VERS. 19, 20. *Dominus sapientia fundavit terram; prudentia stabilivit cœlum: sapientia illius eruperunt abyssi; et nubes stillant rorem.* Cum supradictis sapientiæ beneficiis, ipse Deus et Pater, sapientia, quasi sua per se subsistente potestate consolidavit siccam terram super naturam fluentium aquarum: proprio consilio cœlos extendit: et sub firmamento et super firmamentum suo judicio aquæ sunt divisæ: et pluviis terram irrigare, nubes mandaverunt.

VERS. 21. *Fili, ne effluaris.* Idcirco, fili, qui scis omnia verbo Dei subsistere, ne per creaturarum pulchritudinem et sublimitatem exciteris, ad illas in deos accipiendas, et ad Deum, omnium creatorem non cognoscendum.

Observa meum consilium, et scientiam. Custodi in praxi meum consilium, facienda tibi proponens, et in theoria piam erga Deum intelligentiam.

VERS. 22. *Ut vivat anima tua.* Ut tua anima liberata a morte quam per ignorantiam veri boni,

A *Ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα.* Παρὰ δὲ τῇ ὡς ἀριστερᾷ, ἀτελεστέρα ταύτης ἐνέργεια, ἥτις ἐστὶν ἡ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη, ὑπάρχει ὅ τε κατὰ τὸν φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν νόμον πλοῦτος τῶν ἀρετῶν, καὶ ἡ κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν εὐσεβὴς τῶν θείων κριμάτων ἀνάληψις, ἡ ἀληθὴς δηλαδὴ περὶ ὁρατῶν δόξα.

Ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς ἐκπορεύεται δικαιοσύνη· νόμον δὲ καὶ ἔλεον ἐπὶ γλώσσης φορεῖ. Καὶ ἐκ τῆς ἀληθεστάτης διδασκαλίας αὐτῆς, ὡς ἐκ στόματος, πρόεισι κανὼν ἀρετῆς· τηρῶν ἀπαρέγκλιτον, πρός τε τὰ κατ' ἔλλειψιν ταύτης καὶ τὰ καθ' ὑπερβολὴν πάθη, τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς· ἀποτροπὴν δὲ παντὸς πονηροῦ πράγματος, καὶ συμπάθειαν πρὸς πάντας ἀνθρώπους, περιβέβληται αὐτὸς ὁ διδασκαλικὸς λόγος αὐτῆς· ᾧτινι οἷα γλώττῃ, ρυθμίζει πρὸς ἀρετὴν τὸν ἀνθρώπινον βίον. B

ιζ'. *Αἱ ὁδοὶ αὐτῆς, ὁδοὶ καλαί.* Οἱ δὲ κατ' ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν διάφοροι θεσμοὶ, καὶ τὰ δόγματα, οἷς αὕτη ὥς τισιν ὁδοῖς ἐμπεριπατοῦσα, τὸν ἐν ἑκάστῳ ποιεῖται τῆς σωτηρίας δρόμον, εὐμαρῆ εἰσι τοῖς κατὰ ταῦτα τὴν οἰκείαν διεξερχομένοις ζωήν.

Καὶ πᾶσαι αἱ τρίβοι αὐτῆς μετ' εἰρήνης. Καὶ οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν, οἷς διαφόρως ἄγει πρὸς σωτηρίαν τοὺς ἑπομένους αὐτῇ, ἐνεργοῦνται μετὰ πάσης ἀπαλλαγῆς παθῶν παρὰ τούτων· ὡς μήτε δόξης ἕνεκεν, μήτε χάριν ἀνθρωπαρεσκείας καὶ ἐπιδείξεως, τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν μελέτην τῶν θείων λόγων μετερχομένων.

C ιη'. *Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής.* Φυτὸν γάρ ἐστι καρποφοροῦν τὴν ἐν πνεύματι ζωὴν, ἅπασι τοῖς κατὰ διάθεσιν ἀντιποιουμένοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπὶ ταύτῃ κατὰ πίστιν ἐστηριγμένοις, ὡς ἐπὶ παντοκράτορι Θεῷ Λόγῳ, φυλακτικὴ ἀπὸ παντὸς ὑπάρχει κακοῦ.

ιθ', κ'. *Ὁ Θεὸς, τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἡτοίμασε δὲ οὐρανὸν ἐν φρονήσει· ἐν αἰσθήσει αὐτοῦ ἄβυσσοι ἐῤῥάγησαν, νέφη δὲ ἐῤῥύη δρόσον.* Μετὰ πάντων δὲ τῶν εἰρημένων τῆς σοφίας κατορθωμάτων, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ταύτῃ ὡς ἐνυποστάτῳ δυνάμει αὐτοῦ ἐπήξατο ἐπὶ τῆς ῥυτῆς τῶν ὑδάτων φύσεως τὴν ξηρὰν γῆν· παρήγαγε δὲ οὐρανοὺς τῇ ἰδίᾳ βουλῇ· καὶ τῇ κρίσει D αὐτοῦ διῃρέθη τὰ ὕδατα ἄνω καὶ κάτω τοῦ στερεώματος· ὑδρεύειν δὲ τὴν γῆν ὑετῷ τὰ νέφη ἐτάχθησαν.

κα'. *Υἱὲ, μὴ παραῤῥυῇς.* Διὸ, τέκνον, μαθὼν ὅτι τῷ λόγῳ Κυρίου ὑπέστη τόδε τὸ πᾶν, μὴ παρατραπῇς διὰ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων, εἰς τὸ ταῦτα θεοποιῆσαι, καὶ τὸν γενεσιουργὸν πάντων Θεὸν ἀγνοῆσαι.

Τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν καὶ ἔννοιαν. Φύλαξον δὲ τὴν ἐμὴν ἐν μὲν τοῖς πρακτέοις παραίνεσιν τὸ δέον ὑποτιθεμένην σοι, ἐν δὲ τοῖς θεωρητέοις τὴν εὐσεβῆ περὶ Θεοῦ ἔννοιαν.

κβ'. *Ἵνα ζήσῃ ἡ ψυχή σου.* Ὅπως τῆς δι' ἄγνοιαν τοῦ ὄντως καλοῦ ἐκ τῶν παθῶν νεκρώσεως

ἀπαλλαγεῖσά σου ἡ ψυχὴ, τῆς ἐν πνεύματι ἀπαθεστάτης γνωστικῶς ἀξιωθείη ζωῆς. A

Καὶ χάρις ᾖ περὶ σῷ τραχήλῳ. Καὶ οἷα δικαιοσύνης ζυγὸς, ἡ λαμπρότης τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ἐνυπάρχῃ ὥς τινι τραχήλῳ τῷ σῷ προαιρετικῷ πρακτικῶς.

Ἔσται δὲ ἴασις σαρξί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου. Ὑπάρξει δὲ θεραπεία τῶν τῇ ἡδυπαθείᾳ κατατριβομένων τοῦ σώματός μου μελῶν, ἡ σωφροσύνη· καὶ περιποίησις τῶν δίκην ὀστέων τονωτικῶν τῆς ψυχῆς σου δυνάμεων, εἰς τὸ μὴ τοῦ ἁρμόζοντος παραθραύεσθαι, ἡ εὐσεβὴς περὶ Θεοῦ ἔννοια.

κγ'. *Ἵνα πορεύῃ πεποιθὼς ἐν εἰρήνῃ πάσας τὰς ὁδούς σου, ὁ δὲ πούς σου οὐ μὴ προσκόπτῃ.* B Ὡς ἂν πρακτικῶς διεξέρχῃ θαῤῥῶν, ἐν ἀπαθεστάτῃ ἕξει καὶ ἀταράχῳ, πάσας τὰς εἰς Θεὸν φερούσας τούτου ἐντολάς· καὶ τὸ ἀπὸ προτάσεων ὀρχόμενον, καὶ μέχρι συμπερασμάτων διῆκον διανοητικόν σου, οὐ μὴ προσκρούῃ δόξαις ψευδέσιν.

κδ'. *Ἐὰν γὰρ κάθῃ, ἄφοβος ἔσῃ· ἐὰν δὲ καθεύδῃς, ἡδέως ὑπνώσεις.* Εἴτε γὰρ τοῦ πόνου τῆς ἀρετῆς μικρὸν τὴν σάρκα διαναπαύεις, οὐ φοβηθήσῃ τὰς ἐφόδους τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας· ὡς ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχων προσηλωμένον Θεῷ· εἴθ' ὑπνοῖς τὸν τίμιον ἐναντίον Κυρίου θάνατον τῶν ὁσίων αὐτοῦ, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως καὶ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν, ἔσῃ ἐπευφραινόμενος.

κε'. *Καὶ οὐ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελθοῦσαν, οὐδὲ ὁρμὰς ἀσεβῶν ἐπερχομένας.* C Καὶ οὐ πτοηθήσῃ διὰ συνειδὸς ἀκατάγνωστον, ἐκδειμάτωσίν τινα δαιμονιώδη, παραγενομένην σοι μετὰ τὴν ἔξοδον τῆς παρούσης ζωῆς, ὥστε διακόψαι σε τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος· οὔτε καταδρομὰς τῶν ἀποστάντων τούτου, καὶ μὴ τιμώντων αὐτὸν πνευμάτων τῆς πονηρίας, ἐπιούσας σοι ἐν ζωῇ, ὥστε τῶν θείων ἐντολῶν παραβάτην ἀποδεικνύειν σε.

κς'. *Ὁ γὰρ Κύριος ἔσται ἐπὶ πασῶν ὁδῶν σου, καὶ ἐρείσει σὸν πόδα, ἵνα μὴ σαλευθῇ.* Αὐτὸς γὰρ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης Θεὸς, ἔσεται ἐν πάσαις ταῖς ἐν ζωῇ κατ' ἀρετὴν πορείαις σου, ὁδηγῶν σε πρὸς σωτηρίαν, διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον τῆς παρούσης ζωῆς, στηρίξει ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐλπίδα σου, ὥς τινα πόδα, ἐν ἀσφαλεῖ D τόπῳ, ἵνα μὴ αὐτοῦ ἀποστῇ· ἡ δὲ τὰ πρακτέα σοι ὑποτιθεμένη ἐμὴ παραίνεσις, αὕτη ἐστίν.

κζ'. *Μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ, ἡνίκα ἂν ἔχῃ ἡ χείρ σου βοηθεῖν.* Μὴ παύσῃ εὐεργετεῖν τὸν ἔχοντα χρείαν εὐεργετεῖσθαι· ἕως ἂν σοι εἰς τὸ ἐπαρκεῖν αὐτῷ, περιουσία ἐστίν.

κη'. *Μὴ εἴπῃς· Ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Μὴ παραπέμψῃς αὐτὸν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, εἰπὼν, ὅτι Τὴν σήμερον μὲν ὑποχώρησον, τὴν δ' αὔριον ἐλθὲ, καὶ οὗ χρείαν ἔχεις παράσχω σοι, ἰσχύος προσούσης σοι παραυτίκα τοῦτον εὐεργετεῖν· ἀγνοεῖς γὰρ τί ἐπάγει ἡ αὔριον.

A operantur cupiditates, cum sciendi potentia digna habeatur vita spiritali quæ sit a cupiditatibus libera.

Et gratia sit circa guttur tuum. Et quasi justitiæ jugum, splendor mandatorum Dei, tuæ practicæ voluntati, tanquam collo, circumdetur.

Erit sanitas carni tuæ, et curatio ossibus tuis. Sanatio corporis tui membrorum, a voluptate consumptorum, erit temperantia: et salus animæ tuæ potentiarum quæ, tanquam ossa sunt pro ea fulcimenta, ne ab eo qui ea in propriam sedem collocat, frangantur, erit pia erga Deum cogitatio.

Vers. 23. *Ut ambules in fiducia et pace omnes* B *vias tuas, et pes tuus non offendat.* Ut practice fiducia, plenus, vita non turbata, quæ sit a cupiditatibus libera, ingrediaris omnia Dei mandata, ad illum ferentia: ut tua intelligentia, a principiis ad conclusiones, percurrens quæstiones, ad sententias falsas non offendat.

Vers. 24. *Si descendas, sine timore eris; si dormieris, suaviter dormies.* Si corpus tuum labore virtutis fessum, paululum requiescere volueris, ab incursionibus spirituum malignorum non timebis, quia semper spiritus tuus in Deo fixus est. — Si dormieris mortem sanctorum Dei, pretiosam in conspectu ejus, resurrectionis et bonorum a Dec promissorum spe gaudebis.

Vers. 25. *Non timebis terrorem repentinum, nec* C *desolationem impiorum, cum venerit.* Non timebis, ob tuam irreprehensibilem conscientiam, a timore dæmonis qui, in transitu ab hac præsenti vita, tibi aderit, ut te a Dei spe avertat: non formidabis incursiones Dei inimicorum, et spirituum malitiæ, illum non colentium qui in vita te invadunt, ut te Dei mandatorum violatorem efficiant.

Vers. 26. *Dominus erit in omnibus viis tuis, et firmabit pedem tuum, ne titubet.* Ipse autem Deus, omnium Dominus, erit in omnibus vitæ bonæ tuæ semitis, te per sua sancta mandata ad salutem ducens; sed etiam in transitu a vita præsenti, tuam in eo spem, ut quemdam pedem, in loco tuto, D consolidabit, ne ab eo separeris: hæc sunt autem quæ practica tibi proponit meum consilium.

Vers. 27. *Ne abstineas benefacere indigenti, quando poterit manus tua benefacere.* Ne desinas benefacere illi, cui opus est auxilio, quandiu illi succurrendi potestas erit tibi.

Vers. 28. *Ne dicas: Abiens, redi, et cras dabo, cum possis benefacere; nescis enim quid parturiet crastina dies.* Ne remittas illum in crastinam diem, dicens: Hodie abi, cras veni, et illud cujus opus est tibi dabo, cum sit tibi modo, illi benefaciendi prompta potentia; ignoras enim quid adducet crastinum.

VERS. 29. *Ne machineris amico tuo mala, qui habitat tecum, et qui in te confidit.* Ne machineris spiritualia corporaliaque mala, contra hominem, qui a te propter communem naturam amari debet, qui tibi proximus est, et post Deum suam spem collocat in te, tanquam in eo qui illi subvenire potest in his quæ a te requirit pro animæ corporisque salute : nec contra carnem propter amorem, machineris cupiditates, quæ ex defectu vel ex excessu virtutis oriuntur, quia illa, ut mortalis, transitorie et non stabiliter tuæ animæ conjungitur, et a potentia ejus rationabili naturaliter exspectat, ut sibi provideatur : sed provide ambobus ; illi qui est ejusdem naturæ, ut auxilieris ei : carni tuæ, ut vivat ; et ita illam habeas adjutricem ad bonum et non ad voluptatem, et ne tibi thesaurizes materiam ignis æterni.

VERS. 30. *Ne oderis hominem frustra, ne faciat tibi aliquid mali.* Ne diligas, seu adversus aliquem hominem odium, ut non aliquod malum spiritale vel corporale afferat tibi : seu odium vanum adversus carnem, propter suam naturæ humanæ fragilitatem, et suam facilem, in laboribus, qui illi invito accidunt, deficientiam, ne in te perficiat physicam destructionem, quæ, illius mortem, omnium malorum pessimum, ob negligentiam, afferat.

VERS. 31. *Ne acquiras malorum hominum injurias.* Ne attrahas reprehensiones quas merentur peccatores.

Nec zelaveris eorum vias. Ne fias eorum operum imitator.

VERS. 32. *Impurus enim apud Deum, omnis violator legis.* Impurus est enim ante Deum, etiamsi se abscondere tentet, omnis mandatorum ejus transgressor.

σίαν τούτοις δίδοται δύναμις, ὡς ἐνυποστάτου δυνάμεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

ιε'. *Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι.* Δι' ἐμοῦ, ὡς Θεοῦ Λόγου, οἱ τῶν παθῶν αὐτοκράτορες ἐννόμων ἐπιστατοῦσι τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῷ θυμῷ.

Καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην. Καὶ οἱ καθυποτάσσοντες τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, τὸν χοῦν κατὰ πρᾶξιν ἠθικῶς διαπλάττοντες, διὰ τούτου σημειοῦνται, ὡς διὰ μέλανος, τὴν τῆς ψυχῆς ἀῤῥεπῆ κρίσιν πρὸς τὰ κατ' ἔλλειψιν τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπερβολὴν πάθη ἐμοῦ τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς τούτοις ὑπαγορεύοντος.

ις'. *Δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλοῦνται.* Δι' ἐμοῦ, ὡς ἀλαθήτου γνώστου, καὶ ἐσχάτου ὀρεκτοῦ, οἱ κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν προὔχοντες, κατὰ ταύτας περιφανεῖς καὶ ἐπίδοξοι γίνονται.

Καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. Καὶ οἱ τὴν γήϊνον σάρκα παραβιαζόμενοι, πρὸς τὸ ταύτης ἀπονεκρῶσαι φρόνημα, δι' ἐμοῦ αὐτῆς κυριεύουσιν· ὡς τὸν πόθον πρὸς τὰ νοούμενα ἀπὸ τῶν φαινομένων μετάγοντος.

ιζ'. *Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ.* Αὐτὸς, διὰ τῶν ἐμῶν ἐντολῶν, τοὺς ἀγαπῶντάς με ἀπαλλάττων τῶν παραλόγων παθῶν, γνώριμον τούτοις τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην μου καθιστῶ· κἂν πάντας ἀνθρώπους ὡς πλάσμα ἴδιον ἀγαπῶ, ἐπίσης θέλων πάντων τὴν σωτηρίαν.

Οἱ δὲ ἐμὲ ζητοῦντες, εὑρήσουσι χάριν. Οἱ δὲ πρός με τὸ τέλος τῶν γνωστῶν, τὴν ἀλήθειαν, κατὰ νοῦν κινούμενοι μετ' ἐφέσεως, τῆς τοῦ ὁμοφυοῦς μοι πνεύματος ἐπιτεύξονται χάριτος· χαριζομένου τούτοις, ἐν τῷ εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν αὐτοὺς ὁδηγεῖν, ἐμοῦ τῆς σοφίας τὴν μέθεξιν.

ιη'. *Πλοῦτος καὶ δόξα ἐμοὶ ὑπάρχει, καὶ κτῆσις πολλῶν, καὶ δικαιοσύνη.* Ὁ γὰρ τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων ἀκένωτος θησαυρὸς, καὶ ἡ ἀκήρατος εὔκλεια, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀγαθὰ, πρὸς δὲ καὶ κατὰ φύσιν· ἥ τε καθ' ἕξιν γνῶσις τῶν διαφόρων λόγων καθ' οὓς γεγόνασί τε τὰ πάντα καὶ ἀκίνητα μένουσι, καὶ ἡ κατὰ τούτους πρὸς τὰ κατ' ἔλλειψιν τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπερβολὴν πάθη, ἀῤῥεπὴς κρίσις, ἐν ἐμοί ἐστιν, ὡς δοτῆρι μὲν τῶν ὑπὲρ φύσιν ἀγαθῶν, αἰτίῳ δὲ τῶν κατὰ φύσιν.

ιθ'. *Βέλτιον ἐμὲ καρπίζεσθαι, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν.* Κρεῖττον λοιπὸν ὑπὲρ χρυσόν τε καὶ λίθους μὴ εὐαριθμήτους πολυτιμήτους, τὰ ἐν κόσμῳ τερπνὰ, ἐμὲ τὸν τῆς ἀθανασίας καρπὸν, ὡς ἐν παραδείσῳ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συλλέγειν· ἐν τῷ αἱρεῖν με ἐκ πάντων, κατὰ τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν αὐτῶν, ὡς ὑπὲρ πάντα κατ' οὐσίαν ὑπάρχοντα.

Τὰ δὲ ἐμὰ γεννήματα κρεῖσσον ἀργυρίου ἐκλεκτοῦ. Τὰ δὲ ἐμὰ θελήματα, οἷς διὰ τὰ πάντα πᾶσι πάντα γίνομαι κατ' ἐνέργειαν, κάλλιόν εἰσιν ὑπὲρ ἐπίλεκτον ἄργυρον, ὡς τούτου καθαρωτέρους καὶ λαμπροτέρους ἀποδεικνύοντα τοὺς ποιοῦντας αὐτά.

κ'. *Ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης περιπατῶ.* Ταῦτα γὰρ

A nem illis conceditur potentia, a me ut a potestate Dei ac Patris persubsistente.

Vers. 15. *Per me reges regnant.* Per me, ut divinum Verbum, ii qui *cupiditatis conformis legi imperant*, imperant concupiscentiis et tumoribus.

Et potentes scribunt justitiam. Et illi, qui spiritui carnem subjiciunt, in praxi effluenter secundum moralem terram confingunt, per hoc tanquam per atramentum, me illis virtutis verbum mutuante firmum animæ judicium circa cupiditates, ex def. et exc. virtutis connotant.

Vers. 16. *Per me principes imperant.* Per me tanquam ab illo quem nihil latet, et supremo concupiscibili, et qui in scientia et virtute potentes
B per has inclyti et celebres fiunt.

Et per me tyranni terræ imperant. Et ii qui terrenam carnem reprimunt, ad ejus superbiam mortificandam, illi per me imperant: tanquam desiderium illorum a visibilibus ad intellectualia transferentem.

Vers. 17. *Ego diligentes me diligo.* Ipsi per mea præcepta, me diligentes ab iniquis cupiditatibus liberantur; illis meum pro ipsis amorem cognitum ostendo cum omnes homines tanquam proprium opus diligam volens etiam omnium salutem.

Qui me quærunt, invenient gratiam. Qui vero ad me, terminum scientiarum, veritatem, desiderio
C spirituali moventur, gratiam spiritus qui ejusdem ac ego naturæ, obtinebunt sapientiæ participationem, ut in omnem veritatem ducantur, me illis concedente.

Vers. 18. *Divitiæ et gloria mecum sunt, opes multæ et justitia.* In promissionibus reservatorum verus thesaurus, et incorruptibilis gloria, id est, bona supernaturalia, et bona quæ secundum naturam et pro natura: et a vera superiorum legum scientia, per quas omnia facta sunt, et firma remanent; et rectum judicium quod ex illis de cupiditatibus ex def. et exc. virtutis, eruitur, in me sunt, tanquam in datore bonorum supernaturalium.

D Vers. 19. *Melius me fructum colligere quam aurum et lapidem pretiosum multum.* Melius est quam aurum, et lapides pretiosissimos et innumerabiles, in mundo jucunda, me immortalitatis fructum, ut in paradiso ex toto mundo colligere; ex omnibus capiendo, pro illorum in spiritu naturali meditatione, quasi super omnia per essentiam subsistam.

Et genimina mea super argentum electum. Et voluntates meæ, quibus per omnia, omnibus omnia factus sum virtute, meliores sunt argento probato, cum illas sequentes, argento puriores et fulgentiores reddant.

Vers. 20. *In viis justitiæ ambulo.* Hæc illis, tan-

quam vias ad vitam irreprehensibilem conducentes, doctrinaliter ostendo.

Et in medio semitarum justificationis sto. Et in medio eorum, qui mihi veritati inhærentes, et bonum hominibus placendi desiderio non simulantes, earum voluntatum modos servant, vigilias ago adversus cupiditates quæ ex defectu et excessu virtutis oriuntur.

VERS. 21. *Ut dividam me diligentibus bona.* Ut dividam me amantibus, secundum partem cuique proportionatam gratuitas divitias deificationis per gratiam.

Et illorum thesauros impleam bonis. Et inde implebo eorum intellectuales et concupiscibiles potentias, quibus virtutem et scientiam in vita thesaurizarunt promissis a me bonis, ita ut experiantur et videant meum splendorem, et fruantur in contemplatione gloriæ meæ.

Si vobis nuntio secundum diem facta, memor ero a sæculo numeratorum. Si vobis monstravero a me pro salute hominum facta per carnalem nativitatem mei, justitiæ solis, mea mysteria ab æterno, voluntate Patris mei exsistentia, ostendere memor ero.

VERS. 22. *Dominus me creavit principium viarum suarum, in opera ejus.* Scito ergo quia Patri meo, omnium Domino placuit me increatum creatum fieri carne: ut qui ad illam per mandata ejus adambulare volunt, me ut eorum salutis auctorem, et primum secundum illa modo hominibus conveniente ambulantem, sequantur, et ut, me exemplum in operibus divinis justitiæ faciendis, ad imitandum habeant; et sic me creavit increatum.

VERS. 23. *Ab æterno fundavit me.* Ab omni æternitate habuit optimum meæ Incarnationis consilium, ut tanquam illius præ constitutum fundamentum.

VERS. 24, 25. *A principio, antequam terra fieret, et abyssi, et erumperent fontes aquarum, antequam montes stabilirentur.* A principio, antequam terram produceret, et aquarum abyssos, et antequam salirent earum fontes, et montes consolidarentur.

Ante omnes colles genuit me: Antequam et ipsos omnes angelicos ordines produceret, qui tanquam colles, omni altitudine superiora, omnibus sensibilibus creaturis dominantur, et ab omni creata re separantur, naturaliter et ab æterno genuit me.

VERS. 26. *Dominus fecit terras habitabiles, et inhabitatas, et extrema habitata ejus sub cœlo est.* Nam Pater meus, et omnium Dominus, a nihilo ad esse transtulit partes et portiones cunctas circa terram; et partes quæ multos incolas et omnes gentes continere possunt; et partes quæ non

A οἷά τινας ὁδοὺς εἰς τὴν ἄμεμπτον ἄγοντα πολιτείαν, διδασκαλικῶς διεξέρχομαι.

Καὶ ἀνὰ μέσον τρίβων δικαιώματος ἀναστρέφομαι. Καὶ μέσον τῶν ἐμοῦ τῆς ἀληθείας ἐξηρτημένων, καὶ μὴ δι' ἀνθρωπαρεσκείας ὑποκρινομένων τὸ ἀγαθὸν, ποιητικῶν τούτων τῶν θελημάτων μου τρόπων, περιπολῶ τῶν κατ' ἔλλειψιν τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπερβολὴν ἁπάντων παθῶν.

κα'. *Ἵνα μερίσω τοῖς ἐμὲ ἀγαπῶσιν ὕπαρξιν.* Ὅπως διανείμω τοῖς ἐμὲ ποθοῦσι, κατὰ τὸ μέλλον ἀναλόγως ἑκάστῳ, τὸν ἀδάπανον πλοῦτον τῆς κατὰ χάριν θεώσεως.

Καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν ἐμπλήσω ἀγαθῶν. Κἀντεῦθεν πληρώσω τὰς θεωρητικὰς καὶ ὀρεκτικὰς δυνάμεις, αἷς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν ἐν ζωῇ
B αὐτῶν ἀπεθησαύρισαν, τῶν ἐν ἐπαγγελίαις μου ἀγαθῶν, κατὰ τὸ παθεῖν [ποθεῖν?] καὶ ἰδεῖν τὴν ἐμὴν λαμπρότητα, καὶ χορτασθῆναι ἐν τῷ ὀφθῆναι τούτοις τὴν δόξαν μου.

Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμηθέντα. Ἐπεὶ ἐὰν διδάξω ὑμᾶς τὰ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ ἀνατολήν μου τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων τελούμενα, ἀναμνήσω τοῦ διεξελθεῖν τὰ παρὰ τῇ τοῦ Πατρός μου βουλῇ ἀϊδίως ὑπάρχοντα περὶ ἐμοῦ μυστήρια.

κβ'. *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ.* Γίνωσκε τοίνυν ὅτι ὁ ἐμὸς Πατὴρ, καὶ τῶν ὅλων Δεσπότης Θεὸς, εὐδόκησε κτιστὸν σαρκί
C με γενέσθαι τὸν ἄκτιστον· ὡς ἂν οἱ πρὸς αὐτὸν διὰ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν ὁδεύειν βουλόμενοι, ἐμοὶ οἷάπερ ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἕπωνται, πρώτῳ ταύτας ἀνθρωποπρεπῶς ὁδεύοντι· καὶ ἔχωσί με ὑπογραμμὸν εἰς τὸ κατὰ μίμησιν ἐμὴν τὰ θεῖα τῆς δικαιοσύνης ἔργα ἐργάζεσθαι· καὶ οὕτω μὲν ἔκτισέ με τὸν ἄκτιστον.

κγ'. *Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με.* Πρὸ δὲ παντὸς αἰῶνος εἶχε τὴν περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μου ὑπεράγαθον βουλὴν, ὥς τινα προϋποτεθειμένον ταύτης θεμέλιον.

κδ', κε'. *Ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι· πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι.* Κατ' ἀρχὰς πρὶν ἢ τὴν γῆν παραγα-
D γεῖν, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων ἀβύσσους, καὶ πρὶν ἢ τὰς τούτων ἀναβλῦσαι πηγὰς, καὶ πρὸ τοῦ τὰ ὄρη πῆξιν λαβεῖν.

Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Πρὸ δὲ τῆς παραγωγῆς καὶ αὐτῶν πασῶν τῶν ἀγγελικῶν τάξεων, αἳ καθάπερ βουνοί τινες, παντὸς ἄλσους ὑψηλωμένοι, πάντων τῶν αἰσθητῶν κτισμάτων ὑπέρκεινται, καὶ πάσης ὕλης ἀπηλλοτρίωνται, φυσικῶς καὶ ἀϊδίως γεννᾷ με.

κϛ'. *Κύριος ἐποίησε χώρας, καὶ ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν.* Καὶ γὰρ ὁ ἐμὸς Πατὴρ, καὶ τῶν ὅλων Δεσπότης, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε τὰ τοῦ περιγείου τοῦδε μέρη καὶ τμήματα· τό τε πολλῶν οἰκητόρων καὶ ἐθνῶν ὅλων χωρητικὸν, καὶ τὸ μὴ ὅλως οἰκούμενον, καὶ

εἴτι πέρας εἴη τῆς γῆς, καὶ οἰκήτοράς τινας κέκτηται.

κζʹ. *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ.* Ὅταν δὲ εὐτρέπιζε τὸν οὐρανὸν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις καθωραΐζων αὐτὸν, συνυπῆρχον αὐτῷ καὶ συνήργουν, ὁμοούσιος αὐτῷ ὑπάρχων καὶ ἐνυπόστατος δύναμις καὶ σοφία.

Καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων. Καὶ ὅτε τῆς οὐσιωδῶς ὑφεστώσης αὐτοῦ βασιλείας, τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευομένου, καὶ ἐν ἐμοὶ ὁμοουσίως ἀναπαυομένου, παναγίου Πνεύματος ἀφιέρου τὴν χάριν, ἐπαναπαύεσθαι τοῖς ἀγγελικοῖς πνεύμασι καὶ οὐρανίοις, τὴν πρὸς αὐτὸ τούτοις χαριζόμενος οἰκειότητα.

κηʹ. *Ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανόν.* Καὶ ὁπόταν εἰργάζετο ἀῤῥαγεῖς τὰς ὑπὲρ γῆν νεφέλας, καὶ οἷά τινας φυλακτικὰς ὑδάτων πηγὰς, ἐποίει ταῦτα εἰς τὸ ἀρδεύειν τὴν γῆν.

κθʹ. *Ἐν τῷ τιθέναι αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν αὐτοῦ.* Καὶ ὅταν προσέτασσε τῇ θαλάσσῃ μὴ ὑπερβαίνειν τὰ ἑαυτῆς ὅρια· διὸ καὶ οὐ παραδράμωσι τὰ ταύτης ὕδατα, τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὰ κύματα αὐτῆς συντριβήσονται.

Καὶ ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Πρὸς δὲ καὶ ἑδραίου τὴν ῥυτὴν τούτων φύσιν, τὴν ξηρὰν καὶ κατωφερῆ γῆν θεμελιῶν ἐπὶ τῶν ὑδάτων.

λʹ. *Ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα.* Συναϊδίως ὑπῆρχον ὁμοουσιότητι παρ' αὐτῷ, συναρμόζων τὰς τῶν ὄντων οὐσίας τοῖς ἐπὶ ταύταις προαιωνίοις τούτου θελήμασιν, ἐν τῷ κατὰ ταῦτα ἅπαντα ὑφιστᾶν.

Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε καθ' ἡμέραν. Αὐτὸς ὑπῆρχον ᾧ καθ' ἑκάστην τῶν τῆς δημιουργίας ἑπτὰ ἡμερῶν, ἐνηγάλλητο συμπληροῦντι κατὰ τὸ αὐτῷ βουλητὸν τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ διὰ τούτων ὡς συμβόλων θεωρουμένῳ.

λαʹ. *Εὐφραινόμην δὲ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ, ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ εὐφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων.* Ὁμοθελὴς δ' ὑπάρχων αὐτῷ, ὡς καὶ ὁμοούσιος, ἠγαλλιώμην καὶ αὐτὸς ἐνώπιον τούτου διὰ παντὸς, ὁπόταν ἠγαλλύνετο, ἀπαρτίσας τῇ ἐν Πνεύματι τελειώσει τότε τὸ πᾶν· καὶ ἔχαιρεν ἐπὶ τῇ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων παραγωγῇ, ἀποτελεσθέντος κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

λβʹ. *Νῦν οὖν, υἱὲ, ἄκουέ μου, καὶ μακάριοι οἳ ὁδούς μου φυλάξουσιν.* Ἄρτι τοίνυν, ἐμὸν θρέμμα καὶ παίδευμα, πείθου μοι· καὶ γὰρ ἀξιέπαινοι, οἱ πεισθέντες μοι, τηρήσουσι τὰς ἐμὰς ἐντολὰς λοιπόν.

λγʹ. *Ἀκούσατε παιδείαν, καὶ σοφίσθητε, καὶ μὴ ἀποφραγῆτε.* Παιδεύθητε ταύτας ἅπαντες, καὶ μετάσχετέ μου, καὶ τὰς ἐμὰς εἰσόδους μὴ ἀποφράξητε.

λδʹ. *Μακάριος ἀνὴρ, ὃς εἰσακούσεταί μου.* Ἀξι-

A incoluntur, etsi sit terminus terræ, et aliquos incolas possideat.

Vers. 27. *Quando præparabat cœlum, aderam cum illo.* Quando præparabat cœlum, sole, illud luna et stellis illustrans, aderam, et cum illo laborabam, cum sim illi consubstantialis, et per me subsistens potentia et sapientia.

Quando constituit thronum suum super ventos. Quando, regali ejus dignitate per se subsistente, sanctissimi Spiritus ex illo procedentis et in me consubstantialiter requiescentis gratiam consecrabat, ut in angelicis et cœlestibus spiritibus quiesceret, concedens illis ejus familiaritatem.

Vers. 28. *Quando solidas faceret quæ sursum*
B *sunt nubes, et securos redderet fontes illius quæ sub cœlos est regionis.* Et quando faceret nebulas quæ sunt super terram, ita ut non rumpantur, et quasi conservatrices aquarum fontes, illa ad terram irrigendam faceret.

Vers. 29. *Cum mari poneret suum dominium strictum.* Et quando imperabat mari ne terminos suos transiret. Et idcirco imperium ejus non violant aquæ maris, sed in seipsa fluctus suos frangunt).

Et firma poneret fundamenta terræ. Insuper quando firmabat naturam illorum fluidam, terram siccam et quæ ad inferiora tendit, pro fundamento
C posuit super aquas.

Vers. 30. *Aderam componens cum eo.* Cæterum aderam illi consubstantialitate, componens rerum essentiam per ejus in his voluntates quæ sæcula præcedunt, ut omnia secundum ea subsistant.

Ipse aderam cum gauderet secundum diem (quotidie). Ipse aderam, quando in unaquaque septem dierum creatione gauderet cum perficeret secundum voluntatem omnia circa unumquodque, et per ea tanquam per symbola cognosceretur.

Vers. 31. *Gaudebam ante faciem ejus, in omni tempore quo delectabatur terram perficiens, et in filiis hominum oblectabatur.* Eadem ac ipse volens, ut consubstantialis, gaudebam et ipse coram eo
D de omnibus, quando delectabatur omnia perfectione spiritus componendo; et exsultabat in hominum naturæ productione, factæ ad imaginem et nostram similitudinem.

Vers. 32. *Nunc ergo, audi, fili mi, et beati qui vias meas custodiunt.* Ergo genus et discipule mi, audi me; et felices, qui me audientes, meas voluntates custodiunt semper.

Vers. 33. *Audite disciplinam, et sapientes estote, et ne obstruamini.* Discite hæc, omnes, et mei participes estote, et ingressus meos ne obstruatis.

Beatus homo, qui me audit. Felix, qui cupiditati-

bus viriliter imperans, audit me, hortantem ne illis succumbat.

Et vir qui vias meas custodit. Et qui sursum aspiciens, mea mandata custodit.

Vigilans in atriis meis quotidie. Vigilans per omnem præsentem vitam, super sensus suos, tanquam portas apertas ad contemplationem rerum.

Custodiens portas atriorum meorum. Custodiens theoreticam secundum spiritum constitutionem, et secundum legem practicam operationem animæ quæ sunt auxilia custodientia ad illam ingressus; mea cognoscibilium finis ut veritatis, et practicorum, ut boni, ne clam sensibilium apparentiis intret malus spiritus, et horum amore animum liget, et ne consentiant horum sequi sermones, et inde me admittant.

Viæ enim meæ, viæ vitæ. Egressus enim mei a Deo et Patre secundum legem naturalem et scriptam ac spiritualem, itemque e sanctissimo Spiritu, gratificationes sunt datæ iis qui regnum cœleste hæreditabunt.

Et paratur voluntas a Domino. Et paratur in vobis, per tres supradictas leges, a me omnium Domino, desiderium naturale et logicum (rationabile), et quod substantialiter a natura junctas proprietates continet.

VERS. 36. *Qui in me peccant, in suas animas impii sunt.* Qui me Verbum Dei, ob cupiditatum irrationabile desiderium non sequuntur, frustrant animas suas honore meæ participationis, tanquam rejicientes suam cum Deo similitudinem, se animalibus irrationalibus comparantes, et illis similes facti.

Et qui me odiunt, mortem diligunt. Et qui me odiunt, dantem volentibus vitam spiritus immortalem, diligunt mortem naturalem, a peccato ortam, hæc per omnem Scripturam docens.

CAP. IX.

VERS. 1. *Sapientia ædificavit sibi domum.* Potentia Dei ac Patris per se subsistens, propriam sibi præparavit domum universum orbem, in quo per virtutem habitat, et illum, qui ad Dei imaginem et similitudinem creatus est, visibili et invisibili natura constantem.

Et excidit columnas septem. Et omni naturæ visibili ad exsistendum dedit hebdomarium temporis circuitum; homini vero, post creationem secundum Christum formato, ut in hunc credat, et hujus mandata observet, dedit e contrario septem Spiritus sancti charismata: quibus, virtute a scientia excitata, et vicissim, scientia per virtutem manifestata, spiritualis homo consummatur, fidei perfectione firmatus in supernaturalium participatione. Nam purificationem secundum practicam

A ἔπαινος ὃς κατὰ τῶν παθῶν ἀνδρισάμενος, πεισθήσεταί μοι, μὴ ὑποπίπτειν αὐτοῖς παραινοῦντι αὐτῷ.

Καὶ ἄνθρωπος ὃς τὰς ἐμὰς ὁδοὺς φυλάξει. Καὶ ὃς ἄνω βλέπων, τηρήσει τὰς ἐμὰς ἐντολάς.

Ἀγρυπνῶν ἐπ' ἐμαῖς θύραις καθ' ἡμέραν. Γρηγορῶν κατὰ πᾶσαν τὴν παροῦσαν ζωὴν, ἐπὶ τοῖς δίκην θυρῶν ἀναπεπταμένοις πρὸς θεωρίαν τῶν ὄντων αἰσθητηρίοις.

Τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων. Φυλάσσων τὴν κατὰ νοῦν θεωρητικὴν ἕξιν, καὶ τὴν κατὰ λόγον πρακτικὴν ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς τὰς φυλακτικὰς παραστάτιδας τῶν πρὸς αὐτὴν εἰσόδων μου· πέρατος ὄντος, τῶν μὲν γνωστῶν, ὡς ἀληθείας· τῶν δὲ πρακτικῶν, ὡς ἀγαθοῦ· εἰς τὸ μὴ συνέρχεσθαι λεληθότως τὸν
B πονηρὸν τῇ ἐπιφανείᾳ τῶν αἰσθητῶν, καὶ τῇ τούτων σχέσει δεσμεῖν τὸν νοῦν, καὶ μὴ συγχωρεῖν πρὸς τοὺς αὐτῶν διαβαίνειν λόγους, κἀντεῦθεν ὑποδέχεσθαί με.

λε'. *Αἱ γὰρ ἔξοδοί μου, ἔξοδοι ζωῆς.* Αἱ γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, προνοητικαὶ κατά τε τὸν φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν καὶ τὸν πνευματικὸν νόμον ἐξελεύσεις μου, τοῦ παναγίου μου Πνεύματος, κατὰ χάριν μεταδόσεις τοῖς μέλλουσι κληρονομεῖν βασιλείαν εἰσί.

Καὶ ἑτοιμάζεται θέλησις παρὰ Κυρίου. Καὶ εὐτρεπίζεται ἐν ὑμῖν, διὰ τῶν εἰρημένων τριῶν νόμων, παρ' ἐμοῦ τοῦ τῶν ὅλων Δεσπότου, ὄρεξις φυσική τε καὶ λογικὴ, καὶ πάντων τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων ἰδιωμάτων συνεκτική.

C λς'. *Οἱ δὲ εἰς ἐμὲ ἁμαρτάνοντες, ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς.* Οἱ δ' ἐμοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, διὰ τὴν τῶν παθῶν ἄλογον ὄρεξιν ἀποτυγχάνοντες, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς κατὰ μέθεξίν μου στεροῦσι τιμῆς· οἷάπερ ἀποβαλόμενοι τὸ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ, καὶ παρασυμβληθέντες τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὁμοιωθέντες αὐτοῖς.

Καὶ οἱ μισοῦντές με, ἀγαπῶσιν θάνατον. Καὶ οἱ ἀποστρεφόμενοί με τὴν τὴν ἀνώλεθρον πνευματικὴν ζωὴν τοῖς θέλουσι χαριζόμενον, ἀσπάζονται τὸν καθ' ἁμαρτίαν ψυχικὸν ἑαυτῶν ὄλεθρον· ταῦτα διὰ πάσης τῆς Γραφῆς διδάσκουσα.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

α'. *Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον.* Ἡ ἐνυπόστατος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δύναμις, ἴδιον
D κατεσκεύασεν οἰκητήριον, τόν τε ὅλον κόσμον, ἐν ᾧ οἰκεῖ κατ' ἐνέργειαν, καὶ αὐτὸν τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν, ἐξ ὁρατῆς καὶ ἀοράτου φύσεως κτισθέντα ἄνθρωπον.

Καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. Καὶ τῇ μὲν ὅλῃ αἰσθητῇ φύσει ὑπέθετο πρὸς ὕπαρξιν, τὴν ἑβδομαδικὴν τοῦ χρόνου περίοδον· αὐτῷ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ, μετὰ τὴν γένεσιν κατὰ Χριστὸν κτιζομένῳ, ἐν τῷ πιστεύειν αὐτῷ καὶ τὴν αὐτοῦ τηρεῖν ἐντολὴν, ὑπέθετο αὖθις τὰ ἑπτὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα· ἐν οἷς ψυχουμένης τῆς ἀρετῆς κατὰ γνῶσιν, καὶ τῆς γνώσεως αὖθις σωματουμένης κατ' ἀρετὴν, ὁ πνευματικὸς ἀπαρτίζεται ἄνθρωπος, τελειούμενος τῷ τῆς πίστεως τέλει, τῇ τῶν ὑπὲρ φύσιν μεθέξει· καὶ

γὰρ τὴν μὲν κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίας κάθαρσιν ἐργάζονται, ὅ τε φόβος πείθων ἀπὸ τῶν παθῶν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ ἡ ἐπιστήμη ὑποτιθεῖσα τοὺς τῆς καθάρσεως τρόπους, καὶ ἡ γνῶσις μὴ ἀγνοεῖν συγχωροῦσα τὰς ἐπιβουλὰς τοῦ Ἐχθροῦ.

Τὸν δὲ κατὰ τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι φωτισμὸν κατορθοῦσιν, ἥ τε ἰσχὺς προθύμως ὁρμᾶν καὶ κινεῖσθαι παρασκευάζουσα πρὸς τοὺς λόγους τῶν ὄντων τὰ θεῖα πάντως θελήματα, καθ' ἃ τὰ πάντα γεγόνασι· καὶ ἡ βουλὴ διακρίνασα τὰ τοιαῦτα πανάγαθα τοῦ Θεοῦ θελήματα, ὡς μὴ ἠργμένα καὶ ἄφθαρτα, καὶ ἐνδεχόμενα νοεῖσθαι καὶ λαλεῖσθαι καὶ πράττεσθαι, ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων· καὶ ἡ σύνεσις, πρὸς ταῦτα, καὶ μὴ πρὸς τὰ ἐναντία ποιοῦσα συννεύειν καὶ συνδιατίθεσθαι· τὴν δὲ κατὰ τὴν μυστικὴν θεολογίαν τελείωσιν, ἡ θεία μόνη σοφία χαρίζεται, μέθεξιν τοῦ βίου παρεχομένη.

β'. *Ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα.* Οὕτω τοῖς ἑπτὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρίσμασιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος οἰκητήριον ἑαυτῷ ἀπεργασάμενος τὸν ἄνθρωπον, ἀπέκτεινεν ἐν αὐτῷ τῇ μαχαίρᾳ τῇ τοῦ Πνεύματος, τῆς φαινομένης κτίσεως τὴν κίνησιν καὶ τὰ σχήματα καὶ αὐτὴν τὴν τῶν ὄντων οὐσίαν· νεκρώσας τὴν ἐμπαθῆ περὶ τὰ φαινόμενα διάθεσιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δόξαν, καὶ τὴν πολύθεον πλάνην.

Ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον· καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν. Καὶ ἥνωσεν ἐν τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ, ἐν ᾧ ὥς τινι κρατῆρι κιρνᾶται ἡ νοητὴ καὶ αἰσθητὴ φύσις τῇ τῶν ὄντων γνώσει, τὴν ἑαυτοῦ ὡς πάντων αἰτίου ἐπίγνωσιν, ἥτις πέφυκε τὸν νοῦν πάντων τῶν μετὰ Θεὸν δίκην οἴνου ἐξιστᾷν· καὶ οὕτω δι' ἑαυτοῦ, ἄρτου οὐρανίου τυγχάνοντος, ψυχὰς κατ' ἀρετὴν τρέφοντος, κατὰ γνῶσιν ταύτας ποτίζοντος καὶ εὐφραίνοντος, τόδε τὸ πᾶν ὥς τινα πανδαισίαν εὐτρέπισεν εἰς πνευματικὴν εὐωχίαν τῶν βουλομένων μεταλαμβάνειν αὐτοῦ.

γ'. *Ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτῆς δούλους συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος ἐπὶ κρατῆρα, λέγουσα.* Ἔπεμψέ τε τοὺς τῷ θείῳ αὐτοῦ θελήματι λειτουργοῦντας ἀποστόλους, μετὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, τοῦ ὄντος ὑπὲρ τὸν γραπτὸν καὶ φυσικὸν νόμον ὡς πνευματικοῦ, προσκαλούμενος ἐφ' ἑαυτόν· ἐν ᾧ ὥς τινι κρατῆρι κατὰ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἡ παράδοξος κρᾶσις τῆς θείας φύσεως καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσυγχύτως καθ' ὑπόστασιν γέγονε· τάδε οἱονεὶ δι' αὐτῶν φάσκων·

δ'. *Ὅς ἐστιν ἄφρων, ἐκκλινάτω πρός με.* Ὅς ἐστιν ἄφρων, διὰ τὸ διαλογίζεσθαι ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μὴ εἶναι Θεὸν, ἀφεὶς τὴν ἀθεΐαν, ἐγγισάτω μοι κατὰ πίστιν· καὶ γνώτω με δημιουργὸν τοῦ παντὸς καὶ Δεσπότην.

ε'. *Καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν, εἶπεν· Ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν.* Καὶ τοῖς ἔτι δεομένοις τῶν ἔργων τῆς πίστεως καὶ τοῖς ἐπ' αὐτοῖς τελειοτέρας γνώσεως, ἔφη· Δεῦτε φάγετε τὸ κατ' ἀρετὴν δίκην ἄρτου τρέφον ὑμᾶς σῶμά μου· καὶ πίετε τὸ κατὰ γνῶσιν δίκην οἴνου εὐφραῖνον ὑμᾶς, καὶ πρὸς θέωσιν ἐξιστῶν αἷμά μου,

A philosophiæ operantur, et timor, docens cupiditatem continere, et intelligentia, modos purificationis ostendens, et scientia, docens quomodo diaboli insidias recognoscat.

Et splendorem spiritus naturalem exaltant, et virtus, disponens ad quærendum cum fervore et desiderandum, secundum rerum rationes, omnino divinas voluntates, secundum quas omnia facta sunt, et consilium, discernens ab iis quæ tales non sunt, sanctissimas Dei voluntates, tanquam increatas et immortales, et cogitari, et ore proferri et fieri recipientes: et prudentia, consentire et acquiescere faciens ad istas et non ad alteras; perfectionem vero quæ est secundum mysticam theolo-
B giam, sola divina donat sapientia, scilicet vitæ participationem.

VERS. 2. *Immolavit victimas suas.* Sic per septem sanctisissimi Spiritus charismata, Dei Verbum sibi habitualem faciens hominem, extendit in eo gladio spiritus, visibilis creationis motum, et formam, et rerum substantiam: mortificans turbatam erga visibilia affectionem, et fallacem de rebus gloriationem et polytheismi errorem.

Miscuit in cratera vinum suum; et paravit mensam suam. Et univit in tali homine, in quo, tanquam in cratera miscetur spiritualis et corporalis
C natura, rerum scientiæ, suiipsius ut omnium auctoris notitiam; quæ intelligentiam facit, tanquam vino inebriari hic quæ sunt circa Deum: et ita per seipsum, qui est panis cœlestis, animas in virtute nutriens, et in doctrina inebrians et delectans, hæc omnia ut epulas disponit ad spirituale convivium, huic participari desiderantium.

VERS. 3. *Misit servos suos vocans cum magna proclamatione ad poculum, dicens.* Misit Apostolos divinæ illius voluntati deservientes cum evangelica proclamatione, quæ tanquam a spiritu veniens est super scriptam et naturalem legem, vocans ad seipsum; in quo ut in cratera, per Incarnationis mysterium, facta est secundum hypostasim sine con
D fusione mirabilis naturæ divinæ et humanæ mistio: et talia per eos clamat:

VERS. 4. *Qui est insipiens, veniat ad me.* Qui est insipiens, quod in corde cogitat Deum non esse, abjiciens impietatem, per fidem ad me declinet: et sciat me esse omnium factorem et Dominum.

VERS 5. *Et iis qui indigent sapientia, dicit: Venite, manducate mecum panem, et bibite vinum quod miscui vobis.* Et iis qui fidei operibus indigent, et perfectionis in illis doctrinæ sint: Venite, manducate corpus meum, quod vos secundum virtutem ad instar panis nutrit; et bibite sanguinem meum, quod secundum doctrinam ad instar vini; vos de-

lectat, et ad deificationem conducit; sanguinem enim modo mirabili Deitati miscui, ad salutem vestram.

VERS. 6. *Relinquite stultitiam, et vivetis.* Relinquite incredulitatem, et habebitis spiritalem et immortalem vitam.

Et quærite prudentiam, ut vivatis, et corrigatis intelligentiam in doctrina. Et quærite prudentiam boni praxis causam; ut castigatissimam viam acquiratis, et in scientia veri boni proficiatis, ad triplex bonum, animæ prudentiam, quam ex fide cepistis.

VERS. 7. *Qui corripit malos, sibi parat ignominiam.* Quia, qui ferit veritatis verbis homines ad mala vere prorumpentes, et corrigi nolentes, irritat eos amplius, et eorum malitiam augens, contemptum ex hoc sibi præparat.

Arguens impium, seipsum corripiet. Manifestam faciens ei qui Deum non honorat, suam malitiam, sub contemptu seipsum collocat, ut illi corripiendo non parcens; non solum illi utilitatem non affert, sed plurimum nocet, ponens istum sub illius dominatione.

Objurgationes impio, plagæ illi. Verba, impietatem Deum non timentis manifestantia, plagæ sunt in anima illius, inferentes illi odii desiderium quod difficile destruitur.

VERS. 8. *Ne objurga malos, ut non te odio habeant.* Ne objurges, his qui propriam rectitudinem nolunt; sua peccata; ut non in odium tui illos excites, et inde, quin eorum tollas malitiam, magis illam augeas.

Corripe sapientem, et diliget te. Manifesta sapientiam habenti defectus, ut habeat timorem Dei, et talis, correptionum utilitatis non ignarus, multum honorem tibi afferet.

VERS. 9. *Da sapienti occasionem, et sapientior erit.* Ostende timorem Dei habenti, peccatorum suorum scientiam, ut per expiationem et illuminationem perficiatur.

Doce justum, et accipere festinabit. Manifesta illi qui per æternorum suppliciorum timorem Dei præcepta custodit, verum quod in eis est bonum, et ille diligens illud, tanquam supremum concupiscibile, illius amorem pro affectu augebit.

VERS. 10. *Principium sapientiæ, timor Domini.* Principium rerum divinarum scientiæ, est timor Domini omnium Dei.

Voluntas sanctorum prudentia. Et illorum, qui ab omni malitia purgati sunt, et inde ponunt sine impedimento cognoscere verum bonum, discretio circa illud est prudentia trium animæ potentiarum, ad sermones modosque boni in præcepta.

Nosse legem, bonæ est intelligentiæ. Intelligere autem, qua nihil impossibile aut durum, repetit lex

ὃ τῇ θεότητι παραδόξως κεκέρακα, διὰ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν.

ϛʹ. *Ἀπολίπετε ἀφροσύνην, καὶ ζήσεσθε.* Καταλίπετε ἀπιστίαν, καὶ τὴν πνευματικὴν ζωὴν καὶ ἀνώλεθρον ἕξετε.

Καὶ ζητήσατε φρόνησιν, ἵνα βιώσητε, καὶ κατορθώσητε σύνεσιν ἐν γνώσει. Καὶ ποθήσατε τὴν τῆς πράξεως τοῦ ἀγαθοῦ αἰτίαν φρόνησιν· ὅπως πολιτείαν ἄμεμπτον κτήσησθε, καὶ ἀπαρτίσητε ἐν τῇ γνώσει τοῦ ὄντως καλοῦ, τὴν πρὸς αὐτὸ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς σύνεσιν, ἧς ἐκ πίστεως ἤρξασθε.

ζʹ. *Ὁ παιδεύων κακοὺς, λήψεται ἑαυτῷ ἀτιμίαν.* Ὅτι δὲ ὁ πλήττων ῥήμασιν ἀληθείας τοὺς πρὸς κακίαν ἀληθῶς ῥέποντας, καὶ διορθοῦσθαι μὴ θέλοντας, παροξύνων μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ἐπιτείνων τὴν κακίαν αὐτῶν, ὕβριν ἐπισπᾶται διὰ τοῦτο εἰς ἑαυτόν.

Ἐλέγχων δὲ τὸν ἀσεβῆ, μωμήσεται ἑαυτόν. Φανερὰν δὲ ποιῶν τῷ μὴ ἔχοντι εἰς Θεὸν τιμὴν, τὴν κακίαν αὐτοῦ, ὑπὸ μέμψιν καθίστησιν ἑαυτὸν, ὡς μὴ φειδόμενος τῆς βλάβης αὐτοῦ· πρὸς γὰρ τῷ μὴ ὠφελεῖν αὐτὸν, μᾶλλον καὶ βλάπτει, παρακινῶν αὐτὸν εἰ τὴν κατ' αὐτοῦ τυραννίδα.

Οἱ γὰρ ἔλεγχοι τῷ ἀσεβεῖ, μώλωπες αὐτῷ. Τὰ γὰρ φανεροποιὰ τῆς κακίας τοῦ μὴ τιμῶντος Θεὸν λόγια, πληγαί εἰσι τῇ τούτου ψυχῇ, ἐμποιοῦντα αὐτῇ μίσους δυσεξάλειπτον πάθος.

ηʹ. *Μὴ ἔλεγχε κακοὺς, ἵνα μὴ μισήσωσί σε.* Μὴ φανεροποίει τοῖς μὴ θέλουσι τὴν ἰδίαν διόρθωσιν, τὰ τούτων κακὰ, ὅπως μὴ εἰς μῖσος τὸ κατὰ σοῦ ἐγείρῃς αὐτοὺς, κἀντεῦθεν ἀντὶ τοῦ περιελεῖν τὴν κακίαν αὐτῶν, μᾶλλον αὐξήσεις αὐτήν.

Ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε. Φανερὰ ποίει τὰ ἐλαττώματα τῷ μετέχοντι σοφίας, ἐν τῷ ἔχειν αὐτὸν φόβον Θεοῦ, καὶ ὡς μὴ ἀγνοῶν ὁ τοιοῦτος τὴν ἐκ τῶν ἐλέγχων ἰδίαν ὠφέλειαν, ἐπὶ πλέον καλῶς διατεθήσεται περὶ σέ.

θʹ. *Δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.* Πάρεχε τῷ ἔχοντι φόβον Θεοῦ, ἐσφαλμένων αὐτῷ διάγνωσιν διὰ καθάρσεως καὶ φωτισμοῦ πρὸς τελείωσιν.

Γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι. Ἀνακάλυπτε τῷ διὰ τὸν φόβον αἰωνίων κολάσεων τηροῦντι τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς, τὸ ἐν ταύταις ἀληθῶς ἀγαθὸν, καὶ ἀγαπήσας ὁ τοιοῦτος αὐτὸ, ὡς ἔσχατον ὀρεκτὸν, τὴν τούτου κατὰ διάθεσιν ἐπιτείνῃ παραδοχήν.

ιʹ. *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου.* Ἀρχὴ γάρ ἐστι τῆς θείων πραγμάτων ἐπιστήμης ὁ φόβος τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων Θεοῦ.

Καὶ βουλὴ ἁγίων, σύνεσις. Καὶ τῶν κεκαθαρμένων ἀπὸ πάσης κακίας, καὶ δυναμένων ἐντεῦθεν ἀνεπικωλύτως κατανοεῖν τὸ ὄντως ἀγαθὸν, ἡ περὶ τούτου διάκρισις, σύννευσίς ἐστι τῶν τριῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων πρὸς τοὺς κατ' ἐντολὴν λόγους τε καὶ τρόπους αὐτοῦ.

Τὸ δὲ γνῶναι νόμον, διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς. Τὸ δὲ καταλαβεῖν, ὅτι οὐδὲν ἀδύνατον ἢ σκληρὸν,

ἀπαιτεῖ ὁ πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν ὁδηγῶν ἡμᾶς νόμος A τοῦ Πνεύματος, νοός ἐστι διαλογιζομένου τε καὶ ζητοῦντος αὐτὸ τὸ ἀληθῶς ἀγαθόν.

ια'. *Τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ, πολὺν ζήσεις χρόνον.* Ἐν γὰρ τῷ ζητεῖν τὸ ἀγαθὸν, προσγενήσεταί σοι, ὅστις ἂν καὶ εἴης, ἡ ἀπέραντος, πνευματικὴ καὶ θεία ζωή.

Καὶ προστεθήσεταί σοι ἔτη ζωῆς. Καὶ ἐπεκταθήσεταί σοι τὰ τῆς ζωῆς μέτρα, προσεπικτησαμένῳ τῇ παρούσῃ ζωῇ, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ θεαρέστου πολιτείας, καὶ τὴν μέλλουσαν.

ιβ'. *Υἱὲ, ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον σου.* Τῆς ἐμῆς διδασκαλίας παίδευμα, εἰ σοφὸς ὑπάρξεις σεαυτῷ, φόβῳ θείῳ ἑαυτὸν καθάρας, καὶ συνέσει φωτίσας, καὶ σοφίᾳ τελειώσας, καὶ τοῖς ἔγγιστά σου, ζηλοῦσι σου τὸ σοφὸν, κἀντεῦ- B θεν πειθομένοις τοῖς λόγοις σου, καὶ μιμουμένοις τοὺς τρόπους σου, ὑπάρξεις σοφός· ὡς καὶ αὐτοὺς φωτίζων, καὶ καθαίρων, καὶ τελειῶν.

Ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακά. Εἰ δὲ ταῖς κατὰ μικρὸν ἀπάταις τοῦ πονηροῦ, κακίας μεστὸς ἀποτελεσθῇς, ἐν τῷ μηδὲν χρηστὸν φρονεῖν, ἢ λαλεῖν, αὐτὸν εἰς αὐτὸν ἐπισπάσῃ τὰ ταύτης ἐπίχειρα, καὶ μή τινός σοι ταῦτα ἐπαγόντος.

Ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν, οὗτος ποιμανεῖ ἀνέμους. Ὅς τις γὰρ πέποιθεν ἐπὶ τοῖς ἀπατηλοῖς τε καὶ ῥέουσιν, οὗτος κυβερνήσει τὰ ἱστάμενα, συναλλοιούμενος τοῖς ἀλλοιωτοῖς, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι στῆσαι τὴν τούτων φορὰν, ὡς οὐδ' ἀνέμων πνοήν.

Ὁ δ' αὐτὸς διώξεται ὄρνεα πετόμενα. Ὁ τοιοῦ- C τος δὲ καταλαβεῖν ματαίως ἐπιχειρήσει τὰ δίκην πτηνῶν ὀξέως φερόμενα ἐκ γενέσεως εἰς φθοράν.

Ἀπέλιπε γὰρ ὁδοὺς τοῦ ἑαυτοῦ ἀμπελῶνος. Κατέλιπε γὰρ τὰς κατ' ἐπίγνωσιν φερούσας θείας ἐντολὰς εἰς τὸν εἰρηκότα, ὅτι Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, Θεὸν Λόγον, ἐν ᾧ πεφυτευμένος ἐστὶ, κατὰ τὸν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον ἄνθρωπος, ὥς τι κλῆμα· γεωργῶν τὴν δίκην οἴνου καρδίαν εὐφραίνουσαν γνῶσιν τῶν ὄντων.

Τοὺς δὲ ἄξονας τοῦ ἰδίου γεωργίου πεπλάνηται. Τὸν δὲ νοῦν καὶ τὸν λόγον, οἳ τὴν μετὰ γνώσεως ἀρετὴν οἰκεῖον γεώργιον ἄγουσιν, ἠπάτηται.

Διαπορεύεται δι' ἀνύδρου ἐρήμου, καὶ γῆν διατεταγμένην ἐν διψώδεσιν. Καὶ διεξέρχεται ζωήν D τε ἐστερημένην πνευματικῆς διδασκαλίας δίκην ὕδατος ἀρδευούσης ψυχὴν πρὸς καρποφορίαν τῶν ἀρετῶν, καὶ παγίαν ἕξιν κακίας ἐφηπλωμένην ἐν ψυχαῖς ἐνδεέσι τῆς εἰρημένης θείας διδασκαλίας.

Συνάγει δὲ χερσὶν ἀκαρπίαν. Καὶ συλλέγει κατ' ἐνέργειαν ταῖς πρακτικαῖς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἁμαρτίαν, ἥ τίς (ἐστι) στέρησις τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ τῶν ἀρετῶν.

ιγ'. *Γυνὴ ἄφρων καὶ θρασεῖα, ἐνδεὴς ψωμοῦ γίνεται.* Φαντασία γὰρ ἐστερημένη θείας ἐννοίας, καὶ προπετὴς, ὡς πρὸ τῆς κατὰ λόγον κρίσεως τὸ δοκοῦν αὐτῇ κρίνουσα, συναπτομένη ἀλογίστως τῷ ἠπατημένῳ παρ' αὐτῆς νῷ, ἐν τῷ τὴν μὲν σύνοικον

spiritus nos ad verum bonum conducens, est scientia ejus qui cogitat et quærit verum bonum.

Vers. 11. *Hoc enim modo, multo vives tempore.* Quærendo autem bonum, superveniet tibi, qualiscunque fueris, infinita, spiritualis et divina vita.

Et addentur tibi anni vitæ. Et augetur mensura vitæ tibi, qui, præsenti vitæ, ob tuum per hanc cœlestem vivendi modum, addidisti et futuram.

Vers. 12. *Fili, si sapiens eris tibi ipsi, sapiens eris et proximo.* Doctrinæ meæ discipule, si sapiens eris apud temetipsum, temet timore Dei purificans, prudentia illuminans, et sapientia perficiens, et his qui tibi proximi sunt, et æmulantur tuam sapientiam, et inde tuis verbis credunt, et tuos mores imitantur, sapiens eris; tanquam illos et illuminans, et purificans, et perficiens.

Si malus evaseris, solus hauries mala. Si paulatim dæmonis fallaciis, malitiæ plenus efficiaris, ita ut decentia non cogites vel loquaris, ipse in temetipsum attraxisti malitiæ præmia, et nullus hæc tibi adduxit.

Qui nititur mendaciis, pascit ventos. Qui credit fallaciis et verbis, gubernat stabilia, ipse mutatus cum mutabilibus, quia non potest eorum cohibere impetum, non magis ac ventorum procellam.

Ille persequitur aves volantes. Ille incassum capere nititur ea, quæ quasi aves, velociter a nativitate ad mortem properant.

Relinquit vias propriæ vitis. Relinquit Dei mandata quæ secundum recognitionem, ducunt ad illum qui dixit, Ego sum vitis, divinum Verbum, in quo plantatus est homo secundum rationem propriæ naturæ, ut sarmentum; colens, quæ instar vini cor delectat, rerum scientiam.

Et per semitas sui agri pererrat. Percurrit intelligentiam et sermonem, qui, virtutem cum doctrina, propriam messem, conducunt.

Ambulat per deserta inaquosa et terram in siti constitutam. Et pertransit vitam spirituali doctrina egentem, animam more aquarum ut virtutum fructus ferat irrigante; et firmam mali consuetudinem in mentibus hujus divinæ doctrinæ expertibus explicatam.

Colligit autem manibus sterilitatem. Congregat autem quoad efficaciam activis animæ suæ viribus peccatum, nempe spiritualis virtutum fructus privationem.

Vers. 13. *Mulier stulta et audax buccella carens efficitur.* Phantasia enim divina cogitatione privata et præceps, utpote quæ non secundum rationem, sed secundum beneplacitum judicat, et irrationabiliter menti ab ipsa deceptæ adhæret, quando

mens cohabitantem sapientiam deserit, et pravas apud se sententias generat, hac ratione privatur quæ animas, more panis, nutrit ac firmat.

Quæ non novit verecundiam. Quæ phantasia, si post actus turpes illi ex ratione illuceat reprehensio, non animadvertit.

VERS. 14. *Sedit in foribus domus suæ.* Insedit enim istiusmodi phantasia in iis quæ ad ipsam, forium instar, adducunt per sensus visibilium manifestationem, nempe in domicilii hujus secundum naturam carnei sensoriis.

Super sellam excelse in plateis. Substernens sibi per cupiditatem et ardorem, tanquam aliquem excelsissimum thronum, in vastis hujus qui per delicias est interitus, viis intelligentiam.

VERS. 15. *Vocans transeuntes et pergentes in itineribus suis.* Alliciens eos qui hanc momentaneam percurrunt vitam, nec, in suis per vitam studiis, molestis occursibus vexantur; et sapientiæ se adversam statuens hæc illos docet.

VERS. 16. *Qui ex vobis est imprudentissimus declinet ad me.* Quicunque igitur Dei cogitationem nondum fert in sua mente, ad me veniat, deorum multitudinem docendus.

Et qui sensu carent, eos hortor dicens. Et eos qui noverunt quidem Deum, mandata autem ejus non servant, invito dictitans:

VERS. 17. *Panem absconditum capite.* Opera quæ malitiæ habitum ut quidam panes nutriunt, et oculos hominum fallunt tamen, cum lætitia gustate.

Et aquam furto ablatam et dulciorem bibite. Et sensibilium scientiam, ut quædam aqua excitat sitim, excitantem ad hæc irrationabilem animæ propensionem, eo quod mens voluptatis gaudio arripitur, ad satietatem aggrediamini.

VERS. 18. *Ille autem nescivit quod gigantes apud eam pereant, et ad ligna inferni occurrit.* Qui autem illi obedit, ignorat eos qui terrena cogitant, per illam mortem animæ sibi attrahere. Ideo et ipse in perditionis barathrum incidit. Et hæc quidem efficit præceps phantasia. Tu vero longe ab illa ad rationem cogitatione tua ascende.

Sed aufuge; ne tardes in loco ejus. Ne immoreris sensibilium visui, quem solum phantasia circumferens, eorum vero ad rationem absque intelligentia pertingere non valens, in se, ut in proprio loco, describit.

Ne sustollas oculum tuum ad illam. Ne inconsiderate intelligentem oculum tuum ipsi adaptes phantasiæ; cum possis eam per cogitationem circumspicere, et rationes rerum videre et ad veritatem in universis pertingere.

Sic enim transibis aquam peregrinam. Hoc modo enim non madefactus transibis illud non ab initio

A σοφίαν ἀπολιπεῖν αὐτὸν, μετ' αὐτοῦ δὲ πονηροὺς ἀποτίκτειν λογισμοὺς, στερεῖται τοῦ δίκην ἄρτου τρέφοντος καὶ στηρίζοντος τὰς ψυχὰς λόγου.

Ἡ οὐκ ἐπίσταται αἰσχύνην. Ἥ τις φαντασία, τῆς ἐκ τοῦ λόγου ἐπιφαινομένης αὐτῇ μέμψεως ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς ἐγχειρήμασιν, οὐκ αἰσθάνεται.

ιδ'. *Ἐκάθισεν ἐπὶ θύραις τοῦ ἑαυτῆς οἴκου.* Ἡδράσθη γὰρ ἡ τοιαύτη φαντασία ἐπὶ τοῖς δίκην θυρῶν εἰσάγουσι πρὸς αὐτὴν, κατ' αἴσθησιν, τὴν τῶν ὁρατῶν ἐπιφάνειαν αἰσθητηρίοις τοῦ κατὰ φύσιν οἰκητηρίου ταύτης σαρκίου.

Ἐπὶ δίφρου ἐμφανῶς ἐν πλατείαις. Ὑποστρώσασα ἑαυτῇ κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν, τὸ διανοητικὸν, ὥς τινα ὑψηλότατον θρόνον, ἐν ταῖς εὐρυχώ-

B ροις καθ' ἡδυπάθειαν τῆς ἀπωλείας ὁδοῖς.

ιε'. *Προσκαλουμένη τοὺς παριόντας, καὶ κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.* Ἐφελκόμενη τοὺς τὴν παροδικὴν ταύτην διεξερχομένους ζωὴν, καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, μή τισιν ἀνιαροῖς ἐντυγχάνοντας συναντήμασι· καὶ ἐναντίως τῇ σοφίᾳ τάδε τούτοις διδάσκει.

ις'. *Ὅς ἐστιν ὑμῶν ἀφρονέστατος ἐκκλινάτω πρός με.* Ὅς τις οὖν ἔννοιαν Θεοῦ μηδ' ὁπωσοῦν ἐν τῇ αὐτοῦ περιφέρει ψυχῇ, ἐλθέτω πρός με, πολυθεΐαν διδαχθησόμενος.

Καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν παρακελεύομαι, λέγουσα. Καὶ τοῖς γινώσκουσι μὲν Θεὸν, τὰς δ' ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηροῦσι, παραινῶ φάσκουσα·

C ιζ'. *Ἄρτων κρυφίων ἅψασθε.* Ἔργων τῶν τὴν ἕξιν τῆς κακίας τρεφόντων, οἷά τινων ἄρτων, καὶ λανθανόντων ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων, μεθ' ἡδονῆς γεύσασθε.

Καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ πίετε. Καὶ γνώσεως τῶν αἰσθητῶν, παραμυθουμένης οἷά πέρ τι ὕδωρ δίψης παραμύθιον, τὴν περὶ ταῦτα τῆς ψυχῆς ἄλογον ὄρεξιν, ἐκ τοῦ κλέπτεσθαι τὸν νοῦν τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς, εἰς κόρον μετάσχετε.

ιη'. *Ὁ δὲ οὐκ οἶδεν ὅτι γηγενεῖς παρ' αὐτῇ ὄλλυνται· καὶ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου συναντᾷ.* Ὁ δὲ ταύτῃ πειθόμενος, ἀγνοεῖ ὅτι δι' αὐτῆς οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες, ὄλεθρον ἐπισπῶνται ψυχῆς. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας καταντᾷ βάραθρον·

D καὶ ταῦτα μὲν ἡ προπετὴς φαντασία· ἀλλὰ σὺ ταχέως ἀφ' αὐτῆς ὑψώθητι πρὸς λόγον κατὰ διάνοιαν.

Ἀλλ' ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τόπῳ αὐτῆς. Μὴ ἐμβραδύνῃς τῇ τῶν αἰσθητῶν ἐπιφανείᾳ, ἣν ἡ φαντασία περιφέρουσα μόνην, πρὸς δὲ τοὺς τούτων λόγους, διανοίας χωρὶς διαβῆναι μὴ δυναμένης, ἐν αὐτῇ περιγράφεται ὡς ἐν τόπῳ ἰδίῳ.

Μηδὲ ἐπιστήσῃς σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν. Μηδ' ἀπερισκέπτως τὸ νοερὸν ὄμμα σου αὐτῇ προσερείσῃς τῇ φαντασίᾳ· δυνάμενος ταύτην κατὰ διάνοιαν περισκέπτεσθαι· καὶ τοὺς λόγους τῶν ὄντων ὁρᾷν, καὶ πρὸς τὴν ἐν ὅλοις διαβαίνειν ἀλήθειαν.

Οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον. Κατὰ τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον, ἀβρόχως διέλθῃς τὴν μὴ ἐξ ἀρ-

χῆς συμπαραχθεῖσαν τῇ φύσει, ἀλλ' ἐπεγερθεῖσαν παθῶν ἀγριαίνουσαν θάλασσαν.

Καὶ ὑπερβήσῃ ποταμὸν ἀλλότριον. Καὶ τὸ κατὰ τὸ φαινόμενον τῆς φύσεως ῥυτὸν καὶ παροδικὸν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ μὴ κατ' ἀρχὰς συγκτισθὲν αὐτῇ, εἰς κατάκρισιν διὰ τὴν παράβασιν ἔλαβεν, ἀφεὶς κάτω, γνῶναι φθάσεις τὴν ἀναλλοίωτον αὐτῆς κατὰ τὸ νοούμενον διαμονήν.

Ἀπὸ δὲ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπόσχου. Ἀπὸ δὲ τῆς θολερᾶς, καὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἀπὸ τῆς τῶν παθῶν ἅλμης, μὴ μετάσχῃς.

Καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ πίῃς. Καὶ ἀπὸ τῆς ὁρατῶν κατὰ μόνην αἴσθησιν γνώσεως, βλυστανούσης οἷά τινος πηγῆς τὴν ῥευστὴν καὶ παροδικὴν καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην ζωὴν, καὶ ὡς οἰκείαν τῇ ἀλόγῳ φύσει ἀπεξενωμένη; τῆς πεφυκυίας τὰ ὄντα κατὰ λόγον ἐπίστασθαι λογικῆς φύσεως, μὴ γεύσῃ.

Ἵνα πολὺν ζήσῃς χρόνον. Ὅπως μόνιμον κατ' ἀρετὴν ζήσῃς ζωήν.

Καὶ προστεθήσεταί σοι ἔτη ζωῆς. Ἐπεκταθήσεταί δέ σοι τὰ τῆς προσκαίρου ζωῆς ἔτη, μεταστειλάμενά σε, διὰ τὴν ἐν τούτοις ἔνθεόν σου πολιτείαν, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀγήρω καὶ μακαρίαν ζωήν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'. *Υἱὸς σοφὸς εὐφραίνει πατέρα*. Ἔνθεν τοι λόγος τικτόμενος μὲν ἀπὸ νοὸς κατὰ διάνοιαν τῇ ψυχῇ, ἐπιστήμων δὲ τοῦ ὄντως καλοῦ, χαροποιεῖ πνευματικῶς διὰ τῆς ἀληθοῦς περὶ τῶν ὄντων δόξης, τὸν αἴτιον αὐτοῦ νοῦν ὡς κατὰ λόγον ταύτης ἐπιτυγχάνοντα, ἐν τῷ ζητεῖν αἰτίαν ἐν ἅπασι μετ' ἐφέσεως.

Υἱὸς δὲ ἄφρων, λύπη μητρί. Λογισμὸς δὲ, τικτόμενος μὲν κατ' αἴσθησιν ἢ φαντασίαν τῇ ψυχῇ, ἀνεπιστήμων δὲ τοῦ ὄντως καλοῦ, λύπης αἴτιος ταύτῃ, διὰ τὴν ψευδῆ τῶν ὄντων δόξαν ἐξ ἀποτελέσματος γίνεται· ὀρεγομένῃ μὲν ἡδονῆς, περιτυγχανούσῃ δὲ ὀδύνῃ· ὅτι τέλος τῆς κατ' αἴσθησιν ἡδονῆς, ἡ ὀδύνη ἐστίν.

β'. *Οὐκ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους*. Οὐδὲ γὰρ συμβαλοῦνται, πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν ὀδυνηρῶν, ταμιεῖα πλούτου, τοῖς μὴ κατὰ νόμους θείους κενοῦσι ταῦτα τοῖς δεομένοις.

Δικαιοσύνη δὲ ῥύεται ἐκ θανάτου. Ἡ δὲ κατὰ τὰς θείας ἐντολὰς ἀπαρέγκλιτος τοῦ καλοῦ κρίσις, τοῦ καθ' ἁμαρτίαν τῆς ψυχῆς ἀπαλλάττει κινδύνου.

γ'. *Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς δικαίων*. Καὶ οὐ στερήσει ἡ παντοκρατορικὴ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ὁ τούτου ἐνυπόστατος Λόγος, τῆς ἑαυτοῦ μεταλήψεως, ἄρτου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνοντος, τὰς πειθομένας αὐτῷ, τῇ αὐτοδικαιοσύνῃ, ψυχὰς τῶν ἐντεῦθεν δικαίως πολιτευομένων κατὰ πρᾶξιν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν.

Ζωὴν δὲ ἀσεβῶν ἀνατρέψει. Τὴν δὲ φιλόϋλον καὶ φιλήδονον ζωὴν τῶν μὴ πιστευόντων εἰς αὐτὸν, καὶ (μὴ) διὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων τιμώντων αὐτὸν,

A in natura productum, sed excitatum et exasperatum cupiditatum mare.

Et superabis flumen peregrinum. Et quod in natura secundum sensus est fluxum et transitorium; quod quidem non ab initio cum illa creatum est, sed in eamdem rationem additum propter transgressionem, infra te dimittens, noscere festinabis immobilem ejus secundum cogitationem permansionem.

Ab aqua peregrina abstine. Et cum turbido, et secundum naturæ rationem cupiditatum mari ne partem habeas.

Neque bibas de fonte peregrino. Et de visibilium per solos sensus scientia, scaturiente, ut quodam fonte, fluxam et transitoriam voluptatis et doloris B vitam; quam vero ut irrationabili naturæ propriam expellit rationabilis natura ad res ratione cognoscendas apta, noli gustare.

Ut multum vivas tempus. Ut stabilem per virtutem vivas vitam.

Et addentur tibi anni vitæ. Extendentur tibi momentaneæ vitæ anni, arcessentes te propter divinam tuam in illis agendi rationibus adfuturam sine fine et beatam vitam.

CAP. X.

Vers. 1. *Filius sapiens lætificat patrem*. Inde sane ratio a mente per cogitationem in anima generata, noscens autem quod vere pulchrum est, C per veram de rebus opinionem causam ipsius mentem lætificat, quæ secundum rationem veritati occurrit, dum in omnibus causam ardenter inquirit.

Filius vero stultus, mæstitia matri. Cogitatio autem, secundum sensus aut phantasiam in anima generata, hujus vero quod vere pulchrum est ignara, mœstitiæ causa animæ fit ex eventu, propter falsam de rebus opinionem, quæ quidem lætitiam appetit, dolorem vero invenit, quia finis hujus quæ per sensus est lætitiæ, dolor est.

Vers. 2. *Nihil proderunt thesauri impiis*. Non enim ad malorum liberationem adjuvant æraria divitiarum eos qui non ea juxta leges divinas indigentibus largiuntur.

D *Justitia vero liberabit a morte*. Quæ vero juxta divina mandata inflexibilis est de bono sententia, a periculo peccati animam liberat.

Vers. 3. *Non affliget Dominus fame animas justorum*. Non privabit enim omnipotens dominatio Dei, consubstantiale ejus Verbum, sui receptione, pane de cœlo descendente, animas ipsi justitiæ divinæ obedientes, eorum animas qui hic juste egerunt per sanctorum ipsius mandatorum adimpletionem.

Vitam autem impiorum subvertet. Vitam autem terrestrem et voluptuosam eorum qui non in eum crediderunt nec per opera justitiæ illum colunt, in

acerbam vitam convertet; quando quidem et præsentibus privabuntur et futura non assequentur.

Vers. 4. *Paupertas virum deprimit.* Etenim oriens ex negligentia spiritualium juxta doctrinam et virtutem divitiarum indigentia, eum qui homo quidem est, cum natura sortitus sit ad Dei imaginem potentiam activam et liberam; eum vero qui non est virilis, quippe qui non operibus sua electione ostenderit ad Dei similitudinem hujus rationabilis potentiæ vim et libertatem, in irrationabilium cupiditatum servitutem et dedecus deducit, conjunctum brutis et illis similem factum.

Manus autem fortium divitias parant. Activæ autem vires eorum qui operibus rationabilem potentiam exhibent non irrationabilibus cupiditatibus servientem, sed in eas pugnantem, non modo intactas ipsorum animas servant, sed et aliis spirituales secundum virtutem et intelligentiam divitias impertiuntur; eos enim, verbo quidem docentes ad bonum excitant, a malo autem avertunt; operibus vero confirmantes verbum et persuadentes ut dicta adimpleant opera imitando; etenim

Vers. 5. *Filius eruditus sapiens erit.* Qui quidem a Deo adoptatus est filius per operosum institutum, a malitiæ maculis emundans animam, utilitatis peritus erit quæ oriri poterit ex iis quæ ipsi contra voluntatem superveniunt.

Stulto autem, ut servo utetur. Qui autem non fert Deum in corde suo, si sapienti afflictiones et dolores induxerit, servus illius erit ad salutem; eumque qui ipsum vexat, ut benefactorem justus noverit, et Deo in omnibus gratias aget, quia nempe

Salvatus est ab ardore filius prudens. Invitis tentationibus, qui novit pro laborum patientia mercedem; et ita ille, ut in area, præsenti sæculo, laboribus carnis acribus impulsus, a cupiditatibus ex nativitate illi insitis, ut a quibusdam paleis frumentum, mundatur; et congregatur ab nostrarum animarum agricola, ut in quædam horrea, in æternas domos.

Vento corrumpitur in messe filius improbus. Ventis improbitatis pellitur in exitium per irrationabiles affectus, quemadmodum ventis palea, in ignem mittenda messis operum tempore; qui appellat quidem Patrem suum Deum, propter fidem in illum, transgreditur autem sancta ejus præcepta.

Vers. 6. *Benedictio Domini super caput justi.* Largitio enim sanctitatis a Domino omnium Deo in caput irreprehensibiliter agentis secundum gratiam procedit, eum totum media in mente sanctificans.

Os autem impiorum obruet dolor intempestivus. Plenam autem blasphemia doctrinam spirituum malitiæ Deum non colentium, consternet peccanti-

A εἰς ὀδυνηρὰν πάντως περιτρέψει· ἐν τῷ ποτε καὶ τῶν παρόντων στερηθῆναι αὐτοὺς, καὶ τῶν μελλόντων μὴ ἐπιτυχεῖν.

δ'. *Πενία ἄνδρα ταπεινοῖ.* Καὶ γὰρ ἡ ἐξ ἀμελείας ἀποτυχία τοῦ κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν πνευματικοῦ πλούτου, τὸν ὑπάρχοντα ἄνδρα μὲν, ὡς φύσει κεκτημένον κατ' εἰκόνα Θεοῦ δύναμιν δραστικήν τε καὶ αὐτεξούσιον, οὐκ ἀνδρεῖον δὲ, ὡς προαιρέσει μὴ ἐπιδεικνύμενον ἔργοις καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ τὸ τῆς εἰρημένης λογικῆς δυνάμεως δραστικόν τε καὶ ἐλευθέριον, κατάγει εἰς δουλείαν ἀλόγων παθῶν καὶ ἀτιμίαν, παρασυμβληθέντα τοῖς ἀνοήτοις, ὁμοιωθέντα αὐτοῖς.

Χεῖρες δὲ ἀνδρείων πλουτίζουσιν. Αἱ δὲ πρακτικαὶ δυνάμεις τῶν ἔργοις ἐπιδεικνυμένων τὸ τῆς λο-
B γικῆς δυνάμεως, τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἀδούλωτον καὶ κατ' αὐτῶν δραστικὸν, οὐ μόνον ἀβλαβεῖς τὰς τούτων διατηροῦσι ψυχὰς, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τοῦ κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν πνευματικοῦ πλούτου μεταδιδόασιν· ὡς τούτους λόγῳ μὲν διδασκαλικῷ, πρὸς μὲν τὸ ἀγαθὸν προτρεπόντων, τοῦ δὲ κακοῦ ἀποτρεπόντων· ἔργοις δὲ βεβαιούντων τὸν λόγον, καὶ πειθόντων τὰ τοῦ λόγου ποιεῖν, ἐν τῷ μιμεῖσθαι τὰ ἔργα· καὶ γὰρ

ε'. *Υἱὸς πεπαιδευμένος, σοφὸς ἔσται.* Ὁ μὲν υἱοθετηθεὶς Θεῷ, διὰ τῆς ἐκκαθαιρούσης τὴν ψυχὴν τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων ἐπιπόνου ἀγωγῆς, τῆς ἀπὸ τῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἀβουλήτως ὠφελείας εἰδήμων ἔσται.

C *Τῷ δὲ ἄφρονι, διακόνῳ χρήσεται.* Τὸν δὲ μὴ περιφέροντα Θεὸν ἐν καρδίᾳ, θλίψεις αὐτῷ καὶ ὀδύνας ἐπάγοντα, ὑπηρέτην ἕξει πρὸς σωτηρίαν ὡς τόν τε λυποῦντα αὐτὸν εὐεργέτην εἰδὼς, καὶ τῷ Θεῷ ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστῶν· ὅτι περ

Διεσώθη ἀπὸ καύματος υἱὸς νοήμων. Ἀκουσίων πειρασμῶν, ὁ εἰδήμων τοῦ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς τῶν πόνων μισθοῦ· καὶ οὕτω μὲν οὗτος ὡς ἐν ἅλωνι τῷ παρόντι αἰῶνι, πόνοις σαρκὸς ὀξέσι βαλλόμενος, οἷά τις σῖτος τῶν ἐκ γενέσεως παθῶν, ὥς τινων ἀχύρων ἀποκαθαίρεται· καὶ συνάγεται παρὰ τοῦ γεωργοῦ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὡς εἴς τινας ἀποθήκας τὰς αἰωνίους μονάς.

Ἀνεμόφθορος δὲ γίνεται ἐν ἀμητῷ υἱὸς παράνομος. Ὑπὸ τῶν πνευμάτων δὲ τῆς πονηρίας ἐλαύ-
D νεται διὰ τῶν παραλόγων παθῶν εἰς ἀπώλειαν, ὡς ὑπὸ ἀνέμων ἄχυρον, τῷ πυρὶ παραπεμφθησόμενον ἐν τῷ τῆς συγκομιδῆς τῶν ἔργων καιρῷ, ὁ ἐπικαλούμενος μὲν Πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, παραβαίνων δὲ τὰς ἁγίας αὐτοῦ ἐντολάς.

ς'. *Εὐλογία Κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου.* Καὶ γὰρ μετάδοσις μὲν ἁγιασμοῦ παρὰ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων Θεοῦ, πρόεισι κατὰ χάριν ἐπὶ τῷ ἡγεμόνι τοῦ ἀμέμπτως πολιτευομένου, ὅλον τοῦτον διὰ μέσου νοὸς ἁγιάζουσα.

Στόμα δὲ ἀσεβῶν καλύψει πένθος ἄωρον. Τὴν δὲ μεστὴν βλασφημίας διδασκαλίαν τῶν μὴ τιμώντων Θεὸν πνευμάτων τῆς πονηρίας, συστελεῖ ἡ ἐπιγινο-

μένη τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐκ μεταμελείας μὴ κατὰ τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν πρὸς τὴν τῶν ἐσφαλμένων διόρθωσιν, ὅς ἐστιν ὁ παρὼν, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέλλον διηνεκὴς καὶ ἀνόνητος λύπη.

ζ'. *Μνήμη δικαίου μετ' ἐγκωμίων.* Καὶ ἀνεπίληστος μὲν γνῶσις ἔσται παρὰ Θεῷ τῶν ἀμέμπτως πολιτευομένων, μετ' ἐπαίνων παρεχόντων ἄῤῥητον εὐφροσύνην αὐτοῖς.

Ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. Ἡ ἀπ' αὐτοῦ δὲ Θεοῦ προσηγορία τῶν μὴ τιμώντων αὐτὸν δι' ἔργων ἀγαθῶν ἀφανίζεται, διὰ τὰ τούτου ἀλλότρια πονηρὰ ἔργα αὐτῶν, ἀγνοουμένη αὐτῷ· κατὰ τὸ, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς λοιπόν.

η'. *Σοφὸς καρδίᾳ δέξεται ἐντολάς.* Ὁ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐνδιαθέτως τῇ αὑτοῦ περιφέρων ψυχῇ, παραδέξεται καὶ οὐκ ἀποπέμψει κατὰ πρᾶξιν τὰ τούτου προστάγματα.

A βεβαίαν εἰς Θεὸν κεκτημένου πίστιν, ἅπαν τὸ πλῆθός ἐστι τῶν χρημάτων, αὐτῷ τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων καὶ προνοητῇ ἑαυτὸν ἀνατιθέντος, κἀκεῖθεν πληρουμένου τὴν χρείαν· διὸ οὗτος, καὶ μηδὲν ἔχων, τὰ πάντα κατέχει.

Τοῦ δὲ ἀπίστου, οὐδὲ ὀβολός. Τοῦ δὲ Θεῷ μὴ πιστεύοντος, οὐδ' ὀβολός ἐστιν εἷς, μηδὲν πιστὸν κεκτημένου καὶ βέβαιον, κἂν πολλὴν οὗτος κέκτηται περιουσίαν χρημάτων.

ζ'. *Οὐχ ἁρμόσει ἄφρονι χείλη πιστά.* Οὐκ εὐπαράδεκτοι ἔσονται τῷ μὴ περιφέροντι Θεὸν ἐν καρδίᾳ, εἴθ' ὡς Δεσπότην φόβῳ, εἴθ' ὡς κατὰ χάριν Πατέρα πόθῳ, αἱ ἅγιαι αὐτοῦ ἐντολαί.

Οὐδὲ δικαίῳ χείλη ψευδῆ. Οὐδὲ τῷ κατ' αὐτὰς B πολιτευομένῳ, αἱ τοῦ διαβόλου ἀπατηλαὶ ὑποθῆκαι· οὐδεὶς γὰρ Θεῷ καὶ Σατᾶν δουλεύειν δύναται.

η'. *Μισθὸς χαρίτων, ἡ παιδεία τοῖς χρωμένοις.* Μισθοῦνται διὰ τῶν ἐντολῶν, τὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρίσματα, εἰς τὴν μετάγουσαν ἀπὸ τοῦ ἐναντίου εἰς τὸ ἀγαθὸν τὸν ἡμέτερον βίον παίδευσιν, τοὺς μετιόντας αὐτήν· ἄνευ γὰρ τῶν τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων, τοῦ φόβου, φημὶ, καὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῶν λοιπῶν, οὐδέ τινος βίος τῇ τῶν ἐντολῶν κατορθώσει πρὸς τὸ βέλτιον μεταβάλλεται.

Οὗ δ' ἂν ἐπιστρέψῃ, εὐοδωθήσεται. Εὐθυπορήσει δὲ ἡ τοιαύτη παίδευσις καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις, ἐμποιοῦσα ἐπὶ μὲν ταῖς εὐθυμίαις, ἐγκράτειαν τῶν ἡδέων· ἐπὶ δὲ ταῖς δυσθυμίαις, ὑπομονὴν τῶν ἀλγει- C νῶν.

θ'. *Ὃς κρύπτει ἀδικήματα, ζητεῖ φιλίαν.* Ὁ παρορῶν τὰ παρ' ἑτέρων εἰς αὐτὸν γινόμενα σκάνδαλα, ποθεῖ τὸ συμφιλιάζειν αὐτοῖς.

Ὃς δὲ μισεῖ κρύπτειν, διίστησι φίλους καὶ οἰκείους. Ὃς δ' ἀποστρέφεται τὸ παραβλέπεσθαι ταῦτα, ἐχθραίνει τούς τε φιλοῦντας αὐτὸν, καὶ αὐτοὺς τοὺς κατὰ γένος προσῳκειωμένους αὐτῷ· τοῖς γὰρ ἀνακρίνουσι τὰ ἀλλήλων, ἀδύνατον μὴ εὑρίσκεσθαι σκάνδαλα.

ι'. *Συντρίβει ἀπειλὴ καρδίαν φρονίμου.* Συνθλᾷ καὶ τῆς πρὸς τὸ κακὸν ὁρμῆς ἀναστέλλει τὴν ψυχὴν τοῦ ἐχέφρονος, καὶ μόνος ἀπειλητικὸς λόγος· προφθάνει γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τὴν τῶν κακῶν φυγὴν, D πρὸ τῆς πείρας αὐτῶν.

Ἄφρων δὲ μαστιγωθεὶς, οὐκ αἰσθάνεται. Ὁ δὲ ἀνόητος, καὶ μετὰ τὰς ἐπενηνεγμένας αὐτῷ πληγὰς τῶν πεπλημμελημένων αὐτῷ ἕνεκεν, οὐκ ἐπιγινώσκει τίνος χάριν αἱ τῶν πειρασμῶν ἐπιφοραὶ, συγχωρήσει θείᾳ, τούτῳ ἐπάγονται· κἀντεῦθεν τὸν οἰκεῖον βίον οὐ διορθοῖ.

ια'. *Ἀντιλογίας ἐγείρει πᾶς κακός.* Ἀντιλέγει ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐντολαῖς, πᾶς προαιρούμενος τὸ κακόν· προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Ὁ δὲ Κύριος ἄγγελον ἀνελεήμονα ἐκπέμψει αὐτῷ. Ὁ δὲ τοῦ παντὸς Δεσπότης Θεὸς, τιμωρητικὴν δύναμιν ἐξαποστελεῖ ἐπ' αὐτὸν, καταγγέλλουσαν τούτῳ τὴν κατ' αὐτοῦ δικαίαν τούτου ὀργήν. Ὁ γὰρ

ματαίως προβαλλόμενος προφάσεις, εἰς τὸ μὴ ποιεῖν τὰ Δεσποτικὰ προστάγματα, παροργίζων Θεὸν, δικαίως τῶν παρ' αὐτοῦ πειρᾶται πληγῶν.

ιβ'. *Ἐμπεσεῖται μέριμνα ἀνδρὶ νοήμονι.* Ἐπέλθῃ μελέτη διηνεκὴς πάντων τῶν ἐκεῖθεν δικαστηρίων, ἀνθρώπῳ νουνεχεῖ, καὶ τοῖς προσκαίροις τὸν νοῦν μὴ αἰχμαλωτιζομένῳ.

Οἱ δὲ ἄφρονες διαλογιοῦνται κακά. Οἱ δὲ μὴ περιφέροντες Θεὸν ἐν καρδίᾳ, διαλογισμοὺς ἕξουσι πονηροὺς, ὡς μόνοις προσκείμενοι τοῖς φθαρτοῖς.

ιγ'. *Ὃς ἀποδώσει κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, οὐ κινηθήσεται κακὰ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ.* Νεκρωθήσονται καὶ ἀποβαλοῦνται τὴν κίνησιν, τὰ πάθη τῆς σαρκὸς τοῦ ταύτην ὑπωπιάζοντος καὶ θλίβοντος, ἀνθ' ὧν ταῦτα ἐπεγείρει αὐτῷ σαρκικῶν ἡδυπαθειῶν· αἳ τοῖς πολλοῖς νομίζονται ἀγαθαί. Ἡ γὰρ σὰρξ οἰκητήριόν ἐστι τῆς ψυχῆς· δι' ἣν ὡς λογικήν τε καὶ νοερὰν, ἄνθρωπος καὶ ἔστι καὶ λέγεται ἡμῶν ἕκαστος.

ιδ'. *Ἐξουσίαν δίδωσι λόγοις, ἀρχὴ δικαιοσύνης· προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας, στάσις καὶ μάχη.* Ἐλευθερίαν παρέχει τοῖς λόγοις, εἰς τὸ ἀπερικαλύπτως ἀπαγγέλλειν τὸ ἀληθὲς, τὸ ἐκ τῆς ἐναρέτου πολιτείας κατὰ τῶν παθῶν κράτος· ἕπεται δὲ τῇ τῆς σαρκὸς πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ τοῦ βίου πρὸς τὸν λόγον ἀντικαταστάσει, ἡ παρὰ μέρος τῆς ἀληθείας ἔλλειψις· ὅταν γὰρ μὴ τῷ λόγῳ ὁ βίος συμμαρτυρῇ, ἀνάγκη χωλεύειν ἐνταῦθα τὴν ἀλήθειαν.

ιε'. *Ὃς δίκαιον κρίνει τὸν ἄδικον, ἄδικον δὲ τὸν δίκαιον, ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτὸς παρὰ Θεῷ.* Ὃς νομίζει τὸν μὲν παραβαίνοντα τὰς θείας ἐντολὰς ἀγαθὸν, ὡς ἀπατῆσαι καὶ βλάψαι ἰσχυρόν· τὸν δὲ ταύτας τηροῦντα, κακὸν ὡς ἀνεξικάκως τὰ λυπηρὰ φέροντα, καὶ τῷ ἐπάγοντι αὐτῷ ταῦτα μὴ ἀντιπίπτοντα, ἐμπαθής ἐστιν ὁ τοιοῦτος· καὶ διὰ τοῦτο παρὰ Θεῷ τῷ ἀπαθεῖ, μισητός. « Οὐαὶ γὰρ τοῖς λέγουσι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν. »

ις'. *Ἵνα τί ὑπῆρξε χρήματα ἄφρονι; κτήσασθαι γὰρ σοφίαν ἀκάρδιος οὐ δυνήσεται.* Τίς ἡ αἰτία τοῦ κτήσασθαι πλοῦτον, τὸν μὴ ἐν καρδίᾳ Θεὸν περιφέροντα; Ἐπειδὴ μὴ οἶδε καλῶς αὐτῷ χρήσασθαι. Ὁ γὰρ ἐνταῦθα μὴ περιφέρων αὐτὸν, φῶς ὄντα νοερὸν, σχεῖν διάκρισιν τὴν διαιροῦσαν τὸ χεῖρον τοῦ κρείττονος οὐκ ἰσχύσει.

Ὃς ὑψηλὸν ποιεῖ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ζητεῖ συντριβήν· ὁ δὲ σκολιάζων τοῦ μαθεῖν, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. Ὡς ὑψοῖ τὸ ἴδιον σκῆνος, εἰς τὸ τῆς ψυχῆς κατεπαίρεσθαι, ποθεῖ τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν· καὶ ὁ ἐντεῦθεν διὰ τὴν τῆς σωματικῆς ἀλογίας ἐπικράτειαν ἐμποδιζόμενος γνῶναι τὸ ὄντως καλὸν, περιπεσεῖται τοῖς φθοροποιοῖς πάθεσιν.

ιζ'. *Εἰς πάντα καιρὸν φίλος ὑπαρχέτω σοι.* Θεῷ προσφιλὴς εἶναι σπούδαζε, ὃς πάντα τὸν χρόνον ἔσται σοι ἀρωγός.

Ἀδελφοὶ ἐν ἀνάγκαις χρήσιμοι ἔστωσαν· τούτου γὰρ χάριν γεννῶνται. Οἱ δὲ διὰ τὴν ὁμοφυΐαν καὶ τὸ ἓν εἰς τὸν Θεὸν σέβας ἀδελφοὶ, θάτερος θατέρῳ βοηθείτω ἐν περιστάσεσι· τούτου γὰρ ἕνεκεν κατά τε τὴν φύσιν καὶ τὴν χάριν τὸ συγγενὲς ἔχουσιν· ἵν'

A Dei non adimplenda, frustra excusationes allegat, irritans Deum ab ipso juste plagis tentatur.

VERS. 12. *Viro prudenti incumbent curæ.* Continua cunctorum judiciorum desuper cura devenit viro prudenti qui suam mentem rebus præsentibus serviliter additam non tenet.

Insipientes autem male colloquuntur. Qui autem in corde non ferunt Deum colloquia habebunt perversa, tanquam soli subjacentes corruptelæ.

VERS. 13. *Qui pro bonis mala reddet, illius ex domo mala non exibunt.* Mortificabuntur destituenturque motu carnis passiones in eo qui hanc affligit ac cruciat pro carnalibus ab istis sibi suppeditatis voluptatibus, quæ a multis vocantur bonæ : B caro enim habitaculum est animæ, per quam, utpote rationalem et intelligentem, unusquisque nostrum et est et dicitur homo.

VERS. 14. *Potestatem præstat sermonibus auctoritas virtutis ; præcedit autem defectum seditio et pugna.* Libertatem præbet sermonibus, ad aperte verum annuntiandum, quæ ex vitæ virtutibus contra passiones oritur potestas. Sequitur autem carnis adversus spiritum et vitæ contra rationem luctam, a veritatis parte defectio : cum enim rationi testimonium vita non reddit, exinde veritatem claudicare necesse est.

VERS. 15. *Qui injustum judicat justum, justumque injustum, scelestus et abominabilis ante Deum.* Qui C divina mandata transgredientem vocat bonum ad decipiendam impediendamque potestatem ; illa vero custodientem, malum, utpote patienter molesta ferentem, et illi qui congerit ista sibi non resistentem, talis libidine cæcus est, et ideo apud Deum qui passione non movetur odiosus. « Væ enim iniquum dicentibus bonum, et bonum malum. »

VERS. 16. *Ut quid obvenerunt imprudenti divitiæ ? Amens enim sapientiam comparare non poterit.* Quæ causa divitias possidendi ei qui Deum in corde non gestat? Siquidem eis bene uti nescit. Qui enim ibidem non gestat illum, qui lumen est prudentiæ, judicium quod pejus a meliore discernit obtinere non poterit.

D *Qui altam facit domum suam quærit contritionem; et qui ad disciplinam non recte tendit in mala cadet.* Qui suum exaltat tabernaculum, ut insurgat anima, suam desiderat ruinam; et qui exinde, carnali amentia prævalente, a cognoscendo vere bono impeditur, in exitiosas passiones incidet.

VERS. 17. *In omne tempus amicus sit tibi.* Deo dilectus esse stude, qui omni tempore erit tibi auxiliator.

Fratres in necessitatibus utiles sint : ad hoc enim nati sunt. Qui consanguinitate eademque erga Deum religione sunt fratres in necessitatibus auxilium unus alteri præstent : ad hoc enim natura gratiaque consanguinei sunt, ut, sicut unius membra

corporis, caput habentis Christum, in tempore necessitatis sibi mutuo auxilientur.

Vers. 18. *Vir insipiens plaudit congaudetque sibi, ut qui sponsione spopondit pro amico suo.* Homo qui nec sua nec aliorum commoda sapit, sui amans et non Deo placitus, plaudit quidem et congaudet sibi de iis quæ dicit et agit: quemadmodum sibi gratulatur de voluptate carnis suæ dilectæ, qui hanc tandem in actum tradendam, ut virtute debitum, spondet, nec ad mandatorum exsecutionem eam stimulat.

Et super labia sua viasque suas ignem thesaurizat. Et verbis et moribus, per totam ipsius vitam, ignem æternum sibi thesaurizat, etsi de iis quæ ipse reputat bona lætetur.

Vers. 19. *Qui peccatis delectatur, gaudet jurgiis.* Perversitatis amans perversæ sensuum legis adversus spiritus legem rebellione gaudet ipsamque peccati instigatricem sensualitatem, spiritu fortiorem reddens, suam perniciem quærit.

Qui exaltat ostium suum, quærit ruinam. Sicut enim voluptarius a Deo propter carnis delicias discedit, ita et superbus, propter animæ ignorantiam, Deum bonorum omnium auctorem esse nesciens, ideoque sibi magnos successus adscribens.

Vers. 20. *Qui duro corde est, non occurrit bonis.* Qui secundum animam sic indurescit et contra divinas leges recalcitrat, obvenientia justis bona non obtinebit.

Vir lingua versatilis, incidet in mala. Qui suas cum Deo conventiones, in sanctorum ipsius mandatorum observatione constantes, mutat, in passiones ignominiæ decidet.

Vers. 21. *Cor autem insipientis erit possidentis illud mæstitia.* Anima ejus qui Deum nec timet nec diligit ideoque circa mandata superba dedignatione est, continuis conscientiæ exprobrationibus, ipsius ultrix erit.

Non lætatur pater de filio indisciplinato. Imprudenti ratiocinatione non gaudet animus, quia ex sensualitate subadjuva spuriam sibique absimilem illam genuit.

Filius autem sapiens suam matrem lætificat. Judicium autem prudens, operibus justitiæ lætificat sapientiam, quæ, ex animo consorte, illud, præcepta ipsius omnia complens, peperit.

Vers. 22. *Cor lætum valere facit.* Anima semper læta tanquam indesinenter orans ut non suam, sed solam Dei voluntatem quærat, ideoque in omni circumstantia, et si tristis esset, gratias agat, valetudinem suis potentiis confert.

Hominis autem tristis exsiccantur ossa. Mentis

A ὡς ἑνὸς μέλη σώματος, κεφαλὴν ἔχοντος τὸν Χριστὸν βοηθοῖεν ἀλλήλοις ἐν χρείας καιρῷ.

ιη'. *Ἀνὴρ ἄφρων ἐπικροτεῖ καὶ ἐπιχαίρει ἑαυτῷ, ὡς καὶ ἐγγυώμενος ἐγγύῃ τὸν ἑαυτοῦ φίλον.* Ἄνθρωπος ὁ μὴ φρονῶν τὰ ἑαυτῷ καὶ ἑτέροις συμφέροντα, αὐτάρεσκος ὑπάρχων καὶ μὴ θεάρεστος, ἐπικαυχᾶται μὲν καὶ εὐφραίνεται ἑαυτῷ, ἐφ' οἷς λέγει τε καὶ ποιεῖ, καθάπερ ἐπαγγέλλεται τῇ ἡδυπαθείᾳ τοῦ προσφιλοῦς αὐτοῦ σαρκίου, καὶ ὁ τοῦτο ἐπὶ τέλει ἀποδοῦναι κατὰ πρᾶξιν τὸ χρέος τῆς ἀρετῆς ἐγγυώμενος, καὶ μὴ διερεθίζων αὐτὸ πρὸς ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων καὶ ὁδῶν πῦρ θησαυρίζει. Ἐν δὲ τοῖς παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν λόγοις τε καὶ ἐπιτηδεύμασι, τὸ αἰώνιον ἀποθησαυρίζει
B πῦρ ἑαυτῷ, κἂν χαίρῃ ἐπὶ τούτοις ὡς νομιζομένοις αὐτῷ ἀγαθοῖς.

ιθ'. *Φιλαμαρτήμων χαίρει μάχαις.* Ὁ τῆς κακίας ἐραστὴς ἐπευφραίνεται ταῖς κατ' αὐτὴν τοῦ νόμου τῆς αἰσθήσεως πρὸς τὸν νόμον τοῦ νοὸς ἀντικαταστάσεσιν, καὶ αὐτὴν τὴν τῆς ἁμαρτίας εἰσαγωγὸν αἴσθησιν ἐπικρατεστέραν ποιῶν τοῦ νοὸς, ἐπιζητεῖ τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν.

Ὑψῶν θύραν ἑαυτοῦ, ζητεῖ συντριβήν. Ὥσπερ γὰρ ὁ φιλήδονος, Θεοῦ ἀφίσταται διὰ σαρκὸς ἡδυπάθειαν· οὕτω καὶ ὁ αὐτάρεσκος, διὰ ψυχῆς ἄγνοιαν μὴ εἰδὼς Θεὸν εἶναι πάντων τῶν καλῶν αἴτιον, κἀντεῦθεν ἑαυτῷ ἐπιγράφων τὰ κατορθώματα.

κ'. *Ὁ δὲ σκληροκάρδιος, οὐ συναντᾷ ἀγαθοῖς.*
C Ὁ δ' οὕτω κατὰ ψυχὴν σκληρυνόμενος, καὶ πρὸς τὰς θείας ἀντιτυπῶν ἐντολὰς, τῶν ἀποκειμένων τοῖς δικαίοις οὐκ ἐπιτυχὴς γίνεται ἀγαθῶν.

Ἀνὴρ εὐμετάβολος γλώσσῃ, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. Ὁ εὐκόλως ἀλλοιῶν τὰς εἰς Θεὸν συνθήκας αὐτοῦ, αἳ τηρήσεις τῶν ἁγίων αὐτοῦ εἰσιν ἐντολῶν, πάθεσιν ἀτιμίας περιπεσεῖται.

κα'. *Καρδία δὲ ἄφρονος, ὀδύνη τῷ κεκτημένῳ αὐτήν.* Ἡ ψυχὴ τοῦ μὴ φόβον θεῖον κεκτημένου καὶ πόθον, κἀντεῦθεν καταφρονητικῶς διακειμένου περὶ τὰς ἐντολὰς, τιμωρὸς ἔσται αὐτοῦ τοῖς τοῦ συνειδότος ἀνενδότοις ἐλέγχοις.

Οὐκ εὐφραίνεται πατὴρ ἐπὶ υἱῷ ἀπαιδεύτῳ. Οὐ χαίρει νοῦς ἐπὶ λογισμῷ ἀσυνέτῳ, ὅτι ἐκ τῆς
D ὑπηρέτιδος τούτου αἰσθήσεως, νόθον καὶ ἑαυτῷ ἀνόμοιον τοῦτον ἀπέτεκεν.

Υἱὸς δὲ φρόνιμος, εὐφραίνει μητέρα αὐτοῦ. Λογισμὸς δ' ἐχέφρων, τέρπει διὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων τὴν ἀποτεκοῦσαν τοῦτον σύνοικον τοῦ νοῦ σοφίαν, τὰς ὑποθήκας ταύτης πάσας πληρῶν.

κβ'. *Καρδία εὐφραινομένη, εὐεκτεῖν ποιεῖ.* Ψυχὴ πάντοτε χαίρουσα, ὡς ἀδιαλείπτως προσευχομένη διὰ τὸ μὴ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ ζητεῖν θέλημα· κἀντεῦθεν ἐν παντὶ συναντήματι, κἂν ἀνιαρὸν εἴη εὐχαριστεῖν, ἀπάθειαν ταῖς ἑαυτῆς περιποιεῖται δυνάμεσι.

Ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ ξηραίνεται ὀστᾶ. Τοῦ δὲ

προσκειμένου νοὸς προσκαίροις, καὶ ἐπὶ τῇ τούτων ἀνιωμένου φθορᾷ, τὰ διανοήματα, ἃ δίκην ὀστῶν αὐτὸν ὑπερείδουσι, τῆς ζωογόνου πνευματικῆς νοτίδος ἐστέρηνται.

κγ'. *Λαμβάνων δῶρα ἐν κόλπῳ ἀδίκως, οὐ κατευοδοῦται ἐν ὁδοῖς· ἐκκλίνει γὰρ ὁδοὺς δικαιοσύνης.* Ὁ παραλαμβάνων μετὰ περιχαρείας, ὥς τινα δῶρα, ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν ταμείῳ τῆς ψυχῆς ἀδιακρίτως τὰς τῶν δαιμόνων ἀπατηλὰς ὑποθήκας, οὐχ εὑρίσκει ἐν ταῖς αὐτοῦ πράξεσι τέλος τὸ ἀγαθόν· ἐπειδήπερ ἀπολιμπάνει τὰς δικαιοτέρας τοῦ Θεοῦ ἐντολάς, αἳ πρὸς αὐτὸν ἄγουσιν ὡς ἔσχατον ὀρεκτόν.

κδ'. *Πρόσωπον συνετὸν, ἀνδρὸς σοφοῦ.* Τοῦ B ἔχοντος τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὴν αὐτοσοφίαν ἔνοικον, συνεσταλμένος ὁ βίος· ὃς τὴν ἀφανῆ τῆς ψυχῆς χαρακτηρίζει διάθεσιν· ἐγκρατῶς μὲν τοῖς παροῦσι χρωμένου, τῶν δὲ μελλόντων ὁλικῶς τυχεῖν ἀγωνιζομένου.

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄφρονος, ἐπ' ἄκρα γῆς. Αἱ δ' ὄψεις τοῦ μὴ Θεὸν περιφέροντος ἐν καρδίᾳ, τὰ πέρατα διασκοποῦσι τῆς γῆς, εἰ δυνατὸν ταύτην περιλαβεῖν, καὶ πάσης δεσπόσαι αὐτῆς.

κε'. *Ὀργὴ πατρὶ, υἱὸς ἄφρων.* Τὸ κατ' ἐπιθυμίαν ὑφιστάμενον διανόημα ἐκ παραλόγου τοῦ νοὸς μετὰ τῆς αἰσθήσεως συμπλοκῆς, αὐτῷ μὲν τῷ νοΐ, ὡς πατρὶ, παραίτιον γίνεται θείας ὀργῆς· ἥτις ἀναχωχὴ τῆς χορηγίας τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐστίν.

C

Καὶ ὀδύνη τῇ τεκούσῃ αὐτόν. Τῇ δὲ ἀποτεκούσῃ τοῦτο αἰσθήσει, οἷα μητρὶ, ὀδύνην περιποιεῖται· πόνοις ἀκουσίοις δαμαζομένης τῆς σαρκὸς, κατὰ θείαν συγχώρησιν ὡς ἂν ἐπιγνῶσιν ἄμφω, ὅ τε νοῦς καὶ ἡ αἴσθησις, μὴ παρανόμως ἀλλήλοις συμπλέκεσθαι, καὶ ἀντὶ ἀρετῆς κακίαν ἀπογεννᾷν.

κϛ'. *Ζημιοῦν ἄνδρα δίκαιον, οὐ καλόν.* Τὸ ἀποστερεῖν ἀρετῆς τὸν ταύτης ἐπιμελούμενον, καὶ εἰς τὰ κατ' ἔλλειψιν αὐτῆς περιτρέπειν πάθη, οὐκ ἔστι καλὸν, κἂν διὰ τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς οὕτω δοκῇ.

Οὐδὲ ὅσιον ἐπιβουλεύειν δυνάσταις δικαίοις. Οὐδ ὅσιον ὑπάρχει, τὸ καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς πάθος ἐπιτίθεσθαι τοῖς τὴν ἐπιθυμίαν τῶν κατ' αἴσθησιν ἡδέων νικήσασι, καὶ καθυποτάσσουσι τὴν D σάρκα τῷ πνεύματι δι' ἐργασίας τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· λαθραία γάρ ἐστιν ἐχθρῶν ἀπὸ δεξιᾶς τὸ τοιοῦτον ἐπίθεσις. Ἀλλὰ καλὸν μὲν πάντως ἐστὶν, οἷα δίκαιον, τὸ κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον καὶ τὸν γραπτὸν, ποιεῖν τινα εἰς ἑτέρους, ὃ καὶ εἰς ἑαυτὸν παρ' ἐκείνων γίνεσθαι θέλει, καὶ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν· ὅσιον δὲ τὸ κατὰ τὸν πνευματικὸν αὖθις νόμον, ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, καὶ καλῶς ποιεῖν τοῖς μισοῦσιν αὐτόν· καὶ οὕτως διαμένειν ἄτρεπτον. Πεισθῶμεν τοίνυν Θεῷ τῷ ταῦτα νομοθετήσαντι, ὅπως κληρονόμοι τῆς αὐτοῦ βασιλείας γενώμεθα· καὶ μὴ ὑπακούσωμεν τῷ διαβόλῳ, ἐκτρέπειν ἡμᾶς ἐπιχειροῦντι τῆς ἀρετῆς εἰς τὰ κατ' ἔλλειψιν ταύτης καὶ ὑπερβολὴν πάθη· ἵνα μὴ παραπεμφθῶμεν εἰς πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

A præsentibus subjacentis et de eorum amissione dolentis cogitationes, quæ velut ossa suffulciunt illam, vivificante spiritus humore destituuntur.

VERS. 23. *In sinu munera colligens injuste, in viis non prosperatur: declinat enim a viis justitiæ.* Qui cum exsultatione velut quædam dona in intellectuali animæ conditorio fallaces dæmonis instructiones indiscrete recipit, in operibus suis non invenit felicem exitum; siquidem transgreditur justiores Dei leges quæ ad illum tanquam ad desideratum terminum ducunt.

VERS. 24. *Hominis sapientis facies intelligens.* Illius qui Dei Verbum, sapientiam ipsam, in semetipso habet, compositus est vivendi modus, qui invisibilem animæ statum manifestat: moderate quidem utitur præsentibus, sed obtinere futura omnino contendit.

Oculi autem stulti ad extrema terræ. Oculi autem ejus qui Deum in pectore non gestat, fines terræ, an possibile sit eam comprehendere eique toti dominari, perspeculantur.

VERS. 25. *Ira patri filius stultus.* Errantis animi cogitatio, desideriis subjacens, concurrenti sensualitate, ipsi quidem animo, tanquam patri, divinam inspirat iram, quæ velut anchora jacta, dirigentibus spiritus donis, quædam statio est.

Et dolor ei quæ genuit eum. Hoc autem sensualitati parienti, ut matri, mœrorem producit; Deo permittente carnem invitis laboribus domari, ut agnoscant ambo, animus scilicet et sensualitas, non illegitimo amplexu commisceri nec loco virtutis pravitatem generare.

VERS. 26. *Lædere justum non est bonum.* A virtute avellere qui virtuti studet, eumque ad passiones ubi virtus deficit deducere non est bonum, licet ob dulcedinem voluptatis sic videatur.

Nec rectum justis principibus insidiari. Non est æquum onera virtutis supra modum illis imponere, qui sensualium voluptatum desideria vicerunt et carnem suam spiritui ad mandata Dei adimplenda submiserunt: hoc enim inimicorum a dextris latens est dolus. Illud autem est quidem omnino bonum, sicut justum, quod quis juxta legem naturalem et legem scriptam in alios agat quod ab aliis sibi fieri cupit, et proximum sicut seipsum diligat; sanctum autem, quod quis, juxta spiritualem legem, inimicos diligat et odientibus se benefaciat; ut sic constanter permaneat. Pareamus igitur Deo ista præcipienti, ut hæredes ejus regni simus: non autem præbeamus aurem diabolo qui nos a virtute in passiones ubi sunt virtutis defectus vel excessus, avertere conatur, ne in ignem ipsi et angelis ejus paratum demittamur.

Vers. 27. *Qui timet ne verbum durum adhibeat, sapiens est.* Qui cavet ne loco sermonis cor placantis sermonem illud exasperantem adhibeat, humanam infirmitatem novit. Ea indutos dejicere non vult sed fulcire. Illos autem a quibus contra se quispiam irritatur et sibi molestias infert patienter sustinet.

Vir autem longanimis sensatus. Homo est qui non ignorat Deum esse cuilibet occurrentia disponentem, et ideo contristantem se, velut a Satan vexatum, miseretur, et ab ista vexatione eum omnino conatur avellere.

Vers. 28. *Imprudenti sapientiam interroganti, sapientia reputabitur.* Ignarus, una sapienti interrogatione facta, reputabitur sapiens. Putabunt enim audientes illum scientem quod interrogat, interrogatos tentare an quæsitum sciant.

Qui autem se mutum fecerit, prudens esse credetur. Qui autem occurrentibus se silentem ac mutum ostenderit, opinionem illis præbebit de se, quod prudens est: verebuntur enim istum ut sapientem non valentes propter ejus silentium quomodo se habeat deprehendere.

CAP. XVIII.

Vers. 1. *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico.* Opportunitatem quærit qui vult amicitiam rumpere, cum nullus sit rationabilis prætextus abolendi charitatem quæ dominicum mandatum exsistit.

Omni tempore erit exprobrabilis. Omni tempore contemnetur iste, ab hominibus quidem in vita, utpote in amicitia instabilis, a Deo autem in sæculo futuro, quia charitatem quæ præcipuum est inter Dei mandata omnino neglexit.

Vers. 2. *Non opus habet sapientia is qui indiget corde: magis enim ducitur insipientia.* Qui prudentia caret, non appetit sapientiam quia anima rationali irrationalem carnem non subigit; mundum diligens Deum non amat. Corde insipientiam magis quam rationem sequitur.

Vers. 3. *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; sed sequitur eum ignominia et opprobrium.* Quando de salute sua desperavit qui bonis operibus Deum non colit, timorem ipsius ex propria anima omnino expellit; et deprehendunt eum passiones ignominiæ et propter eas omnium contemptus.

Vers. 4. *Aqua profunda sermo in corde viri.* Morem habet aquæ profundissimæ Dei verbum in anima ejus qui generose contra passiones luctatur. Abyssum scientiæ mente vestigans, imperscrutabilem sapientiam invenit.

A κζ'. *Ὃς φείδεται ῥῆμα προελέσθαι σκληρὸν, ἐπιγνώμων.* Ὁ ὑποστελλόμενος πρὸ τοῦ λειαίνοντος καρδίαν λόγου, ἑλέσθαι τὸν ταύτην τραχύνοντα, τὴν ἀνθρωπίνην οἶδεν ἀσθένειαν· καὶ τοὺς περικειμένους αὐτὴν, οὐ βούλεται καταβάλλειν, ἀλλὰ βαστάζειν· ὁ δ' ἐφ' οἷς τις ὀξύνεται κατ' αὐτοῦ, καὶ ὀδύνας τούτῳ ἐπάγει, ἀνεξικακῶν.

Μακρόθυμος δὲ ἀνὴρ, φρόνιμος. Ἄνθρωπός ἐστιν εἰδὼς ὅτι ἔστι Θεὸς, τῶν ἑκάστῳ πεπραγμένων ἐξεταστὴς, κἀντεῦθεν τὸν λυποῦντα αὐτὸν, ὡς ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ἐπηρεαζόμενον ἐλεεῖ· καὶ τῆς τούτου ἐπηρείας, πολυτρόπως τοῦτον ἀπαλλάττειν ἐπιχειρεῖ.

κη'. *Ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι σοφίαν, σοφία λο-*
B *γισθήσεται.* Ὁ ἀμαθὴς, σοφὸς νομισθήσεται, σοφὴν ποιησάμενος μόνον ἐρώτησιν· δόξουσι γὰρ οἱ ἀκούοντες, ὅτι εἰδὼς ὃ ἐρωτᾷ, δοκιμάζει τοὺς ἐρωτωμένους, εἰ τὸ ἐρωτώμενον οἴδασιν.

Ἐννεὸν δέ τις ἑαυτὸν ποιήσας, δόξει φρόνιμος εἶναι. Ὁ δὲ σιωπηλὸν καὶ ἔννουν τοῖς παρατυχοῦσι δείξας ἑαυτὸν, ὑπόληψιν τούτοις παρέξει περὶ ἑαυτοῦ ὡς ἐχέφρων ἐστίν· ὑποσταλήσονται γὰρ τοῦτον ὡς νουνεχῆ, μὴ ἰσχύοντες διὰ τὴν αὐτοῦ σιωπὴν, ὅπως ἔχει, καταλαβεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

α'. *Προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων.* Ἀφορμὰς πανταχόθεν ζητεῖ ὁ θέ-
C λων διαλῦσαι φιλίαν· ἐπεὶ μηδεμία ἐστὶν εὔλογος πρόφασις εἰς τὸ τὴν ἀγάπην ἀθετεῖν, Δεσποτικὴν ὑπάρχουσαν ἐντολήν.

Ἐν παντὶ δὲ καιρῷ ἐπονείδιστος ἔσται. Ἐν παντὶ δὲ καιρῷ ἐξουδενωθήσεται ὁ τοιοῦτος, παρ' ἀνθρώπων μὲν, κατὰ τὸ παρὸν, ὡς τὰ πρὸς φιλίαν ἀβέβαιος· παρὰ δὲ Θεοῦ κατὰ τὸ μέλλον, ὡς τῆς γενικωτάτης τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν τῆς ἀγάπης πάντως ὑπεριδών.

β'. *Οὐ χρείαν ἔχει σοφίας, ἐνδεὴς φρενῶν· μᾶλλον γὰρ ἄγεται ἀφροσύνῃ.* Ὁ φρονήσεως λειπόμενος, διὰ τὸ μὴ τῇ λογικῇ ψυχῇ τὴν ἄλογον σάρκα καθυποτάσσειν, οὐκ ὀρέγεται σοφίας· ὅτι φιλόϋλος ὢν, οὐχ ὑπάρχει φιλόθεος· καὶ γὰρ πλέον ὁ
D τοιοῦτος τῇ ἀλογίᾳ, ἢ τῷ λόγῳ ἕπεται κατὰ γνώμην.

γ'. *Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία καὶ ὄνειδος.* Ὁπότε ἀπογνῷ τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῦ ὁ μὴ δι' ἀγαθῶν ἔργων τιμῶν τὸν Θεὸν, τὸν φόβον αὐτοῦ παντελῶς ἐκβάλλει τῆς ἰδίας ψυχῆς· καὶ καταλαμβάνει αὐτὸν τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, καὶ ἡ παρὰ πάντων δι' αὐτὰ ἐξουθένησις.

δ'. *Ὕδωρ βαθὺ, λόγος ἐν καρδίᾳ ἀνδρός.* Δίκην ὕδατος βαθυτάτου ὑπάρχει ὁ θεῖος λόγος ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ γενναίως τὰ πάθη καταπαλαίσαντος· τὴν ἄβυσσον τῆς γνώσεως αὐτοῦ ἐρευνῶντος κατὰ διάνοιαν, καὶ ἀνεξερεύνητον ταύτην εὑρίσκοντος.

Ποταμὸς δὲ ἀναπηδῶν καὶ πηγὴ ζωῆς. Ἐκ στόματος δὲ τοῦ εἰρημένου ἀνδρὸς, οὗτος ὁ λόγος δίκην ποταμοῦ πλημμυροῦντος, καὶ τῶν ἑαυτοῦ ὁρίων ὑπερεχχεομένου, καὶ τὴν συμπαρακειμένην γῆν ἄρδοντος καὶ καρποφόρον ἀποτελοῦντος, διδασκαλικῶς προερχόμενος, πηγάζει εὖ εἶναι ζωτικὴν δύναμιν.

ε'. *Θαυμάσαι πρόσωπον ἀσεβοῦς, οὐ καλόν.* Ὄψιν καταπλαγῆναι δυνάστου, Θεὸν μὴ τιμῶντος δι' ἀγαθοεργίας, οὐκ ἔστιν ἐπαινετόν.

Οὐδὲ ὅσιον ἐκκλίνειν τὸ δίκαιον ἐν κρίσει. Οὐδὲ ὅσιον διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ φόβον, ἐν κρίσει ἐκτρέπεσθαι τοῦ δικαίου, κἂν τοῦ κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον δικαίου, ἡ κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον ὁσιότης ὑπέρκειται φύσεως πρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐξιστῶντος τοῦ πνεύματος.

ϛ'. *Χείλη ἄφρονος, ἄγουσιν αὐτὸν εἰς κακά.* Ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμὸς τοῦ μὴ λόγῳ ταῦτα ἐπέχοντος, ἀλλ' ἀγομένου ὑπ' αὐτῶν ἀλογίστως, καὶ δι' αὐτῶν ὡς διὰ χειλέων τὸ παρατυχὸν ἅπαν ἀσπαζομένου, εἰς πᾶσαν φέρουσιν αὐτὸν ἁμαρτίαν.

Τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ τὸ θρασὺ, θάνατον ἐπικαλεῖται. Ἡ δὲ τούτου φαντασία, ἡ δίκην στόματος προπετοῦς, τὴν κατὰ διάνοιαν λογικὴν δόξαν μὴ ἀναμένουσα, ἀλλὰ προκαταλαμβάνουσα ἐπαινεῖν τι ἢ ψέγειν, ὡς ἔτυχεν, ἐπισπᾶται τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, ἣ ψυχῆς ἐστι θάνατος.

ζ'. *Στόμα ἄφρονος, συντριβὴ αὐτῷ· τὰ δὲ χείλη αὐτοῦ, παγὶς τῇ ψυχῇ αὐτοῦ.* Ἡ γὰρ φαντασία τοῦ μὴ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν καρδίᾳ φέροντος, συνθλᾷ τοῦτον· εἰς γῆν κατασπῶσα τὸ αὐτοῦ φρόνημα· ἡ δὲ ἐπιθυμία τούτου καὶ ὁ θυμὸς, τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ὥς τισι θηράτροις ἀπατηλῶς τοῖς προσκαίροις συνδέουσιν.

η'. *Ὀκνηροὺς καταβάλλει φόβος· ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων, πεινάσουσιν.* Τοὺς καταρᾳθυμοῦντας τῆς τῶν θείων ἐντολῶν ἐργασίας, ἡ ταύτης ἐργασίας δειλία καταπίπτειν ποιεῖ· αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν, ὡς ἀνδρῶν μὲν θρασυνομένων ἐν τοῖς μοχθηροῖς ἔργοις, καὶ τοῦ ἰδίου κινδύνου κατατολμώντων, ὡς γυναικῶν δὲ δειλαινομένων ἐν τοῖς καλοῖς, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν σωτηρίαν ἀποκνευόντων [cod. ἀποκναιόντων], τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἐνδείᾳ λιμώξουσιν.

θ'. *Ὁ μὴ ἰώμενος αὐτὸν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, ἀδελφός ἐστι τοῦ λυμαινομένου ἑαυτόν.* Ὁ μὴ διὰ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς ἀπαλλάττων ἑαυτὸν τῶν καθ' ἕξιν τῆς ἁμαρτίας παθῶν, ἀδελφὰ φρονεῖ τῷ κατ' ἐνέργειαν ταύτης μᾶλλον ἑαυτὸν καταβλάπτοντι. Εἰ μὴ γὰρ καὶ τὴν κατὰ διάθεσιν ῥίζαν τῆς κακίας σπεύσει ἐκσπάσαι τις, κλάδους πάντως πονηρῶν λογισμῶν ἀναθαλήσει, καὶ τὸν πικρὸν αὖθις τῆς ἁμαρτίας κατ' ἐνέργειαν προσενέγκῃ καρπόν.

ι'. *Ἐκ μεγαλωσύνης ἰσχύος, φανερὸν τὸ ὄνομα Κυρίου.* Ἐκ τῆς κηρυττομένης ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως μεγάλης δυνάμεως τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων Θεοῦ, φανερὰ ἡ τούτου γνῶσις καθέστηκεν.

Αὐτῷ δὲ προσδραμόντες δίκαιοι, ὑψοῦνται. Τῇ δὲ τοιαύτῃ γνώσει προσελθόντες διὰ πίστεως καὶ φόβου, οἱ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, τοῦ νομιζομένου προκρίνον-

A *Flumen autem scaturiens et fons vitæ.* Ex ore autem præfati viri hic sermo ad doctrinam progrediens, scaturire facit vivificam vim felicitatis, quemadmodum flumen quod exæstuat, extra alveum effunditur terramque adjacentem irrigans fertilem efficit.

Vers. 5. *Mirari personam impii, non est bonum.* De vultu potentis, bonis operibus non honorantis Deum obstupescere non est laudabile.

Neque sanctum declinare justum in judicio. Neque sanctum ob potentis metum, in judicio declinare a justo, etiamsi de justo secundum legem naturalem agatur. Sanctitas enim secundum legem spiritualem præstat naturam, spiritu eam ad ea quæ supra naturam sunt transferente.

B Vers. 6. *Labia stulti ducunt eum in mala.* Appetitus concupiscibilis et appetitus irascibilis ejus qui ratione illas non continet, sed ab illis abducitur et per illos quasi per labia quodcunque sors tulerit amplectitur, in omne eum inducunt peccatum.

Et os ejus audax mortem invocat. Hujus imaginatio, sicut os præceps, quæ rectæ rationi conformis est opinionem non ferens, sed sine judicio ac delectu aliquid laudare aut vituperare præjudicat, ad se totis viribus attrahit peccatum quod mors est animæ.

Vers. 7. *Os imprudentis contusio ei, et labia ipsius, laqueus animæ ejus.* Imaginatio ejus qui Dei timorem in corde non servat, conquassat eum
C ad terram attrahens cogitationes ejus. Appetitus concupiscibilis autem illius ac appetitus irascibilis quasi quibusdam laqueis animam ipsius rebus temporalibus devinciunt.

Vers. 8. *Pigrum dejicit timor: animæ autem effeminatorum esurient.* Illos qui negligunt divinorum mandatorum operationem, illius operationis timiditas decidere facit. Animæ autem eorum qui ut viri quidem sunt audaces ad opera mala, et ad proprium periculum adeundum, quasi mulieres autem timidi sunt in bonis operibus et ad propriam salutem pigri, inopia boni esurient.

Vers. 9. *Qui non medetur sibi in operibus suis,*
D *frater est perdentis seipsum.* Qui per opera virtutis non liberat se quantum potest a passionibus peccati, similia cogitat ac ille qui seipsum lædit. Nam nisi quis pro virili parte malitiæ radicem extrahere studeat, malarum cogitationum ramos omnino virescere facit amarosque iterum peccati fructus totis viribus profert.

Vers. 10. *Ex magnificentia fortitudinis nomen Domini manifestatur.* Ex magna potentia Dei, omnium Domini, ab universa creatione prædicata, manifesta exstitit ejus cognitio.

Ei autem accurrentes justi exaltantur. Qui autem ad illam cognitionem accurrunt per fidem et metum, et verum bonum ei quod æstimatur bonum

anteponunt, a carnalibus terrenisque ad spiritualia ac cœlestia transferuntur.

VERS. 11. *Substantia divitis viri urbs munita.* Substantia eorum qui virtutem ac cognitionem possident cœlestis est metropolis insidiis non patens, inexpugnabilis; eorum qui omnia præsentia contemnunt ut illius civitatis cives fiant.

Gloria autem ejus magnopere obumbrat. Gratia autem sanctissimi Spiritus, quæ illius civitatis est gloria, quos hujus cives dignos habuit hac per gratiam deificatione, multum in hac vita protegit contra maculam a cupiditatibus adspersam.

VERS. 12. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, et antequam glorificetur, humiliatur.* Causa animæ lapsus ejus est exaltatio, quemadmodum humilitas causa est honoris apud Deum. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur, qui autem se humiliat exaltabitur.

VERS. 13. *Qui prius respondet quam audierit, stultum se esse demonstrat, et vituperatione dignum.* Qui sese defendit priusquam auribus accipiat quod ipsi dicitur, amentiæ defensio ejus manifestatio evadit, quia non intelligit dictum ut illi respondeat. Ideo et contemnitur ab omnibus quibus colloquitur.

VERS. 14. *Furorem viri mitigat servus prudens.* Iram hominis sedat prudens famulus solertibus verbis.

Pusillanimem autem dominum si quis sustinet, admiratione dignus. Solet enim ille irasci in omni occasione, si accidat ut aliquid non juxta beneplacitum perficiatur ex ignorantia servi mandatum non adimplentis, cui sæpe inhumane flagra infligit.

VERS. 15. *Cor prudentis possidet sensum.* Anima ejus qui Deum mente profert, accipit discretionem quæ a pejore melius distinguit; mandata Dei adimplere cupit, tum ea quæ a malo avertunt, tum ea quæ ad virtutem adhortantur.

Aures autem sapientium quærunt doctrinam. Auditus autem eorum qui divini verbi sunt participes, non solo Dei verbo sunt contenti, sed per meditationem scrutantur etiam hujus verbi sensum, donec perveniant ad id quod est, ut Deus, supra mentis conceptionem.

VERS. 16. *Donum hominis dilatat eum, et apud principes sedere facit eum.* Spiritus sancti donum quod accipit homo, ducit eum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cum homo a timore divino incepit et aliis exinde donis crevit, illum consolidat et sedere facit cum iis qui participes sunt perficientis sapientiæ quæ dat robur ad subigendos pravitatis spiritus, mendacii auctores. Illum a passionibus purificatum, et per meditationem illuminatum cognitione, perfectum in soliditate virtutis constituit.

VERS. 17. *Justus accusator sui in principio ser-*

τες, ἀνάγονται ἀπὸ τῶν σαρκικῶν καὶ γηΐνων πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ οὐράνια.

ια'. *Ὕπαρξις πλουσίων, πόλις ὀχυρά.* Περιουσία τῶν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν πεπλουτηκότων, ἡ ἄνω ἐστὶ μητρόπολις, ἡ ἀνεπιβούλητος καὶ ἀνάλωτος· πάντα προϊεμένων τὰ παρόντα, ὡς ἂν ἐκείνης πολῖται γένωνται.

Ἡ δὲ δόξα αὐτῆς μέγα ἐπισκιάζει. Ἡ δὲ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις, ἥπερ ἐστὶν ἐκείνης τῆς πόλεως εὔκλεια, ὡς τοὺς ταύτης πολίτας ἀξιοῦσα τῆς κατὰ χάριν θεώσεως, οὐ μικρῶς κἀνταῦθα φυλάττει ἀπὸ τῆς τοῦ φλογμοῦ τῶν παθῶν μελανώσεως.

ιβ'. *Πρὸ συντριβῆς ὑψοῦται καρδία ἀνδρός, καὶ πρὸ δόξης ταπεινοῦται.* Αἰτία τοῦ κατὰ ψυχὴν πτώματος ἡ ταύτης ἐστὶν ἔπαρσις, ὥσπερ αὖ ἡ ταπεινοφροσύνη τῆς παρὰ Θεῷ τιμῆς· πᾶς γὰρ ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.

ιγ'. *Ὃς ἀποκρίνεται λόγον πρὶν ἀκοῦσαι, ἀφροσύνη ἐστὶν αὐτῷ καὶ ὄνειδος.* Τῷ ἀπολογουμένῳ πρὶν τοῖς ὠσὶ δέξασθαι τὸ παρά τινος τούτῳ λεγόμενον, ἀνοίας ἡ τοιαύτη ἀπολογία παραίτιος γίνεται ὅτι μὴ συνίησι τὸ λεγόμενον, ἵνα πρὸς αὐτὸ φθέγξηται· ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐξουδενώσεως παρὰ πᾶσι τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

ιδ'. *Θυμὸν ἀνδρὸς πραΰνει θεράπων φρόνιμος.* Ὀργὴν ἀνθρώπου καταστέλλει νουνεχὴς ὑπηρέτης, δεξιῶς αὐτὸν μετερχόμενος

Μικρόψυχον δ' ἄνθρωπον εἴ τις ὑπενέγκει, θαύματος ἄξιος· εἴωθε γὰρ οὗτος ὀργίζεσθαι καὶ εἰς τὸ τυχὸν, εἰ συμβῇ μὴ ἀποτελεσθῆναι κατὰ τὸ αὐτῷ βουλητὸν, ἐξ ἀγνοίας τοῦ μὴ τοῦτο πληρώσαντος, ᾧ πολλάκις ἀνηλεῶς ἐπιφέρει καὶ μάστιγας

ιε'. *Καρδία φρονίμου κτᾶται αἴσθησιν.* Ἡ ψυχὴ τοῦ περιφέροντος Θεὸν κατὰ διάνοιαν, προσλαμβάνει διάκρισιν τὴν διαιροῦσαν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος· τῶν ἀποτρεπουσῶν μὲν τοῦ κακοῦ, προτρεπουσῶν δὲ πρὸς τὸ καλὸν ἐντολῶν αὐτοῦ, κατὰ πρᾶξιν ἀντιποιουμένη.

Ὦτα δὲ σοφῶν ζητεῖ ἔννοιαν. Αἱ δ' ἀκοαὶ τῶν μετασχόντων τοῦ θείου λόγου, οὐκ ἀρκοῦνται μόνῳ τῷ τούτου ῥητῷ, ἀλλ' ἀνερευνῶσι κατὰ θεωρίαν καὶ τὸ αὐτοῦ νοητὸν, ἕως ἂν φθάσωσιν εἰς τὸ τούτου ὑπὲρ κατάληψιν, ὡς Θεοῦ.

ις'. *Δόμα ἀνθρώπου ἐκπλατύνει αὐτὸν, καὶ παρὰ δυνάσταις καθιζάνει αὐτόν.* Ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεά, ἣν λαμβάνει ἄνθρωπος, ἄγει τοῦτον εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἀπὸ φόβου θείου ἀρχόμενον, καὶ τοῖς ἑξῆς χαρίσμασιν ἐπεκτεινόμενον καὶ μετὰ τῶν μετασχόντων τῆς τελειοποιοῦ σοφίας, τῆς ἐνισχυούσης τοῦτον εἰς τὸ καταδυναστεύειν τῶν τὰ ψευδῆ ὑποτιθεμένων τῆς πονηρίας πνευμάτων, ἐγκαθιδρύει· μετὰ τὸ καθᾶραι παθῶν κατὰ πρᾶξιν, καὶ φωτίσαι γνωστικῶς κατὰ θεωρίαν, τέλειον αὐτὸν ἀποκαθιστῶσα τῇ ἐν τῷ ἀγαθῷ ἀτρεψίᾳ.

ιζ'. *Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.*

A Ὃς τὸν νόμον τῆς εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπης τηρεῖ, προηγουμένως οὔτε Θεῷ, οὔτε μὴν ἀνθρώπῳ τὴν οἱανοῦν μέμψιν ἐπάγει· ἀλλ' ἑαυτὸν αἰτιᾶται ἐφ' οἷς πλημμελεῖ· μεθ' ὃ πάντως τὴν παρ' ἀμφοτέρων ἐξαιτεῖται συμπάθειαν.

Ὡς δ' ἂν ἐπιβάλλῃ ὁ ἀντίδικος, ἐλέγχεται. Ἐντεῦθεν δὲ καθὼς ἂν τούτῳ προσβάλῃ ὁ ἀντίπαλος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, εἴτε πρὸς βλασφημίαν τοῦ Θεοῦ κινῆσαι τοῦτον ἐπιχειρῶν, εἴτε πρὸς ἔχθραν τοῦ ἀδελφοῦ, ἡττώμενος, ἀνίσχυρος δείκνυται.

ιη'. *Ἀντιλογίας παύει κλῆρος.* Ἡ καταγομένη ἀπὸ Θεοῦ ὥς τις πατρικὸς κλῆρος, ἐπὶ τοὺς ἀξιωθέντας τῆς αὐτοῦ κατὰ χάριν υἱοθεσίας, τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεά, τοῖς μὲν ἀρτιγενέσι, παύει τὰς ἀντιθέσεις· τὴν πίστιν τούτοις ἐπαύξουσα, καὶ φόβῳ B θείῳ καταστέλλουσα πάθη τὰ ταῖς ἐντολαῖς ἀντικείμενα.

Ἐν δὲ δυνάσταις ὁρίζει. Τοῖς δ' ἀνδρωθεῖσι τῇ πίστει, καὶ τῶν παθῶν περιγενομένοις, περιγράφει τὴν ἐνέργειαν, ἐν αὐταῖς ταῖς τὰ πάθη καταπαλαισάσαις ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ· ὡς ἂν αὕτη εἰς τὰς τῆς ἀρετῆς μὴ ἐκκλίνῃ ὑπερβολάς.

ιθ'. *Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλή· ἰσχύει δὲ, ὥσπερ τεθεμελιωμένη μεμοχλευμένον βασίλειον.* Ψυχὴ πρὸς τὰ κάλλιστα ὑπὸ τοῦ συγγενοῦς σαρκίου συνεργουμένη, δίκην πόλεως ὀχυρᾶς τε καὶ ὑψηλῆς, τοῖς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς πάθεσι μένει ἀνεπιβούλευτος· ὡς μετριοφρονοῦσα τῷ πόνῳ τῆς ἀρετῆς, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός· τοῖς δὲ κατ' ἔλλειψιν πάλιν C οὐχ ἁλίσκεται πάθεσιν· ὡς πρὸς τὸ πνεῦμα τὸν νοῦν ἀνάγουσα, τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, διὰ τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· δύναται δὲ ταῦτα, ταῖς τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῇ θείου Πνεύματος ἐνεργείαις, διαφυλαττομένη καθάπερ κατησφαλισμένον ἐν μοχλοῖς σιδηροῖς βασιλέως οἰκητήριον.

κ'. *Ἀπὸ καρπῶν στόματος ἀνὴρ πίμπλησι κοιλίαν αὐτοῦ.* Ἀπὸ τῶν προφερομένων ἐκ στόματος ἀγαθοῦ διδασκάλου λόγων, ὁ μὴ ταῖς ἡδοναῖς ἐκθηλυνόμενος, πληροῖ τὴν τούτων δεκτικήν τε καὶ κατεργαστικὴν διάνοιαν ἑαυτοῦ, πλουτῶν σύνεσιν.

Ἀπὸ δὲ καρπῶν χειλέων αὐτοῦ ἐμπλησθήσεται. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκ τοῦ ἰδίου στόματος πληρωθήσεται λόγων, ἐν τῷ διδάσκειν καὶ οἰκοδομεῖν ἑτέρους, ἔμπλεως σοφίας γενόμενος. D

κα'. *Θάνατος καὶ ζωὴ, ἐν χειρὶ γλώσσης.* Κατ' ἐνέργειαν τῆς γλώττης, εἴτε θανατηφόρος λόγος, εἴτε ζωογόνος προέρχεται, ὡς δυναμένης πονηρὰ καὶ ἀγαθὰ φθέγγεσθαι· ὧν τὰ μὲν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν θανατοῦσι, τὰ δ' ἀμφότερα ζωογονοῦσιν.

Οἱ δὲ κρατοῦντες αὐτῆς ἔδονται τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Οἱ δ' ἐπέχοντες ταύτην, καὶ πονηρὰ φθέγγεσθαι μὴ συγχωροῦντες, τῶν ζωογονεῖν τοὺς ἀκούοντας δυναμένων ῥημάτων ἀπολαύουσιν.

κβ'. *Ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθὴν, εὗρε χάριτας.* Ὁ τὴν παντὸς καλοῦ αἰτίαν σοφίαν σύνοικον κτησάμενος νοῦς, ἐκτήσατο καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρίσματα, τὸ τῆς συνέσεως, τὸ τῆς γνώσεως, τὸ τῆς ἐπιστήμης, τὸ τῆς βουλῆς, τὸ τῆς ἰσχύος, καὶ

monis. Qui legem charitatis in Deum et in proximum servat, neque Deo neque homini primam quamcunque vituperationem tribuit, sed se ipsum accusat de propriis culpis : propterea Dei hominumque omnino sibi conciliat amicitiam.

Cum vero adjecerit adversarius arguitur. Hinc autem quemadmodum si quem tentat adversarius animarum nostrarum, eum impellere nitens sive ad blasphemiam in Deum, sive ad odium fratris, victus imbecillitatis arguitur.

VERS. 18. *Contradictiones sedat sors.* Spiritus sancti donum quod a Deo derivatur quasi hæreditas quædam paterna, in eos qui digni habiti sunt ipsius secundum gratiam adoptionis, recens fidei genitorum dissensiones sedat, ipsis fidem augendo et timore Dei expellendo passiones mandatis contrarias.

Et in potentatibus definit. Iis qui viri facti sunt in fide passionesque subjecerunt, actionem circumscribit in istis Dei mandatis quæ adversus passiones luctantur, ne illa ad excessum virtutis declinet

VERS. 19. *Frater a fratre adjutus tanquam urbs munita et excelsa; invalescit autem tanquam fundatum regnum.* Anima ad optima a sodali carne adjuta similis est urbi munitæ et excelsæ. Passionibus quidem per excessum virtutis manet inexpugnabilis, quia laborem virtutis juxta carnis infirmitatem moderat. Passionibus autem per defectum nec iterum capitur, quia mentem ad spiritualia dirigit, altitudine cognitionis, per propriam dignitatem. Hæc autem efficere potest per actionem Spiritus sancti in se inhabitantis custodita, quasi regia ferreis vectibus munita.

VERS. 20. *De fructibus oris vir implet ventrem suum.* Sermonibus ex ore boni præceptoris procedentibus qui voluptatibus non emollitus est, implet cogitationem suam quæ recipit ac perficit, sic ditans intellectum.

Et de fructibus laborum suorum implebitur. De verbis quæ ex ore suo procedunt implebitur, quia dum doctrinam aliis dispensat, plenus sapientia evadit.

VERS. 21. *Mors et vita, in manu linguæ.* E lingua procedit sermo qui dat sive mortem sive vitam; quia illa potest mala et bona proferre, quorum priora quidem corpus et animam occidunt, posteriora autem vivificant.

Qui autem dirigunt eam, comedent fructus ejus. Qui autem continent eam, nec mala proferre sinunt, fructum capiunt ex verbis audientes vivificare valentibus.

VERS. 22. *Qui invenit mulierem bonam, invenit gratias.* Mens quæ possidet sapientiam, omnis boni principium, possidet insuper alia Spiritus sancti dona, donum scilicet intellectus, donum scientiæ, donum prudentiæ, donum consilii, donum fortitu-

dinis, et donum timoris. Accepit autem a Deo sanitatem animæ, purificatus, illuminatus atque perfectus.

Vers. 23. *Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum.* Qui propter affectum ad sensibilia, rejicit intellectualium sapientiam in semetipso inhabitantem quæ talium causa est bonorum, omnia bona quæ ex illa procedunt simul cum ea dejicit.

Qui autem tenet adulteram, stultus et impius. Qui sapientiam dimittit sensumque conservat fallacem, nec Deum in corde profert, nec illum justitiæ operibus colit.

CAP. XIX.

Vers. 3. *Imprudentia viri vastat vias ejus.* Ejus qui ad Deum non respicit, sed amore decipitur temporalium, irrationalis est motus. Nihil proficiunt ipsius studia, quia cum corruptibilibus simul transeunt.

Accusat autem Deum in corde suo. Ille ex dementia non pravum suum judicium accusat, quod vera et permanentia contemnens in corruptibilia omnem ostendit ardorem, sed Deum: quia corrumpuntur ea quæ sunt corruptioni obnoxia.

Vers. 4. *Divitiæ addunt amicos multos.* Spirituales divitiæ virtutis et scientiæ, illas possidenti conferunt cum charitate in Deum et in homines charitatem. Nam charitate in homines charitas in Deum manifestatur atque probatur.

Inops autem et ab amico quem habet deseritur. Qui divitiis talibus consulto caret, a Deo discedit qui adeo dilexit eum ut non modo eum e nihilo ad exsistentiam eduxerit, vitaque donaverit ac ratione omnique alia rerum copia dignum habuerit, sed etiam unigenitum Filium suum pro illo morti tradiderit.

Vers. 5. *Testis falsus non erit impunitus.* Diabolus qui malum mendaciter laudat et ad illud operandum hortatur hominem, malitiæ pœnas, pro eo, a justo judice subibit.

Qui autem accusat inique, non effugiet. Qui autem de iis quæ admisit ipsum diabolum præter rationem accusat, non exinde omnem effugiet pœnam quia diabolo non obedire potuit. Reddet et ipse rationem quia mandata Creatoris contempsit ac paruit mali suggestionibus.

Vers. 6. *Multi colunt personam regis.* Multi coram regibus ad ipsorum servitium zelum ostendunt; pone autem sentiunt contraria.

Omnis autem malus fit opprobrium viro. Omnis autem sic male sentiens, a recte sentienti ut impostor contemnitur.

Vers. 7. *Quicunque fratrem inopem odit, etiam ab amicitia longe erit.* Qui fratrem ex anima repel-

A τὸ τοῦ φόβου. Ἔλαβε δὲ παρὰ Θεοῦ ὑγείαν κατὰ ψυχὴν, καθαρθείς τε καὶ φωτισθεὶς καὶ τελειωθείς.

κγ'. *Ὃς ἐκβάλλει ἀγαθὴν γυναῖκα, ἐκβάλλει ἀγαθά.* Ὃς οὖν ἀπελαύνει ἐξ αὐτοῦ, διὰ τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ σχέσιν, τὴν κατὰ τὸ νοερὸν αὐτῷ συνοικοῦσαν, καὶ τοιούτων ἀγαθῶν αἰτίαν σοφίαν, συναπελαύνει αὐτῇ καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἀγαθά.

Ὁ δὲ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ὁ δὲ ταύτην μὲν ἀπολύων, τὴν δ' ἀπατηλὴν αἴσθησιν παρακατέχων, οὐ περιφέρει ἐν καρδίᾳ Θεόν· οὔτε μὴν διὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων τοῦτον τιμᾷ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

γ'. *Ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυμαίνεται τὰς ὁδοὺς*

B *αὐτοῦ.* Τοῦ μὴ πρὸς Θεὸν ἀφορῶντος, ἀλλὰ τῇ σχέσει τῶν προσκαίρων ἠπατημένου, ἡ ἀλόγιστος κίνησις· εἰς τὸ μηδὲν ποιεῖ προχωρεῖν τὰ τούτου ἐπιτηδεύματα, ὡς τοῖς φθαρτοῖς συναφανιζόμενα.

Τὸν δὲ Θεὸν αἰτιᾶται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Αὐτὸς δ' ἐξ ἀνοίας ἐπιμέμφεται, οὐχὶ τῇ φαύλῃ προαιρέσει αὐτοῦ, ἣ τὰ ὄντα καὶ μένοντα καταλείψασα περὶ τὰ φθαρτὰ πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδείκνυται, ἀλλὰ Θεῷ· ὅτι φθείρονται τὰ φύσει φθαρτά.

δ'. *Πλοῦτος προστίθησι φίλους πολλούς.* Ὁ κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν πνευματικὸς πλοῦτος, τῷ κτησαμένῳ αὐτὸν, προστίθησι τῇ εἰς Θεὸν ἀγάπῃ καὶ τὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους· ἡ γὰρ πρὸς τούτους ἀγάπη, τῆς πρὸς Θεόν ἐστιν ἀγάπης ἀπόδειξις

C *Ὁ δὲ πτωχὸς καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπάρχοντος φίλου χωρίζεται.* Ὁ δὲ πτωχεύων τοῦ τοιούτου πλούτου κατὰ προαίρεσιν, καὶ αὐτοῦ ἀφίσταται τοῦ τοιοῦτον ἀγαπήσαντος αὐτὸν Θεοῦ, ὡς μὴ μόνον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν καὶ ζωῆς μεταδοῦναι, καὶ λόγῳ τιμῆσαι, καὶ πάσης ἄλλης ἀξιῶσαι προνοίας, ἀλλὰ καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ὑπὲρ τούτου δοῦναι εἰς θάνατον.

ε'. *Μάρτυς ψευδὴς, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.* Ὁ τὸ κακὸν ψευδῶς ἐπαινῶν δαίμων, καὶ πρὸς ἐργασίαν τούτου τὸν ἄνθρωπον ἐκκαλούμενος, δίκας ὑφέξει περὶ τῆς πονηρίας αὐτοῦ ἕνεκεν, παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ.

Ὁ δ' ἐγκαλῶν ἀδίκως, οὐ διαφεύξεται. Ὁ δ' ἐφ'

D οἷς ἁμαρτάνει αὐτὸν τὸν δαίμονα αἰτιώμενος παραλόγως, διὰ τὸ δύνασθαι μὴ ὑπακούειν αὐτῷ, οὐκ ἐντεῦθεν εἰς ἅπαν ἐκφύγῃ τὴν κόλασιν· ἀποδώσει γὰρ λόγους καὶ οὗτος, ἢ κατὰ τὸ παρὸν ἢ κατὰ τὸ μέλλον, ὅτι τὰς ἐντολὰς τοῦ Κτίστου παραβλεψάμενος, ταῖς ὑποθήκαις ἐπείσθη τοῦ Πονηροῦ.

ς'. *Πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα βασιλέως.* Οἱ πολλοὶ κατ' ὄψιν τῶν βασιλέων περὶ τὴν θεραπείαν τούτων σπουδάζουσιν· ὄπισθεν δὲ, τἀναντία φρονοῦσιν.

Πᾶς δὲ ὁ κακὸς γίνεται ὄνειδος ἀνδρί. Πᾶς δ' ὁ κακῶς οὕτω φρονῶν, παρὰ τῷ σταθερογνώμονι ἐξουθένωται ὡς ἀπατεών.

ζ'. *Πᾶς ὃς ἀδελφὸν πτωχὸν μισεῖ, καὶ φιλίας μακρὰν ἔσται.* Ὁ ἐκ ψυχῆς ἀποστρεφόμενος τὸν

ὁμοφυῆ, ἐνδεῆ ὄντα τῶν τῷ σώματι ἀναγκαίων ἢ τῇ A ψυχῇ, καὶ μὴ οἰκτείρων αὐτὸν, καὶ χεῖρα τούτῳ ὀρέγων ὡς δυνατὸν, τὰ ὅμοια πείσεται καὶ αὐτὸς, τῆς Θεοῦ φιλανθρωπίας διαστήσας πόῤῥωθεν ἑαυτόν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς διετέθη περὶ τὸν ὁμοφυῆ, οὕτως αὐτῷ κρίσει δικαίᾳ διατεθήσεται καὶ Θεός.

Ἔννοια ἀγαθὴ τοῖς εἰδόσιν αὐτὴν ἐγγιεῖ. Ἡ ἁπλῆ περὶ Θεοῦ γνῶσις, ἡ κρείττων ἐστὶ πάσης τῶν μετὰ Θεὸν γνώσεως, τοῖς κατὰ πίστιν μυηθεῖσιν αὐτὴν πλησιάσει, πόῤῥω πάντων τῶν ἀπίστων ἀφεστηκυῖα.

Ἀνὴρ δὲ φρόνιμος εὑρήσει αὐτήν. Πεῖραν δὲ ταύτης λήψεται διαρκῆ ὁ γενναίως τὰ πάθη καταπαλαίσας, καὶ κατὰ λόγον τὴν σχέσιν περάσας τῶν ὑλικῶν· οἷα πάντα διαβὰς τὰ ὑπὸ χρόνον καὶ φύσιν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἁγνῶς ἀναδραμὼν τὸν ὑπὲρ πάντα B Θεόν.

Ὁ πολλὰ κακοποιῶν τελεσιουργεῖ κακίαν. Ὁ πάνυ ἁμαρτάνων, οὐ καθ' ἕξιν μόνον τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐνέργειαν ἐκτελεῖ.

Ὃς δὲ ἐρεθίζει λόγοις, οὐ διασωθήσεται. Ὁ δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων τοὺς ἐμπαθεῖς αὐτοῦ λογισμοὺς διεγείρων, οὐ διαφυλαχθήσεται κατὰ ψυχὴν ἀβλαβής. « Ὁ γὰρ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. »

η'. *Ὁ κτώμενος φρόνησιν, ἀγαπᾷ ἑαυτόν.* Ὁ προσλαμβάνων φρόνησιν τῇ αἱρέσει τοῦ κρείττονος, τοῦ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖται συμφέροντος· ὅτι τὰ ψυχῇ καὶ σώματι σωτήρια οἰκονομεῖν οἶδεν ἡ φρόνησις.

Ὃς φυλάσσει φρόνησιν, εὑρήσει ἀγαθά. Ὁ δὲ C τηρῶν ταύτην κατ' ἐνέργειαν τοῦ καλοῦ, τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν ἐπιτεύξεται.

θ'. *Μάρτυς ψευδὴς, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.* Ὁ δὲ τὴν πρὸς τὰ φθειρόμενα σχέσιν ἡμῶν ἐπαινῶν δαίμων, τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ πῦρ οὐκ ἐκφεύξεται.

Ὃς δ' ἂν ἐκκαύσῃ κακίαν, ἀπολεῖται ὑπ' αὐτῆς. Ὁ δὲ τὸν ἐμβληθέντα ἐν τῇ αὐτοῦ ψυχῇ τῆς ἀνομίας πυρσὸν παρὰ τοῦ φθορέως Σατᾶν, κατὰ διάθεσιν ὑπανάψας καὶ πρᾶξιν, ἀποτεφρωθήσεται ὑπ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν.

ι'. *Οὐ συμφέρει ἄφρονι τρυφὴ, καὶ ἐὰν οἰκέτης ἄρξηται μεθ' ὕβρεως δυναστεύειν.* Ἀσυντελής ἐστιν ἡ τῆς φυσικῆς τῶν ὁρατῶν θεωρίας ἐντρύφησις τῷ ἀλογίστως αὐτοῖς ἐπιβάλλοντι· ταῖς γὰρ τούτων D ἐπιφανείαις ἐναπομένει· μὴ δυνάμενος ταύτας δι' ἀφροσύνην περάσαι, καὶ τοὺς κεκρυμμένους τούτων λόγους καταλαβεῖν· καθάπερ ἐστὶν αὐτῷ ἀσυντελὲς καὶ τὸ ἐντεῦθεν συμβαῖνον, ὁπηνίκα τὸ ὑποχείριον τῇ ψυχῇ σῶμα, ἐπιχειρήσῃ διὰ τῶν ἀτίμων παθῶν ταύτης κατεξανίστασθαι.

ια'. *Ἐλεήμων ἀνὴρ μακρόθυμος.* Ὁ συμπαθὴς ἄνθρωπος ὑπάρχει καὶ ἀνεξίκακος, ἀδικεῖσθαι μᾶλλον αἱρούμενος ἢ ἀδικεῖν.

Τὸ δὲ καύχημα αὐτοῦ ἐπέρχεται παρανόμοις. Ὁ δὲ κατ' ἀλήθειαν, δι' ἣν ἔχει μακροθυμίαν, ἔπαινος αὐτοῦ, τοῖς τοῦτον παρὰ τὴν θείαν ἐντολὴν

lit necessariis corpori sive animæ indigentem, quique nulla in eum motus misericordia manum ei non porrigit, cum potest, eadem et ipse patietur quia sese a Dei misericordia separavit. Quemadmodum enim ipse fratri fecit, ita et Deus justo judicio faciet ei.

Cogitatio bona scientibus eam appropinquabit. Simplex Dei cognitio, omni eorum quæ extra Deum sunt cognitione pretiosior, iis qui per fidem ipsi sunt initiati appropinquabit; ab omnibus autem infidelibus longe stat.

Vir prudens inveniet eam. Hujus autem experientiam sufficientem habebit qui generose adversus passiones reluctans, juxta rationem mundanos superavit affectus, qui omnia temporalia ac naturalia transiens, ad eum sancte progressus est, qui super omnia stat, Deum.

Multa malefaciens, explebit malitiam. Qui multum peccat, non modo per affectum peccatum facit, sed etiam totis viribus per actum.

Qui contendit verbis, non salvabitur. Qui autem per sensus excitat cogitationes suas passionibus deditas, anima ejus non servabitur illæsa. « Omnis enim qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [7]. »

VERS. 8. *Qui possidet prudentiam, diligit seipsum.* Qui prudentiam adjungit optimi electioni, de propria utilitate curat; quia conservationem animæ ac corporis procurare novit prudentia.

Qui custodit prudentiam inveniet bona. Qui totis viribus illam bene servat, bona assequetur promissa.

VERS. 9. *Testis falsus non impunitus erit.* Diabolus affectum nostrum ad ea quæ corrumpuntur laudans non effugiet ignem ipsi et angelis ejus præparatum.

Qui accenderit malum, peribit in eo. Iniquitatis ignem in animam a perditore Satana injectum qui affectu succendit et actu, ab eo animæ ejus sanitas exinanita evadet.

VERS. 10. *Non prosunt stulto deliciæ, etsi famulus incipiat cum contumelia dominari.* Physicæ rerum visibilium contemplationis deliciæ imperfectæ sunt ei qui illas stulte considerat: earum enim apparentiis immoratur, non valens superficiem prætergredi et occultas earum percipere rationes. Quemadmodum nihil illi proficit quando accidit quod corpus animæ mancipatum adversus illam turpitudinis passionibus insurgere nitatur.

VERS. 11. *Misericors vir longanimis est.* Patiens est vir compatiens; injustitiam pati quam facere mavult.

Et gloriatio ejus est iniqua prætergredi. Vera autem laus ejus qua longanimitatem habet in eos qui contra Dei mandatum illum injuria afficiunt

[7] Matth. v, 28.

insipientibus frustra adhæret, qui elogium majus esse injuriam facere, quam ferre posse ac Deo placere putant.

VERS. 12. *Regis comminatio similis fremitui leonis.* Regis sive terrestris sive cœlestis sermo quo pœnam minatur, similis est rugitui leonis, timorem mortis inspirat. Ideo sermo ille animabus quæ illum acceperunt suadet ut a malo sese avertant.

Tanquam autem ros super herbam, sic hilaritas ejus. Quemadmodum ros matutinum herbam e terra natam a solis ardoribus recreat, siccitatem ejus irrigans, ita omne verbum mansuetum quod ex ore regis sive terrestris sive cœlestis procedit, laborem bonorum operum ejus qui pondus et ardorem diei tulit, consolatur spe mercedis quam recipiet pro tali labore.

VERS. 13. *Dolor patris filius imprudens.* Menti quæ illum protulit confusio stultissimus sermo. Qui enim profert quæ non oportet, insipientiæ manifestus evadit.

Non pura vota de mercede meretricis. Immundæ autem sunt promissiones ex cogitatione terrena Deo factæ. Hanc cogitationem, ut mercedem meretrix a mente excipit irrationalis sensus, propter portentosum ipsius cum illa commercium. Multi enim multa Deo pollicentur ad obtinendum ab eo perituras divitias. Quas promissiones utpote sordidas ipsisque nocivas Deus rejicit. « Petitis enim, inquit, et non obtinetis, quia male petitis[14]. »

VERS. 14. *Domum et substantiam dividunt patres pueris.* Intellectus nostri domum, carnem prorsus sensibilem et ejus quemcunque affectum, propriis cogitationibus dividunt mentes quæ illas conceperunt, unicuique earum cogitationum tribuentes et carnis sensorium quod ipsi competit et usum juxta intellectus affectum sive ad malum operandum.

A Deo autem aptatur mulier viro. Ab universorum Domino stat animæ intellectualis cum carne sensibili conjunctio. Ideo ejus quod mortem amat societatis vitam amanti nullo modo prodest, sed potius lædet illud, quia per impietatem exacerbat Deum vitæ auctorem.

VERS. 19. *Qui operatur suam terram, implebitur panibus; qui autem sectatur otium, implebitur paupertate.* Quando terrena caro in faciendis mandatis laborat, implemur donis spiritus animam confirmantibus. Ubi vivitur remisse, nulla erit horum bonorum possessio, sed fames valida.

VERS. 20. *Vir fidelis in multis benedicetur, malus autem non impunitus erit.* Qui credit in Deum, eum timet, implendisque ejus præceptis instat indesinenter, atque dignus habitus est cui credantur incomprehensibilia ejus mysteria, ille de se hoc dictum audiet: « Euge, serve bone et fidelis, quia in modico fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui [12]. » Infidelem vero et mandatorum transgressorem manet æterna damnatio.

VERS. 21. *Qui non reveretur facies justorum, non bonus; qui talis est, buccella panis vendet virum.* Qui facies immaculatorum non reveretur, illos vero imprudenter despicit, non est mente bona; ille parvo panis frustulo virum addictum laboriosæ virtuti vendet æstimans illum tempore famis, causam impensarum fuisse.

VERS. 22. *Festinat ditescere vir invidus, et non novit quia misericors obtinebit eum.* Invidus bona quæ a Deo copiose recepit, studet conservare, aliis non largitur; ignorat ille virum qui indigentibus erogavit, propter præclaram bonorum villicationem, plura accepturum esse, et deinde potentiorem se futurum, buccellæque panis compendium facturus.

VERS. 23. *Qui corripit hominis vias, gratias reportabit magis eo qui lingua blanditur.* Hominem ad Deum aspicientem, timore ejus plenum, et proinde sapientiæ non expertem, qui corripit bono animo, in quibus videt illum qua hominem a recto deficientem, gratiam apud eum inveniet, magis quam adulator, si enim currenti auxiliatur.

VERS. 24. *Qui abjicit patrem et matrem, et credit non peccare, hic consors est viri impii.* Reprobans Deum patrem suum in gratia peccato infidelitatis, et doctrinam suæ animæ nutricem contemptu divinorum præceptorum, nihilque mali se agere ratus, ille homo particeps est malitiæ diaboli qui totis viribus nocet suis voluntariis sectatoribus, Deumque nescit adorare.

VERS. 25. *Infidelis vir judicat temere; qui autem*

confidit super Dominum, in cura diligenti erit. Qui anxius est de die crastina, neque fidit in divina providentia, sua illi non committit, qui sibi miseriæ et senectutis phantasmata effingit, ille de rebus incertis in vanum judicat; idem nescit quid afferat dies proxima, et ideo innumeris cogitationibus implicatus de propria salute parum curat. Iste autem qui sperat in Deum Dominum omnium, providentia ejus dignus erit.

A *ποιθεν ἐπὶ Κύριον, ἐν ἐπιμελείᾳ ἔσται.* Ὁ περὶ τῆς αὔριον μεριμνῶν, καὶ μὴ πιστεύων τῷ προνοητῇ πάντων Θεῷ, μηδὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν τούτῳ ἀνατιθεὶς, ἐπὶ πράγμασιν ἀδήλοις κρίνει ματαίως, ἐνδείας καὶ γήρους καιρὸν φανταζόμενος· καὶ ταῦτα τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα μὴ ἐπιστάμενος, κἀντεῦθεν τῆς ἑαυτοῦ ἀμελεῖ σωτηρίας, ἀνηνύτοις φροντίσιν ἐνασχολούμενος· ὃς δ' ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζει τὸν τοῦ παντὸς Δεσπότην Θεὸν, τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας ἀξιωθήσεται.

VERS. 26. *Qui confidit audaciæ cordis, talis est imprudens; qui autem ambulat sapienter, salvabitur.* Qui ardore cæco suæ fiduciæ impellitur, non exercet judicium quo concupiscentia in vere pulchrum fertur, et malum vis irascibilis repellit. Qui vero intellectu et vi sapientiæ causas rerum prius quærit, et deinde hoc desiderio prosequitur, illud ira repellit, is expedietur cæca inclinatione, qua ferimur in nequitiæ præceps et abyssum.

κς'. *Ὃς πέποιθε θρασείᾳ καρδίᾳ, ὁ τοιοῦτος ἄφρων· ὃς δὲ πορεύεται σοφίᾳ, σωθήσεται.* Ὃς ἐπὶ τῇ ἀλογίστῳ ὁρμῇ τῆς ἰδίας ἐλπίζει ψυχῆς, ὁ τοιοῦτος οὐ φέρει νόησιν, τὴν πείθουσαν τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν, τοῦ ὄντως καλοῦ ὀρέγεσθαι· τὸ δὲ θυμι-
B κὸν, τὸ ὄντως κακὸν ἀποστρέφεσθαι· ὃς δὲ πρῶτον κατὰ νοῦν, δυνάμει σοφίας τὰς τῶν πραγμάτων αἰτίας ὁρᾷ, καὶ οὕτω κατὰ λόγον, τοῦ μὲν, κατ' ἐπιθυμίαν ἐρᾷ· τὸ δὲ, κατὰ θυμὸν ἀποστρέφεται· ῥυσθήσεται τῆς εἰς κρημνοὺς κακίας καὶ βάραθρα φερούσης ἀλογίστου φορᾶς.

VERS. 27. *Qui dat pauperibus, non indigebit; qui autem avertit oculum suum, in multa penuria erit.* Qui sine invidia divitias et scientiam pauperibus largitur, istis rebus nunquam indigebit, et centuplum horum quæ distribuit a Deo recipiet. Qui vero eos spernit contemnitque animæ et corporis salutem, ipse omnibus rebus ad salutem necessariis omnino indigebit; et qui proximi non est misertus, misericordiam a Deo ipse non consequetur.

κζ'. *Ὃς δίδωσι πτωχοῖς, οὐκ ἐνδεηθήσεται· ὃς δὲ ἀποστρέφει τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ ἔσται.* Ὃς χρημάτων καὶ διδασκαλίας ἀφθόνως τοῖς χρῄζουσι μεταδίδωσιν, οὐδενὸς τούτων γενήσεται ἐνδεὴς, ἑκατονταπλασίονα ὧν μεταδέδωκεν ἄλλοις λαμβάνων παρὰ Θεοῦ· ὃς δὲ τούτων ὑπερορᾷ, καταφρονῶν τῆς κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν σωτηρίας αὐτῶν, πάντων καὶ οὗτος τῶν πρὸς σω-
C τηρίαν ὑπάρξει κατὰ πολὺ ἐνδεής· ἐπειδὴ τοὺς ὁμοφυεῖς οὐκ ἠλέησεν, οὐδ' αὐτὸς ἐλεούμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ.

VERS. 28. *In locis impiorum gemunt justi; in illorum autem perditione abundabunt justi.* Ubi regnant qui Deum piis operibus non colunt, gemunt et conteruntur sancti; istis autem ducibus justo Dei judicio, ad exitium addictis, tunc viri probi, virtutem colentes, turbæ se adjungent.

κη'. *Ἐν τόποις ἀσεβῶν στένουσι δίκαιοι· ἐν δὲ τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ, πληθυνθήσονται δίκαιοι.* Ἐν ταῖς χώραις τῶν μὴ δι' ἀγαθοεργίας τιμώντων Θεὸν ἡγεμόνων, θλιβόμενοι στενάζουσιν οἱ ἀμέμπτως πολιτευόμενοι· ὁπόταν δὲ ψήφῳ δικαίᾳ Θεοῦ παραδοθῶσιν οἱ τοιοῦτοι ἀρχηγοὶ ὀλέθρῳ, καὶ τιμῶντες τὴν ἀρετὴν, εἰς πλῆθος ἐπιδώσουσιν οἱ ἐνάρετοι· ἐπειδὴ φιλεῖ ὡς τὰ πολλὰ τὸ ὑπήκοον συνεξομοιοῦσθαι τοῖς ἄρχουσιν.

CAP. XXIX.

VERS. 1. *Melior est vir correptionum, viro duræ cervicis: repente enim ardente eo non est medela.* Etsi insipienter agit, qui hominem duræ cervicis et inordinatæ corripit, sibi odium ejus conciliat, et pungit magis quam sanat, tamen ea melior est. Etenim qui correptionem audire recusat, promptusque est ad irascendum propter propriam pertinaciam, nullum remedium sui in monitorem odii inveniet.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

α'. *Κρείσσων ἀνὴρ ἐλέγχων, ἀνδρὸς σκληροτρα-*
D *χήλου· ἐξαπίνης γὰρ φλεγομένου αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἴασις.* Εἰ καὶ ἀνεπιστημόνως ποιεῖ ὁ ἐλέγχων τὸν ἀκαμπῆ τε καὶ ἀνυπότακτον, εἰς τὸ καθ' ἑαυτοῦ μῖσος διεγείρων αὐτὸν, καὶ βλάπτων μᾶλλον ἢ ὠφελῶν, ἀλλ' ὅμως τούτου καλλίων ἐστὶν, ὡς ἐλέγχους ἀκοῦσαι ὁ ἀπειθὴς, καὶ πρὸς ὀργὴν εὐθὺς δι' οἰκείαν αὐθάδειαν ἐμπυρούμενος, οὐδεμιᾶς θεραπείας ἐπιτυγχάνει τοῦ πρὸς τὸν ἐλέγχοντα μίσους.

VERS. 2. *Dum laudantur justi, lætantur populi; imperantibus autem impiis, gemunt viri.* Celebratis principibus qui subjectis omnibus suum jus tribuunt, illi lætabuntur, neque ullam dignam querelæ causam habebunt. E contra, laudatis tyrannis qui Deum bonis operibus non venerantur,

β'. *Ἐγκωμιαζομένων δικαίων, εὐφρανθήσονται λαοί· ἀρχόντων δὲ ἀσεβῶν, στένουσιν ἄνδρες.* Ἐπαινουμένων ἀρχηγῶν, ἀπονεμόντων τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοὺς, χαρήσονται οἱ τούτοις ὑπήκοοι, μηδεμίαν ἐξ αὐτῶν λύπης ἀφορμὴν εὔλογον ἔχοντες· εὐφημουμένων δὲ πάλιν ἀρχηγῶν κρατούν-

των τυραννικῶς, καὶ μὴ δι' ἀγαθῶν ἔργων τιμώντων Θεὸν, στενάζουσιν οἱ γενναίως τὰ παρ' αὐτῶν αὐτοῖς ἐπερχόμενα λυπηρὰ φέροντες.

γ'. *Ἀνδρὸς φιλοῦντος σοφίαν, εὐφραίνεται πατὴρ αὐτοῦ· ὃς δὲ ποιμαίνει πόρνας, ἀπολεῖ πλοῦτον.* Τοῦ γενναίως τὰ πάθη κατὰ πρᾶξιν καταπαλαίσαντος, ποθοῦντος γνῶναι τὴν αἰτίαν τῶν ὅλων σοφίαν, κατὰ τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν τῶν ὄντων, καὶ οὕτω πρὸς σωτηρίαν ἐπειγομένου, χαίρει διὰ φιλανθρωπίαν ὁ τοῦτον κατὰ χάριν υἱοθε[τη]σάμενος πανοικτίρμων Θεός· ὁ δ' εἰς ἐπιθυμίας ἀλλοκότους προνοούμενος ἑαυτοῦ, κἀντεῦθεν τὰς πόῤῥω τοῦ λόγου νευούσας αἰσθήσεις ταῖς ἐμπαθείαις ἐκτρέφων, ζημιοῦται τὸν κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν πνευματικὸν πλοῦτον.

δ'. *Βασιλεὺς δίκαιος, ἀνίστησι χώραν· ἀνὴρ δὲ παράνομος κατασκάπτει.* Ὁ τοῦ παντὸς Δεσπότης καὶ δίκαιος τῶν ὅλων κριτὴς Θεὸς, τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τοῦ καθ' ἁμαρτίαν ἐγείρει θανάτου, πρὸς ἐργασίαν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν, ταῖς τε τῶν κολάσεων ἀπειλαῖς, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ τὸν λόγον, καθ' ὃν γέγονε, παραβὰς δαίμων, τῇ καταγγελτικῇ τοῦ θείου θελήματος δυνάμει, ἣν παρὰ Θεοῦ ἔλαβε παραχρώμενος, κἀντεῦθεν ὧν ἰσχυρὸς τοῦ κακοποιεῖν τοὺς αὐθαιρέτῳ γνώμῃ πειθομένους αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ συνεργεῖν εἰς τὴν κατὰ Θεὸν ἡμετέραν οἰκοδομὴν, καθαιρεῖ τῷ κατ' αἴσθησιν ἀπατηλῷ καὶ προσκαίρως ἡδεῖ.

ε'. *Ὃς παρασκευάζει ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ἑαυτοῦ φίλου δίκτυον, περιβάλλει αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ ποσίν.* Ὃς δολίως ἐπιβουλεύων τῷ ἀγαπῶντι αὐτὸν, λάθρα πλέκει κατ' αὐτοῦ βλάβην σώματος, ὅ ἐστι πρόσωπον τῆς ψυχῆς ὡς ταύτης χαρακτηριστικὸν, κατ' ἐνέργειαν ἑαυτῷ προηγουμένως τὴν τοιαύτην περιτίθησι βλάβην κατὰ διάνοιαν· ἧς τοῖς κινήμασιν, ὥς τισι ποσὶ, διήκει κατὰ ψυχὴν πρὸς ἀπώλειαν· καὶ τὸ μὲν βλαβῆναι παρὰ τούτου τὸν ἐπιβουλευόμενον, ἄδηλον, ὡς παρὰ τῇ κρίσει κείμενον τοῦ Θεοῦ· τὸ δ' ἐντεῦθεν αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ τὰ μέγιστα καταβλάπτεσθαι, πρόδηλον· οἷα Θεοῦ τῆς αὐτοαγάπης κατὰ διάθεσιν ἀφιστάμενον, καὶ τῷ ἀνθρωποκτόνῳ Σατανᾷ προστιθέμενον.

ς'. *Ἁμαρτάνοντι ἀνδρὶ, μεγάλη παγίς· δίκαιος δὲ ἐν χαρᾷ, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἔσται.* Τῷ μὲν πταίοντι κατὰ τὸ παραβαίνειν τὰς θείας ἐντολὰς ἀνθρώπῳ, μεγάλη τιμωρία ἔσται κατὰ τὸ μέλλον, ἡ ἀπὸ Θεοῦ, τοῦ ἐσχάτου ὀρεκτοῦ, ἔκπτωσις· τῷ δ' ἀμέμπτως κατὰ τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς πολιτευομένῳ, ἀγαλλίασις καὶ ἀπόλαυσις, ἡ ἐπιτυχία, τοσοῦτον ἢ ἀποτυχία λυπεῖ.

ζ'. *Ἐπίσταται δίκαιος κρίνειν πενιχροῖς· ὁ δὲ ἀσεβὴς οὐ νοεῖ γνῶσιν· καὶ πτωχῷ οὐχ ὑπάρχει νοῦς ἐπιγνώμων.* Οἶδεν ἀπταίστως ὁ τὸν Θεὸν ἔργοις δικαιοσύνης τιμῶν, ἀποδιαστέλλειν τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα, οἷα διαγινώσκων ἀπὸ τῆς πείρας τοῦ ἀγαθοῦ τὸ τούτου ἐναντίον κακόν· ὁ δὲ μὴ οὕτω τοῦτον τιμῶν, τὰ ἀπὸ τούτου μακρύνοντα διανοήματα τοῦ ἀρχεκάκου ἐχθροῦ ἀγνοεῖ, καὶ τούτοις ἁλίσκεται πρὸς ἀπώλειαν· καὶ τῷ ἐντεῦθεν κατὰ γνῶσιν πτωχεύοντι, οὐκ ἔστι νοῦς ἐπιγινώσκων

A gemunt viri qui mala sibi ab eis illata patienter tolerant.

VERS. 3. *Vir amans sapientiam lætificat patrem suum; qui autem pascit meretrices, disperdet divitias.* Si quis passiones operibus fortiter debellaverit, sapientiam omnium parentem cognoscere studuerit, naturam rerum intellectu meditando, itaque ad salutem perrexerit; ille gaudio et amori erit Deo misericordi, qui eum in filium gratia adoptavit. Qui vero turpibus cupiditatibus indulget, et affectibus sensationes rationem excæcantes fovet, iste divitias intellectus et virtutis amittet.

B VERS. 4. *Rex justus erigit regionem, vir autem iniquus destruit.* Deus, qui omnibus creaturis dominatur easque juste judicat, genus hominum avertit a morte peccati ad implenda sua mandata, sive minis damnationis, sive mercede promissa. Diabolus vero, contempta suæ creationis conditione, abutitur potestate ac Deo accepta ad annuntiandam ejus voluntatem, et pollet ad nocendum hominibus qui libenter ipsi credunt; ædificationi nostræ in Deo nedum serviat, eam errore sensuum et brevibus voluptatibus diruit.

VERS. 5. *Qui præparat ad faciem sui amici rete, illud impingit suis pedibus.* Homo qui dolose C insidiatur amico suo, ei secreto corpus vulnerat, animæ speculum, et indicem; sed reipsa idem vulnus sibi in animo prius infligit, cujus cogitationibus, quasi pedibus, pergit ad spirituale exitium. Quod petitus ab eo percutiatur, incertum est, quia Dei judicio reservatur; quod ipse sibi maxima mala inferat est evidens, a Deo qui ipsa charitas est, se mente elongavit, et homicidæ diabolo subjectus est.

VERS. 6. *Peccanti viro, magnus laqueus, justus autem in gaudio et lætitia erit.* Cadentibus et mandata Dei prætereuntibus magna calamitas imminet in futu- D rum: Deum supremum bonum amittere; iis autem qui sunt irreprehensibiles juxta mandata tantam exsultationem et fruitionem tribuit felix exitus, quantam tristitiam infelix eventus.

VERS. 7. *Novit justus judicare pauperibus; impius autem non cogitat scientiam, et inopi non inest mens cognoscens.* Novit qui Deum operibus justis honorat, tute discernere pejora a melioribus, qui ex experientia boni didicit contrarium malum agnoscere. Qui vero Deum non sic honorat, ignorat, consilia pessimi inimici a Deo nos alienantis, iisque periturus capitur: huic homini modicæ scientiæ relinquitur intellectus non ad cognoscendum Deum bonum, sed ad calumniandum de

crudelitate, ob difficilem mandatorum observantiam.

VERS. 8. *Viri iniqui exusserunt civitatem, sapientes autem averterunt iram.* Sermones, contra divina præcepta acriter circumfusi in mente, quasi in urbe, hominibus irasci eam cogunt; quos homines alii sermones Dei timore ibidem moti ad tranquillitatem reducunt, leniunt animam, eamque tumultuatem compescunt.

VERS 9. *Vir sapiens judicabit gentes; vir autem succensus deridetur, et non terret.* Homo ductus timore Domini, qui est initium sapientiæ, et bene agens, duas distinctas passiones moderatur, cupiditatem et iram; quibus secundum rationem docemur superare impetum voluptatum, et iram tolerando ærumnas. Operarius autem iniquitatis in vanum iratus fratri suo illuditur a Satana, non veretur dicere quibus saucientur animæ, et odium sibi congeratur.

VERS. 10. *Viri sanguinum participes odio habent sanctum, recti autem exquirunt animam ejus.* Qui fratribus suis, quasi iniquitatis operariis, instant, eosque crudeliter quærunt interficere, virum suæ ipsius vitæ non parcentem ad salvandum, non sustinebunt, quia illis contradicit: Homines autem in se bene dispositi illius animum intus absconditum deprehendere studebunt quem imitentur.

VERS. 11. *Totam iram suam profert insipiens, sapiens autem dispensat per partem.* Cum partem irrationabilem animæ secundum rationem aliquis non regit, et, qualicunque illata injuria in verba et opera iracunda prorumpit, iste ostendit quanta sit cupido affligentes se affligendi. Sed cum intellectualis mentis oculus gratia sancti Spiritus illuminatur, et quod necessarium est videt, tunc iram homo ratione comprimit, illam singulis injuriis accommodat, quia his omnibus fortior est.

VERS. 12. *Rege exaudiente verbum injustum, omnes qui sub eo iniqui.* Quemadmodum ex hominibus, rege consilia viris probis opposita admittente, omnes inferiores docti ab eo illegitima operantur; sic ubi regina omnium animæ potentiarum intelligentia cedit tentationibus diaboli contra mandata Dei, omnes potestates prædictæ prædicta mandata transgrediuntur, et male operantur.

VERS. 13. *Feneratore et debitore invicem concurrentibus visitationem utriusque facit Dominus.* Anima, vita carni inspirata, quasi debitum repetit ut sibi ad pulcherrima sit socia operis, quibusdam vero curis omnino distrahi non vult; sic et caro providentia animæ eget ad suam conservationem, ei vero omnino obedire in observatione mandatorum Dei, utpote nimis ardua, recusat. Consentienti ergo utraque, anima carni in parandis cibis et

A τὸν Κύριον ἀγαθόν· ἀλλὰ διαβάλλων αὐτὸν ὡς σκληρὸν, διὰ τὸ ἐπίπονον τῆς ἐργασίας τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν.

η'. *Ἄνδρες ἄνομοι ἐξέκαυσαν πόλιν· σοφοὶ δὲ ἀπέστρεψαν ὀργήν.* Οἱ παρὰ τὴν θείαν ἐντολὴν, ὡς ἔν τινι πόλει τῇ ψυχῇ θρασέως στρεφόμενοι λογισμοὶ, κατ' ἀνθρώπων ταύτην ἐξέμηναν· τούτους δὲ οἱ θείῳ φόβῳ ἐν αὐτῇ κινούμενοι, εἰς γαλήνην μετέστρεψαν, εἰρηνοποιήσαντες αὐτὴν, καὶ τὸν τάραχον τοῦ θυμοῦ κατασβέσαντες.

θ'. *Ἀνὴρ σοφὸς, κρίνει ἔθνη· ἀνὴρ δὲ φαῦλος ὀργιζόμενος, καταγελᾶται, καὶ οὐ καταπτήσσει.* Ὁ θείῳ φόβῳ, ὅς ἀρχὴ σοφίας ἐστὶ, τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενος, κολάζει τὰ ἀλλόφυλα πάθη, τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν· κατὰ λόγον πείθοντα, τὴν μὲν ἐπιθυμίαν, τῶν ἡδονῶν ἐγκρατεύεσθαι· τὸν δὲ θυμὸν, τὰ ὀδυνηρὰ ὑπομένειν· ὁ δὲ τῆς κακίας ἐργάτης, εἰκῇ κατ' ἀδελφοῦ ὀργιζόμενος, ἐμπαίζεται ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ οὐχ ὑποστέλλεται λέγων τὰ πλήττοντα ψυχὰς, καὶ εἰς μῖσος ἑαυτοῦ αὐτὰς διεγείροντα.

ι'. *Ἄνδρες αἱμάτων μέτοχοι, μισήσουσιν ὅσιον· οἱ δὲ εὐθεῖς ἐκζητήσουσι ψυχὴν αὐτοῦ.* Οἱ ὡς τοῖς ἀνομίας ἐργάταις, τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέμενοι καὶ φθείρειν τούτους ἀπανθρώπως ἐπιχειροῦντες, τὸν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας μηδ' αὐτῆς φειδόμενον τῆς ζωῆς, ἀποστραφήσονται, ἐπειδὴ ἀντιπράττει αὐτοῖς· οἱ δ' εὖ τιθέμενοι τὰ ἑαυτῶν, καταλαβεῖν σπεύσουσι C μιμητικῶς, τὴν κατὰ ψυχὴν κεκρυμμένην τούτου διάθεσιν.

ια'. *Ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ἄφρων· σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος.* Ὁ μὴ κατὰ λόγον τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον μέρος καθυποτάσσων, μὴ φέρων ὁποῖον ἂν εἴη τὸ παρά τινος ἐπισυμβαῖνον αὐτῷ θλιβερὸν, ὀργίλοις ῥήμασί τε καὶ ἔργοις αὐταῖς, φανεροῖ ὅσην ἔχει τὴν ὄρεξιν τῆς κατὰ τοῦ λυπήσαντος τοῦτον ἀντιλυπήσεως· ὁ δὲ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ὄμμα τῇ χάριτι τοῦ παναγίου Πνεύματος πεφωτισμένος, καὶ τὸ δέον ὁρῶν, λόγῳ τὸν θυμὸν ὑποτάσσων, συστέλλει τοῦτον καθ' ἕκαστον τῶν θλιβερῶν, οἷα πᾶσι τούτοις γενναίως ἐγκαρτερῶν.

ιβ'. *Βασιλέως ἐπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν παράνομοι.* Ὥσπερ τινὸς βασι- D λεύοντος ἀνθρώπων, παραδεχομένου ὑποθήκην τῷ δικαίῳ ἀντίθετον, οἱ ὑπ' αὐτὸν αὐτῷ ὑπακούοντες, τὸ παράλογον διαπράττονται· οὕτω καὶ τοῦ πασῶν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἡγεμονεύοντος νοῦ, ὑποκύπτοντος τῇ ἀντιθέτῳ τῇ θείᾳ ἐντολῇ ὑποθήκῃ τοῦ Σατανᾶ, πᾶσαι αἱ εἰρημέναι δυνάμεις τὴν εἰρημένην ἐντολὴν παραβαίνουσι, τὸ κακὸν ἐργαζόμεναι.

ιγ'. *Δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, ἐπισκοπὴν ἀμφοτέρων ποιεῖται ὁ Κύριος.* Ἡ ψυχὴ μεταδιδοῦσα ζωῆς τῇ σαρκὶ, ἀπαιτεῖ μὲν αὐτὴν ὥς τι χρέος τὸ συνεργεῖσθαι παρ' αὐτῆς πρὸς τὰ κάλλιστα· οὐ βούλεται δὲ ὅλως μερίμναις δι' αὐτὴν περισπᾶσθαί τισιν· αὐτὴ δὲ ἡ σὰρξ, χρήζει μὲν τῆς παρὰ τῆς ψυχῆς προνοίας, πρὸς τὴν ἑαυτῆς σύστασιν· ἀπαναίνεται δὲ ὑπείκειν ὅλως αὐτῇ πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν ἐργασίαν, διὰ τὸ ταύτης ἐπί-

πονον· συνελθουσῶν οὖν ἀλλήλαις, τῆς μὲν ψυχῆς τῇ σαρκὶ, πρὸς τὸ περιποιεῖσθαι αὐτῇ διατροφὰς, καὶ σκεπάσματα τὰ μόνον ἀναγκαιότατα· τῆς δὲ σαρκὸς τῇ ψυχῇ, εἰς τὸ ὑπείκειν ταύτῃ πρὸς πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν, ἀμφοτέρας προνοητικῶς ἐπιβλέπει ὁ Δεσπότης πάσης τῆς νοητῆς καὶ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως, χορηγῶν αὐταῖς τὰ ἑκατέρᾳ πρὸς σωτηρίαν πρόσφορα.

A vestimentis maxime necessariis; et carne cum anima in obediendo et facienda virtute, utrique prospicit Deus omnis creaturæ rationabilis et sensitivæ, et saluti necessaria utrique præbet.

ιδ'. *Βασιλέως ἐν ἀληθείᾳ κρίνοντος πτωχοὺς, ὁ θρόνος αὐτοῦ εἰς μαρτύριον κατασταθήσεται.* Ὥσπερ βασιλέως τινὸς κατὰ τὰς ψυχικὰς διαθέσεις, τοὺς ὑπ' αὐτὸν κρίνοντος, καὶ οὐχὶ κατὰ τὰς φαινομένας ἀξίας, κἂν τούτων ὑπάρχοντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐνδεεῖς, τὸ βασιλικὸν τούτου ἀξίωμα, ὅπερ ὁ θρόνος παραδηλοῖ, εἰς ἔλεγχον ἔσται τῶν τε ἀγαθῶν, καὶ τῶν μὴ τοιούτων, οὕτω καὶ τοῦ ἡγεμόνος [νοῦ] μὴ πρὸς τὰ φαινόμενα κάλλη, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἀφανῆ βλέποντος, καὶ τὰ ὄντως ἀγαθὰ τῶν νομιζομένων προκρίνοντος, ἡ κατὰ τῶν παθῶν ἐξουσία τούτου, B ἥτις τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις ἐστὶ φῶς ὑπάρχουσα γνώσεως λόγοις διδασκαλικοῖς διελέγξει τό τε ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρόν.

VERS. 14. *Regis in veritate judicantis pauperes, sedes ejus in testimonium constituetur.* Sicut rex subjectos judicat attentis animæ dispositionibus, non externa dignitate, vel hominibus ea vestitis, qui ad se veniunt, hujus regis sententia e throno refulgens, boni et mali erit indicium. Ita quando intellectus, quo ducimur, ad latentem, non ad apparentem pulchritudinem respicit et vere bona illusoriis præponit, liber est a passionibus gratia Spiritus sancti, et recipit lumen ad judicandum inter bonum et malum.

ιε'. *Πληγαὶ καὶ ἔλεγχοι διδόασι σοφίαν· παῖς δὲ πλανώμενος, αἰσχύνει γονεῖς αὐτοῦ.* Τιμωρίαι υἱῷ πάντως παρὰ πατρὸς ἐπαγόμεναι, καὶ λόγοι μετὰ παῤῥησίας φανεροῦντες τὰ αἴτια τῶν τιμωριῶν ἁμαρτήματα, καὶ καταισχύνοντες αὐτὸν πρὸς διόρθωσιν, ἀληθείας γνῶσιν τούτῳ χαρίζεται. Υἱὸς δὲ, τῆς ἀληθείας ἀποπλανώμενος, καὶ τῶν ὄντως ἀγαθῶν τὰ νομιζόμενα προτιμώμενος, ἐκ τοῦ πράττειν τὰ παράλογα, τοὺς ἰδίους καταισχύνει γεννήτορας, πολλῶν μέμψεων τούτοις ὑπάρχων παραίτιος· ἐπειδὴ μὴ τῆς προσηκούσης παιδείας τετύχηκε παρ' αὐτῶν. C

VERS. 15. *Plagæ et correptiones dant sapientiam, puer autem errans confundit parentes suos.* Pœnæ quæ filio a patre infliguntur, et sermones quibus libere manifestantur peccata pœnis digna, quorumque pudore ad emendationem ducitur, hunc ad cognoscendam veritatem erudiunt. Filius vero qui errat a veritate, qui veris falsa præfert, cum injusta fecerit, suis parentibus pudoris multorumque vituperiorum causa erit, a quibus dignam disciplinam non accepit.

ιϛ'. *Πολλῶν ὄντων ἀσεβῶν, πολλαὶ γίνονται ἁμαρτίαι· οἱ δὲ δίκαιοι, ἐκείνων πιπτόντων, κατάφοβοι γίνονται.* Τῶν πολλῶν μὴ δι' ἀγαθοεργίας τιμώντων Θεὸν, πολλὰ τούτῳ μὴ ἀρέσκοντα πράττονται· τούτους δὲ οἱ ἀμέμπτως πολιτευόμενοι ἐλεοῦντες τοῦ πτώματος, ἑαυτοὺς τῷ θείῳ φόβῳ κατασφαλίζονται, ὥστε μὴ τοῖς ὁμοίοις περιπέσῃ.

VERS. 16. *Cum multi sunt impii, multa sunt peccata; justi autem, illis cadentibus, timidi fiunt.* Cum multi sunt qui Deum operibus bonis non honorant, multa fiunt quæ illi displicent. Quorum casus cum miserentur homines sancti, timore Dei muniuntur ne in similia incidant.

ιζ'. *Παίδευε υἱόν σου, καὶ ἀναπαύσει σε· καὶ δώσει κόσμον τῇ ψυχῇ σου.* Ἄγε τὸν σὸν παῖδα ψυχωφελῶς, ἄν τε σαρκικὸς εἴη, ἄν τε πνευματικὸς, ἀγνοίας καὶ κακίας ἐπιπόνως καθαίρων αὐτόν· καὶ θεραπεύσει σε, πληρῶν τὸ ἐπ' αὐτῷ τὰ τῆς ψυχῆς σου βουλήματα· καὶ προσάψει αὐτῇ ὡς αἰτίᾳ τὴν ἐφ' ἑαυτῷ ποικιλίαν τῶν ἀρετῶν.

VERS. 17. *Erudi filium tuum, et requiem dabit tibi, et dabit ornatum animæ tuæ.* Filii tui sive carnalis, sive spiritualis animum dirige; ignorantiam et nequitiam ab eo studiose repelle, et ille te reverebitur, adductis in praxim, quantum in se est, animæ tuæ consiliis, cui ut propriæ causæ copiam D suarum virtutum attribuet.

ιη'. *Οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἐξηγητὴς ἔθνει παρανόμῳ· ὁ δὲ φυλάσσων τὸν νόμον, μακαριστός.* Οὐκ ἔσται ἑρμηνεὺς τῶν νομίμων πάντως διδαγμάτων τοῦ Πνεύματος, λαῷ ἔθει κακίας καὶ ἀγνοίᾳ δουλεύοντι, καὶ μηδόλως παραδεχομένῳ τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος· οἱ γὰρ μὴ τοῦτον παραδεχόμενοι, οὐκ ἂν δεηθεῖεν τῆς αὐτοῦ ἐξηγήσεως· ἵνα καὶ ἐξηγητὴν αὐτοῦ ἕξουσι· διὸ τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας περικείμενοι, τῷ ὀλέθρῳ τῆς κακίας περιπίπτουσιν· ὃς δὲ τῶν ἀνθρώπων, τὸν τοιοῦτον νόμον τηρεῖ, ἀνώλεθρός ἐστιν, ὡς τῷ θανάτῳ τῆς ἁμαρτίας ἀνάλωτος.

VERS. 18. *Non erit propheta genti iniquæ, custodiens autem legem beatissimus.* Prophetam a quo legem Spiritus doceatur, non habebit populus pravis habitibus et errori serviens, legemque Spiritus minime recipiens; qui enim hanc legem non recipiunt, eam sibi explicari non postulant, ut prophetam accipiant; et sic involuti tenebris errorum in abyssum malorum incidunt. Ille autem homo qui legem servat, immortalis est, utpote morte peccati non absumendus.

ιθ'. *Λόγοις οὐ παιδευθήσεται οἰκέτης σκληρός· ἐὰν γὰρ καὶ νοήσῃ, ἀλλ' οὐχ ὑπακούσεται.* Ὥσπερ μόνοις ῥήμασι σκωπτικοῖς, δοῦλος ἀπειθὴς οὐ διορ-

VERS. 19. *Verbis non erudietur servus durus; nam etsi intellexerit, non tamen audiet.* Quemadmodum verbis jocosis servus indocilis non dirigitur, nam

etsi bonum intellexerit, ad faciendum non adducetur; verberibus opus erit ut exaudiat. Ita qui est dura cervice contra Dominicas et divinas leges, neque illas audit, indiget invitis ærumnis ut eas opere compleat.

VERS. 20. *Si videas hominem velocem in verbis, cognosce quia spem habet magis insipiens eo.* Si videas hominem temere loquentem, scito deficientis ingeniis curationem prius sperandam esse, quam istius. Qui enim ante homines velox est ad loquendum arbitratus se omnia cognoscere, ab alio edoceri bonum non sustinet.

VERS. 21. *Qui deliciatur a puero, famulus erit; novissime autem dolebit super se.* Qui congruentem disciplinam non est sortitus, atque a pueritia sensilibus deliciis est inebriatus, servus erit turpium passionum. Ad finem vero cum agnoscet quam male vitam consumpserit, nihil utile inde consecutus, dolebit.

VERS. 22. *Vir indignabundus suscitat contentionem, et vir iracundus effodit peccatum.* Si quis sanguinem circa cor ebullire senserit ex malis excogitatis, ille tentat querelas; si quis vero assuetus est ad irascendum corde, dum inimicum a se vel ab aliis repellit, ille trinæ (1) conscientiæ vulnus manifestavit. Ubi enim prudenti consilio voluptates concupiscentiæ aliquis non continuerit, ille injurias forti animo non patietur; ideoque homo inimicum repellens, neque injurias sustinens, convincitur passiones concupiscentiæ non vicisse prudenti consilio.

VERS. 23. *Contumelia virum humiliat, humiliter autem sentientes firmat gloria Dominus.* Cum passiones a virtute deficientes aliquis fortiter superaverit, timendum est ne superbia vitium protervum, virtutem excedens, eumdem a culmine honoris Dei deprimat. Eos vero qui humanam fragilitatem agnoverunt, et humiliter sentiunt, firmat potentia et sapientia Dei consubstantialis, servatque in honore salutifera gratia Spiritus sancti: Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

VERS. 24, 25. *Qui participat furi, odit animam suam; si autem juramentum propositum non annuntiaverint, timentes et reveriti homines, supplantati sunt; qui autem confidit in Domino, salvabitur.* Rapienti aliena si consenseris, vel auxiliatus fueris, particeps prædæ cum eo, tuæ animæ insidiaberis, eamque ad exitium prodis libenter; ambo mutuis juramentis constrictos de nefario consilio non manifestando, idque pravum fœdus servantes si non detegis, ne agnitus justam hominum ignominiam et pœnam obtineas, erras in hoc; ob eam causam quam dixi-

A θωθήσεται· εἰ γὰρ καὶ γνῷ τὸ καλὸν, οὐ πεισθήσεται τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ δεηθήσεται καὶ πληγῶν, ὥστε γενέσθαι πρὸς τοῦτο καταπειθής· οὕτω καὶ ὁ πρὸς τὰς Δεσποτικὰς καὶ θείας ἐντολὰς σκληρυνόμενος, καὶ μὴ ὑπακούων αὐταῖς, ἀκουσίων δεηθήσεται πόνων πρὸς τὴν ἐργασίαν αὐτῶν.

κ'. *Ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα ταχὺν ἐν λόγοις, γίνωσκε ὅτι ἐλπίδα ἔχει μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ.* Ἐὰν θεάσῃ τινὰ ἀπερισκέπτως φθεγγόμενον, γίνωσκε ὅτι πλέον ἐλπίς ἐστι τὸν μὴ φέροντα νόησιν, ταύτης παρ' ἄλλου τυχεῖν· ὁ γὰρ ἐν ταῖς ὁμιλίαις προπετὴς, νομίζων πάντα γινώσκειν, παρ' ἑτέρου τὸ καλὸν μαθεῖν οὐκ ἀνέχεται.

κα'. *Ὃς κατασπαταλᾷ ἐκ παιδὸς, οἰκέτης ἔσται· ἔσχατον δὲ ὀδυνηθήσεται ἐφ' ἑαυτῷ.* Ὅστις μὴ B τῆς προσηκούσης ἀξιούμενος ἀγωγῆς, παιδόθεν τῶν κατ' αἴσθησιν ἡδέων κατατρυφᾷ, δοῦλος ἔσται πάντως τῶν παραλόγων παθῶν· ἐν συναισθήσει δὲ γενόμενος ἐν τῷ τέλει, ἀλγήσει εἰς ἑαυτὸν μεταγινώσκων ἐφ' οἷς κακῶς τὴν οἰκείαν ζωὴν κατηνάλωσεν, εἰς μηδὲν δέον ταύτῃ χρησάμενος.

κβ'. *Ἀνὴρ θυμώδης, ὀρύσσει νεῖκος· ἀνὴρ δὲ ὀργίλος, ἐξώρυξεν ἁμαρτίας.* Οὗτινος τὸ περικάρδιον αἷμα εἴωθε ζέειν δι' ὑπολήψεις κακῶν, ὁ τοιοῦτος ψηλαφᾷ φιλονεικίαν· ὁ δ' εἰωθὼς ἔχειν τὸν θυμὸν ἐνεργούμενον, ἐν τῷ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου τὸν λελυπηκότα ἀμύνασθαι, τὰ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς παραπτώματα ἐξεκάλυψεν. Ἐὰν γὰρ μή τις ἔμφρονι λογισμῷ τῶν κατ' ἐπιθυμίαν παθῶν ἐγκρατεύοιτο, οὐχ ὑπομένει κατὰ θυμὸν ἀνδρείως τὰ θλιβερά· ὅθεν C ὁ τὸν λυπήσαντα ἀμυνόμενος, μὴ ὑπομένων αὐτὰ, ἐλέγχεται μὴ τῶν κατ' ἐπιθυμίαν παθῶν ἐγκρατευόμενος ἔμφρονι λογισμῷ.

κγ'. *Ὕβρις ἄνδρα ταπεινοῖ· τοὺς δὲ ταπεινόφρονας ἐρείδει δόξῃ Κύριος.* Τὸν γενναίως τὰ κατ' ἔλλειψιν τῆς ἀρετῆς πάθη καταπαλαίσαντα, ἔστιν ὅτε τὸ καθ' ὑπερβολὴν ταύτης ὑβριστικὸν τῆς ὑπερηφανίας πάθος, τοῦ τῆς παρὰ Θεῷ τιμῆς ὕψους κατάγει· τοὺς δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐπιγνώμονας, καὶ μετριόφρονας, στηρίζει ἡ ἐνυπόστατος τοῦ Θεοῦ σοφία καὶ δύναμις, τιμίους τούτους διατηροῦσα τῇ σωστικῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτι· ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται· ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

D κδ', κε'. *Ὃς μερίζεται κλέπτῃ, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἐὰν γὰρ ὅρκου προτεθέντος, ἀκούσαντες μὴ ἀγγείλωσι, φοβηθέντες καὶ αἰσχυνθέντες ἀνθρώπους, ὑπεσκελίσθησαν· ὁ δὲ πεποιθὼς ἐπὶ Κυρίῳ, εὐφρανθήσεται.* Ὁ τῷ συλῶντι τὰ ἀλλότρια συνευδοκῶν, ἢ καὶ συμπράττων, τούτῳ ταῦτα συμμεριζόμενος, τῇ ἰδίᾳ ἐπιβουλεύει ψυχῇ, αὐθαιρέτῳ γνώμῃ ταύτην παραδιδοὺς εἰς ἀπώλειαν· εἰ δ' οὗτοι, ὅρκοις ἀλλήλους καταδεσμήσαντες μὴ δημοσιεῦσαι τὸ τοιοῦτον σκαιώρημα, καὶ τὰς ἐπὶ κακῷ συνωμοσίας, τηρήσαντες, μὴ τοῦτο ἀνακαλύψουσι, δεδοικότες μήπως

NOTÆ.

(1) Quæri potest quid sit intelligendum per *trinam* animam (τριμεροῦς ψυχῆς): sunt tres potentiæ animæ, de quibus sæpe loquitur sanctus Thomas: intellectus, λογισμὸς, vis concupiscibilis, ἐπιθυμία et vis irascibilis, θυμός: uniuscujusque potentiæ actus sunt aliunde satis cogniti. EDIT.

φανερωθέντες, τῇ παρ' ἀνθρώπων προσηκούσῃ τιμωρίᾳ, καὶ αἰσχύνῃ ὑποπέσοιεν, ἠπατήθησαν· διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, τὸν ἀποκείμενον αὐτοῖς ψυχικόν τε καὶ σωματικὸν κίνδυνον ἐκφυγεῖν μὴ θελήσαντες. Ὁ δὲ θαῤῥῶν ἐπὶ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου φόβου καταφρονῶν, χαρήσεται τῆς κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα βλάβης ἀπαλλαγείς· καὶ γὰρ ὁ πρὸ τῶν ἐλέγχων τὸ οἰκεῖον ἁμάρτημα ἐξομολογούμενος, οὐ μόνον τοῦ ψυχικοῦ κινδύνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ σωματικοῦ, εἰ πρόκειται, ἀπαλλάττεται.

A mus, noluisti imminens menti et corpori periculum effugere. Qui autem confidit in Deo omnipotenti, humanumque timorem spernit, lætabitur securus a pernicie mentis et corporis: qui enim nondum convictus suum peccatum confitetur, non modo spirituale, sed etiam corporale periculum si acciderit, vitabit.

Ἀσέβεια ἀνδρὶ δίδωσι σφάλμα· ὃς δὲ πέποιθεν ἐπὶ τῷ Δεσπότῃ, σωθήσεται. Τὸ μὴ τιμᾷν τὸν Θεὸν, ἐν τῷ μὴ προκρίνειν πάντων τὴν αὐτοῦ εὐαρέστησιν, μηδὲ θαῤῥεῖν ἐπ' αὐτῷ ἐν πᾶσι τοῖς ἐγχειρήμασιν, προξενεῖ τῷ κατὰ θεωρίαν ἢ πρᾶξιν καρτερῶς ἐπιχειροῦντι, γνῶσιν ἢ ἀρετὴν κατορθοῦν, B παρασφαλῆναι, εἴτε τῆς ἀληθείας, εἴτε τοῦ ἀγαθοῦ· τῆς μὲν, εἴπερ εἴη τὸ ἐγχείρημα θεωρητικὸν, ὅτι τέλος ἡ ἀλήθεια τῶν γνωστῶν, ὡς ἀλάθητον γνωστόν· τοῦ δὲ, εἴπερ ἐστὶ πρακτικὸν, ὅτι τέλος τῶν πρακτικῶν τὸ ἀγαθὸν, ὡς ἔσχατον ὀρεκτόν· ὁ δὲ θαῤῥῶν ἐπὶ τῷ κυριεύοντι πάντων Θεῷ, ὡς τοῦτον ἐν ἅπασι προτιμῶν, καὶ σπεύδων ἐπὶ πᾶσι τούτῳ εὐαρεστεῖν, μετάσχῃ τῶν ὑπὲρ φύσιν αὐτοῦ δωρεῶν, ὅπερ ὡς πίστεως τέλος σωτηρία ἐστὶ, πᾶσαν ἄγνοιαν καὶ κακίαν διαφυγὼν, οἷάπερ μὴ διαμαρτήσας Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν τούτου ἐπιτυχὼν, ὅς ἐστιν ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ἀγαθόν· τὸ μὲν ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας, τὸ δ' ὅταν ἐκ τῆς ἐνεργείας δοκεῖ σημαίνεσθαι· ἄτρεπτον γὰρ ἡ ἀλήθεια· εὐαρεστικὸν δὲ τὸ ἀγαθόν.

Impietas viro dat prolapsionem; qui autem confidit in Domino, salvabitur. Si quis Deum non honorat, nempe si beneplacitum ejus omni rei non præponit, si non in omnibus suis inceptis ille cupidissimus intelligentiæ et virtutis mente et voluntate acquirendarum, a vero et bono decidet, a vero quidem, si scientiæ instat, quia finis studii est veritas, et Deus est necessaria veritas; a bono, si agatur de actibus, quia finis actus est bonum, et Deus est supremum bonum. Qui autem confidit in Deo omnipotenti, eumque in omni re honorat, et studet ei placere in omnibus, particeps erit ejus supernaturalium donorum, id est salvus erit, ad quod tendit fides; omni errore et nequitia evitatis, non amittet, sed fide et virtute Deum obtinebit, qui est veritas et bonum; unum ex natura, alterum ex operibus, siquidem veritas est immutabilis et bonum sese nobis accommodans.

κς'. *Πολλοὶ θεραπεύουσι πρόσωπα ἡγουμένων· παρὰ δὲ Κυρίου γίνεται τὸ δίκαιον ἀνδρί.* Πλεῖστοι τοὺς προεστῶτας εἰς πρόσωπον θεραπεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἵν' εὐνοϊκοὶ τούτοις δόξαντες, τὴν εὐμένειαν αὐτῶν ἐπισπάσωνται· παρὰ δὲ τοῦ τὰ πάντα εἰδότος Δεσπότου τῶν ὅλων Θεοῦ, ἀποδίδοται ἑκάστῳ ἡ ἀνάλογος ἀντιμισθία τῇ διαθέσει αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἔσται τινὶ ἐξ ὑποκρίσεως ὠφέλεια.

C VERS. 26. *Multi colunt facies ducum, a Domino autem fit justum viro.* Multi principibus ad nutum servire conantur, ut simulata bona voluntate, benevolentiam eorum sibi acquirant. A Deo autem omniscienti, qui gubernat omnia, unicuique redditur præmium, juxta meritum ejus: nemini proderit sua hypocrisis.

κζ'. *Βδέλυγμα δικαίῳ, ἀνὴρ ἄδικος· βδέλυγμα δὲ ἀνόμῳ, κατευθύνουσα ὁδός.* Μισητὸς Θεῷ τῷ ἀποδιδόντι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὁ μὴ κατὰ τοὺς νόμους τούτου πολιτευόμενος, ὡς παραβάτης τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν· μισητὴ δὲ τῷ παραβαίνοντι ταύτας, ἡ πρὸς σωτηρίαν ἀπαρεγκλίτως ἄγουσα ἐνάρετος πολιτεία, ὡς τραχεῖά τε καὶ ἐπίπονος.

VERS. 27. *Abominatio justo viro vir injustus; abominatio iniquo recte pergens via.* Deus qui reddit unicuique juxta opera sua, odit hominem non ambulantem in lege sua, utpote contemptorem suorum præceptorum. Nam hic quidem vitam immaculatam, quæ certo ducit ad salutem, utpote asperam et difficilem, odit.

D

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

α'. *Τοὺς ἐμοὺς λόγους, υἱὲ, φοβήθητι, καὶ δεξάμενος αὐτοὺς μετανόει.* Τὰς ἐμὰς ἐντολὰς, τεκνίον, μὴ περιφρόνει· τοῖς δ' ὠσί σου ταύτας παραδεξάμενον, ἐφ' οἷς ἥμαρτες, μεταγίνωσκε.

Τάδε λέγει ὁ ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσι Θεῷ, καὶ παύομαι. Ταῦτα ὁ ἀνδρωθεὶς ἐν τῷ γενέσθαι ἀληθῶς ἄνθρωπος, μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ Λόγος, διδάσκει τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, ὡς Θεῷ· καὶ καταπαύσω αὐτὸς τοῦ φρονεῖν πάντως τὰ τῆς σαρκός.

β'. *Ἀφρονέστατος γάρ εἰμι πάντων ἀνθρώπων, καὶ φρόνησις ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί.* Πάντων γὰρ τῶν τὰ σαρκικὰ φρονούντων ἀνθρώπων,

CAP. XXX.

VERS. 1. *Time, fili, mea verba, et suscipiens ea pœnitentiam age.* Mandata mea, fili, ne contemnas; auribus autem excipiens ea, de peccatis tuis age pœnitentiam.

Hæc dicit vir credentibus Deo, et quiesco. Hæc unigenitus Dei Filius ac Verbum homo vere factus docet credentes in eum ut Deum. Et ego prorsus quiescam sentire carnalia.

VERS. 2. *Insipientissimus enim sum omnium hominum et prudentia hominum non est in me.* Omnium enim hominum carnalia sentientium, insi-

plentissimus sum, quia ut spiritualia sentienti non mihi subsistit carnalis et humana cogitatio.

Vers. 3. *Deus docuit me sapientiam, et] scientiam sanctorum cognovi.* Deus autem divinæ suæ disciplinæ me participem effecit. Et excepi divina mysteria quæ norunt mundi corde.

Vers. 4. *Quis ascendit in cœlum et descendit?* Quis a terra ad cœlum ascendit? Qui primum ad nostrum descendit lutum, ut illud ad suam extolleret supracœlestem altitudinem,

Quis congregavit ventos in sinu? Et omnes spirituales potentias in animæ ærario.

Quis convertit aquam in vestimento? Et omnes sermones in carne circumtulit, in aqua congregavit eos, omnes complectens mysterio incarnationis per eam.

Quis suscitavit omnia extrema terræ? Et ut omnis creationis Dominus, usque ad terminos terræ propagavit Evangelium suum, gentesque ipsas inhabitantes imperio subegit, sponte regimen ejus admittentes.

Vers. 5. *Quod nomen ei? aut quod nomen filius ejus? omnia enim verba Dei ignita.* Quænam est summaria appellatio qualitatem ejus demonstrans? et quænam iterum appellatio discipulorum ejus? Christus utique et Christiani. Christus quidem quia divinitate unxit humanitatem, per unionem hypostaticam utriusque naturæ in semetipso. Christiani autem, quia Christi participes gratiam Spiritus per eum acceperunt et filii Dei Patris sunt effecti. Sermones enim omnia verba Dei, ignita in igne cognitionis Dei omnem ignorantiam et pravitatem consumenti. Qui his detinentur, hos sermones tangere non possunt.

Protegit autem ipse eos qui reverentur ipsum, Ipse timentibus se præstat auxilium contra oppugnantes eos.

Vers. 6. *Ne addas verbis ejus, ut non arguat te et fias mendax.* Noli quidquam cogitare præter ea quæ te docuit, ne ipse qui veritas est, mendacii te arguat, utpote a veritate ipsa excidentem. Illum autem deprecans addit:

Vers. 7. *Duo peto a te, ne auferas a me gratiam antequam ego moriar.* Duo hæc a te recipere cupio, Verbum Dei, Spiritus sancti donum, lumen intellectuale, quod speculativas animæ meæ potentias, intellectum scilicet ac mentem illuminat, ne auferas a me per totius vitæ meæ tempus.

Vers. 8. *Verbum vanum et mendax longe fac a me.* Sed quasi in luce redarguens inutilem et mendacem ex suggestione mali ratiocinationem, eam longe fac a me.

Divitias autem et paupertatem ne dederis mihi. Ne concedas libero meo arbitrio, sive inutiliter

A ἀφρονέστατος ἐντεῦθέν εἰμι, ἐπειδὴ ὡς φρονοῦντι τὰ τοῦ πνεύματος, οὐχ ὑπάρχει ἐν ἐμοὶ σαρκικὸν καὶ ἀνθρώπινον φρόνημα.

γ'. *Θεὸς δὲ ἐδίδαξέ με σοφίαν, καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα.* Θεὸς δέ μοι τῆς θείας αὐτοῦ διδασκαλίας μετέδωκε· καὶ κατέλαβον θεῖα μυστήρια, οἅπερ ἐγνώκασιν οἱ καθαροὶ τὴν διάνοιαν.

δ'. *Τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ κατέβη;* Τίς ἀπὸ γῆς ὑψώθη πρὸς οὐρανόν; ὃς καὶ πρῶτον συγκατέβη τῷ ἡμετέρῳ φυράματι, ὥστε ἀνελκῦσαι τοῦτο πρὸς τὸ ὑπερουράνιον αὐτοῦ ὕψος.

Τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν κόλπῳ; Καὶ πάσας τὰς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος ἐν τῷ κατὰ ψυχὴν ταμιείῳ.

Τίς συνεστρεψεν ὕδωρ ἐν ἱματίῳ; Καὶ τοὺς ἐν
B τῷ παντὶ λόγους συμπεριήνεγκεν ἐν ᾗ ἐφόρεσε σαρκί· τῷ κατ' αὐτὴν τῆς οἰκονομίας μυστηρίῳ πάντας περιλαβών.

Τίς ἐκράτησε τῶν ἄκρων τῆς γῆς; Καὶ οἷα Δεσπότης πάσης τῆς κτίσεως, ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς ἐξαπλώσας τὸ ἑαυτοῦ κήρυγμα, τὰ μέχρι τούτων οἰκοῦντα ἔθνη, ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ δεσποτείαν ἐποίησεν, ἑκουσίως ἐντεῦθεν δεξάμενα τὸ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι.

ε'. *Τί ὄνομα αὐτῷ; ἢ τί ὄνομα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ; πάντες γὰρ λόγοι Θεοῦ πεπυρωμένοι.* Τίς τέ ἐστι κεφαλαιώδης προσηγορία τῆς ποιότητος αὐτοῦ παραστατική; καὶ τίς πάλιν τῶν αὐτοῦ μαθητῶν; Χριστὸς πάντως καὶ Χριστιανοί· ὁ μὲν, ὡς τῇ θεότητι χρίσας τὴν ἀνθρωπότητα, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ καθ'
C ὑπόστασιν τῶν τοιούτων φύσεων ἕνωσιν· οἱ δὲ, ὡς τούτου μέτοχοι, καὶ δι' αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ υἱοθετηθέντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Λόγοι γὰρ τὰ εἰρημένα πάντα Θεοῦ, πεπυρακτωμένοι ἐν τῷ πᾶσαν ἄγνοιαν καὶ κακίαν κατακαίοντι τῆς θεογνωσίας πυρί· καὶ τοῖς κατεχομένοις ταύταις ἀπρόσψαυστοι.

Ὑπερασπίζει δὲ αὐτὸς τῶν εὐλαβουμένων αὐτόν. Οὗτος δὲ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν βοηθεῖ, κατὰ τῶν πολεμούντων τούτοις.

ς'. *Μὴ προσθῇς τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε καὶ ψευδὴς γένῃ.* Μὴ πλέον ἐθέλῃς νοεῖν τῶν παρ' αὐτοῦ διδαχθέντων σοι, ἵνα μὴ ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ψευδόμενον ἀπελέγξῃ σε, ὡς
D αὐτῆς ἐντεῦθεν τῆς ἀληθείας ἐκπίπτοντα· προσευχόμενος δὲ αὐτῷ, λέγει τάδε·

ζ'. *Δύο αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ, μὴ ἀφέλῃς με χάριν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με.* Δύο ταῦτα, ὦ Λόγε Θεοῦ, δέομαι λαβεῖν ἀπὸ σοῦ· τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεὰν, τὸ νοερὸν φῶς, ὃ τὰς θεωρητικὰς τῆς ψυχῆς μου δυνάμεις, νοῦν καὶ διάνοιαν φωτίζει, μὴ ἀφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ δι' ὅλης μου τῆς ζωῆς.

η'. *Μάταιον λόγον καὶ ψευδῆ μακράν μου ποίησον.* Ἀλλ' ὡς ἐν φωτὶ διελέγχων τὸν ἐξ ὑποθήκης τοῦ πονηροῦ ἀνωφελῆ καὶ μὴ ἀληθεύοντα λογισμὸν, πόῤῥω τῆς ψυχῆς μου ἀπέλασον.

Πλοῦτον δὲ καὶ πενίαν μή μοι δῷς. Μὴ συγχωρήσῃς δέ μου τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς προαιρέσεως,

εἴθ' ὑπερβῆναι κατὰ πρᾶξιν ἀνωφελῶς τὴν ἀρετήν, εἴτ' ἐλλεῖψαι ταύτης ἀπατηλῶς.

Σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη. Ὁμοῦ δ' ἐπ' ἐμοὶ τάξον τά θ' ἁρμόζοντα τῷ νοερῷ τῆς ψυχῆς μου ἀληθῆ θεωρήματα, καὶ πρὸς σωτηρίαν αὐτῆς, αὐτάρκη τῇ δυνάμει τοῦ σώματός μου περὶ τὴν τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν φιλοπονήματα.

θ'. *Ἵνα μὴ πλησθεὶς, ψευδὴς γένωμαι, καὶ εἴπω· Τίς με ὁρᾷ; ἢ πένης γενηθεὶς, κλέψω, καὶ ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.* Ὅπως μήτε ὑπερβὰς τὸν ὅρον καὶ τὸ μέτρον τοῦ χρήματος τῆς ἀρετῆς, διαμάρτω τοῦ κατὰ Θεὸν ἀληθοῦς σκοποῦ· δι' ἔπαινον ἀνθρώπων, καὶ οὐ διὰ Θεὸν, ἀμέτρως κάμνων περὶ τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς· κἀντεῦθεν ἐπικρύπτων τὴν πονηρὰν τῆς ψυχῆς μου διάθεσιν, δόξω λανθάνειν· μήτ' ἐλλείψας τοῦ ὅρου καὶ τοῦ μέτρου τοῦ τοιοῦδε χρήματος, κατὰ προαίρεσιν τὴν ὀφειλομένην Θεῷ συλήσω λατρείαν, σαρκὶ καὶ κόσμῳ δουλεύων, καὶ στέρξω τῇ θεραπείᾳ τῆς γαστρὸς καὶ τῶν ὑπογαστρίων, ἡγησάμενος τὴν κοιλίαν θεόν.

ι'. *Μὴ παραδῷς οἰκέτην εἰς χεῖρας Δεσπότου· μήποτε καταράσηταί σε, καὶ ἀφανισθῇς.* Μὴ τῷ τυράννῳ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν διαβόλῳ, τὸν δουλεύσαντα τοῦτον τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ φεύγειν ταύτην ἐκ μεταμελείας ἐπιχειροῦντα, καταπροδῷς, ἐμβαλὼν αὐτὸν εἰς ἀπόγνωσιν, κἀντεῦθεν παρασκευάσας τοῦτον τιμωρηθῆναι παρὰ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων Θεοῦ· ἵνα μὴ παρ' αὐτοῦ ἀκούσῃς· « Ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι· » καὶ εἰς τὸ σκότος ἀποῤῥιφῇς τὸ ἐξώτερον· ὡς τὸν πεινῶντα τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ, καὶ διψῶντα λόγου σωτηρίαν ἀκοῦσαι, ἀνηλεῶς καταλιμπάνων ἀπόλλυσθαι.

ια'. *Ἔκγονον κακὸν πατέρα καταρᾶται, τὴν δὲ μητέρα οὐκ εὐλογεῖ.* Μισητὸς γὰρ υἱὸς, οὐκ ἐπιστρέφει διὰ μετανοίας πρὸς Θεὸν, τὸν υἱοθετησάμενον τοῦτον ἐν τῷ πλάσαι κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν· ἀλλ' ὡς σκληρὸν τὸν ἑαυτοῦ διαβάλλει πατέρα· τὴν δὲ τροφὸν ἑαυτοῦ κατὰ ψυχὴν, θείαν τούτου διδασκαλίαν οὐκ ἐπαινεῖ, ὡς δῆθεν δυσφύλακτον.

ιβ'. *Ἔκγονον κακὸν, δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει· τὴν δὲ ἔξοδον αὐτοῦ οὐκ ἀπένιψεν.* Ὁ τοιοῦτος υἱὸς ἐνάρετον ἑαυτὸν οἴεται· τὴν δὲ πρὸς τὸ τέλος διέξοδον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, οὔπω τῶν καθ' ἁμαρτίαν κηλίδων ἐκάθηρεν.

ιγ'. *Ἔκγονον κακὸν, ὑψηλοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει· τοῖς δὲ βλεφάροις αὐτοῦ ἐπαίρεται.* Ὁ τοιοῦτος υἱὸς, μὴ ἐπιγινώσκων τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, θεωρίαν ἀχαλίνωτον κέκτηται· καὶ τὰ βραχύτατα ἐλαττώματα τῶν ὁμοφυῶν, ταῖς ὡς ἐν βλεφάροις ἐξετάσεσιν αὐτοῦ ἀνακρίνων καὶ κατακρίνων, κατεπαίρεται τούτων ὡς ἐλαχίστων.

ιδ'. *Ἔκγονον κακὸν, μαχαίρας τοὺς ὀδόντας ἔχει, καὶ τὰς μύλας, τομίδας, ὥστε ἀναλίσκειν καὶ κατεσθίειν τοὺς ταπεινοὺς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τοὺς πένητας αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων.* Ὁ τοιοῦτος υἱὸς λόγους προσφέρει, δίκην μαχαιρῶν ταῖς διαβο-

A virtutem transgredi, sive ab ea mendose deficere.

Constitue autem mihi quæ sunt necessaria et sufficientia. Simul autem constitue mihi veritatis præcepta quæ intellectui animæ meæ conveniunt, et propter salutem ejus de operatione virtutum labores quæ corporis mei viribus sufficiunt,

VERS. 9. *Ne saturatus mendax fiam et dicam: Quis me videt? aut egens furer et perjurem nomen Dei.* Ne prætergrediens terminum et mensuram boni virtutis, a vero scopo secundum Deum excidam, propter laudes hominum et non propter Deum, immodice incumbens virtutis operationi: inde pravam animæ meæ dispositionem occultans,
B latere videbor; vel ne a termino ac mensura virtutis consulto Deum debito cultu spoliem, carni et mundo serviens, et ventris ac libidinum servitute delecter, ventrem Deum reputans.

VERS. 10. *Ne tradas famulum in manus Domini, ne quando maledicat te et delearis.* Diabolo animarum nostrarum tyranno, eum qui peccato servit, et negligenter illud fugere conatur, ne tradas, pellens eum in desperationem, exponensque ad vindictam Dei universorum Domini, ne ab ipso audias: Ite a me, maledicti, et projiciaris in tenebras exteriores quia sine misericordia perire sivisti eum qui salutem esuriebat et salutis verbum
C sitiebat audire.

VERS. 11. *Filius malus patrem maledicit, matrem autem non benedicit.* Odiosus enim filius non convertit per pœnitentiam ad Deum qui illum filium fecit, creando eum ad imaginem et similitudinem suam, sed proprium patrem ut durum calumniatur. Nutricem autem animæ suæ, divinam ejus doctrinam non laudat, utpote servatu difficilem.

VERS. 12. *Filius malus justum se judicat, exitum vero suum non lavit.* Talis filius virtute præditum sese putat; exitum autem vitæ suæ non purificat
D a peccatorum maculis.

VERS. 13. *Filius malus sublimes oculos habet, palpebris autem suis extollitur.* Filius talis, ignorans propriam infirmitatem, in meditationem effrenatam sese effundit: et levissima peccata proximi, inquisitionibus ut in palpebris scrutans ac judicans adversus eos utpote minimos extollitur.

VERS. 14. *Filius malus gladios dentes habet, et cultros molas, ut consumat et comedat humiles de terra, et pauperes eorum ex hominibus.* Filius istiusmodi sermones profert qui calumniis sicut gladii homines lædunt, et cogitationes circumfert, quæ quasi dentes molares secreto fraternam ami-

citiam acerant, ut perdant et comedant humiles eosque e terra prorsus aboleant.

Vers. 15. *Sanguisugæ tres erant filiæ, dilectione dilectæ, et tres ipsæ non saturaverunt eam, et quartæ non sufficit dicere, Satis est.* Post primam trangressionem, irrationalis ac pravus cujuscunque appetitus, genuit quasi tres filias maxime desiderabiles; iguorantiam quidem in ratione, amorem sui in appetitu concupiscibili et in appetitu irascibili in proximum tyrannidem; tria maxima, ab invicem pendentia, pessima, ac uno verbo omnis pravitatis origo; quia a Deo avertunt: ignorantia, a Deo ut summo cognoscendo vero; amor sui, a Deo, ut summo bono appetendo; tyrannis tandem, quæ mutua est destructio, ruina est iterum corporalis sustentationis, quam videtur oppugnare, appetitum irrationalem illas parientem satiare jure non valens, utpote quasi sanguisuga insatiabilem exsistentem. Idcirco et illa quæ cum filiis quartum numerum complet, non satiatur, ita ut a motu contra naturam abstineat, donec ratione subacta ad ea quæ sunt supra naturam se convertat, ubi tandem satiabitur, quando videbit homo gloriam Dei.

Vers. 16. *Infernus, et amor mulieris, tartarus, et terra quæ non satiatur aqua, aqua et ignis non dicent, Satis est.* Neque enim animarum status qui post separationem earum in corporibus habitationem sequitur et ᾅδης (infernus) vocatur, utpote invisibilis, quia ibidem animæ nec quidquam operantur, nec jucundi aut molesti quid patiuntur cum corporibus; neque sensualis et irrationalis amor, qui animas quidem dimittit in infernum, corpora autem in quatuor elementa dissolvit, quasi per eam ad mortem damnatus fuerit homo; neque ex quatuor istis elementis vel aer commotus ac turbans aquas; vel terra arida aquis non irrigata et propriam rejiciens ariditatem; vel aqua ipsa, aut ignis, mutua corruptione saturabuntur, usquedum in resurrectione universali, incorruptio et stabilitas et omnium a mutatione immunitas adveniat.

Vers. 17. *Oculum qui subsannat patrem et despicit senectutem matris, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.* Intellectualem animæ oculum, qui Deum omnium auctorem contemnit, veteremque ac ipsi coæternam despicit sapientiam, universorum causam, naturalium et temporalium apparentiis immorando et non ascendendo ad illorum rationes, quas ante sæcula salutari consilio Deus constituit et secundum quas creationem tum visibilem, tum invisibilem e nihilo condidit cuncta enim ratione et sapientia in tempore opportuno fecit ac facit, illum oculum excæcabunt quidem terrenorum affectu immundæ ac vitiosæ cogitationes ascendentes e carne multis passionum fluentis excavata et revulsa a cohærentia et connexione cum anima

λαῖς τιτρώσκοντας ἀνθρώπους· καὶ διανοήματα περιφέρει, δίκην τῶν ἀληθόντων ἀφανῶς ὀδόντων, τμητικὰ τῆς τῶν ὁμοφυῶν ἀλληλουχίας· ὡς διαφθείρειν καὶ βιβρώσκειν τοὺς εὐτελεῖς τῶν ἀνθρώπων, κἀντεῦθεν τούτους τέλεον τῆς γῆς ἐξαφανίζειν.

